

R.4103

DIVI


# AMBROSII

## MEDIOLANENSIS

### EPISCOPI

### OPERVM

### TOMVS TERTIVS.





PARISIIS,

M. D. LXXXVI.

CVM PRIVILEGIO REGIS

BIBLIOTHECA UNIVERSITARIA

BIBLIOTHECA UNIVERSITARIA GRANADA



3-5-542

2 400 40 MADE IN SPAIN



R. 4103

DIVI



# AMBROSII

## MEDIOLANENSIS

### EPISCOPI


### OPERVM

### TOMVS TERTIVS.



*Handwritten scribbles and lines*

3-5-542




LVTE

TIA


PARISIIS,

M. D. LXXXVI.

CVM PRIVILEGIO REGIS








## SUMMARIVM COMMENTARIORVM

SANCTI AMBROSII EPISCOPI

MEDIOLANENSIS, IN EVANGELIVM

SECUNDVM LVCAM.



*N* proemio ipso dinumerans beatus doctor Ambrosius sapientie genera, asserit quaslibet eius partes atque virtutes sanctum Lucam suo assecutum fuisse Evangelio: stilum ipsius historicum esse: apte vero in vituli specie figurari, quia à Zachariae sacrificio inchoavit.

*I*n primo libro ostendit, plerosque, quia Evangelium humanis commentis conati sunt scribere, in plurimas lapsos fuisse impietates, hoc autem quod sanctus Lucas divino suggerente spiritu conscripsit, perpetuo custodiendum, ut ab ipso doctore gentium probatum, & per omnes Ecclesias magna cum laude receptum. Agit præterea de Ioannis Baptista præcursoris conceptione: eiusque parentum nobilitatem et gesta describit.

*I*n II. Agit de archangeli Gabrielis missione, salutatione eius et colloquio cum beata Virgine: de Verbi incarnatione: de visitatione Elizabeth, de Præcursoris natiuitate, eiusque ipsius parentum oraculis: quod Christus Dominus noster Augusti Cæsaris edicto, præside Syriae Cyrino, orbe ipso proficiente, angelorum exultante choro nascitur, à pastoribus et Magis adoratur, octavo die circumciditur, à Symeone sacerdote in vulnas accipitur, ab Anna optima vidua commendatur, duodecim annos natus in templo inter doctores disputans reperitur à matre: à Ioanne sub Tiberio Cæsare prædicante et baptizante in Iordane baptizatur: quo tempore celo aperto, Spiritu sancto in columbæ specie descendente, à Patre ipso, voce è celo demissa, dilectus eius filius declaratur.

*I*n III. Idem Christus Dominus noster ætatis annorum ferè triginta describitur: eius secundum carnem parentes recensentur, de quibus selectis quibusdam digressionibus grauißima examinantur dubia.

*I*n IIII. Christus idem Dominus noster quadraginta dies atque noctes ieiunat: tentatorem diabolum victum confusumque profligat: in synagoga Esaiæ locum illum: Spiritus Domini super me, etc. legit, et stupētibz cunctis in seipso impletum pronuntiat: in Elia vidua, et Elisæi leproso Naaman, alienigenis Iudeorum insinuat reprobationem: spiritum nequam Dei filium ipsum constitentem increpat: Simonis socrum, à febribz repente sanat: in Simonis nauicula docet, eiusque verbo fit adeo mirabilis piscium captura, ut discipuli relietis omnibus secuti sint eum: qui tamen Petrum ipsum viuificatorem hominum futurum designat.

*I*n V. Virum à lepra curatum ad sacerdotem mittit: paralyticum per tegulas submissum etiam à peccatis liberat: Phariseos murmurantes redarguit: publicanum nomine Leui è telonio vocat: se de publicanorum commercio, discipulos vero non ieiunantes, et spicas in sabbato vellentes legis testimonio excusat: manum aridam habentem coram Phariseis sabbato curat: eligit duodecim Apostolos: discipulos et turbam beatitudines perfectionemque Evangelij docet, et quod is dicitur perfectus, qui quod docet exequitur: Centurionis seruum incolumem, viduæ filium viuum verbo restituit: discipulos à Ioanne missos de se, et turbam de Ioanne luculenter informat.

*I*n VI. In Phariseos succenset baptizari renuentes: peccatricem Domini pedes lauante, ungente, et osculante, Simonem Phariseum propria sententia percutiendo, absoluit: ciuitates et castella euangelizando peragrans, de seminante proponit et exponit parabolam: matris aduentum callide nuntiantem sapienter reicit: in nauicula dormiens periclitantibus discipulis, ventis imperando sedat mare: in Gerasenorum regione demonem cui nomen legio, quæ porcos inuadens præcipitavit in mare, ab homine eiicit:

in Galilaam regressus mulierem sanguine fluentem tactu sibi sanitati, filiam vero archisynagogi mortuam verbo reddidit vitæ: Apostolos omni fere humana destitutos ope, diuina vero confidentes virtute ad Dei regnum propagandum destinat: quinque panibus quinque famelicorum hominum millia duodecim cophinis plenis remanentibus satiat: Petrus Christum Dei filium clara professione testatur.

In VII. In monte, Moysæ & Elia assistentibus, coram tribus Apostolis, Patre in voce ex nube testante: Hic est filius meus, & cet. iransfiguratur: è monte descendens, hominem à demonio quod Apostoli eiicere nequiverant, cunctis mirantibus liberat: sub persona paruuli in medio constituti Apostolos simplicitatem docet, & in Samaritanos se vlciscendi appetitum retundit: germanam Christum sequendi insinuat normam, respuendo eum qui se obtulerat, & eum impellendo qui se ob patris sepulturam excusauerat: septuaginta discipulos de modo conuersandi, prædicandi, & operandi informans, ad euangelizandum binos designat, monensque ut attendant quòd multi Reges & Prophetae quem ipsi videbant conspiciere cupierunt: legis spiritum versute de primo sciscitantem præcepto, parabola hominis ab Hierusalem in Jericho descendens vulnerati & à Samaritano curati, confundit. Per Marthæ Mariæque ministerium adstruit contemplatiuæ vitæ præminentiam: docet orationem Dominicam, & hominis typo panes de nocte ab amico petentis, indicat orationes nostras instanter Deo ipsi oblatas exaudiri: demonis muti non in Beelzebub, sed in digito Dei facta eiectione, & spiritus immundi per loca arida, &c. ambulantis figura, insinuat Iudeorum impenitentiam; ac in muliere: Beatus venter, & cet. exclamante, beatos qui Dei audiunt verbum: in Ninuitarum autem penitentia, & reginæ Austri fide, Iudeorum condemnationem decernit. Prandens in Pharisei domo, quia is murmurauerat quòd non lauisset manus, plurimas Phariseorum impietates detegens, instruit Apostolos ut ab eorum caueant fermento: sub persona diuitis illius cuius anima nocte repetitur, ut declinent auaritiam: sub persona vero furis nocte effodientis domum, ut vigiles diem obseruent iudicij, ne opprimantur sicut à turri Siloe; sed fructum faciant, ne velut infructuosa ficus succidantur. Regnum Dei grano sinapis comparat: comminatur Hierusalem quia occidit prophetas, & quia vocata sub typo eorum qui se excusarunt, non venit ad regnum, gentiles designat vocandos, qui ut drachma reperta, & prodigus reuertens cum gaudio recipientur: denique sub figura villici debita remittentis, ad opera pietatis inuitat.

In VIII. Quòd lex & Prophetæ in Joannem, in quo incipit Euangelium, destinant: matrimonium indissolubile statuitur: per patientiæ opera, sub Lazari mendici persona, felicitatem comparari docet: sub mysterio numeri septenarij iniurias omnes conuerso dimittendas fore decernit: in decem leprosis qui mundati fuerant, dum ille solus qui dedit Deo laudem commendatur, ad gratiarum actiones prouocat: exemplo diluuij & conflagrationis Sodomorum ostendit iudicij diem inopinato venturum: exemplo viduæ iudicem interpellantis, & publicani qui non audebat oculos ad cælum leuare, indicat iugem humilémque orationem Deo gratam esse: responsione, qua percontanti principi, Quid faciendo, &c. dixit: Vnde omnia, &c. adstruit statum perfectionis, mox discipulis suam insinuat passionem: cæco Ierichuntino reddit visum: Zacchæus, quia dixit: Reddo quadruplum, audit: Hodie salus huic domui, &c. Viri nobilis decem mnas scenerantem remunerantis, & rebelles interficere iubentis, parabolam proponit.

In IX. Turbis præcipientibus sequentibusque Osanna clamantibus, cum palmarum & oliuarum ramis, super asinam sedens futuram ciuitatis desolationem lacrymando, triumphali pompa Hierusalem ingreditur: templum visitans, vendentes & ementes pro Domino zelatus eiicit: In parabola vineæ colonorum designat à Phariseis regnum esse auferendum, & gentibus tradendum: Herodianos de censu, & Sadducæos de resurrectione dolose interrogantes, sapienter confutat: vnde dicunt: Magister, bene dixisti.

In X. Christum esse Deum ostendit per locum ex psalmo propositum: commendat viduam minuta duo in gazophylacium conferentem: sub figura desolationis templi, iudicij diem, mala quæ præcedent, & signa præscribit: Vltimam cænam, in qua panis & vini peracta est admirabilis consecratio, celebrat: discipulorum contentionem de superioritate dirimens, dat Petro facultatem confirmandi fratres, & gladium retinendi: Orans in horto, sudat sanguinem: à Iudeis Judæ osculo agnitus comprehenditur: seruo aurem Petri gladio abscisam, sanam restituit: in Anna, & mox Caipha ducitur domum, ubi Petrus trinam negationem deslet amare: Iudas falsa ductus penitentia, refuso pretio, & in sepulchram peregrinorum per seniores Iudeorum erogato, se suspendit: à Pilato Dominus ad Herodem mittitur, à quo illusus & alba indutus veste ad eundem remittitur, à quo flagellis cæsus, Barabba latrone dimisso, Iudeorum voluntati crucifigendus traditur: Simon Cyrenæus crucem post Christum ferre cogitur, flentes mulieres, plorandum quidnam sit præmonens Christus, venit ad Caluarie locum, ubi inter latrones crucifixus, clamat ad Patrem, ut illis ignoscat; diuiduntur vestes,

stes, illuditur, titulus scribitur, latroni paradus promittitur, felle satiatur & aceto, tenebris vniuersæ terræ obfusis, scisso templi velo, commendans spiritum Patri, expirat. Centurio Dei filium clamat, alij pectora tundunt: vespere cruce depositus, sindone inuolutus, à Joseph in monumento nouo reconditur: Maria valde mane cum aromatibus accedentes, lapide sepulchri reuoluto, ab angelis Christum ipsum resurrexisse, & in Galilæa videndum præmonentur: currit Petrus, videt lintheamina: ut peregrinus discipulis Emmaus euntibus associatus exponit scripturas, recumbens in castello, in fractione panis agnoscitur: apparens discipulis congregatis, ostendens manus & pedes, & conuescens, aperuit sensum ut intelligerent scripturas: quibus de penitentia prædicanda, de Spiritu sancto mittendo instructis, eleuatis manibus benedicens, fertur in cælum: Discipuli vero in Hierusalem reuersi, templum inuisunt, laudantes et benedicentes Deum. Amen.

### Summarium in epistolam Beati Pauli Apostoli ad Romanos.

In Cap. I. Dum precatur Romanis Apostolus gratiam & pacem, desideriumque eos videndi aperit, ac fidem eorum commendat, beneuolos eos reddit: dum vero Euangelium, Dei virtutem in salutem credentium illis annuntiandi à Deo sibi iniunctum manifestat, dociles: attentos denique, dum suæ prædicationis necessitatē insinuans dicit iram Dei reuelari in gentes, quæ illo neglecto, ad idola etiam bestiarum se conuerterunt: vnde in reprobum tradita sensum, ea quæ morte digna sunt, non solum faciunt, verum et facientibus assentiunt.

Judeos autem Romæ degentes, ne per legem receptam sub hac se non esse damnatione prætentant, in cap. II. arguit, quòd licet requiescant sub lege, per legem nihilominus Deum inhonorant: vnde & Dei nomen per eos blasphematur inter gentes.

In Cap. III. Obiectioni respondens, inquit quòd Iudæi gentes præcellunt, quia illis credita sunt eloquia Dei: sub ira tamen sunt pares, vnde inquit: Omnes peccauerunt, & cet. quare oportuit Deum ipsum proponere propitiatorum Christum per fidem.

Hac occasione in cap. IIII. fuse disputat de Abraham iustitia, & concludit eum non per circumcisionem, sed per fidem iustificatum, prout & nos speramus.

In Cap. V. Quòd Deo agenda sunt gratia, quòd sicut per Adæ delictum morimur, ita per Christi obedientiam iustificamur, lex vero superveniens non solum non aboleuit peccatum, sed occasione auxit: quare superabundare & gratiam oportuit.

In Cap. VI. Quia dixerat: Vbi abundauit delictum, superabundauit et gratia, arguit: Igitur manebimus in peccato, ut gratia, & cet. Respondet: Absit, sed si gratia in peccato abundauit, multo magis in operibus bonis, quibus nos qui peccato per baptismum mortui sumus, abundare in nouitate vitæ tenemur.

In Cap. VII. Ne ex dictis offendatur Iudæus, duo adstruit: Primum, quod veniente Christo legem antiquam Iudæus est liber ab ea, perinde ac uxor à ditione sui viri præmortui. Secundum, quod lex peccatum auxit non ex se, cum sancta sit et iusta, sed ex peccato in carne regnante.

Verum quia lex infirma ab illo expiare peccato nequiuerat, ideo in cap. VIII. asserit Deum filium suum in terras misisse, ut damnaret peccatum in carne: & ne quis putaret hoc sufficere, subiungit: Si tamen compatiamur: & ne naturæ imbecillitate quis se excusaret, subiicit: Spiritus adiunat infirmitatem nostram, & cet. Postremo concludit quod tot & tantis nos affecti donis ita Deo inhærere debemus, ut nihil ab eo nos diuellere queat.

In Cap. IX. Ne Iudæus fidei prædicationem propter promissionem patrum sibi soli vendicans gentilem excluderet, ponit distinctionem de Israelita in carne, et in spiritu: testimonio filiorum Isaac, & Moysi & aliorum prophetarum scripturis, insinuans gentilem credentem esse Israelitam in spiritu: vnde hanc prædicationem ei etiam conuenire.

In Cap. X. Continuando sermonem, concludit Deum omnium esse Dominum, nec distinguere inter Iudæos & Græcos, sed diuitem esse in omnibus inuocantibus eum.

In Cap. XI. Cum gentilis ad fidem Euangelij sit admissus, proponens dubium an Iudæus intelligatur exclusus, respondet: Absit, asserens testimonium de se ipso, & oraculum Elia et Dauid, præmonet tamen gentes, ut agnita Dei seueritate, curent ne & ipsæ excidant: quia si Deus naturalibus non pepercit ramis, multo minus parceret infertis.

Hinc in cap. XII. Obsecrat, ut fideles viam se Deo exhibentes hostiam, reformentur in nouitate sensus: & quod quisque iuxta suam gratiam cauens malum adhareat bono, nulli malum, nulli vltionem reddendo,

cum omnibus pacem habeat.

Et ut ordinate singuli uiuant, præcipit in cap. xiii. quòd superiori potestati obediant, & cuique siue honorem, siue timorem, siue tributum, ius suum tribuant etiam propter conscientiam, ut siue se conforment professioni, quam diei & luci comparat.

In Cap. xiiii. Litem de cibis veteri lege interdictis dirimens, asserit nullum cibum, ut Dei creaturam, immundum: quòd nemo in iis fratrem iudicet, aut scandalum inferat, sed ita se gerat ut sistendus ante Christi tribunal ad reddendam sui rationem.

In Cap. xv. Cæptum continuando sermonem concludit unumquemque debere fratris ferre infirmitatem, & excusat se si audacius scribere visus fuerit, quandoquidem id Dei imperio factum sit: Non enim audeo, inquit, & cet. Et cum multas prædicatione impleuerit prouincias, scribit se Hierusalem nunc redire ut ministrat sanctis; mox in professione Hispaniarum spondet se Romanos visurum.

In Cap. xvi. Commendat Phœben, salutem proprio nomine quosdam, monet ut caueant à pseudoapostolis, precatur Romanis Euangelij firmitatem & Dei gratiam.

#### Summarium in priorem Beati Pauli Epistolam ad Corinthios.

In Cap. i. Beatus Paulus cum Sothone fratre gratiam Corinthiis optat & pacem: Deo gratias agit pro abundanti dono eis collato: orat ut schismate sublato nec à baptizatore nec à doctore quis nomen sortiat, sed à Christo, qui factus est nobis redemptio & sanctificatio.

In Cap. ii. Amplificans propositum, se ipsum humiliat, fidem exaggerat, ut nemo gloriatur in magistro, sed in Christo, cuius sapientia prædicatur.

In Cap. iii. Propositum continuans, asserit se præstantiora fidei mysteria hæcenus eis non aperuisse, quia erant imbecilles, prout sunt & ad præsens, dum dicunt: Ego sum Pauli, & cet. cum prædicatores ministri sint Christi, nec præter eum poni possit aliud fundamentum: siquidem sapientia præter eum stultitia est.

In Cap. iiii. Quod quisque conari debet ut fidelis æstimetur dispensator, nec sibi quod alterius est, vendicat: veros humiliat Apostolos, ut falsos confundat. Quatuor hæc capita huc tendunt, ut quilibet recisis contentionibus à Christo tantum nomen accipiat.

In Cap. v. Grauius Corinthios arguit, quòd incestuosum hominem impune inter se degere patiantur; unde zelo pro Ecclesia zelatus tradidit eum etiam absens satanae in interitum carnis: malorum hominum commercia prohibet, quia modicum fermentum, & cet.

In Cap. vi. In eosdem vehementer inuehitur, quòd frater cum fratre iudicio contendat apud infideles, et non potius fidelem constituendo iudicem causas agant inter fideles: inde in eis turpia quædam vitia notat.

In Cap. vii. Corinthiorum questionem respondens, ponit mutua coniugatorum debita: adstruit matrimonium indissolubile: quòd fidelis coniugio infideli copulatus non discedat; sed si in creatoris contumeliam relinquitur, remanet liber: quòd uirginitas sit de cõsilio, præferenda tamẽ matrimonio: Beatior autẽ, inquit, erit, & cet.

In Cap. viii. Succenset Corinthiis, qui propria consensientia, quæ inflat, discernere audent quòd idolis immolata edantur: quòd ut licite fiat hæc duo eos aduertere instruit: Primum, quòd nobis unus est Deus, Pater nempe & Christus: Idolum autem nihil. Secundum, quòd libertatis abusu non detur offendiculum fratri, propter quem Christus mortuus est.

In Cap. ix. Quòd prædicator Euangelij licite sumptus exigit: idque lege naturali, scripta, ratione, & Domini dispositione confirmat: quòd ne vim prædicationis humiliet, hanc ipse renuit potestatem: ut omnes autem Deo acquirat, sit omnibus omnia: quòd exemplo in stadio currentium, & in agone contendentium corpus suum castigare nititur.

In Cap. x. Optans in Corinthiis perseuerantiam, proponit Iudeorum exemplum, qui licet mare transierint, & manna ediderint, quia nihilominus Idolorum cultura, fornicationi, & murmurationi se subdiderunt, prostrati sunt in deserto: & quòd hæc ad nostram correptionem sunt scripta, qua occasione repetit Idolorum fugam, & instruit de esu immolatiij.

In Cap. xi. Ponit ordinem in Ecclesia: ut uir sit capite aperto, mulier autem uelato; idque ratione confirmat: inde ab usum conueniendi ad cœnam Dominicam refellens, veram tradit communicandi formam.

In Cap. xii. Quòd donorum & gratiarum diuisiones in Ecclesia sunt: monet uero quòd sicut mœbra singula in corpore ad eiusdem utilitatẽ, ita illa Ecclesie curẽt prospicere: & quòd is ordo est à Deo constitutus.

In Cap. xiii. Naturam & encomium describit charitatis, ceteris uirtutibus præfert.

In Cap.

In Cap. xiiii. Prophetiam linguis præstare docet, et quomodo hæc dona exerceantur in Ecclesia, ubi & mulieres in silentio esse, & singula ordinate fieri præcipit.

In Cap. xv. Mortuorum resurrectionem negantes improbaturus, affirmat primo Christum à mortuis resurrexisse, multisque uiuum postremo sibi etiam apparuisse. Inde ordinem et formam tradit resurgentium, confirmans propositum multis argumentis.

In Cap. xvi. Quomodo facturi essent collectam pauperibus Hierusalem mittendam: quando eos uisurus esset: commendat quosdam eius in Euangelio coadiutores: dicit anathema non diligentibus Christum: precatur Corinthiis charitatem.

#### Summarium in posteriorem Beati Pauli Apostoli ad Corinthios epistolam.

In Cap. i. Beatus Paulus & Timotheus Ecclesie Corinthi & Achaia gratiam optant & pacem: & gratias agunt Deo qui eos in omni pressura quam non immodice grauat, confortauerit: excusat se Apostolos quòd Corinthum non ierit, prout optabat.

In Cap. ii. Incestuosum, quem iam satana tradiderat, absoluit: & ne grauiori absorberetur tristitia, scribit ut ad communionem recipiatur, quòdque in Macedonia ipse profectus sit, non ut quidam uerbum Dei adulterantes.

In Cap. iii. Quia quibusdam visus est ex dictis se commendare, illud refellit, inquit: Nunquid indigemus commendatiis: sed quia sicut ex opere commendatur opifex, ita & Apostolus ex Corinthiorum fide qui opus eius erant; unde inquit: Vos estis mea epistola scripta digito Dei, &c. quam nactus occasionem ponit noui testamenti præstantiam.

In Cap. iiii. Repetit quòd non adulterat Dei uerbum, ut proposuerat in cap. ij. neque seipsum commendat, ut in ij. nisi in ueritate & ad hominum conscientiam. Et si infideles hoc non uident, est ex cecitate cordis eorum. & quòd licet persecutiones patiatur, non tamen deseritur: & si corpus corrumpitur, spiritus tamen renouatur, & æternum gloriæ pondus operatur.

In Cap. v. Propositum continuans, corruptionis corporis necessitatem sub typo domus & uestis demonstrat. Noua enim domus nisi dissoluta ueteri nõ edificatur, et noua uestis nisi ueteri expoliata non induitur: & quòd hinc ingemiscimus cupientes superuelli: et quòd idcirco Christus hostia pro nobis à Deo factus est, ut nos efficeremur in ipso noua creatura.

In Cap. vi. Corinthios hortatur ne datam à Deo gratiam in uacuum retineant, dans formam fructuosè eam exercendi: inde ut caueant infideles, fortioribus persuasionibus monet.

In Cap. vii. Excitaturus Corinthios Apostolus ad collectam mittendam pauperibus Hierusalem, excitat illos in sui amore, tum quia neminẽ lasit, tum quia propter eos plurimis implicatus est pressuris intus et foris: & si incestuosum tradidit satana, nimia erga eos sollicitudine se egisse id asserit, et gaudet quòd idipsum ipsi boni consulissent, quia contristati fuerant ad penitentiam. Laudat quòd benigne receperint Titum, et gaudet quòd Titus tales eos inuenit, quales ipse indicauerit.

In Cap. viii. Emulatione Macedoniae prouocat Corinthios ad collectam, asserens quòd sicut abundant multis donis et uirtutibus, ita abundant iuxta eorum conditionem et liberalitate: et quòd hac causa miserit ad eos Titum, et alium cuius laus est in Euangelio.

In Cap. ix. Adhuc instat emulatione Achaia et Macedonia, ut ad eos proficiscens inueniat collectam paratam; ne cum eis cogatur confundi. Urget ad largitatem exemplo Christi, qui cum esset diues, factus est egenus, et ratione premij: Qui parce seminat, parce et metet.

In Cap. x. Rogat ut alacres id faciant, et quòd licet eis imperandi habeat facultatem, quia arma militie nostrae sunt potentia Deo: tamen eos non uult per epistolam terrere, habens nihilominus spem crescentis eorum fidei.

In Cap. xi. Quia ut firmet Corinthios in fide Euangelij cogitur suas Apostolus detegere prerogatiuas, et ne id in propriam fieri gloriam insimularetur, præmittit eorum zelo id fieri, inquit: Ne sensus uestri corrumpantur, et c. et quia noluit à Corinthiis stipendium recipere, id factum asserit non quia eos non diligeret, sed ne pseudoapostolis qui cum sint operarij subdoli transfigurant se in angelos lucis, similis uideretur, et quòd ut talis gloriatio licet sit uera, adscribatur insipientis: se ipsum uero commendat à nobilitate, à religione, ab officio, à patientia, ab ea qua illos prosequatur beneuolentia.

In cap. xii. Captum continuans sermonem, à reuelationibus se commendat, quòd fuerit ad tertium usque caelum raptus, & arcana audiuerit verba: & quòd in se licet carnis stimulum experiatur, apostolatus tamen signa in prodigijs & virtutibus monstrauit: hortatur ergo ut in eorum uisitatione stabiles eos quales optat, inueniat.

In Cap. xiii. Dicta fultus auctoritate insurgit in eos: & quòd cum hac sit tertia monitio, si eos ut decet in suo aduentu non inuenerit, non parceret: & quòd ipsi probent si stant in fide: & quòd cum acceperit potestatem non in destructionem sed in aedificationem, non potest aliquid contra ueritatem dissimulare. Confortat tandem eos ad unionem, pacem & dilectionem, & precatur gratiam & Spiritus sancti communionem.

#### Summarium in epistolam beati Pauli Apostoli ad Galatas.

In Cap. i. Salutatis Galatis, optataque eis gratia & pace, suam subiungit auctoritatem, nempe quòd non ab hominibus neque per hominem, sed Christi iussione onus praedicandi Euangelium susceperit: Galatas quòd tam facile ad pseudoapostolos defecerint arguit: conuersionem & suum officium ab origine recenset.

In Cap. ii. Quòd contulit cum Apostolis Euangelium: quòd in circumcisione Timothei tempore cessit & necessitati, non tamen legi: tum quia non circumcidit Titum, tum quia in faciem restitit Cepha, quòd iustitia non est ex lege.

In Cap. iii. Excandescit quòd Galatae ab Euangelio descuerint: Abrahae testimonio, scripturae locis, & lege humana, iustitiam & hereditatem ex ueteri lege haud fore commonstrat, quandoquidem illa ad coercendas transgressiones, & ut paedagogus ad Christum data tantum fuerit.

In Cap. iiii. Ostendit ceremonialia iam cessasse: & exemplo haeredis, qui iam adultus non est sub obseruatione tutoris sub quo puer uitam agebat, ostendit errare Galatas quòd obseruent dies & annos Iudeorum & gentilium ritum ac si sub tutore essent: & exemplo scripturae in duobus Abrahae filiis duos populos designantibus, concludit à lege in seruitutem generante eos liberos esse.

In Cap. v. Monet ne in legem recidant, & quia Christus nihil tunc proderit eis, & quia totius legis seruandae fierent obnoxij: inuehitur in seductores, monet ne spiritus quam susceperunt libertatem, in carnis obsequium subiiciant: ponens carnem & spiritum mutuo contrariari, enumerat utriusque et opera & fructus.

In Cap. vi. Monet ut mansuetudine firmiores in fide lapsos sustineant, bonum erga omnes operantes: quoniam id metet homo quod seminauerit. In pseudoapostolorum odium repetit, quòd illi Gallatas uolunt circumcidi ut eos tanquam stultos illudant: ipse uero quòd non nisi in Christi cruce gloriatur: & tandem precatur eis gratiam.

#### Summarium in epistolam Beati Pauli Apostoli ad Ephesios.

In Cap. i. Apostolus gratiam & pacem optans Ephesijs, agit gratias Deo pro filiorum adoptione per Christum, in quo cuncta restaurantur: ut in fide & dilectione perseuerent, commonet: quo bona promissa, & Christi maiestatem agnoscant, precatur eis spiritum sapientiae.

In Cap. ii. Mortis & damnationis statum in quo iam fuerunt, & gratiae in quo per Dei misericordiam degunt, ob oculos ponit: & ut considerent quòd sicut dum erant gentiles, à promissione Israel & à Deo distabant, ita nunc soluto per Christum qui est pax nostra, interstitij pariete, effecti sunt non tantum promissionis participes, sed ciues sanctorum & domestici Dei.

In Cap. iii. Dispensationem praedicandi Euangelium gentibus creditam sibi pronuntiat, quòd gentes promissionis in Christo haeredes sunt effectae, & ut id ipsum annuntiet est sibi specialiter commissum: monet ne in eius pressuris pro sanctis offendantur.

In Cap. iiii. Rogat ut in eorum uocatione & spiritus unitate perseuerent: quòd donorum pluralitas unitatem fidei non scindit, quoniam illa ex diuersitate officiorum non natura procedit: quòd Deus posuit Apostolos, prophetas, & magistrum in Ecclesia ad eius perfectionem: ut sub capite Christo stabiles non recedant à doctrina catholica, sed renouati spiritu mentis deserant uitia quibus Spiritus sanctus contristatur.

In Cap. v. Ut perseuerent in charitate exemplo Christi qui hostiam pro nobis se tradidit: ut recordentur quòd cum

quòd cum sint lux in Domino, fugiant opera tenebrarum: ut caute conuerterentur, ut uitent ebrietatem, & ut coniuges se mutuo diligant, sicut Christus & Ecclesia.

In Cap. vi. Ut filij parentibus obsequantur: ut parentes in Domini disciplina filios enutrient, seruorum & dominorum mutuum in Christo aequoniam docet: & quia cum inimicis etiam spiritualibus imminet lucta, fortioribus ut muniatur armis praemonet: quòd Tychicum ad eos mittit ut de eius statu certiores eos faciat: pacem illis precatur, dicit gratiam diligentibus Christum.

#### Summarium in epistolam Beati Pauli Apostoli ad Philipenses.

In Cap. i. Beatus Paulus & Timotheus Episcopis, diaconibus, &c. Phil:epis consistentibus gratiam & pacem precantur: pro Philipensium fide, fretus Apostolus quòd qui in eis cepit bonum opus perficiet, Deo gratias agit, & orat ut in cognitione & fructu iustitiae abundant: quòd eius uincula Euangelij propagationem iuuerunt: quòd licet dissolui & cum Christo esse praestet, in carne tamen remanere pro illorum salute cupit: monet ut digne conuerterentur: quòd credere & pati pro Christo est Dei donum.

In Cap. ii. Obtestatur ut humilitatem sectantes, unitatem seruent proposito Christi exemplo, qui licet natura Deus esset, serui tamen forma suscepta se usque ad mortem crucis exinaniiuit, unde super omnia exaltatus cuncta ei curuantur: hortatur ut cum timore propriam operetur salutem, & sint immaculati in medio nationis prae. Timotheum & Epaphroditum ad eos se missurum pollicetur.

In Cap. iii. Ut malos caueant operarios confidentes in carne; probat quòd ipse magis gloriari posset in carne, sed propter Christum id estimauit damnatum: quòd contendit suae uocationis palmam comprehendere: quòd Christianorum conuersatio est caelestis: quòd expectandus est Christus nostri reformator corporis.

In cap. iiii. Ut idem in Domino sapiant: ut adiuuent operatores Euangelij: commendat eorum modestiam, ut perseuerent in iis quae didicerunt: laudat eorum in sanctos largitatem; salutat, & precatur eis gratiam.

#### Summarium in epistolam beati Pauli Apostoli ad Colossenses.

In Cap. i. Beatus Paulus & Timotheus gratiam & pacem Colossensibus precantur: orant ut sapientia repleti fructificent in omni opere bono: gratias Deo agunt quòd de tenebrarum crepti potestate, translati sint in regnum filij, qui est imago Dei, primogenitus creaturae: in quo uniuersa sunt condita: qui est caput Ecclesiae, & per quem reconciliamur Deo, quòd ad praedicandum mysterium uocationis gentium, alijs saeculis absconditum ipse Paulus fuerat specialiter uocatus.

In Cap. ii. Quòd pro Colossensium, Laodicensiumque salute sollicitatur: ut in fide radicati ambulent prout erant edocti hortatur: ut non decipiantur per philosophiam, nec per Iudaicas superstitiones praemonet.

In Cap. iii. Ut terrenis calcatis desideriis & peccatis, caelestia quaerant: ut condonantes inuicem iniurias, mancant in charitate, quòd est uinculum perfectionis: inter uiros & uxores, patres & filios, dominos & seruos Christianam docet aequoniam.

In Cap. iiii. Ut orent pro Euangelij propagatione: ut inter impios prudenter ambulent: quòd Tychichus de Apostoli statu eos faciet certiores: salutat eos, praecipiens quòd haec epistola legatur etiam Laodiceae: ut in officio Archippum teneant: ut orent pro sua e carcere liberatione: precatur eis gratiam Christi.

#### Summarium in priorem Beati Pauli Apostoli epistolam ad Theffalonicenses.

In Cap. i. Beatus Paulus, Siluanus, & Timotheus gratiam & pacem Theffalonicensibus optant: pro fide, laboribus, & charitate eorum orant: quorum ad credendum propensionem commendant.

In Cap. ii. Quòd ad eos exhortatio non in fallacia, non in adulatione, nec in auaritia, sed ex charitate



proceſſit: quòd ne quempiam eorum grauaarent, propriis laboribus neceſſaria ſibi compararunt: commendant eorum & in credendo & in tolerando conſtantiam.

In Cap. III. Deo gratias agit Apoſtolus quòd Timotheus qui ad eos confirmandos miſſus fuerat, reuertens bona de eorum fide & charitate retulit: orat ut ſit ipſi oportunitas eos adire: & ut in mutua charitate & vitæ ſanctitate creſcant.

In Cap. IIII. Monet ut in via Domini perſeuerent: ut abſtineant à fornicatione & dolo: ut ſe mutuo diligant: ut otio foras eliminato laborent propriis manibus: tandem reſurgentium ordinem deſcribit.

In Cap. V. Quòd dies Domini veniet inopinatus, idcirco vigilandum: ut prædicatores ſummo afficiant honore: quædam inſeruit Chriſtianam promouentia perfectionem: ſalutat fratres, & precatur eis gratiam.

#### Summarium in poſteriorem Beati Pauli Apoſtoli epiſtolam ad Theſſalonicenſes.

In Cap. I. Beatus Apoſtolus, Siluanus, & Timotheus gratiam & pacem Theſſalonicenſibus precantur: de creſcenti eorū fide & multiplicata charitate Deo gratias agunt: quòd ſancti preſſuras ſuſtinentes requiem habebunt in die iudicij; impij vero eos affligentes pœnas luent in flamma.

In Cap. II. Quòd iudicij diem præcedet Antichriſtus, cuius ſigna, fallacias, portenta, & abolitionem deſcribit: precatur in opere bono & fide ſtabilitatem.

In Cap. III. Ut pro Euangelij dilatatione & Apoſtoli liberatione orent: ut homines traditiones eius non tenentes caueant: repetit quòd ne cuiquam grauis foret, nocte & die propriis laborabat manibus: ut verbis eius inobedientes deuiter: gratiam eis precatur.

#### Summarium in priorem Beati Pauli Apoſtoli epiſtolam ad Timotheum.

In Cap. I. Beatus Paulus gratiam, miſericordiam, & pacem precatur Timotheo: ut errores quorundam circa legem emergentes, & vanas quaſdam de Judæorum genealogiis curioſitates, Ephesoꝝ unitatem ſcinden- tes, tollere omnino curet: quòd lex bona eſt, & ad coercendos peccatores poſita: Deo de ſua vocatione gratias agit: hortatur Timotheum quo munus ſibi creditum fideliter perſiciat.

In Cap. II. Monet ut pro iis qui poteſtate nobis præſunt, orationes in eccleſia fiant: in qua quemadmo- dum orare, & ſe gerere debeant, viros mulieresque informat.

In Cap. III. Episcoporum, diaconorum, & mulierum vitam & mores graphice deliniat, ſcribit ut Eccle- ſiam, quæ eſt domus Dei, & in qua magnum illud pietatis ſacramentum reuelatur, rite ordinet.

In Cap. IIII. Quòd futuri ſunt hæretici, qui demoniorum doctrinis attendentes, Eccleſiæ puritatem la- beſectare nitentur: quomodo uſque ad ipſius Apoſtoli aduentum conuerſari debeat: ut gratia per manuum impositionem ſibi collata rationem habeat.

In Cap. V. Quomodo cum ſenioribus & iunioribus ſe gerere debeat: viduarum inſtitutum & formam de- ſcribit: qua ratione tractandi ſint præſbyteri: quòd in ordinum collatione nemini indiſcrete manus impo- nat.

In Cap. VI. Ut dominos ſerui honorent: ut eius monitioni non acquieſcentes deuiter: ut quilibet ſuo contentus, auaritiã contemnat, ut omni virtute fidei negotium tueatur: ut diuites nec ſuperbe ſapere, nec in incerto diuitiarum ſperare moneat: ut fugiat uocum nouitates: demum gratiam ei precatur.

#### Summarium in poſteriorem Beati Pauli Apoſtoli epiſtolam ad Timotheum.

In Cap. I. Beatus Paulus gratiam, miſericordiam, & pacem optat Timotheo: Deo de fidei ſinceritate, quæ eſt in Timotheo etiam à progenitoribus gratias agit; inſtat ut gratiam ſibi per impositionem manuum colla- tam præferat, exerceatque, ut non erubeſcat ſed collaboret in Euangelio Chriſti: ut perſeueret in accepta ab Apoſtolo doctrina: commendat Oneſimum.

In Cap. II. Promouet adhuc Timotheum ad laborem pro Euangelio; quia non coronabitur quis, niſi legiti- time certauerit: proponit ſuos labores; & quòd ut latro carceri pro Chriſto eſt mancipatus: ut contentiones, uocumque

uocumque nouitates cuitet: quòd in Eccleſia ueluti in magna domo ſunt uafa præioſa & uilia; oſtendit quæ agenda, quæ ue cauenda.

In Cap. III. Malos qui Eccleſiam ſunt inuaſuri, & eorum impietates adhuc futuras prædicit: quòd Apoſtoli exemplo tribulationes æquo animo ferat: & ut permaneat in accepta doctrina, quia ad omne bo- num opus utilis eſt.

In Cap. IIII. Obreſtatur per Chriſtum, ut loci, per ſonarum, & temporis ratione habita, hortando & arguendo proficiat in Eccleſia: quòd futuri ſunt mali qui ueritate neglecta ad uana ſe conuerrent: migratio- nem eius ab hac uita præuidet, quòd à multis eſt relictus, ut ſolicitet ad ſe venire, ſperans Deum illi propitiũ fore: ſalutat fideles, & gratiam eis precatur.

#### Summarium in epiſtolam beati Pauli Apoſtoli ad Titum:

In Cap. I. Beatus Paulus præmiſſa uocationis eius deſcriptione, gratiam & pacem Tito precatur: quòd cum Cretæ reliquit, ut defectus corrigeret, & præſbyteros per Eccleſias inſtitueret: vitam morèſque Epiſco- pi depingit: Cretenſium mores aperit, ut eos durè arguat.

In Cap. II. Quales eſſe debeant ſenes, iuuenes & ſeruos edocet: ut ſtudeant ſinguli bonis operibus præ- eſſe: quòd ad hoc gratia Domini noſtri Jeſu Chriſti reuelata eſt, ut populus bonorum operum ſectator in- ſtitueretur.

In Cap. III. Ut moneat omnes poteſtatibus ſuperioribus ſubditos eſſe, & dicto obedire: quòd ſicut prius in- conſultè carnis deſideria ſequebantur, ita nunc, ubi gratia Chriſti illuxit, renouati curent, ut per opera bona Dei efficiantur hæredes: ut hæreticum poſt primam correptionem deuiter: quòd quàm primùm fuerit per nun- tios monitus Apoſtolum adire: ſalutat fideles, & gratiam eis precatur.

#### Summarium in epiſtolam Beati Pauli Apoſtoli ad Philemonem.

Beatus Paulus in carcere conſtitutus, & Timotheus Philemoni, Appia, & Archippo gratiam optant & pacem: de fide & charitate Philemonis Apoſtolus Deo gratias agit: gaudet uero quòd in eleemoſynis ſanctorum fuerit largus: Oneſimum ſeruum fugitiuum ad eum reuertentem monet quòd recipiat non ut ſeruum, ſed ut fratrem: quòd è carcere liberari ſperat, eumque adire, ut paret hoſpitiũ: ſalutat eum, & gratiam illi precatur.

#### Summarium in epiſtolam Beati Pauli Apoſtoli ad Hebræos.

In Cap. I. Annuntiaturus Hebræis beatus Paulus Euangelium, præmittit ab eodem illud eſſe auctore Deo, nunc per filium loquente, qui olim per prophetas ad patres fuerat locutus. Verum quia lex per Angelos fuerat tradita, hunc filium, cuius naturam, officium, maiestatemque deſcribit, rationibus & ſcripturis angelis eſſe eminentiorem oſtendit.

In Cap. II. Ex dictis arguit: Si legi per angelos tradita firmiter eſt obediendum, quanto magis ei legi quæ per filium? & ſi in illius transgreſſores eſt grauitè animaduerſum, quanto magis iſtius præuaricatores ſunt coercendi? cum hæc potioris ſit poteſtatis, prout & rationibus & ſcripturis adſtruit.

In Cap. III. Quoniam lex per Moysen lata fuit, oſtendit hunc Moysè potioꝝ. Moyses quippe famulus, hic uero filius, unde arguit: Si non credentes Moysi non introierunt in requiem, ſed in deſerto proſtrati ſunt, multo minus introibunt filio increduli.

In Cap. IIII. Tacitè reſpondens obiectioni probat quòd adhuc alia remanet requies, ad quam ut contem- damus perſuadet, præfertim cum nobis adſit Pontifex qui noſtris didicit infirmitatibus compati.

In Cap. V. Chriſtum Pontificem eſſe qui ſciat, poſſit, & uelit nobis condolere, à Deo uocatum ſecundum ordinem Melchizedech, oſtendit: de quo altioreſ ſermonem ob eorum incapacitatem non aggreſſum fuiſſe dicit.

In Cap. VI. Supponenda nihilominus quædam fidei rudimenta arbitratur, confidens de eis potiora ad ſa- lutem: maiorum exemplo qui fide & patientia promiſſiones heredarunt, ad meliorem hortatur requiem; quæ ob interpoſitum Dei etiam iuramentum excidere nullatenus poſſit.

In Cap. VII. Altioreſ de Chriſto inſinuat ſermonem aggreditur, oſtendens eum in Melchizedech




typo, Leuitici generis sacerdotibus præstantiorem esse; non solum quia decimas ab Abraham, in cuius lumbis erat Leui, accepit; sed quia benedixit ei, quia iureiurando promissus, quia vnus, quia æternus, quia innocens, quia per propriam hostiam semel tantum seipsum obtulit.

In Cap. VIII. Christi sacerdotis excellentiam prosecutus, addit quòd ad Dei dexteram sedet, minister non terreni sed cælestis tabernaculi, offerens non plures sed vnã tantum, se ipsum hostiam, demum Moyse & Hieremias sententiis veteris tabernaculi et testamenti imperfectionem declarat.

In Cap. IX. Ex figura tabernaculi et sacrificiorum ritu prosequitur Christi explicare eminentiam, qui non vt summus Leuiticus sacerdos introiit in tabernaculum manufactum, sed in cælum, nec per alienam, sed per propriam hostiam se ipsum offerendo; non singulis annis, sed semel tantum apparuit vultui Dei pro nobis ad multorum exhaurienda peccata.

In Cap. X. Veteris sacrificij ad tollenda peccata, et ad homines perficiendos imbecillitatem, Christi vero qui vnica oblatione purgavit et sanctificauit omnes, virtutem et excellentiam rationibus et scripturis demonstrat. Quam ob rem cum fidei plenitudine, cordis munditia, et charitatis operibus ad eum confugiendum hortatur.

Commentariorum S. Ambrosij in hoc tertio tomo  
contentorum summarij Finis.



# SANCTI AMBROSII EPISCOPI MEDIOLANENSIS COMMENTARIORVM IN EVANGELIUM SECVNDVM LVCAM,


PROOEMIUM.



**S**CRIPTVRI in Euangelij librum, quem sanctus Lucas pleniore quodammodo rerum Dominicarum distinctione digessit, stylum ipsum prius exponendum putamus: est autem historicus. Nam licet scriptura diuina mundana vacuet sapientia disciplinam, quod maiore fucata verborum ambitu quam rerum ratione subnixã sit: tamen qui in scripturis diuinis etiam illa quæ miranda illi putant, quærunt, inueniet. Tria sunt enim quæ philosophi mundi istius præcellentissima putauerunt, triplicem scilicet esse sapientiam, quod aut naturalis sit, aut moralis, aut rationalis. Hæc tria iam in veteri testamento potuimus aduertere. Quid enim aliud significant tres illi putei, quorum vnus est Visionis, alius Abundantia, seu latitudinis, tertius Iuramenti: nisi triplicem istam in quibusdam virtutibus? Rationalis est puteus visionis, eo quòd ratio visum mentis acuat, et animi purget obtutum. Moralisis puteus abundantia, eo quòd cedentibus allophylis, quorum specie vitia corporis figurantur, viuæ Isaac liquorem mentis inuenit. Purè enim profluunt boni mores, et bonitas ipsa popularis abundat aliis, sibi restrictior. Tertius puteus iuramenti, hoc est, sapientia naturalis, quæ ea quæ supra naturam, vel naturæ sunt, comprehendat. Quod enim affirmatur, et quasi Deo teste iuratur, etiam diuina complectitur, cum Dominus naturæ fidei testis adhibetur. Quid etiam tres libri Salomonis, vnus de Prouerbiis, alius Ecclesiastes, tertius de Canticis canticorum, nisi trina huius ostendunt nobis sapientia sanctum Salomonem fuisse solertem? Qui de rationalibus, et ethicis in Prouerbiis scripsit, de naturalibus in Ecclesiaste; quia Vanitas vanitatum, et omnia vanitas, quæ in hoc mundo sunt constituta: (vanitati enim creatura subiecta est.) de moralibus autem, et rationalibus in Canticis canticorum, eo quòd cum anima nostræ amor verbi cælestis infunditur; et rationi mens sancta quadam societate connectitur, admiranda mysteria reuelantur. Euangelistis quoque quam putas defuisse sapientiam? qui cum variis generibus sint referti, singuli tamen diuerso genere præstant. Est enim verè sapientia naturalis in libro Euangelij qui scribitur secundum Ioannem. Nemo enim, audeo dicere, tanta sublimitate sapientie maiestatem Dei vidit, et nobis proprio sermone referauit. Transcendit nubes, transcendit virtutes calorum, transcendit angelos, et verbum in principio reperit, et verbum apud Deum vidit. Quis autem moralis secundum hominem singula persecutus, quam sanctus Matthæus, qui edidit nobis præcepta viuendi? Quid rationabilius illo admirabili copulatu, quem sanctus Marcus in principio statim locandum putauit: Ecce mitto angelum meum: et vox clamantis in deserto: vt et admirationem moueret, et doceret hominem humilitate atque abstinentia et fide placere debere; sicut ille sanctus Ioannes Baptista his ad immortalitatem gradibus ascendit, vestimento, cibo, nuntio? At verò sanctus Lucas velut quædam historicum ordinem tenuit, et plura nobis gestorum Domini reuelauit: ita tamen, vt omnes sapientie virtutes Euangelij istius complecteretur historia. Quid enim præcellentius ad sapientiam naturalem, quam quòd Spiritum sanctum creatorem etiam Dominica incarnationis extitisse referauit? Vnde et Dauid, Emitte, inquit, spiritum tuum, et creabuntur. Docet ergo naturalia si creat spiritus. Docet et moralia in eodem libro, cum me in illis beatitudinibus docet quemadmodum amare inimicum debeam; quemadmodum non referre, et non repercutere verberantem; quemadmodum benefacere, mutuum dare cum desperatione recuperationis, et cum remuneratione mercedis. Merces enim facilius sequitur non expectantem. Docet etiam rationalia, cum lego, Quoniam qui fidelis est in minimo, etiam in magnis fidelis est. Quid adhuc de naturalibus dicam, quod docuit virtutes cælorum

4  
 Luc. 16. moueri; Dominum solum esse unigenitum Dei filium, in cuius passione tenebrae per diem factae sunt, terra E  
 Luc. 21. obscurata est, sol refugit? Ergo omnem quem mundana sibi prudentia falso vendicat principatum, sapientia  
 Luc. 23. verè possidet spiritualis; praesertim cum, audacius ut aliquid usurpemus, ipsa fides nostra, ipsum mysterium  
 Trinitatis sine hac triplici sapientia esse non possit; nisi credamus & illum naturalem patrem, qui nobis  
 genuit redemptorem: & illum moralem filium, qui patri usque ad mortem secundum hominem obediens,  
 Philip. 2. nos redemit: & illum rationalem spiritum, qui rationem colendae diuinitatis, & vitae regendae, humanis  
 pectoribus infudit. Nec quisquam putet nos potestatis aut virtutis fecisse distantiam, cum hac calumnia etiam  
 1. Cor. 12. Paulum possit incesse. Neque enim distantiam fecit ille, cum dixit, Diuisiones gratiarum sunt, idem autem  
 Coloss. 3. spiritus: & diuisiones ministeriorum sunt, idem autem Dominus: & diuisiones operationum sunt, idem  
 1. Cor. 12. autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. Operatur enim omnia, & in omnibus filius, sicut habes ali-  
 bi, Quia omnia, & in omnibus Christus. Operatur etiam & spiritus sanctus; quia omnia operatur vnus F  
 atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Nulla ergo operationum distantia, nulla discretio est, ubi  
 vel in patre, vel in filio, vel in spiritu sancto, nulli secunda plenitudo virtutis est. Hac igitur cum legimus, di-  
 Math. 7. ligenter consideremus, ut in ipsis locis nobis possint melius elucere. Qui enim quaerit, inuenit: & qui pulsat,  
 aperietur ei. Aperit sibi diligentia ianuam veritatis, & ideo praeceptis caelestibus pareamus. Neque enim  
 Genes. 3. otiose dictum est homini, quod nulli aliorum animantium: In sudore vultus tui manducabis panem tuum.  
 Genes. 1. His enim animalibus quae natura irrationabilia sunt, iussu Dei terra pabulum ministrare praecipitur. So-  
 li autem homini, ut rationabile quod accepit exerceat, vitae cursus in labore praescribitur. Qui enim non est  
 contentus animalium pabulo ceterorum; cui non satis est lignum fructiferum in comune omnibus ad escam  
 datum, sed delicias sibi variarum exquirat epularum, delicias sibi transmarinis arcessit à terris, delicias ver-  
 rit è fluctibus; recusare non debet, quum labore victum requirat, breuem si laborem pro vita subeat eter- G  
 na. Itaque si quis in haec sacrarum disputationum certamina veniens, exuat se vitae huius expositae ad er-  
 rorem sollicitudine, & nudus malitia, athleta pietatis, oleo spiritali velut quaedam animae membra perfu-  
 sus, suscipiat certamina veritatis, haud dubie perpetua promerebitur sacratarum praemia coronarum. Bo-  
 norum enim laborum nobilis fructus est. Et quanto plura certamina, tanto praecellentior corona. Sed ad  
 propositum reuertamur. Historico stylo diximus hunc Euangelij librum esse digestum. Denique describen-  
 dis magis rebus, quam exprimendis praecipis, studium uberius comparatione aliorum videmus impensum.  
 Luc. 1. Et ipse Euangelista historico more à narratione sumpsit exordium. Fuit, inquit, in diebus Herodis regis  
 Iudaeae sacerdos quidam nomine Zacharias, eamque historiam plena digestionem persequitur. Vnde etiam ij  
 Apocal. 4. qui quatuor animalium formas quae in Apocalypsi reuelantur, quatuor Euangelij libros intelligendos ar-  
 bitrati sunt, hunc librum voluit vituli specie figurari. Vitulus enim sacerdotalis est victima. Et bene con- H  
 gruit vitulo hic Euangelij liber, quia à sacerdote inchoauit, & consummauit in vitulo, qui omnium peccata  
 1. Ioan. 2. suscipiens, pro totius mundi vita est immolatus. Sacerdotalis enim est ille vitulus. Idem quippe & vitulus  
 Hebr. 9. est & sacerdos, quia propitiator est noster; aduocatum enim ipsum habemus apud patrem: vitulus, quia suo  
 sanguine nos diluit, & redemit. Et bene accidit, ut quoniam Euangelij librum secundum Matthaeum di-  
 ximus esse morale, opinio huiusmodi non praetermitteretur. Mores enim proprie dicuntur humani. Ple-  
 rique tamen hinc putant ipsum Dominum nostrum in quatuor Euangelij libris, quatuor formis animalium  
 figurari, quod idem homo, idem leo, idem vitulus, idem aquila. Homo, quia natus ex Maria est: leo, quia  
 fortior: vitulus, quia hostia: aquila, quia resurrectio est. Atque ita in libris singulis forma animalium fi-  
 guratur, ut vniuscuiusque libri series propositorum videatur animalium aut naturae, aut virtuti, aut gra- I  
 tiae, aut miraculo conuenire. Quae licet omnia in omnibus sint, tamen plenitudo quaedam in singulis virtu-  
 tum est singularum. Ortum hominis alius descripsit uberius, mores quoque praecipis uberius erudiuit.  
 Alius à potentia cepit expressione diuinæ, quod ex Rege Rex, fortis ex forti, verus ex  
 vero, viuida mortem virtute contempserit. Tertius sacrificium sacerdotale pra-  
 misit, & ipsam vituli immolationem stylo quodam pleniore diffudit.  
 Quartus copiosius ceteris diuinæ miracula resurrectionis expref-  
 sit. Vnus igitur omnia, & vnus in omnibus, sicut le-  
 ctum est, non dissimilis in singulis, sed verus  
 in cunctis. Sed iam ipsum sermonem  
 adoriamur Euangelij.

SANCTI



SANCTI AMBROSII MEDIOLA-  
 NENSIS EPISCOPI COMMENTARIORVM  
 IN EVANGELIUM SECVNDVM LVCAM,

LIBER PRIMVS.

Prooemium Euangelij secundum Lucam.

Q VONIAM quidem multi conati sunt or-  
 dinare narrationem rerum quae in no-  
 bis completae sunt.

**L**ERA QVE nostrorum, quem-  
 admodum veterum Iudaeorum,  
 paribus & generibus formantur  
 & causis; atque exemplorum si-  
 mili vsu exituque conueniunt;  
 principioque rerum & fine con-  
 cordant. Nam sicut multi in illo

populo diuino infusi spiritu prophetarum; alij autem B  
 prophetare se pollicebantur, & professionem desti-  
 tuebant mendacio: ( erant enim pseudoprophetae  
 potius quam prophetae; sicut Ananias filius Azor. )  
 erat autem populi gratia discernere spiritus, ut co-  
 gnosceret quos referre deberet in numerum pro-  
 phetarum, quosue quasi bonus numularius impro-  
 bare; in quibus materia magis corrupta forderet,  
 quam veri splendor luminis resplenderet: sic & nunc in  
 nouo testamento multi Euangelia scribere conati  
 sunt, quae boni numularij non probarunt. Vnum  
 autem tantummodo in quatuor libros digestum ex C  
 omnibus arbitrati sunt eligendum. Et aliud quidem  
 fertur Euangelium, quod duodecim Apostoli scrip-  
 sisse dicuntur. Ausus est etiam Basilides Euangelium  
 scribere, quod dicitur secundum Basilidem. Fertur  
 etiam aliud Euangelium, quod scribitur secundum  
 Thomam. Noui aliud scriptum secundum Matthiam.

Hierem. 28.  
 Deut. 18.

Dist. 37. c. le-  
 gimus aliqua.

Legimus aliqua, ne legatur: legimus, ne ignoremus:  
 legimus, non ut teneamus, sed ut repudicemus, & ut  
 sciamus qualia sint, in quibus magnifice isti cor ex-  
 altant suum. Sed Ecclesia, cum quatuor Euangelij  
 libros habeat, per vniuersum mundum Euangelij  
 redundat: haereses, cum multa habeant, vnum non  
 habent. Multi enim conati, sed Dei gratia destituti  
 sunt. Plerique etiam ex quatuor Euangelij libris in  
 vnum ea quae venenatis putauerunt assertionibus  
 conuenientia, refererunt. Ita Ecclesia quae vnum  
 Euangelium habet, vnum Deum docet. Illi autem  
 qui alium Deum veteris Testamenti, alium noui as-  
 serunt, ex multis Euangelis non vnum Deum, sed  
 plures fecerunt. Quoniam multi, ( inquit ) conati sunt.  
 Conati vtrique illi sunt, qui implere nequiverunt. Er-  
 go multos coepisse, nec impleuisse, etiam sanctus Lu-

cas testimonio locupletiore testatur, dicēs plurimos  
 esse conatos. Qui enim conatus est ordinare, suo la-  
 bore conatus est, nec impleuit. Sine conatu sunt e-  
 nim donationes & gratia Dei, quae ubi se infuderit, re-  
 rigare consuevit, ut non egeat, sed redundet scripto-  
 ris ingenium. Non conatus est Marthaeus, non co-  
 natus est Marcus, non conatus est Ioannes, non co-  
 natus est Lucas, sed diuino spiritu vbertatem dicto-  
 rum rerumque omnium ministrante, sine vilo molimine  
 cepta complerunt. Et ideo bene dicit, Quo-  
 niam multi conati sunt ordinare narrationem rerum quae in  
 nobis completae sunt: vel, quae in nobis redundant.  
 Quod enim redundat, nulli deficit: & de completo  
 nemo dubitat, cum fidem effectus adstruat, exitus  
 prodatur. Itaque Euangelium completum est, & redun-  
 dat omnibus per vniuersum orbem fidelibus, & mē-  
 tes omnium rigat, animumque confirmat. Ergo fun-  
 datus in petra, & qui omnem fidei sumpserit pleni-  
 tudinem, firmamentumque constantiae, recte dicit,  
 Quae in nobis completae sunt: quoniam non signis &  
 prodigijs, sed verbo atque ratione vera & falsa dis-  
 criminant qui salutaria Domini gesta describunt, vel  
 qui animum mirabilibus eius intendunt. Quid enim  
 tam rationale, quam ut credas, cum legis ea gesta  
 quae supra hominem sunt, potioris esse naturae? At  
 verò cum legis ea quae sunt mortalia, suscepti credas  
 esse corporis passionis? Ita verbo atque ratione, non  
 signis fides nostra fundatur.

Sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi  
 viderunt.

Non congruit ista locutio, ut magis ministerium  
 verbi visum quam auditum esse credamus. Sed quia  
 non prolatiuum verbum, sed substantiale signatur,  
 verbum illud quod caro factum est, & habitauit in  
 nobis: non vulgare verbum, sed illud caeleste intelli-  
 gamus, cui Apostoli ministrarunt. Et tamen in Exo-  
 do lectum est, Quia populus videbat vocem Domi-  
 ni: & vtrique vox non videtur, sed auditur. Vox enim  
 quid est, nisi sonus qui non oculis cernitur, sed aure  
 percipitur? Verum altissimo ingenio voluit declara-  
 re Moyses quia vox videtur Dei: interioris enim  
 mentis videtur obtutu. In Euangelio autem non vox,  
 sed illud quod voce praestantius est, verbum vide-  
 tur. Vnde & Ioannes sanctus Euangelista: Quod  
 A ij

Reg. 11.

Math. 7.  
 Heb. 10.

1. Cor. 14.

Ioan. 1.

Exod. 20.

1. Ioan. 1.

erat, inquit, ab initio, quod audiimus, & quod vidimus, & oculis nostris perspeximus, & manus nostrae scrutatae sunt de verbo vitae, & vita apparuit, & vidimus, & testamur, & annuntiamus vobis de vita, quae erat apud patrem, & apparuit nobis. Vides ergo quod verbum Dei & visum est Apostolis, & auditum. Non solum enim secundum corpus viderunt Dominum, sed etiam secundum verbum. Viderunt enim verbum, qui cum Moyse & Elia viderunt gloriam verbi. Isti enim viderunt Iesum, qui in sua viderunt gloria: alij non viderunt, qui corpus tantummodo videre potuerunt. Non enim corporalibus, sed spiritalibus oculis Iesus videtur. Denique Iudei non viderunt eum, quia non videbant in spiritu. Vidit eum Abraham, quia scriptum est, Abraham diem meum vidit, & gaudius est. Vidit ergo cum Abraham, qui Dominum vtiq; in corpore non videbat: sed qui vidit in spiritu, vidit in corpore: qui autem vidit in corpore & non vidit in spiritu, nec in ipso vidit corpore quod videbat. Vidit eum Esaias: & quia vidit in spiritu, vidit & in corpore. Denique non habebat, inquit, speciem neque decorem. Non viderunt eum Iudaei: obcaecatum enim erat insipiens cor eorum. Ipse quoque non se posse à Iudaeis videri, testificatur dicens, Duces caeci, liquantes culicem, camelum autem glutientes. Non vidit eum Pilatus, non viderunt illi, qui clamabant, Crucifige, crucifige eum. Si enim vidissent, nunquam Dominum maiestatis crucifixissent. Qui ergo Deum vidit, vidit Emmanuel, hoc est, vidit nobiscum Deum. Qui autem nobiscum Deum non vidit, non potuit videre quem virgo peperit. Denique qui non crediderunt Dei filium, nec filium virginis crediderunt. Quid est ergo Deum videre? Nolo me interrogas, Euangelium interroga, ipsum Dominum interroga, immo docentem audi, Philippe, qui videt me, videt & patrem qui me misit. Quomodo tu dicis, Ostende nobis patrem? Non credis quia ego in patre, & pater in me est? Vtiq; non corpus videtur in corpore, nec spiritus videtur in spiritu: sed solus ille pater videtur in filio, aut filius videtur in patre. Non enim dissimiles in dissimilibus videntur, sed ubi vnitas operationis est atque virtutis, & filius in patre, & pater videtur in filio. Quae ego, inquit, opera facio, & ille facit. In operibus patris Iesus videtur, in operibus filij & pater cernitur. Vidit Iesum qui Galilaeum illud mysterium, id est, ex aqua vinum factum vidit, quod nemo posset, nisi mundi Dominus elementa conuertere. Video Iesum quando lego quia caeco liniuit oculos luto, & reddidit visum. Ipsum enim recognosco, qui de luto finxit hominem, & ei viuendi spiritum, & videndi lumen infudit. Video Iesum, quando peccata condonat. Nemo enim potest peccata dimittere, nisi solus Deus. Video Iesum, quando Lazarum suscitatur, & non viderunt qui viderunt. Video Iesum, video etiam patrem, quando oculos ad caelum erigo, ad maria conuerto, ad terram retorqueo. Inuisibilia enim eius, per ea quae facta sunt intellecta, conspiciuntur.

Et ministri fuerunt verbi.

Gemina virtus est in homine perfecto, intentio nempe, & actio. Vtramque igitur virtutem sanctus Euangelista Apostolis defert. Non solum enim vi-

derunt, sed etiam ministri, inquit, verbi fuerunt. Intentio visionis, actionis est ministerium: finis enim intentionis est actio; principium actionis intentio. Atque vt proprio Apostolorum vtamur exemplo, intentio est quod Petrus & Andreas audita Domini voce dicentis, Faciam vos piscatores hominum: si ne vlla comperendinatione reliquerunt scalmum, verbum secuti sunt. Sed non statim in intentione actio: nec ibi quidem adhuc actio, sed intentio, vbi dicit Petrus, Domine, quare non possum te sequi modò? Animam pro te ponam. Erat enim intentio passionis, sed nodum erat actio: licet in ieiuniis iam esset actio, esset in vigiliis, esset in contemptu corporalium voluptatum. Haec enim est actio Christiani. Neque enim in omnibus rebus simul & intentio & actio est: sed cum sit rei alterius actio, alterius adhuc intentio est. Nam & ipse Petrus cum multa apostolica virtute perpeti praelegisset: postea tamen quando dixit ei Dominus, Tu me sequere: tulit crucem suam, & secutus est verbum, atque actionem subiit passionis. Sed fuerit in Petro, Andrea, Ioanne, & ceteris Apostolis, & intentionis & actionis aequalitas. Est autem nonnunquam plus in intentione quam in actione, aut plus in actione quam in intentione: vt in Euangelio cernimus inter sanctam Mariam, & Martham fuisse distantiam. Alia enim verbum audiebat, alia festinabat circa ministerium, quae stetit, & ait, Domine non est tibi cura, quod dereliquit me foror mea solum ministrare? Dic ergo illi, vt me adiuuet. Et dixit illi Dominus, Martha Martha, Maria optimam partem elegit, quae non auferetur illi. Ergo in altera intentionis studium, in altera actionis ministerium redundabat: vtrique tamen vtriusque virtutis studium suppetebat. Siquidem & Martha, nisi audisset verbum, ministerium non subisset: cuius actio, intentionis indicium est. Et Maria tantum gratiae de vtriusque retulit perfectione virtutis, vt vngeret pedes Iesu, & tergeret capillis, & totam domum suae fidei odore completeret. Est etiam nonnunquam maxima intentio, cassa actio: vt si medicinae animum aliquis intendat, & cum omnia medendi praeccepta cognouerit, non exequatur officia: atque ita fit, vt quia cassa actio, cassa etiam intentio sit. Est etiam in nonnullis vberior aliquando actio, exilior intentio: vt si aliquis baptismi salutaris sacramenta percipiat, & cognoscendis variarum virtutum praecceptis animum nolit intendere, fit plerumque, vt per intentionis incuriam fructum actionis amittat. Ideo ergo vtriusque virtutis plenitudo quaerenda est, qua consequi potuerunt Apostoli, de quibus dicit, Qui ab initio viderunt, & ministri fuerunt verbi: vt per id quod viderunt, diuinae cognitionis intelligatur intentio: per id quod ministri fuerunt, eorum actio declaretur.

Visum est & mihi affecuto à principio omnia diligenter.

Potest etiam non ipsi soli visum esse, quod visum sibi esse declarat. Non enim voluntate tantum humana visum est, sed sicut placuit ei, qui in me, inquit, loquitur Christus: qui, vt id quod bonum est, nobis quoque bonum videri possit, operatur. Quem enim miseratur, & vocat. Et ideo qui Christum se-

Matth. 17.

S. Aug. tom. 2. epist. 111. Ioan. 8.

Esa. 53.

Rom. 11. S. Aug. tom. 2. epist. 111.

Matth. 23. Ioan. 19. 1. Cor. 2. Matth. 1.

Ioan. 14.

Ioan. 5.

Ioan. 2.

Ioan. 9.

Gen. 1.

Marc. 2.

Ioan. 11.

Rom. 1.

Pros. 8.

2. Cor. 8.

Ioan. 21.

Luc. 23.

2. Tim. 1.

Rom. 5.

Matth. 6.

Ioan. 1.

Ioan. 17.

Ioan. 10. 2. Ioan.

Iob 13. Luc. 11.

quitur, potest interrogatus cur esse voluerit Christianus, respondere, Visum est mihi. Quod cum dicit, non negat Deo visum: à Deo enim preparatur voluntas hominum. Vt enim Deus honorificetur à sancto, Dei gratia est. Denique plurimi voluerunt scribere Euangelium, sed quatuor tantummodo, qui diuinam meruerunt gratiam, sunt recepti. Visum est, inquit, & mihi affecuto à principio omnia diligenter. Et ideo non ea quae falsa sunt, sed quae vera, sibi vendicat. Denique etiam à sancto Apostolo Paulo testimonium meruit diligentiae. Sic enim laudat Lucam: Cuius laus, inquit, est in Euangelio per omnes ecclesias. Et verè laudabilis est, qui meruit à tanto gentium doctore laudari. Affecutum itaque se non pauca dicit, sed omnia: & affecuto omnia visum est scribere non omnia, sed ex omnibus. Non enim scripsit omnia, sed affecutus est omnia: quia quae fecit, inquit, Iesus, si scribantur omnia, nec ipsum capere mundum arbitror. Aduertis enim quod cõsultè etiam ea quae ab aliis sunt scripta, praeteriit, vt diuersa in Euangelio gratia resfulgeret, & propriis quibusdam singuli libri mysteriorum gestorumque miraculis eminerent. Diuiserunt enim sibi vestimenta Domini milites Christi, quod suo loco plenius explanabitur.

Ex ordine tibi scribere, optime Theophile, vt cognoscas eorum verborum, de quibus eruditus es, veritatem.

Scriptum est autem Euangelium ad Theophilum, hoc est, ad eum quem Deus diligit. Si Deum diligis, ad te scriptum est: si ad te scriptum est, suscipe munus Euangelistae: pignus amici in penetrabilibus animi diligenter afferua. Bonum depositum custodi, per Spiritum sanctum qui datus est nobis, frequenter inspice, sapius discute. Fides pignori prima debetur, fidè sequitur diligentia, ne commissa tibi pignora aut tinea aut arugo cõsumat. Euangelium bonum pignus est, sed vide ne in animo tuo illud aut tinea aut arugo consumat. Consumit tinea, si quod bene legeris, malè credas. Tinea haereticus est, tinea Photinus est, tinea Arius est. Scindit vestimentum, qui separat à Deo verbum. Scindit vestimentum Photinus cum legit. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat. Integrum enim vestimentum est si legas, Et Deus erat verbum. Scindit vestimentum qui separat à Deo Christum. Scindit vestimentum qui legit, Haec est autem vita aeterna, vt cognoscant te solum verum Deum, nisi cognoscat & Christum. Non enim solum patrem verè Deum cognoscere vita aeterna est, sed etiam Christum cognoscere Deum de Deo, verum de vero vita est sempiterna. Tinea est Christum cognoscere sine diuinitatis fide, aut corporis sacramento. Tinea est Arius, tinea est Sabellius. Patitur has tineas spiritus fluctuatum, patitur has tineas spiritus qui non credit quia pater & filius diuinitate vnum sunt. Scindit quod scriptum est, Ego & pater vnum sumus, qui vnum per discretas substantias diuidit: spiritus qui Iesum Christum in carne venisse non credit, & ipse tinea est. Ipse est enim Antichristus. Qui autem ex Deo sunt, fidem tenent: & ideo tineam pati non queunt quae diuidit vestimentum. Omne enim quod

inter se diuiditur, sicut Satanæ regnum, non potest esse perpetuum. Est etiam arugo animi, cum secularium fordibus cupiditatum religiosae acies intentionis obducitur, aut fidei puritas decoloratur nube perfidiae. Arugo mentis est rei cupiditatis familiaris: arugo mentis incuria est: arugo metis est appetentia dignitatum, si in his summa spes vitae praesentis locetur. Et ideo ad diuina conuersi, acuamus ingenium, exerceamus affectum, vt gladium illum, quem vendita veste emi Dominus iubet, paratum semper & lucidum tanquam in vagina mentis reconditum habere possimus. Arma enim spiritalia & fortia Deo ad destruendas munitiones militibus Christi debent semper esse praesentia: ne cum venerit dux caelestis militiae, situ nostrorum offensus armorum, à legionum suarum nos societate seccernat.

SANCTI AMBROSII  
IN EVANGELIUM SECVN-  
DVM LVCAM COM-  
MENTARI  
CAPVT PRIMVM.

Fuit in diebus Herodis regis Iudaeae, sacerdos quidam nomine Zacharias de vice Abia: & vxor illi de filiabus Aaron, & nomen eius Elizabeth.

**D**OCEt nos Scriptura diuina non solum mores in iis qui praedicabiles sunt, sed etiam parètes oportere laudari: vt veluti transmissa immaculatae puritatis hereditas in iis quos volumus laudare, praecellat. Quae enim alia intentio hoc loco sancti Euangelistae, nisi vt sanctus Ioannes Baptista nobilitetur parentibus, miraculis, moribus, munere, passione? Sic etiam sancti Samuel mater Anna laudatur: sic Isaac à parentibus nobilitatem pietatis accepit, quam posteris dereliquit. Sacerdos itaque Zacharias, nec solum sacerdos, sed etiam de vice Abia, id est, nobilis inter superiores familias. Et vxor, inquit, illi de filiabus Aaron. Non solum igitur à parentibus, sed etiam à maioribus sancti Ioannis nobilitas propagatur, non seculari potestate sublimis, sed religionis successione venerabilis. Tales enim maiores habere debuit praeuultius Christi, vt non repete conceptam, sed à maioribus acceptam, & ipso infusam iure naturae praedicare fidem dominici videretur aduentus.

Erant autem ambo iusti ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela. Et non erat illis filius; eo quod esset Elizabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis.

Quid ad hoc referunt qui peccatis suis solatia praeferentes, sine peccatis frequentibus hominem putant esse non posse; & vtuntur versiculo, quia scriptum est in Iob, Nemo mundus à sorde, nec si vnus diei vita eius sit in terra, numerabiles menses eius ab ipso? Quibus respondendum est, prius vt quid sit hominem sine peccato esse definiat: vtrum nun-





quam omnino peccasse, an desinere peccare. Si enim hoc putant sine peccato esse, nunquam omnino peccasse & ipse consensio. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Sin autem eum, qui veterem errorem correxerit, & in eam se vitam transformauerit qualitatem vt temperet a peccato, negant abstinere a delictis: non possum in eorum conuenire sententiam, cum legamus, Quia sic Dominus dilexit Ecclesiam, vt exhibeat ipsam sibi gloriosam, & non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid eiusmodi: sed vt sit sancta & immaculata. Nam cum Ecclesia ex gentibus, hoc est, ex peccatoribus congregata sit; quomodo ex maculatis immaculata potest esse, nisi primo per Dei gratiam quod ablutum a delicto sit; deinde quod per qualitatem non peccandi abstinere a delictis? Ita nec ab initio immaculata (humana enim hoc impossibile natura) sed per Dei gratiam & qualitatem sui, quia iam non peccat, fit vt immaculata videatur. Nec otiose iustos ante Deum dixit, incedentes in mandatis & iustificationibus Domini. In quo patrem omnipotentem & filium comprehendit. Nam filium esse qui legem tulerit, mandata prescripserit, etiam sanctus Lucas euangelista declarat. Et bene iustos ante Deum. Non enim omnis qui iustus est ante homines, iustus est ante Deum. Aliter vident homines, aliter videt Deus: homines in facie, Deus in corde. Et ideo fieri potest, vt aliquis affectata bonitate populari iustus videatur mihi, iustus autem ante Deum non sit, si iustitia non ex mentis simplicitate formetur, sed adulatione simuletur. Abscondita enim mea homo non poterit deprehendere. Perfecta igitur laus est, ante Deum iustum esse. Vnde & Apostolus, Cuius laus, inquit, non ex hominibus, sed ex Deo est. Beatus plane ille, qui in conspectu Dei iustus est. Beatus ille, de quo Dominus dignatus est dicere, Ecce verum Israelita, in quo dolus non est. Verus enim Israelita, qui Deum videt, & videri se nouit a Deo, & ipsi exhibet cordis occulta. Solus enim perfectus, qui ab eo probatur qui non potest falli. Iudicia enim Domini vera, iudicia autem hominum saepe falluntur: vt & iniustus iustitiam gratiam frequenter adscribant, & iustum aut odio persequantur, aut mendacio decolorent. No- uit autem Dominus immaculatum vias: nec pro peccatore laudabilem; nec pro laudabili peccatorem, sed vnumquemque pro competentium iudicat ratione meritorum. Idem est enim arbiter mentis, & facti. Diuina namque iudicia meritum iusti ex mentis habitu, non aliquo factorum exitu, metiuntur. Plerumque enim aut bona mens facti reprehensibilis exitu deformatur, aut improba cogitatio facti alicuius decore velatur. Sed etiam quod bene feceris, si male cogitaueris, diuino iudicio non potest comprobari. Scriptum est enim, Iuste quod iustum est persequeris. Nam nisi esset vt iustum iniuste faceres, nunquam dictum esset: Iuste quod iustum est persequeris. Et certe posse iustum iniuste fieri, docuit nos ipse Saluator, dicens, Cum feceris elemosynam, noli tuba canere ante te. & Cum oratis, non eritis sicut hypocritar. Bona est enim misericordia, bona est oratio: sed potest iniuste fieri, si iactantia causa aliquis pauperi largiatur, vt videatur ab hominibus. Vnde sanctus Euangelista non solum iustos

ante Deum, & incedentes in mandatis omnibus & iustificationibus Domini, sed etiam sine querela incedentes ait. Quod mirum cum prophético congruit dicto, quo sanctus Salomon in Prouerbis usus est, dicens, Prouide bona semper coram Deo, & coram hominibus. Nulla ergo querela est, vbi & mentis bonitas concordat, & facti. Et plerumque iustitia durior hominum querelam excitat. Quam vero congruat verborum ipsa distinctio, & ordo conueniat, diligenter aduerte. *Incedentes*, inquit, *in omnibus mandatis & iustificationibus Domini*. Prius enim mandatum, secundo est iustificatio. Iraque cum mandatis caelestibus obediunt, in mandatis incedimus Domini: cum iudicamus, & congrue iudicamus, facere Domini iustificationes videmur. Plena igitur laudatio, quae genus, mores, officium, factum, iudicium comprehendit. Genus in maioribus, mores in aequitate, officium in sacerdotio, factum in mandato, in iustificatione iudicium.

Factum est autem, cum sacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis suae ante Deum, secundum consuetudinem sacerdotij, forte exiit vt incensum poneret ingressus in templum Domini: & omnis populus foris orabat hora incensi.

Videtur hic sanctus Zacharias summus designari sacerdos: quia, sicut lectum est, in priore tabernaculo semper intrabant sacerdotes ministeria consueuantes: in secundo autem semel in anno singularis summus sacerdos, non sine sanguine, quem offerret pro se, & populi delictis. Hic est ille summus sacerdos, qui forte quarebatur, quia verus adhuc ignorabatur. Qui enim forte legitur, humano iudicio non comprehenditur. Ille igitur quarebatur, & alius figurabatur. Ille quarebatur verus in aeternum sacerdos, cui dicitur, Tu es sacerdos in aeternum, qui non hostiarum cruore, sed proprio sanguine patrem Deum generi reconciliaret humano. Sed tunc sanguis fundebatur in specie, & in specie sacerdos ordinabatur: nunc quia veritas venit, relinquamus speciem, veritatem sequamur. Et tunc quidem vices erant, nunc autem est perpetuitas. Sorte ergo legebatur vt introiret in templum sacerdos. *Et omnis populus foris orabat*. Si in typo nullus poterat testis adhiberi, quid aliud significabatur, nisi eum sacerdotem esse venturum, cuius sacrificium non esset commune cum ceteris, qui non in manufactis templis sacrificarent pro nobis, sed in sui corporis templo nostra peccata vacuaret? Sorte ergo quarebatur sacerdos. Ideo fortasse & milites vestimenta Domini fortiebantur, vt quoniam in templo suo pro nobis Dominus deferre sacrificium preparabat, circa ipsam quoque sortis agitationem perceptum legis impleretur. Propter quod ait, Non veni legem soluere, sed adimplere. Certe vt ipse esset, qui & expectatus in veteri testamento, & mandato Dei videretur electus. Denique & super Apostolum Matthiam fors cecidit, ne Apostoli electio a mandato discrepare legis veteris videretur.

Apparuit autem illi angelus Domini stans a dextris altaris incensi, & Zacharias turbatus est

Rom. 3.  
Ephes. 5.  
Luc. 6.  
1. Reg. 16.  
1. Cor. 2.  
Rom. 2.  
Ioann. 1.  
Psal. 18.  
Psalm. 36.  
Deut. 16.  
Matth. 6.  
Tob. 12.

H  
I  
K  
L  
M

Prov. 3.  
Rom. 12.  
Gen. 18.  
Act. 7.  
Esaia 6.  
Ioan. 1.  
Ibid.  
Matth. 3.  
Ioan. 1.  
1. Tim. 6.  
Esa. 6.  
Matth. 5.  
Act. 1.

est videns, & timor irruit super eum. Ait vero ad illum angelus.

Non immerito angelus videtur in templo, quia veri Sacerdotis iam nuntiabatur aduentus, & caeleste sacrificium parabatur, in quo angeli ministrarent. Et bene apparuisse dicitur ei, quia cum repente conspexit. Hoc enim specialiter aut de angelis, aut de Deo scriptura diuina tenere consuevit: vt quod non potest praevideri, apparere dicatur. Sic enim habes, Apparuit Deus Abraham ad ilicem Mambre. Nam qui ante non praesentitur, sed repentino videtur aspectu, apparere memoratur. Non enim similiter sensibilia videntur, & is in cuius voluntate situm est videri, naturae vero est non videri. Nam si non vult, non videtur: si vult, videtur. Apparuit enim Deus Abraham, quia voluit: alij, quia noluit, non apparuit. Visum est etiam Stephano, cum lapidaretur a populo, aperiri caelum: visus est etiam ei Iesus stans ad dexteram Dei, & non est visus a populo. Vidit Esaias Dominum Sabaoth, sed alius videre non potuit: quia cui placuit, apparuit. Et quid de hominibus loquimur, cum etiam de ipsis caelestibus virtutibus & potestatibus legerimus, Quia Deum nemo vidit vnquam? Et addidit, quod vitra caelestes est potestates: Vnigenitus filius qui est in sinu patris, ipse enarrauit. Aut acquiescat igitur necesse est, si Deum patrem nemo vidit vnquam, filium visum esse in veteri testamento, & desinat haeretici ex virgine ei principium dare, qui antequam nasceretur ex virgine, videbatur: Aut certe refelli non potest, vel patrem, vel filium, vel spiritum sanctum (si tamen & spiritus sanctus visus est) ea specie videri, quam volutas elegerit, non natura formauerit: quoniam spiritum quoque visum accepimus in coluba. Et ideo Deum nemo vidit vnquam, quia eam quae in Deo habitat plenitudinem diuinitatis nemo conspexit, nemo mente aut oculis comprehendit. Vidit ergo, ad vtrumque referendum est. Denique cum additur, Vnigenitus filius ipse enarrauit: metium magis quam oculorum visio declaratur. Species enim videtur, virtus vero narratur: illa oculis, haec mente comprehenditur. Sed quid de Trinitate dicam? Seraphim quando voluit, apparuit, & vocem eius Esaias solus audiuit. Apparuit angelus, & nunc praesto est, sed non videtur. Neque enim in potestate nostra est videre, sed in potestate illius apparere. Tamen, etsi potestas non est videndi, est gratia promerendi vt videre possimus. Et ideo qui habuit gratiam, meruit copiam: nos copiam non meremur, quia Deum videndi gratiam non habemus. Et quid mirum si in praesenti saeculo, nisi quando vult, Dominus non videtur? In ipsa quoque resurrectione non facile est Deum videre, nisi iis qui corde sunt mundo. Et ideo beati mundo corde, ipsi enim Deum videbunt. Quantos beatos iam numerauerat, & tamen videndi his Deum non promiserat facultatem? Si ergo ij qui mundo sunt corde, Deum videbunt; vtique alij non videbunt. Neque enim indigni Deum videbunt, neque is qui Deum videre noluerit, potest Deum videre. Nec in loco Deus videtur, sed mundo corde: nec corporalibus oculis Deus quaeritur, nec circumscribitur visu, nec tactu tenetur, nec auditur affatu, nec

sentitur incessu. Et cum absens putatur, videtur: & cum praesens est, non videtur. Denique nec Apostoli omnes Christum videbant, & ideo ait, Tanto tempore vobiscum sum, & adhuc me non cognouistis? Qui enim cognouit quae sit latitudo, & longitudo, & altitudo, & profundum, & supereminens scientiae charitatem Christi; vidit & Christum, vidit & patrem. Nos enim iam secundum carnem non nouimus Christum, sed secundum spiritum. Spiritus enim ante faciem nostram Christus Dominus, qui nos in omnem plenitudinem Dei misericordia sua implere dignetur, vt videri possit a nobis. Ideo ergo apparuit Zachariae angelus a dextris altaris incensi, quia apparuit cum voluit, non apparuit quandiu noluit. Apparuit autem a dextris altaris incensi, quia diuina insigne misericordiae deferebat. Dominus enim a dextris est mihi, ne commouear. Et alibi: Dominus protectio tua super manum dexteram tuam. Atque vtinam nobis quoque adolentibus altaria, sacrificium deferentibus assisat angelus, immo praebeat se videndum. Non enim dubites assistere angelum, quando Christus assisat, quando Christus immolatur. Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Nec vercaris ne turbetur cor tuum angeli visione. Perturbamur enim, & a nostro alienamur affectu, quando praestringimur alicuius superioris potestatis occursum. Idem enim angelus qui occurrerit nobis, confirmare nos poterit, sicut turbatum ante Zachariae firmavit animum, dicens,

Ne timeas Zacharia, quoniam ecce oratio tua exaudita est: & vxor tua Elizabeth pariet tibi filium, & vocabis nomen eius Ioannem: & erit gaudium tibi, & exultatio: & multi in natiuitate eius gaudebunt.

Plena semper, & redundantia sunt diuina beneficia, non exiguo constricta numero, sed vberi bonorum coaceruata congestu: vt hic primo precatiois fructus, deinde sterilis partus vxoris, tum laetitia plurimorum, & magnitudo virtutis, Altissimi quoque propheta promittitur: quin etiam, ne qua esset dubitatio, futuri quoque vocabulum designatur. Tantis igitur supra votum fluentibus, non immerito diffidentiae poena silentium est: quod in posterioribus explanabimus. Solemnis autem laetitia est in ortu & generatione sanctorum. Sanctus enim non solum parentum gratia, sed etiam salus est plurimorum. Vnde admonemur hoc loco sanctorum generatione laetari. Admonentur etiam parentes gratias agere non minus pro ortu quam pro meritis filiorum. Non enim mediocre munus est Dei, dare liberos propagatores generis, successionis haeredes. Lege Iacob duodecim filiorum generatione gaudere. Abraham filius datur. Zacharias exauditur. Diuinum igitur munus, fecunditas est parentis. Agant itaque patres gratias, quia generauerunt: filij, quia generati sunt: matres, quia coniugij praemiis honorantur. Stipendia enim militiae suae filij sunt. Venerit in Dei laudem terra, quia colitur: mundus, quia cognoscitur: Ecclesia, quia deuota numero plebis augetur. Nec otiose in principio statim Dei iussu coniugium copulatur, nisi vt haeresis destruat. Sic enim Deus

1. Cor. 5.  
1. Tim. 2.  
Prou. 15.  
Sap. 6.  
Prou. 23.  
Gen. 49.  
Gen. 21.  
1. Tim. 2.

coniugium probavit, vt iungeret: sic remuneratus est, vt quibus sterilitas filios denegasset, pietas diuina concederet.

Erit enim magnus coram Domino; & vinum & ficeram non bibit.

Non corporis hic, sed animæ magnitudinem declarauit. Est coram Domino magnitudo animæ magnitudo virtutis. Est etiam paruitas animæ, & pueritia virtutis. Iuxta enim animæ & corporis numeramus aetates, non pro ratione temporis, sed pro qualitate virtutis: vt vir perfectus ille dicatur, qui careat errore pueritiæ, & lubricum adolescentiæ animi maturitate non sentiat. Pusillus autē, qui nullum adhuc virtutis videatur habuisse processum. Vnde illud in Hieremia, Cū miseretur Dominus lamentantis Ephrem, & peccata propria deplorantis: A iuuentute, inquit, mea dilectus mihi est filius Ephrem, puer in deliciis. Si enim non fuisset puer in deliciis, nunquam peccauisset. Et bene vtrumque dixit, & in deliciis, & puerum. Est enim puer, qui non peccat. Ecce puer meus, quem elegi. Per delicias itaque peccauit, qui non ita erat informatus à Domino, vt nescius esset erroris. Ergo & si puer in deliciis non fuisset, & si in virum perfectum virtutis processisset aetate, nunquam lapsus fuisset, vt illi necesse esset veniam suorum petere delictorum, cū magis meritum præmia sperare deberet. Quod etiā Dominus noster in Euangelio videtur exprimere, cū dicit, Nolite contemnere vnum de pusillis istis. Sed loco suo plura seruentur. Ergo pusillus contrarius est magno. Et si, iuxta Apostolum, paruulus sub elementis est: (cū enim essemus paruuli, sub elementis huius mundi eramus.) ergo magnus supra elementa mundi est. Erit itaque Ioannes magnus non virtute corporis, sed animi magnitudine. Denique non fines alicuius propagauit imperij, non triumphos aliquos bellici certaminis adores præoptauit: sed quod est amplius, in deserto prædicans, delicias hominum, corporisque lasciuiam magna animi virtute deprehsit. Paruulus ergo in sæculo, magnus in spiritu. Denique quasi magnus, nec vitæ captus illecebris, sententiæ constantiam viuendi desiderio mutauit.

Et spiritu sancto replebitur adhuc in vtero matris suæ.

Non dubium, verum hoc angeli esse promissum. siquidem sanctus Ioānes antequam nasceretur, matris adhuc in vtero positus, spiritus accepti gratiam designauit. Nam cū & pater eius & mater nulla antè mirabilia fecissent, in vtero parentis exiliens, Domini euangelizauit aduentum. Sic enim habes, quod cū aduenisset mater Domini ad Elizabeth, ait illa, Ecce, vt facta est salutatio tua in auribus meis, exultauit infans in vtero meo. Nondum enim erat illi spiritus vitæ, sed spiritus gratiæ. Denique & alibi viuendi substantiæ præcurrere sanctificandi gratiam potuimus aduertere, cū dicit Dominus, Priusquam te formarem in vtero, noui te: & priusquam exires de vulua matris, sanctificauit te, & prophetam in gentibus posui te. Alius enim est spiritus vitæ huius, alius gratiæ. Ille nascendo sumit exordium, moriendo defectum: iste nō temporibus, non

atibus coercetur, non obitu extinguitur, nō alio matris excluditur. Denique & sancta Maria plena sancto spiritu prophetauit: & Elifæus mortuus defunctum cadauer hominis tactu sui corporis suscitauit: & Samuel post mortem, secundum scripturæ testimonium, futura non tacuit. Et spiritu (inquit) sancto replebitur. Cui enim adest spiritus gratiæ, nihil deest. Et cui spiritus sanctus infunditur, magnarum plenitudo virtutum est. Denique ait,

Et multos filiorum Israel conuertet ad Dominum Deum ipsorum.

Non egemus testimonio quod plurimorum sanctus Ioannes corda conuerterit, in quo nobis prophetica scripturæ & euangelicæ suffragantur. Vox enim clamantis in deserto, Parate viam Domino, rectas facite semitas eius: & baptisimata populis frequentata declarant conuersæ plebis non mediocres factos esse processus: quia dum creditur Ioanni, creditur Christo. Non enim de se, sed de Domino prædicabat prænuntius Christi. Et ideo ait,

Et præbit in conspectu Domini in spiritu & virtute Eliæ: vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, parare Domino plebem perfectam.

In spiritu & virtute, &c. Bene ista iunguntur. Nunquam enim sine virtute spiritus, nec sine spiritu virtus est. Et ideo fortasse in spiritu & virtute Eliæ, quia sanctus Elias & virtutem magnā habuit & gratiam, vt ad fidem animos populorum à perfidia retorqueret. Virtutem abstinentiæ atque patientiæ, & spiritum prophetandi. In deserto Elias, in deserto Ioannes. Ille coruis pascebatur, hic dumis: & calcata omni voluptatis illecebra, parsimoniam prætulit, luxumque contempsit. Ille Achab regis gratiam non quæsiuit, hic spreuit Herodis. Ille Iordanem diuisit, hic ad lauacrum salutare conuertit. Hic cum Domino versatur in terris, ille cum Domino apparet in gloria. Hic prioris, ille sequentis dominici præcursor aduentus. Ille post triennium pluuiis terram rigauit, & hic post triennium arescentem nostri corporis humum fidei imbre perfudit. Quæris quod triennium sit? Ecce, inquit, anni tres sunt, ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio. Mysticus enim numerus debebatur, vt salus populis redderetur: Vnus in patriarchis annus. Denique de hominibus tunc anni proventus fuit, qualis fermè non fuit postea super terram: Alius in Moyse, & prophetis cæteris: Tertius in Domini saluatoris aduentu. Ecce, inquit, annum Domini accepti, & diem retributionis. Et ille paterfamilias qui plantauit vineam, non semel exactores fructuum, sed sæpius destinauit. Nam primum seruulos, secundò alios seruulos destinauit, tertio autem filium suum misit. Venit ergo Ioannes in spiritu & virtute Eliæ. Alterum enim sine altero nō potest esse, sicut etiam in sequentibus reperitur, cū dicitur, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Sed fortasse hoc supra nos, & supra Apostolos videatur expletū. Nam & ille sub Eliā diuiso amne, fluuiatum recursus vndarum in originem fluminis, (sicut dicit scriptura: Iordanis conuersus est retrorsum.)

Coloss. 1. Sap. 4.

Hierem. 31.

Esai. 42.

Ephes. 4.

Luc. 18.

Gal. 4.

Luc. 7.

Matth. 3.

Marc. 6.

Luc. 1. infra.

Hierem. 1.

Ioan. 3.

sum.) significauit salutaris lauacri futura mysteria, per quæ in primordia naturæ suæ, qui baptizati fuerint paruuli malitia reformantur. Quid quod etiā Apostolis suis ipse Dominus virtutem spiritus esse tribuendam promisit, dicens, Accipietis virtutem, adueniente in vos spiritu sancto? Deinde in sequentibus: Factus est, inquit, subito sonus de cælo, tamquam vi magna ferretur spiritus. Bene vi magna, quia spiritu oris eius omnis virtus eorum. Et virtus est illa, quam à sancto spiritu Apostoli cōsecuti sunt. Bene etiā præbit ante faciem Domini sanctus Ioannes, qui prænuntius natus est, & prænuntius mortuus est. Et fortasse hoc mysterium in hac vita nostra hodiè que celebratur. Præcurrit enim animæ nostræ quædam virtus Ioannis, cū credere paramus in Christum, vt paret ad fidem animæ nostræ vias, & de vitæ istius tramite tortuoso, rectas semitas nostri faciat commecatus, ne anfractu labamur erroris, quo omnis vallis animæ nostræ virtutis fructibus possit impleri, & omnis sæcularium altitudo meritorum Domino se humili magis timore prosternat, sciens nihil sublime posse esse quod fragile est.

Et dixit Zacharias ad angelum, Vnde hoc sciam? Ego enim sum senex, & vxor mea processit in diebus suis. Et respondit ei angelus dicēs, Ego sum Gabriel, qui assisto ante Deū, & missus sum hæc annuntiare tibi. Et ecce, eris tacens, & nō poteris loqui vsque in diem quo hæc fiant, propterea quod non credidisti verbis meis, quæ implebuntur in tempore suo.

Condemnatur silentio incredulitas sacerdotis, & fides prophetarum probatur oraculo. Clama, inquit. Et dixi, Quid clamabo? Omnis caro scenum. Vides iubentis imperium, obtemperatis obsequiū: interrogantis affectum, obsequētis oraculum. Credidit enim, & quid clamaret exposcit: & quia credit, prophetauit. At verò Zacharias quia non credit, non potuit loqui.

Et erat plebs expectans Zachariam, & mirabantur, quod tardaret ipse in templo. Egredius autē non poterat loqui ad illos, & cognouerunt quod visionem vidisset in templo: & ipse erat innuens illis, & remansit mutus. Et factum est vt impleti sunt dies officij eius, abiit in domum suam.

Et ipse erat innuens illis, &c. Non vnus mysterium, nec vnus silentium est. Tacet sacerdos, tacet propheta. Nisi fallor, in vno vox totius plebis obmutuit, quia in vno totus ad Dominum populus loquebatur. Cessatio sacrorum, & silentium prophetarum; taciturnitas prophetæ, & taciturnitas sacerdotis est. Auferam, inquit, validam virtutem, prophetam & consiliarium. Et verè abstulit prophetas, à quibus abstulit verbum quod loqui in prophetis solebat. Et verè his abstulit virtutem, à quibus Dei virtus recessit. Abstulit his consiliarium, quos magni cōsilij angelus declinauit. Abstulit vocem, quia vox verbi, non vocis est verbum. Nam nisi verbum

Act. 1.

Act. 2.

Psal. 32.

Luc. 3.

Esai. 40.

Exod. 14.

Esai. 3.

1. Cor. 1. Esai. 9.

illud operetur in nobis, nullus est sonus vocis. Vox Ioannes est: Vox enim clamantis in deserto, Christus est verbum, hoc verbum operatur. Et ideo vbi desuit operari, muta repente, carens spiritu veluti quadam anima, lingua conticuit. Transiit enim ad nos Dei verbum, & in nobis non tacet. Denique iam non potest Iudæus dicere, quod potest dicere Christianus: quia experimentū quæritis eius qui in me loquitur Christus? Remansit ergo mutus Zacharias, & erat innuens illis. Quid est mutus, nisi quidam sine verbo corporalis actus, indicare moliens, nec exprimens voluntatem? quidam, suprema morte voce suppressa, mutus sermo morientium? Nōne tibi videtur huic similis esse populus Iudæorum, ita irrationabilis, vt actuum suorum non possit præstare rationem: qui in vltimo spiritus vitalis obitu constitutus, vocem quam habebat, amiserit, & titubantis actu corporis signum verbi cupiat explicare, non verbum? Mutus ergo, sine ratione, sine verbo. Cur enim tibi magis videatur mutus esse qui sonum, quàm qui mysterium nescit? Et est profectò vox operum, fideique clamor, sicut lectum est, Sanguis fratris tui clamat ad me. Et ille clamat, qui in corde suo clamat per diem. Quia ergo cordis clamorem perdidit, perdidit etiam linguæ. Nam qui distinctionem fidei non tenet, quomodo potest tenere verborum? Et antè quidem Moyse dixerat quia loqui non poterat, sed posteaquam dixit, verbum accepit, & bonorum operum edidit claritatem. Ergo sicut Moyse typus populi fuit & typus legis, ita etiam Zacharias fuit. Singula itaque vt concurrant, considerandum est. Verbum in vtero, lex in fileritio. Ioannes appellatur, & Zacharias loquitur. Verbum editur, lex absoluitur: sed legis absolutio verbi est explicatio. Et ideo qui dixerit verbum, loquitur, etiam si antè non sit locutus. Ab angelo iubetur tacere Zacharias, ab angelo vox premitur Iudæorum. Non enim humanæ, sed diuinæ hoc potestatis imperium est, vt non loquatur Deo, qui non credit Christo. Et ideo credamus, vt loquamur. Credat Iudæus, vt loqui possit. Loquamur spiritu mysteria, intelligamus rationem sacrificiorum veterum, ænigmata prophetarum. Mutus est qui non intelligit legem, mutus est qui nō intelligit diuinarum seriem scripturarum. Vox enim nostra fides est: & ideo malo in ecclesia quinque verba mente mea loqui vt alios instruam, quàm decem milia verborum in lingua. Linguæ enim in signum sunt non fidelibus, sed infidelibus: prophetiæ autem non infidelibus, sed fidelibus.

Luc. 3. Ioan. 1.

2. Cor. 13.

Gen. 4. Psal. 21.

Exod. 4.

2. Cor. 4. 1. Cor. 14.

ibid.

ibid.

ibid.

Eccl. 3.

Eccl. 3.



re dedecet: æuque mutatio, facti vniuscuiusque mutat sæpe naturam. Sunt etiam ipsi quædam tempora præscripta coniugio, quando dare operam liberis sit decorum: dum anni vigent, dum suscipiendorum liberorum spes est. Dum generandi vñs est in exemplo, copula quoque vñs in studio est: at verò vbi matura æui senectus accesserit, & ætas regendis liberis aptior quàm creandis, pudor est legitimi licet coitus indicia gestare, & grauari alienæ ætatis onere, & tunc scire aluum non sui temporis fructu. Senes enim ab ipsa concluduntur ætate, & iusto intemperantiæ pudore reuocantur ab opere nuptiarum. Adolescentes ipsi plerumque filiorum vota præterdunt, & excusandum arbitrantur ætatis calore, generationis affectum. Quanto magis senibus agere turpe est, quod adolescentibus pudor est: Quinetiam ipsi iuuenes, sobria timore diuino corda qui temperant, suscepta plerumque sobole renuntiant operibus iuuentutis. Et quid mirum de hominibus, si pecudes quoque muto quodam opere loquuntur, generandi sibi studium, non desiderium esse coeundi? Siquidem vbi semel senserint genitali alio semen receptum, iam nec concubitu indulgent, nec lasciuia amantis, sed curam parentis assumunt. At verò homines nec conceptis ipsis, nec Deo parcunt: illos contaminant, hunc exasperant. Priùs quàm te, inquit, formarem in vtero, noui te, & in vulua matris sanctificauit te. Ad cohibendam petulantiam tuam, manus quasdam tui auctoris in vtero hominem formantis aduertis. Ille operatur, & tu facri vteri secretum incestas? Vel pecudes imitare, vel Deum verere. Et quid de pecudibus loquor? Terra ipsa à generandi opere sæpe requiescit: & si impatienti hominum studio iactis frequenter seminibus occupetur, impudentiam multat agricolæ, & fecunditatem sterilitate commutat. Ita quidem in ipsis elementis, ac pecudibus ab vñs non cessare generandi, naturæ pudor est. Merito ergo etiam sancta Elizabeth erubescere gratiam, etsi non agnosceret culpam. Nam etsi de suo viro conceperat, (neque enim aliter fas est credere) tamen partus sui erubescere ætatem: & rursus caruisse se gaudebat opprobrio. Pudor est enim foeminis nuptiarum præmia non habere, quibus hæc sola est causa nubendi. Hoc igitur opprobrium consolatur sui pudore sublato, eo pudore, vt dixi, quod pudebat eam propter ætatem. Vnde intelligi potest, quia iam non conueniebant inter se concubitu coniugali. Neque enim ea quæ senilem non erubesceret coitum, erubesceret partum: & tamen erubescit onus parentis, quandiu nescit mysterium religionis. At vbi id intellexit, illa quæ occultabat se quia conceperat filium, iactare se coepit quia gerebat prophetam. Et quæ erubescere ante, benedicit: & quæ dubitabat ante, firmatur. Ecce enim, inquit, vt vox salutationis tuæ facta est in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Itaque magna voce clamauit, vbi Domini sensit aduentum, quia religiosum credidit partum. Nulla enim causa erat pudoris, vbi propheta ortus, data, non affectata fidem generationis adscisceret.

Hierem. 1.

32. q. 2. c. Pudor.

Luc. 1. infra.

**SANCTI AMBROSII  
COMMENTARIORVM IN  
EVANGELIUM SECVN-  
DVM LVCAM,**

**LIBER SECVNDVS.**

**I**N mense autem sexto missus est angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro cui nomen erat Ioseph, de domo David: & nomen virginis, Maria.



**M**A T E N T quidem diuina mysteria, nec facile iuxta propheticum dictum, quicquam hominum potest scire consilium Dei. Sed tamen ex ceteris factis atque præceptis Domini saluatoris possumus intelligere & hoc propensioris fuisse consilij, quod ea potissimum electa est vt Dominum pareret, quæ erat desponsata viro. Cur autem non antequàm desponsaretur, impleta est? Fortasse ne diceretur quod conceperat ex adulterio. Et bene vtrumque posuit scriptura, vt & desponsata esset, & virgo. Virgo, vt expers virilis consortij videretur: desponsata, ne temerata virginitatis adureretur infamia, cui grauis alius corruptelæ videretur insigne præferre. Maluit autem Dominus aliquos de sui ortu quàm de matris pudore dubitare. Sciebat enim teneram esse virginis, & lubricam famam pudoris, nec putauit ortus sui fidem matris iniuriis adstruendam. Seruatur itaque sanctæ Mariæ sicut pudore integra, ita inuiolabilis opinione virginitas. Oportet enim sanctos & ab his bonum testimonium habere qui foris sunt. Nec decuit sinistra virginibus opinione viuentibus velamen excusationis relinquere, quod infamata mater quoque Domini videretur. Quid autem Iudæis, quid Herodi posset adscribi, si natum viderentur ex adulterio persecuti? Quemadmodum autem ipse diceret, Non veni legem solvere, sed adimplere: si videretur coepisse à legis iniuria, cum partus innupte lege damnetur? Quinetiam loquacior testis pudoris maritus adhibetur, qui posset & dolere iniuriam, & vindicare opprobrium, si non agnosceret sacramentum. Quid quod etiam fides Mariæ verbis maior adsciscitur, & mēdacijs causa remouetur? Videretur enim culpam obumbrare voluisse mendacio innupta prægnans. Causam autem mentiendi in desponsata habuit, desponsata non habuit: cum coniugij premium, & gratia nuptiarum partus sit foeminarum. Non medio cris quoque causa est, vt virginitas Mariæ falleret principem mundi; qui cum desponsatam viro cernebat, partum non potuit habere suspectum. Fallendi autem, vt dixi, principem mundi fuisse consilium, ipsius Domini verba declarant, cum Apostoli iubentur tacere de Christo, cum sanati prohibentur gloriari de remedio, cum demones præcipiuntur silere de Dei filio: quod etiam Apostolus declarauit dicēs, Loquimur Dei sapientiam in mysterio absconditam, quam nemo principum istius sæculi cognouit. Si enim cognouissent, nunquam Dominum maieftatis crucifixissent:

Esa. 40.

1. Tim. 3.

Matth. 5.

Deut. 13. Num. 5.

32. q. 2. c. Pudor.

Matth. 16.

Matth. 8.

Luc. 4.

1. Cor. 2.

Luc. 4.

Matth. 4.

Matth. 9.

1. Cor. 2.

Matth. 1.

Esa. 7. Matth. 1.

Ioan. 19.

Matth. 5. 27. q. 2. c. quod aut. 5. ut si conges. 1. Cor. 6.

Psal. 36.

Matth. 1.

Esa. 46.

Psal. 109.

fixissent: hoc est, nūquam me redimi Domini morte fecissent. Fecellit ergo pro nobis, fecellit vt vinceret: fecellit diabolus cum tentaretur, cum rogeretur, cum Dei filius diceretur, vt nusquam diuinitatem propriam fateretur. Sed tamen magis fecellit principem sæculi. Diabolus enim etsi aliquando dubitauit, cum diceret, Si filius Dei es, mitte te deorsum: tamen vel serò cognouit, & discessit ab eo. Cognouerunt & demones qui dicebant, Nouimus te, quia es Iesus Dei filius, quid venisti ante tēpus torquere nos? Et ideo venisse cognouerunt, quia præcognitum habebant esse venturum. Principes autem sæculi non cognouisse, quo maiore possumus quàm apostolicæ sententiæ probare documento? Si enim cognouissent, nunquam Dominum maieftatis crucifixissent. Dæmonum enim malitia facile etiam occulta deprehendit. At verò qui secularibus vanitatibus occupantur, scire diuina non possunt. Bene autem sibi diuiserūt Euangelistæ, vt sanctus Matthæus Ioseph ab angelo moneri induceret, ne Mariam coniugem timeret accipere, quod testimonium ferret quod non conuenissent: quod hic ipsa Maria fatetur, cum dicit angelo, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognoui? Sed & ipse sanctus Lucas virginem declarauit dicens, Et nomen virginis Maria. Et propheta edocuit, qui ait, Ecce virgo in vtero accipiet. Et Ioseph designauit, qui quoniam prægnantem videbat quam non cognouerat, dimittere gestiebat. Et Dominus ipse in cruce positus manifestauit cum dixit matri, Mulier, ecce filius tuus. Deinde discipulo, Ecce mater tua. Etiam vterque testatus est, discipulus & mater: quia ex illa hora suscepit eam discipulus in sua. Vtique si conuenissent, nunquam virum proprium reliquisset, nec vir eam iustus passus esset à se discedere. Quomodo autem Dominus diuortium præcepisset, cum ipsius sit sententia, quia nemo dimittere debet uxorem, excepta causa fornicationis? Pulchrè autem docuit sanctus Matthæus quid facere debeat iustus, qui probrum coniugis deprehenderit, vt incruentum ab homicidio, castum ab adulterio præstare se debeat. Qui enim iungitur meretrici, vnum corpus est. Ergo vbi que in Ioseph iusti gratia & persona seruatur, vt testis ornetur. Os enim iusti mendacium nescit, & lingua eius loquitur iudicium. Iudicium eius loquitur veritatem. Nec te moueat quod frequenter scriptura coniugem dicit. Non enim virginitatis ereptio, sed coniugij testificatio, nuptiarum celebratio declaratur. Denique quam non accepit, nemo dimittit. Et ideo qui volebat dimittere, fatur acceptam. Simul etiam mouere non debet quod ait Euangelista, Non cognouit eam, donec peperit filium. Illud enim velut idioma scripturæ est: sicut habes alibi, Et donec senescatis, ego sum. Nunquid post illorum senectutem Deus esse desiuit? Et in Psalmo, Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Nunquid postea non sedebit? Vel quoniam qui causam agit, satis putat quod causa est dicere, redūdantia non requirit. Satis enim est ei vt causam susceptam adstruat, incidentem differat. Et ideo qui incarnationis incorruptum suscepit probare mysterium, non putauit vberius pro-

sequendum virginitatis Mariæ testimonium, ne defensor magis virginis, quàm assertor mysterij crederetur. Certè quando iustum docuit Ioseph, satis declarauit quod sancti spiritus templum, vterumque mysterij, matrem Domini violare non potuit. Didicimus seriem veritatis, didicimus consilium: discamus & mysterium. Verè desponsata, sed virgo: quia est Ecclesiæ typus, quæ est immaculata, sed nupta. Concepit nos virgo de spiritu, parit nos virgo sine gemitu. Et ideo fortasse sancta Maria alij nupta, ab alio repleta: quia & singular ecclesiæ spiritu quidem replentur & gratia, iunguntur tamen temporali ad speciem sacerdoti.

Eph. 5.

Et ingressus ad eam angelus dixit, Aue gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu inter mulieres. Ipsa autem vt vidit eum, mota est in introitu eius.

Disce virginem moribus, disce virginem verecundia, disce oraculo, disce mysterio. Trepidare virginum est, & ad omnes viri ingressus pauere, omnes viri affatus vereri. Discant mulieres propositum pudoris imitari. Sola in penetralibus, quam nemo virorum viderit, solus angelus repererit: sola sine comite, sola sine teste, ne quo degenerare deprauaretur affatu, ab angelo salutatur. Disce virgo verborum vitare lasciuia. Maria etiam salutationem angeli verebatur.

Et erat cogitans, qualis esset hæc saluatio.

Erat cogitans cum verecundia, quia pauebat: cum prudentia, quia benedictionis nouam formulam mirabatur, quæ nusquam lecta est, nusquam antè comperta. Sola Mariæ hæc saluatio seruabatur. Bene enim sola gratia plena dicitur, quæ sola gratiam quam nulla alia meruerat, consecuta est, vt gratia repletur auctore. Erubescere ergo Maria, erubescere etiam Elizabeth. Et ideo cognoscamus quid intersit inter mulieris & virginis verecundiam. Illa de causa erubescere, hæc pro verecundia. In muliere modus pudoris adhibetur, in virgine pudoris augetur gratia.

Luc. 1. supra.

Et ait angelus ad eam, Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum, & ecce concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur; & dabit illi Dominus sedem David patris sui, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis.

Dictum est quidem etiam de Ioanne ab angelo, quia erit magnus. Sed ille quasi homo magnus, hic quasi Deus magnus. Magnus enim Dominus, & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis. Et verè est ille magnus, quia inter natos mulierum propheta maior Ioanne Baptista nemo est. Habet tamen maiorem, quia qui minor est in regno Dei, maior est illo. Magnus autem Ioannes, sed coram Domino. Magnus hic, sed Dominus. Ioannes vini & siceram non bibit, hic cum publicanis & peccatoribus manducat & bibit. Ille abstinentia meritum colligat, cui potentia nulla naturæ. Christus autem

Luc. 1. supra.

Psal. 144. Luc. 7.

ibid.

Luc. 5.

cui naturaliter suppetebat delicta donare, cur eos G  
declinaret quos abstinentibus poterat prestare me-  
liores? Simul mysticè non designatur eorum con-  
uiuuium, quibus daturus est sacramentum. Hic ergo  
manducatur, ille ieiunatur. Vtriusque populi typus, in  
illo ieiunatur, in hoc pascitur. Sed ieiunauit & Chri-  
stus, ne præceptum declinaret: manducauit cum  
peccatoribus, vt gratiam cerneret, agnosceres po-  
testatem. Magnus ergo & Ioannes, sed eius magni-  
tudo habet principium, habet finem: Dominus au-  
tem Iesus idem est finis atque principium, idem pri-  
mus & nouissimus. Nihil ante primum, nihil vltra  
nouissimum. Neque te generationis humanæ con-  
suetudo in vitium trahat, vt putes non primum esse,  
quia filius est. Sequere scripturas, vt errare non pos-  
sis. Primus filius dicitur. Lectum est etiam quia &  
solus pater, qui solus habet immortalitatem, & lu-  
cem habitat inaccessibilem: sicut legisti, Et immor-  
tali soli Deo. Sed neque primus ante patrem, neque  
solus sine filio. Si alterum negas, alterum adstruis,  
vtrumque sequere, & vtrūque cōfirmas. Non dixit,  
Ego prior, & ego posterior: sed, Ego primus, & ego  
nouissimus. Primus est filius, & ideo coæternus. Ha-  
bet enim patrē, cum quo sit æternus. Audeo dicere,  
Primus est filius, sed solus non est: & bene dico, & re-  
ligiosè dico. Quid erigitis ad impietatem hæretici  
aures? In laqueos quos tenditis, incidistis. Primus  
est filius, & solus non est. Primus, quia cum patre  
semper: solus non est, quia sine patre nunquam est.  
Non ego hoc dico, sed ipse dixit, Et non sum solus,  
quia pater mecum est. Solus pater, quia vnus Deus:  
solus pater, quia vna diuinitas patris & filij & spiri-  
tus sancti. Et quod vnus est, solus est. Solus pater,  
solus vnigenitus, solus & spiritus sanctus. Neque  
enim qui filius, & pater: aut qui pater, & filius: aut  
qui spiritus sanctus, & filius. Alius pater, alius filius,  
alius spiritus sanctus. Legimus enim, Rogabo pa-  
trem, & alium paraclitum mittet vobis. Solus pater,  
quia vnus Deus, ex quo omnia. Solus filius, quia  
vnus Dominus, per quem omnia. Solum diuinitas  
facit, generatio & patrem testificatur & filium: vt  
nusquam filius sine patre, aut pater esse videatur si-  
ne filio. Ergo nec solus, quia non solus immortalis,  
nec solus lucem habitat inaccessibilem, quia Deum  
nemo vidit vnquam, nisi vnigenitus filius qui est in  
sinu patris, qui sedet ad dexterā patris. Et hinc qui-  
dam audent dicere inaccessibilem lucem esse quam  
habitat pater. Nunquid lux melior patre? Quæ au-  
tem lux inaccessibilis ei, cui non est inaccessibilis  
pater? Et ipse lux vera, & genitor lucis æternæ, de  
qua dictū est: Erat lux vera, quæ illuminat omnem  
hominem venientem in hunc mundum. Vide ne il-  
la sit lux inaccessibilis quam habitat pater, habitat  
& filius: quia pater in filio, & filius in patre. Bene er-  
go magnus: latè enim funditur Dei virtus, latè cæ-  
lestis substantiæ magnitudo porrigitur. Nihil præ-  
scriptum, nihil circumscriptum, nihil emensum, ni-  
hil dimensum Trinitas habet. Non loco clauditur,  
non opinione comprehenditur, non æstimatione  
concluditur, nō atate variatur. Dedit quidem Do-  
minus Iesus hominibus magnitudinem: In omnem  
enim terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis  
terræ verba eorum, non in fines tamen mundi, non

Matth. 4.  
Marc. 2.

Apoc. 1.  
Or. 22.

1. Tim. 6.

1. Tim. 1.

Apoc. 1.  
Or. 22.

psal. 7.

Ioan. 8.

Ioan. 14.  
1. Cor. 8.

1. Tim. 1. et 6.  
Ioan. 1.

Sap. 7.  
Ioan. 1.

Ioan. 14.

psal. 18.  
Coloss. 1.

in fines cæli, non vltra cælos. At verò in Domino  
Iesu omnia condita sunt in cælis & in terra, visibilia  
& inuisibilia, & ipse est ante omnes, & omnia in ip-  
so constant. Cælum aspice, Iesus illic est. Terram  
intuere, Iesus adest. Ascende verbo in cælum, de-  
scende verbo in infernum, Iesus adest. Etenim si  
ascenderis in cælum, Iesus illic est: si descenderis in  
infernum, adest. Hodie cum loquor, mecum est, in-  
tra hoc pūctum, intra hoc momentum. Et si in Ar-  
menia nunc loquatur Christianus, Iesus adest. Ne-  
mo enim dicit Dominum Iesum, nisi in spiritu san-  
cto. Abyssos opinione si penetres, illic quoque Ie-  
sum videbis. Scriptum est enim, Ne dixeris in cor-  
de tuo, Quis ascendet in cælum? id est Christum de-  
ducere, aut quis descēdet in abyssum? hoc est Chri-  
stum à mortuis reducere. Vbi ergo non est, qui cæ-  
lestia, inferna, & terrena compleuit? Bene ergo ma-  
gnus, cuius virtus mūdum repleuit, qui vbique est,  
& erit semp̄: quia regni eius non erit finis.

psal. 138.

1. Cor. 12.  
Rom. 10.

Heb. 13.

Dixit autem Maria ad angelum: Quomo-  
do fiet istud, quoniam virum non cognoui?  
Et respondens angelus dixit ei, Spiritus san-  
ctus superueniet in te, & virtus altissimi obū-  
brabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te  
sanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Eliza-  
beth cognata tua, & ipsa concepit filium in se-  
nectute sua, & hic mensis est sextus illi quæ  
vocatur sterilis: quia nō erit impossibile apud  
Deum omne verbum.

Videtur hīc non credidisse Maria, nisi diligenter  
aduertas. Neque enim fas est vt electa ad generan-  
dum vnigenitum Dei filium, fuisse censeatur incre-  
dula. Quo ergo modo fieri posset, (salua prærogati-  
ua matris, cui profectō fuit amplius deferendum:  
& vt prærogatiua maior, maior etiam fides ei de-  
buit referuari.) vt Zacharias qui non crediderat,  
silentio condemnaretur: Maria autem si non cre-  
didisset, Spiritus sancti infusione exaltaretur?  
Sed neque non credere Maria; neque tamen tem-  
merè debuit vsurpare: non credere angelo, vsur-  
pare diuina. Neque enim facile erat scire mysteriū  
absconditum à sæculis in Deo, quod nec superiores  
potestates scire potuerunt. Et tamen non fidem re-  
nuit, non officium refutauit, sed accommodauit af-  
fectum, spondit obsequium. Etenim cum dixit,  
Quomodo fiet istud? non de effectu dubitauit, sed qual-  
tatem ipsius quæsiuit effectus. Quanto tempera-  
tior ista responsio, quàm verba sunt sacerdotis? Hæc  
ait, Quomodo fiet istud? Ille respondit, Vnde hoc sciam?  
Hæc iam de negotio tractat: ille adhuc de nuntio  
dubitat. Negat ille se credere, quod negat se scire,  
& quasi fidei adhuc alium quærit auctorem: ista se  
facere profitetur, nec dubitat esse faciendum, sed id  
quomodo fieri possit, inquirat. Sic enim habes, Quo-  
modo fiet istud, quoniam virum non cognoui? Incredibilis  
& inaudita generatio antè audiri debuit, vt crede-  
retur. Virginem parere, diuini est signum mysterij,  
non humani. Dabit, inquit, Dominus ipse vobis si-  
gnum: Ecce virgo in vtero accipiet, & pariet filium.  
Legerat hoc Maria, ideo credidit futurum: sed quo-  
modo

Luc. 1. sup̄ra.

Coloss. 1.

Luc. 1. sup̄ra.

psal. 7.

modo fieret, antè non legerat. Non enim quemad-  
modum fieret, vel tanto propheta fuerat reuelatū.  
Tanti nanque mandati mysteriū non hominis fuit,  
sed angeli ore promendum. Hodie primum audi-  
tur, Spiritus sanctus superueniet in te. Et auditur, & cre-  
ditur.

Dixit autem Maria, Ecce ancilla Domini,  
contingat mihi secundum verbum tuum. Et  
discessit ab illa angelus.

Vide humilitatem, vide deuotionem. Ancillam se  
dicit Domini, quæ mater eligitur: nec repentino  
exaltata promissō est. Simul ancillam dicendo, nul-  
lam sibi prærogatiuam tātæ gratiæ vendicauit, quæ  
faceret quod iuberetur. Mitem enim humilēque  
paritura, humilitatem debuit etiam ipsa præferre.  
Ecce ancilla Domini, contingat mihi secundum verbum  
tuum. Habes obsequium, vides votum. Ecce enim an-  
cilla Domini, apparatus officij est: contingat mihi secun-  
dum verbum tuum, conceptus est voti. Quam citò er-  
go etiā de impari conditione credidit Maria! (Quid  
enim tam impar quàm Spiritus sanctus, & corpus?  
Quid tam inauditum, quàm virgo prægnans cōtra  
legem, contra consuetudinem, contra pudorem,  
cuius carior cura est virginitas?) Zacharias autem non  
de impari conditione, sed de senili ætate non credi-  
dit: nam conditio congruebat: Ex viro & fœmina  
solemnis est partus, nec incredibile debet videri,  
vbi natura concordat. Cum enim ætas naturæ sit,  
non natura ætatis; fit plerumque vt ætas impediatur  
naturam: non est tamen irrationabile vt minor cedat  
causā maiori, & potior prærogatiua naturæ  
vsus inferioris excludat ætatis. Huc accedit quòd  
Abraham & Sara filium in senectute susceperant: &  
Ioseph filius senectutis est. Quòd si, quia risit Sara,  
reprehenditur: iustius condemnatur qui nec ora-  
culo credidit, nec exemplo. Maria autem cum di-  
cit, Quomodo fiet istud, quoniam virum non co-  
gnoui? non videtur dubitasse de facto, sed de facti  
qualitate quæsiisse. Liqueat enim quòd faciendum  
esse crediderit, quæ quomodo fieret interrogauit.  
Vnde & meruit audire, Beata quæ credidisti. Et ve-  
rè beata, quæ sacerdote præstantior: cum sacerdos  
negasset, virgo corripuit errorem. Nec mirum si Do-  
minus redempturus mundum, operationem suam  
inchoauit à matre, vt per quam salus omnibus pa-  
rabatur, eadem prima fructum salutis hauriret ex  
pignore. Et bene quæsiuit, quomodo fieret. Lege-  
rat enim quia virgo conciperet, sed nō legerat quo-  
modo generaret. Legerat, vt dixi, Ecce virgo in  
vtero accipiet: quomodo autem acciperet, in Euā-  
gelio primum angelus est locutus.

Luc. 17.  
Matth. 11.

Gen. 21.  
Gen. 37.  
Gen. 18.

Luc. 1. infrā.

Esai. 7.

culo, nec quasi incerta de nuntio, nec quasi dubitās  
de exemplo: sed quasi læta pro voto, religiosa pro  
officio, festina pro gaudic, in montana perrexit.  
Quò enim iam Deo plena, nisi ad superiora cū festi-  
natione contenderet? Nescit tarda molimina sancti  
spiritus gratia. Discite & vos sanctæ mulieres seduli-  
tatem, quam prægnantibus debeatis exhibere cog-  
natis. Mariam, quæ antè sola in intimis penetrali-  
bus versabatur, non à publico virginitatis pudor,  
non ab studio asperitas montiū, non ab officio pro-  
lixitas itineris retardauit. In montana virgo cum fe-  
stinatione, virgo officij memor, iniuriæ immemor,  
affectu vrgente, nō sexu, relicta perrexit domo. Di-  
scite virgines non circumcurrere per alienas aedes,  
non demorari in placis, non aliquos in publico mi-  
scere sermones. Maria in domo sèra, festina in pu-  
blico, mansit apud cognatam suam tribus mēsis.  
Etenim quæ propter officiū venerat, inhærebat offi-  
cicio. Mansit autem mensibus tribus; non quòd do-  
mus eam delectaret aliena, sed quia frequentius vi-  
deri in publico displicebat. Dedicistis virgines pu-  
dorem Mariæ, discite humilitatē. Venit propinqua  
ad proximam, junior ad seniore: nec solum venit,  
sed etiam prior salutauit. Decet enim vt quanto cas-  
tior virgo, tanto humilior sit. Nouerit deferre se-  
nioribus. Sit magistra humilitatis, in qua est profes-  
sio castitatis. Est & causā pietatis, est etiam norma  
doctrinæ. Contuendum est enim quia superior ve-  
nit ad inferiorem, vt inferior adiuuetur: Maria ad  
Elizabeth, Christus ad Ioannem. Denique etiā pos-  
tea vt sanctificaret baptismum Ioannis, Dominus  
venit ad baptismum. Citò quoque aduētus Mariæ,  
& præsentia diuinæ beneficia declarantur.

1. Tim. 5.  
1. Cor. 14.

1. Tim. 5.

Matth. 3.

Simul autem vt audiuit salutationem Ma-  
riæ Elizabeth, exultauit infans in vtero eius.  
Et repleta est spiritu sancto Elizabeth, & ex-  
clamauit voce magna, & dixit.

Vide distinctionem, singulorumque verborum  
proprietas. Vocem prior Elizabeth audiuit, sed  
Ioannes prior gratiam sensit. Illa naturæ ordine au-  
diuit, iste exultauit ratione mysterij. Illa Mariæ, iste  
Domini sensit aduētū. Fœmina mulieris, & pignus  
pignoris. Istæ gratiam loquuntur, illi intus operan-  
tur, pietatisque mysterium maternis adiūctis pro-  
fectibus; duplicique miraculo prophetant matres  
spiritu paruulorū. Exultauit infans, repleta est ma-  
ter. Non prius mater repleta, quàm filius: sed cum  
filius esset repletus Spiritu sancto, repleuit & ma-  
trem. Exultauit Ioannes, exultauit & Mariæ spiritus.  
Exultante Ioanne, repletur Elizabeth: Mariam ta-  
men non repleti spiritu, sed spiritum eius exultare  
cognouimus. Incomprehensibilis enim incompre-  
hensibiliter operabatur in matre. Et illa post conce-  
ptum repletur, ista ante conceptum.

Luc. 1. infrā.

Benedicta tu inter mulieres, & benedictus  
fructus ventris tui.

Nouit sermonem suum Spiritus sanctus, nec vn-  
quam obliuiscitur. Et prophetia non solum rerum  
completur miraculis, sed etiam proprietate verbo-  
rum. Quis est iste fructus ventris, nisi ille de quo di-  
ctum est, Ecce hæreditas Domini filij merces fru-  
B

psal. 126.

ctus ventris? Hoc est, hæreditas Domini filij sunt, qui merces sunt fructus illius, qui de Mariæ ventre processit. Ipse fructus ventris est, flos radice, de quo bene prophetauit Esaias dicens, Exiet virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. Radix enim est familia Iudæorum, virga Maria, flos Mariæ Christus: qui veluti bonæ arboris fructus pro nostræ virtutis processu, nunc floret, nunc fructificat in nobis, nunc rediitua corporis resurrectione reparatur.

Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me?

Non quasi ignorans dicit. Scit enim esse spiritus sancti gratiam & operationem, vt mater propheta à matre Domini ad profectum sui pignoris salute- tur. Sed quasi non humani hoc meriti, sed diuinæ gratiæ munus esse cognoscat, ita dicit, *Vnde hoc mihi?* hoc est, quo tantum bonum mihi accidit, vt mater Domini mei veniat ad me? non cognosco meum. Vnde hoc mihi? qua iustitia? quibus factis? pro quibus meritis? Nō vītata hæc officia fœminarū sunt, vt veniat mater Domini mei ad me. Miraculum sentio, agnosco mysteriū, mater Domini verbo facta, Deo plena est.

Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo, & beata quæ credidisti, quoniam perficientur ea quæ dicta sunt tibi à Domino.

Vides non dubitasse Mariam, sed credidisse, & ideo fructum fidei cōsecutam. Beata (inquit) quæ credidisti. Sed & vos beati, qui auditis, & creditis. Quæcunque enim crediderit anima, & concipit & generat Dei verbum, & opera eius agnoscit.

Et ait Maria, Magnificat anima mea Dominum. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius. Et misericordia eius à progenie in progenies, rimentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo; dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis: & diuites dimisit inanes. Suscepit Israel puerum suum, recordatus misericordiæ suæ. Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham & semini eius in sæcula.

Sit in singulis Mariæ anima, vt magnificet Dominum: sit in singulis spiritus Mariæ, vt exultet in Deo. Nam etsi secundum carnem vna mater est Christi, secundum fidem tamen omnium fructus est Christus. Omnis enim anima concipit Dei verbum, si tamen immaculata & immunis à vitiis, inemerato castimoniam pudore custodiat. Quæcunque igitur talis esse potuerit anima, magnificat Dominum, sicut anima Mariæ magnificauit Dominum, & exultauit spiritus eius in Deo salutari suo. Magnificatur enim Dominus, sicut & alibi legisti, Magni-

ficat Dominum mecum. Non quod Domino aliquid humana voce possit adiungi, sed quia magnificatur in nobis. Imago enim Dei Christus est: & ideo si quid iustū religiosumque fecerit anima, illa imaginem Dei, ad cuius est similitudinem creata, magnificat. Et ideo dum magnificat eam, magnitudinis eius quadā participatione sublimior fit: vt illam imaginem splendido bonorum colore factorum, & quadam æmulatione virtutis in se videatur exprimere. Magnificat autem anima Mariæ Dominum, & exultat spiritus eius in Deo: eo quod & anima & spiritu patri filiōque deuota, vnum Deum ex quo omnia, & vnum Dominum per quem omnia, pio veneretur affectu. Sed Mariæ quo persona melior, eo prophetia plenior. Nec otiosum videtur quod & ante Ioannem Elizabeth prophetat, & Maria ante Domini ortum: serpunt enim iam tentamenta salutis humanæ. Nam sicut peccatum à mulieribus cœpit: ita etiam bonum à mulieribus inchoatur, vt fœminæ quoque muliebria opera deponentes, infirmitati renuntient: & anima quæ non habet sexum, vt Maria quæ nescit errorem, religioso imitetur studio castitatem.

Mansit autem Maria cum illa mensibus tribus: & reuersa est in domum suā. Elizabeth autem impletum est tempus pariendi.

Bene inducitur sancta Maria, & exhibuisse officii, & mysticum numerum custodisse. Non enim sola familiaritatis est causa quod diu mansit, sed etiam tanti vatis profectus. Nam si primo ingressu tantus profectus extitit, vt ad salutationem Mariæ exultaret infans in vtero, repletur spiritu sancto mater infantis: quantum putamus vsu tanti temporis sanctæ Mariæ addidisse præsentiam? Mansit autem Maria cum illa mensibus tribus. Vngebatur itaque, & quasi bonus athleta exercebatur in vtero matris propheta: amplissimo enim virtus eius certamini parabatur. Denique tandiu mansit Maria, quandiu Elizabeth pariendi tempus impletet. Quod si diligenter aduertas, inuenies hoc nusquam positum, nisi in generatione iustorum. Denique impleti sunt dies vt pareret Maria, impletum est tempus vt pareret Elizabeth, impletum est vitæ tempus, cum sancti viri ex hoc vitæ curriculo demigrarent. Plenitudinem iusti vita habet, inanes autē dies sunt impiorū.

Et peperit filium. Et audierunt vicini & cognati eius quia magnificauit Dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei.

Peperit ergo filium Elizabeth, & congratulabantur vicini. Habet sanctorum editio lætitiā plurimorum, quia commune est bonum. Iustitia enim communis est virtus. Et ideo in ortu iustæ vitæ insigne præmittitur, & gratia secuturæ virtutis exultatione vicinorum præfigurante signatur. Pulchrè autem tempus quo fuit in vtero propheta, describitur, ne Mariæ præsentia taceatur: sed tempus filietur infantæ, quia infantæ impedimenta nesciuit. Et ideo in Euangelio nihil super eo legimus, nisi ortum eius, & oraculum, exultationem in vtero, vocem in deserto. Neque enim vllam infantæ sensit

epb. 4.

fit ætatem, qui supra naturam, supra ætatem in vtero positus matris, à mensura cœpit ætatis plenitudinis Christi.

Et factum est, in die octauo venerunt circumcidere puerum, & vocabant eum nomine patris sui, Zachariam. Et respōdit mater eius, & dixit, Non, sed vocabitur Ioannes.

Mirè sanctus Euangelista præmittendum putauit, quod plurimi infantem patris nomine, Zachariam appelladum putauerint, vt aduertat matri non nomen alicuius displicuisse degeneris, sed id sancto infusum spiritu quod ab angelo antè Zachariæ fuerat prænuntiatum. Et quidem ille mutus intimare vocabulum filij nequiuit vxori, sed per prophetiam Elizabeth didicit quod nō didicerat à marito: Ioannes est, inquit, nomen eius. hoc est, non nos ei nomen imponimus, qui iam à Deo nomen accepit. Habet vocabulum suū quod agnouimus, non quod elegimus. Habent hoc merita sanctorum, vt à Deo nomen accipiant. Sic Iacob Israel dicitur, quia Deū vidit. Sic Dominus noster Iesus nominatus est antequam natus, cui non angelus, sed pater nomen imposuit. Reuelabitur enim, inquit, filius meus Iesus cum iis qui cum eo sunt, & iucundabuntur qui relictī sunt in annis quadringentis. Et erit post annos hos, & morietur filius meus Christus, & conuertetur sæculum. Vides angelos, quæ audierint, non quæ vsurpauerint, nuntiare. Nec mireris, si nomen mulier quod non audiuit, asseruit, quando spiritus ei sanctus qui angelo mandauerat, reuelauit. Neque poterat Domini ignorare prænuntium, quæ prophetauerat Christum.

Luc. 1. supra.

Gen. 32. Math. 1.

4. Esdr. 7.

Et dixerunt ad illam, Quia nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine. Annuebant ergo patri eius, quem vellet vocari eum. Et accepit pugillarem, & scripsit, dicens, Ioannes est nomē eius. Et mirati sunt omnes. Continuo autem resoluta est lingua eius, & apertum est os eius, & loquebatur benedicens Deum. Et factus est timor super omnes vicinos eorum, & super omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc. Et posuerūt omnes qui audierant in corde suo dicentes, Quis putas puer iste erit? Etenim manus Domini erat cum illo.

Bene additur, quia nemo in cognatione eius vocabatur hoc nomine, vt intelligas nomen non generis esse, sed vatis. Zacharias quoque nutu interrogatur: sed quia incredulitas ei assatum eripuerat & auditum, quod voce non poterat, manu & litteris est locutus. Scripsit enim, dicens, *Ioannes est nomen eius.* Et hic nomen non imponitur, sed adstruitur: meritoque continuo resoluta est lingua eius, quia quam vixerat incredulitas, fides soluit. Credamus & nos igitur vt loquamur, vt lingua nostra quæ incredulitatis vinculis est ligata, rationis voce soluat. Scribamus spiritu mysteria, si volumus loqui: scribamus prænuntium Christi non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Etenim qui

Psal. 115. 1. Cor. 13. 2. Cor. 4. 2. Cor. 3.

Luc. 1. Luc. 2.

A Ioānem loquitur, Christum prophetat. Loquamur Ioannem, loquamur & Christum, vt nostrum quoque os possit aperiri, quod in sacerdote tanto irrationabilis modo pecudis fræna nutantis fidei coercabant.

Et Zacharias pater eius impletus est spiritu sancto, & prophetabat, dicens, Benedictus Dominus Deus Israel: quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ. Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui. Sicut locutus est per os sanctorum, qui à sæculo sunt prophetarum eius. Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos. Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: & memorari testamenti sui sancti, Iusturandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum, daturum se nobis. Vt, sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati, seruiamus illi, In sanctitate & iustitia, coram ipso, omnibus diebus nostris:

Et prophetabat, &c. Vide quā bonus Deus, & facilis indulgere peccatis. Non solum ablata restituit, sed etiam insperata concedit. Ille dudum mutus, prophetat. Hæc enim gratia Dei maxima, quod eū qui negauerat, confitetur. Nemo ergo diffidat, nemo veterum conscius delictorum præmia diuina desperet. Nouit Dominus mutare sententiam, si tu noueris emendare delictum.

De pen. dist. 1. c. nouit Dominus.

Et tu puer, propheta Altissimi vocaberis: præbis enim ante faciē Domini parare vias eius; Ad dandam scientiam salutis populo eius, in remissionem peccatorum ipsorum, Propter viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos Oriens ex alto. Lucere iis qui in tenebris & umbra mortis sedent; ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu: & erat in desertis vsque in diem ostensionis suæ ad Israel.

Et tu puer, propheta Altissimi vocaberis, &c. Pulchrè cum de Domino prophetaret, ad prophetam sua verba conuertit, vt hoc quoque beneficiū esse Domini designaret: ne cum publicè enumeraret sua, quasi ingratus tacuisse videretur quæ agnoscebat in filio. Sed fortasse aliqui quasi irrationabilem mentis excessum putent, quod octo dierum alloquitur infantem. Verum, si teneamus, intelligemus profectū quod potuit vocem patris natus audire, qui Mariæ salutationē antequam nasceretur audiuit. Sciebat profectō alias esse aures prophetæ, quæ spiritu Dei, non corporis ætate referantur. Habebat intelligendi sensum, qui exultandi habebat affectum. Simul illud aduerte, quā paucis Elizabeth, quā multis Zacharias propheter, & vterque sancto repletus spiritu loquebatur. Sed disciplina seruatur, vt mulier discere magis quæ diuina sunt studeat, quā docere. Nec facilè vllam prophetasse vberius

1. Cor. 14.

Esai. 11.

Psal. 33.



Exod. 15.  
Num. 12.

quam matrem Domini reperimus. Prophetissa Maria soror Aaron quam citò cantici verba conclusit? Eademque vbi prolixius est locuta cum fratre, nequaquam sui pœnam sermonis euasit.

CAP. II.

**F**ACTVM est autem, in diebus illis exiit Fediectum à Cæsare Augusto, vt censum profiteretur vniuersus orbis.

De ortu Saluatoris dicturi, non putamus alienū, vt quo natus sit tempore, requiramus. Quid enim professio seculariū ad generationem Domini pertineret, nisi vt aduertamus hoc quoque diuinum esse mysterium? quia dum professio secularis obtenditur, spiritalis impletur, non terrarum regi dicanda, sed cæli. Professio ista, census est animorum. Abolito enim synagogæ censu vetusto, nouus census ecclesiæ parabatur, qui tributa non exigeret, sed auferret: & spiritaliter in typo plebs sua iam Christo nomina conferebat. Non hîc spatia terrarum, sed mentium animorumque censentur: nec describuntur limites, sed proferuntur: nec ætas vlla distinguitur, sed omnis adscribitur. Nullus enim ab hoc immunis est censu, quia omnis ætas munifica

Matth. 2.  
Luc. 1. supra.

Christo est: quem vagientes pueri martyrio confitentur, quem intra vterum positi exultatione testantur. Nihil in hoc censu vereare terribile, nihil immite, nihil triste: sola vnumquemque fides signat. Vis Christi audire censores? Iubentur censere, sed non virgis: nec terrore, sed gratia plebem quærere: condere gladium, non possidere aurum. Talibus censoribus acquisitus est orbis. Denique vt scias censum non Augusti esse, sed Christi, totus orbis profiteri iubetur. Quando nascitur Christus, omnes profitentur: quando mundus concluditur, omnes periclitantur. Quis ergo poterat professionem totius orbis exigere, nisi qui totius habebat orbis imperiū? Non enim Augusti, sed Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. Gothis non imperabat Augustus, non imperabat Armenijs, imperat Christus. Acceperunt vti que Christi censores, qui Christi martyres ediderunt. Et ideo fortasse nos vincunt, vt præsentia docent, quoniam quem illi oblatione sanguinis fatebantur, huic Ariani quæstionem generis inferebant.

Matth. 10.  
26.

Hæc professio prima, facta est præside Syriae Cyrino: & ibant omnes vt profiterentur, singuli in ciuitatem suam. Ascendit autem & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth in Iudæam, in ciuitatem Dauid, quæ vocatur Bethlehẽm: eo quòd esset de domo & familia Dauid: vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore prægnante.

Psal. 23.

Hæc professio prima, facta est præside Syriae Cyrino: & c. At qui ple-

Psal. 46.

rasque iam partes terrarum sæpe fuisse descriptas loquuntur historia. Hæc est ergo professio prima, non terrarum, sed mentium, qua omnes profitentur, quia nullus excipitur, non præconis euocatione, sed vatis qui multo antè prædixit: Omnes gentes plaudite manibus, iubilate Deo in voce exultationis: Quoniam Deus summus terribilis, rex magnus super omnem terram. Denique vt scias censum esse

iuſtitia, veniunt ad eum Ioseph, & Maria, hoc est, iustus, & virgo. Ille, qui verbum seruaret: ista, quæ pareret. Vbi autem profitentur iustus, & virgo, nisi vbi nascitur Christus? Omnis enim spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, de Deo est. Vbi autem secundum altiore rationem nascitur Christus, nisi in corde tuo, & in pectore tuo? Propè est enim verbum in ore tuo, & in corde tuo. Pulchrè autem quòd & præsidis nomen addidit, vt feriem tēporis designaret. Præside (inquit) Cyrino facta est hæc prima professio. Vt quasi consulem quendā signi gratia huic libro Euāgelista adscripsisse videatur. Nam si consules adscribuntur tabulis emptionis, quanto magis redemptioni omnium debuit tempus adscribi? Habes ergo omnia quæ in contractibus esse consueverunt. Vocabulum summam illic potestatem gerentis, diem, locum, causam. Testes etiam adhiberi solent: hos quoque natiuitati suæ, & generationi secundum carnem Christus adhibuit, qui signarent Euangelium, dicens, Vos eritis mihi testes in Hierusalem.

2. Ioan.

Rom. 10.

Act. 1.

Factum est autem, cum essent ibi, impleti sunt dies vt pareret. Et peperit filium suum primogenitum, & pannis cum inuoluit, & posuit eum in præsepio; quia non erat ei locus in diuersorio.

Breuitè sanctus Lucas & quomodo, & quo tempore, & quo loco secundum carnem Christus natus sit, explicauit. At verò de cælesti generatione si quæris, lege Euangelium sancti Ioannis, qui à cælestibus exorsus ad terrena descendit: illic inuenies & quando erat, & quomodo erat, & quid erat, quid egerat, quid agebat, & vbi erat, & quòd venerit, & quomodo venerit, quo tempore venerit, qua causa venerit. In principio, inquit, erat verbum: habes quando erat. Et verbum erat apud Deum: habes quomodo erat. Habes etiam quid erat: Et Deus, inquit, erat verbum. Quid egerat: Omnia per ipsum facta sunt. Quid agebat: Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et vbi erat: In hoc mundo erat. Quòd venerit: In sua propria venit.

Ioan. 1.

Quomodo venerit: Verbum caro factum est. Quando venerit, Ioannes testimonium perhibet de ipso, dicens, Hic est de quo dixi, qui post me venit, ante me factus est, quia prior me erat. Qua causa venerit, Ioannes ipse testatur. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Si igitur generationem vtramque cognouimus, & vtriusque vnam esse causam qua venit aduertimus, vt percuntis mundi peccatum suscipiens, peccati labem, & omnium mortem in se, qui vinci non posset, aboleret: consequens est vt nunc quoque sanctus Lucas euangelista nos doceat, & vias Domini secundum carnem crescentis ostendat. Nec quemquam mouere debet quòd altiori consilio Ioannis infantiam diximus prætermisissam, Christi verò oportere esse descriptam. Non enim omnium est dicere, Factus sum infirmis infirmus, vt infirmos lucrificaci: omnibus omnia factus sum. Neque de quoquam alio ita dici potest: quia vulneratus est propter iniquitates nostras, & infirmatus est propter peccata nostra. Ille igitur paruulus,

1. Tim. 1.  
2. Tim. 1.

1. Cor. 9.  
Eph. 13.

Ioan. 14.  
2. Cor. 8.

Eph. 1.

Demosthenes  
in Oratione  
pro Cresphō.  
te.

Eph. 1.

Psal. 22.

Matth. 4.  
Matth. 2.

Matth. 2.

lus, ille infantulus fuit, vt tu vir possis esse perfectus. Ille inuolutus pannis, vt tu mortis laqueis sis absolutus. Ille in præsepibus, vt tu in altaribus. Ille in terris, vt tu in cælis. Ille locum in diuersorio non habebat, vt tu plures haberes in cælestibus mansiones. Qui cum diues esset, propter vos pauper factus est, vt illius inopia vos ditaremini. Meū ergo paupertas illius patrimonium est, & infirmitas Domini mea est virtus. Maluit sibi egere, vt omnibus abundaret. Me illius infantia vagientis abluunt stetus, mea lacrymæ illæ delicta lauerunt. Plus igitur Domine Iesu iniuriis tuis debeo quòd redemptus sum, quam operibus quòd creatus sum: Non prodesse nasci, nisi redimi profuisset. Sed nemo intra vsum corporis formam omnem diuinitatis includat. Alia natura carnis est, alia diuinitatis gloria. Propter te infirmitas, in se potètia: propter te inopia, in se opulètia. Noli hoc æstimare quòd cernis: sed quòd reddimeris, agnosce. Quòd in pannis est vides, quòd in cælis est non vides: Infantis audis vagitus, non audis bouis Dominum agnoscentis mugitus? Agnouit enim bos possessorem suū, & asina præsepe Domini sui, immò præsepium dixerim, sicut scripsit qui transtulit: nihil enim apud me distat in verbo, quòd non distat in sensu. Nā si orator illorū qui phaleras sermonum sequuntur, negat in hoc positas esse fortunas Græciæ, hoc, an illo verbo vsus sit, sed rem spectandam putat: si ipsi philosophi eorum qui totos dies in disputatione consumunt, minus Latinis & receptis vsi sermonibus sunt, vt propriis vterentur: quanto magis nos negligere verba debemus, spectare mysteria, quibus vincit sermonis vilitas, quòd operum miracula diuinorum nullis venustata sermonibus, veritatis suæ lumine refulserunt? Denique asinam illā rationabilē non succo deliciarū, sed succo naturalis alimonie præsepia sancta paucunt. Hic est Dominus, hoc præsepe, quo nobis diuinū mysterium reuelatum est, irrationabiles gentes pecudum intra præsepia more viuentes, alimonie sacræ vbertate pascendas. Agnouit ergo asina, species scilicet, & forma gentilium, præsepe Domini sui. Et ideo dicit, Dominus pascet me, & nihil mihi deerit. An mediocribus signis Deus probatur, quòd angeli ministrant, quòd Magi adorant, quòd martyres cõstitunt? Ex vtero funditur, sed coruscet è cælo. Terreno in diuersorio iacet, sed cælesti lumine fulget. Nupta peperit, sed virgo concepit. Nupta concepit, sed virgo generauit. Docuit enim nos sanctus Mattheus non mediocre mysterium, quòd sanctus Lucas, quia plenè iam erat expositum, silentium putauit: satis se diuitem fore credens, si præsepe Domini sibi ex omnibus vendicasset.

INTERPOSITIO NARRATIONIS DE ADVENTV MAGORVM.

Stum igitur paruulum, quem tu quasi vilem qui infidelis es, arbitraris, Magi ex oriente venientes, tam longo spatio sequuntur, & procidentes adorant, & regem appellant, & resurrecturum fatentur, offeretes de thesauris suis aurum, thus, & myrrhā. Quæ sūt ista verè fidei munera? Aurū regi, thus Deo, myrrhā defuncto. Aliud enim regis insigne, aliud diuine

sacramentum potestatis, aliud honor est sepulture, quæ nõ corrumpat corpus mortui, sed referuet. Nos quoque qui hæc audimus & legimus, de thesauris nostris talia fratres munera proferamus. Habemus enim thesaurum in vasis fictilibus. Si igitur in teipso quod es non ex te debes æstimare, sed ex Christo, quanto magis in Christo non tua debes æstimare, sed Christi? Ergo Magi de thesauris suis offerunt munera. Vultis scire quàm bonum meritū habeant? Stella ab his videtur: & vbi Herodes est, non videtur: vbi Christus est, rursus videtur: & viam demonstrat. Ergo stella hæc via est, & via Christus: quia secundum incarnationis mysterium, Christus est stella. Orietur enim stella ex Iacob, & exurget homo ex Israel. Denique vbi Christus, & stella est. Ipse enim est stella splendida & matutina. Sua igitur ipse luce se signat. Accipe aliud documentum. Alia viderant via Magi, alia redeunt. Qui enim Christum viderant, Christum intellexerant, meliores vti que quàm venerant reuertuntur. Duæ quippe sunt viæ: vna quæ ducit ad interitū, alia quæ ducit ad regnum. Illa peccatorū est, quæ ducit ad Herodem: hæc Christus est, qua reditur ad patriam. Hic enim temporalis est incolatus, sicut scriptum est, Multum incolata facta est anima mea. Caueamus igitur Herodem mundanæ ad tempus præfulem potestatis, vt patriæ cælestis æternum consequamur habitaculum. Non electis tantum præmia ista proposita sunt, sed etiam omnibus, quoniam omnia & in omnibus Christus. Vides etiam quia nõ otiose, vel de Chaldeis, qui peritiores in numeris habentur, Abraham Deo credit: vel Magi, qui licet magicis artibus conciliandæ sibi diuinitati studium impendunt, ortum in terris Domini crediderunt: sed vt ex aduersariis gentibus sanctæ religionis testimonium sumeretur, & diuinitatis exemplum. Sed tamen qui sunt isti Magi, nisi qui (vt historia quædam docet) à Balaam genus ducunt, à quo prophetatum est: Orietur stella ex Iacob? Isti ergo sunt non minus fidei quàm successio- nis heredes. Ille stellam vidit in spiritu, isti viderunt oculis, & crediderunt. Viderunt nouā stellam quæ non erat visa à creatura mundi. Viderunt nouam creaturam, & non solum in terra, sed etiam in cælo gratiam noui hominis requirebant, secundū quod Moyse propheticè posuit, quia orietur stella ex Iacob, & exurget homo ex Israel. Et cognouerunt hanc esse stellam, quæ hominem Deūque signabat, & adorauerunt paruulum. Vti que non adorassent, si paruulum tantummodo credidissent. Magus ergo intelligit suas cessare artes, tu nõ intelligis tua dona venisse? Ille fatetur alienum, tu non agnoscis proprium? Ille contra se credit, tu pro te non putas esse credendum? Natum ergo Magi nuntiant regem: perturbatur Herodes, congregat scribas & principes sacerdotum, & interrogat vbi Christus oriatur. Magi tantummodo regem nuntiant, Herodes Christum requirit. Ipsum igitur regem de quo interrogat, confitetur. Deinde cum vbi nasci haberet inquiritur, vti que prænuntiatu ostenditur. Neque enim quæri poterat, qui non erat nuntiatu. O amentes Iudei, venisse non creditis quem videtis venisse non creditis quem dicitis esse venturum? Nuntiate, inquit, mihi, vt veniam & adorē puerum.

2. Cor. 4.

Ioan. 14.

Num. 24.  
Ecl. 50.

Matth. 7.  
Ioan. 14.  
Psal. 119.

Coloss. 3.

Gen. 15.

Num. 24.

Ibid.

Ioan. 1.  
Matth. 2.

Ibid.

Infiatur quidem Herodes, sed Deum non negat quem memorat adorandum. Deinde infantes occidi iubet. Cui alij nisi Deo talis victima debebatur? Expers licet sensus infantia, Deum tamen pro quo interimitur, confitetur. Hec de Mattheo pauca libauimus, vt clareret infantie tempora à diuinitatis operibus minimè vacauisse.

Et pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis supra gregem suum.

Quòd si etas carnis ignara operis fuit, profectò Deus erat qui diuinitatis operibus exercebat carnis aetatem: Qui etiam pastores faciebat in illa regione vigilare, custodientes vigilias noctis supra gregem suum. Videte Ecclesie surgentis exordium. Christus nascitur, & pastores vigilare cœperunt, qui gentium greges pecudum modo antè viuentes, in caulam Domini congregarent, ne quos spirituali beneficiarum per offusas noctium tenebras pateretur incurtus. Et bene pastores vigilantes, quos bonus pastor informat. Grex igitur populus, nox sæculum, pastores sunt sacerdotes. Aut fortasse etiam ille sit pastor cui dicitur, Esto vigilans, & confirma: quia non solum episcopos ad tuendum gregem Dominus ordinauit, sed etiam angelos destinauit.

Et ecce angelus Domini stetit ante illos, & claritas Dei circumfulsit illos, & timuerunt timore magno. Et dixit illis angelus: Nolite timere: ecce enim euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie Saluator qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signum: Inuenietis infantem panis inuolutum, & positum in praesepio.

Videte quemadmodum cura diuina fidem adstruat. Angelus Mariam, angelus Ioseph, angelus pastores edocet. Nò satis est semel missum; duobus enim & tribus testibus stat omne verbum.

Et facta est cum angelo multitudo exercitus caelestis laudantium Deum, & dicentium, Gloria in altissimis Deo; & in terra pax hominibus bonae voluntatis.

Bene angelorum nominatur exercitus, qui duces caelestis militiae sequebantur. Cui igitur laudem angeli, nisi Domino suo dicerent? iuxta quod scriptum est, Laudate Dominum de caelis, laudate eum in excelsis: Laudate eum omnes angeli eius. Impleta igitur propheta est. Laudatur de caelis Dominus, & videtur in terris. De quo sanctus Marcus ait, Quia cum bestiis erat, & angeli ministrabant ei: vt in altero misericordiae insigne, in altero diuinae iudicium potestatis agnoscas. Tuum est quòd bestias patitur, suum quòd ab angelis praedicatur.

Et factum est vt discesserunt ab eis angeli in caelum, pastores loquebantur adinuicem: Transeamus vsque Bethlehem, & videamus hoc verbum quod factum est, sicut Dominus ostendit nobis. Et venerunt festinantes: & in-

uenerunt Mariam & Ioseph, & infantem positum in praesepio. Videntes autem cognouerunt de verbo quod dictum erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierunt, mirati sunt de his quae dicebantur à pastoribus ad ipsos.

Et venerunt festinantes, &c. Vides festinare pastores. Nemo enim cum desidia Christum requirit. Vides pastores angelo credidisse: & tu patri, filio, spiritui sancto, angelis, prophetis & apostolis credere non vis? Vide quam signanter scriptura singulorum libret momenta verborum. Festinat, inquit, verbum videre. Etenim cum caro Domini videtur, verbum videtur, quod est filius. Non mediocre fidei tibi hoc videatur exemplum, quòd vilis sit persona pastorum. Certè quo vilior ad prudentiam, eo pretiosior ad fidem. Non gymnasia choris referta sapientum, sed plebem Dominus simplicem requisit, quae phalarare audita & fucare nesciret. Simplicitas enim quaeritur, non ambitio desideratur. Nec contemnenda putes quasi vilia verba pastorum. A pastoribus enim Maria fidem colligit. A pastoribus populus ad Dei reuerentiam congregatur: Mirati etiam sunt omnes qui audierunt, de iis quae dicebantur à pastoribus ad ipsos.

Maria autem conseruabat omnia verba haec conferens in corde suo. Et reuerfi sunt pastores, glorificantes & laudantes Deum in omnibus quae audierant & viderant, sicut dictum est ad illos.

Discamus sanctae virginis in omnibus castitatem, quae non minus ore pudica quam corpore, argumenta fidei conferebat in corde. Si Maria à pastoribus discit, cur tu declinas discere à sacerdotibus? Si Maria ante praeccepta apostolica tacet, cur tu post apostolica praeccepta magis cupis docere quam discere? Discere vitium esse personae, non sexus: sexus enim sanctus. Denique Maria praecceptum non accepit, exemplum edidit.

Et postquam consummati sunt dies octo vt circumcideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus: quod vocatum est ab angelo priusquam in vtero conciperetur.

Circumciditur itaque puer. Quis est iste puer, nisi ille de quo dictum est, Puer natus est nobis, filius datus est nobis? Factus est enim sub lege, vt eos qui sub lege essent lucrifaceret.

Et postquam impleti sunt dies purificationis Mariae secundum legem Moyfi: tulerunt Iesum in Hierusalem, vt sifterent eum Domino (sicut scriptum est in lege Domini: Quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur): & vt darent hostiam secundum quod dictum est in lege Domini, par turturum, aut duos pullos columbarum.

Vt sifterent eum Domino, &c. Quid sit autem in Hierusalem sisti Domino, dicerem, nisi in Esaiæ commentis antè dixissem. Circumcisus enim vitius, dominico

Apoc. 3.  
Ebr. 1.

Luc. 1. supra.  
Matth. 1.  
Deut. 19.  
Matth. 18.

Is. 5.

Is. 148.

Matth. 1.

E. 6.  
Psal. 33.  
1. Cor. 10.

Exo. 13.  
Num. 8.

Luc. 1.

S. Aug. 10. 7.  
lib. 2. de pec.  
orig. c. 40. 1.  
lib. 1. cont. iul.  
Pelag. c. 2.

3. Reg. 18.

Hierem. 1.

Luc. 1. supra.  
Matth. 2.  
Philip. 1.  
Luc. 10.

minico dignus iudicatur obtutu, quia oculi Domini super iustos. Vides omnem legis veteris seriem fuisse typum futuri. Nam & circumcisio purgationem significat delictorum. Sed quoniam prona quadam cupiditate peccandi humanae carnis & mentis fragilitas inextricabilibus vitis implicatur, eo per octauum circumcisionis diem culpa totius futura purgatio resurrectionis praefigurabatur aetate. Hoc est enim illud, Quia omne masculinum adaperiens vuluam, sanctum Domino vocabitur. Verbis enim legis promittebatur virginis partus. Et verè sanctus, quia immaculatus. Denique ipsum esse qui lege signetur, in eodem modum ab angelo repetita verba declarant: Quod nascetur, inquit, sanctum, vocabitur filius Dei. Non enim virilis coitus vuluae virginis secreta reseruit, sed immaculatum semen inuolabili vtero Spiritus sanctus infudit. Solus enim per omnia ex natis de femina sanctus Dominus Iesus, qui terrena cõtagia corruptelae immaculati partus nouitate non senserit, & caelesti maiestate depulerit. Nam si litteram sequamur, quomodo sanctus omnis masculus, cum multos sceleratissimos fuisse non lateat? Nunquid sanctus Achab? Nunquid sancti pseudoprophetae, quos ad Eliae preces vltor caelestis iniuria ignis absumpsit? Sed ille sanctus, quem in figura futuri mysterij pia legis diuinae praescripta signabant, eo quòd solus sanctae Ecclesiae virginis ad generandos populos Dei immaculatae foecunditatis aperiret genitale secretum. Hic ergo solus aperuit sibi vuluam. Nec mirum, hic enim dixerat ad prophetam, Priusquam te formarem in vtero, noui te, & in vulua matris sanctificauit te. Qui ergo vuluam sanctificauit alienam, vt nasceretur propheta, hic est qui aperuit matris suae vuluam, vt immaculatus exiret.

Et ecce homo erat in Hierusalem, cui nomen Symeon, & homo iste iustus & timoratus, expectans consolationem Israel, & Spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat à Spiritu sancto, non visurum se mortem, nisi prius videret Christum Domini. Et venit in spiritu in templum.

Non solum ab angelis & prophetis, & à pastoribus, sed etiam à senioribus & iustis generatio Domini accipit testimonium. Omnis aetas, & vterque sexus, euentorumque miracula fide adstruunt. Virgo generat, sterilis parit, mutus loquitur, Elizabeth prophetat, Magus adorat, vtero clausus exultat, vidua confitetur, iustus expectat. Et bene iustus, qui non suam, sed populi gratiam requirebat: cupiens ipse corporea vinculis fragilitatis exolui, sed expectans videre promissum: sciebat enim quia beati oculi qui eum viderent.

Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius, vt facerent secundum consuetudinem legis pro eo: & ipse accepit eum in vlnas suas, & benedixit Deum, & dixit, Nunc dimitte seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace: Quia viderunt oculi mei saluta-

re tuum, Quod paraasti ante faciem omnium populorum; Lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuae Israel. Et erant pater & mater eius mirantes super his quae dicebantur de illo. Et benedixit illis Symeon, & dixit ad Mariam matrem eius, Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israel.

Nunc (inquit) dimitte seruum tuum Domine. Vide iustum velut corporeae carcere molis inclusum velle dissolui, vt incipiat esse cum Christo. Dissolui enim & cum Christo esse, multo melius est. Sed qui vult dimitti, veniat in templum, veniat in Hierusalem, expectet Christum Domini, accipiat in manibus verbum Dei, complectatur operibus velut quibusdam suae fidei brachiis. Tunc dimitteretur vt non videat mortem, quia viderit vitam. Vides vberem in omnes gratiam Domini generatione diffusam, & prophetiam incredulis negatam esse, non iustis. Ecce & Symeon prophetat, in ruinam & resurrectionem plurimorum venisse Dominum Iesum Christum, vt iustorum iniquorumque merita discernat, & pro nostrorum qualitate factorum, iudex verus & iustus aut supplicia decernat, aut praemia.

Et in signum cui contradicetur, & tuam ipsius animam pertransibit gladius, vt reuelentur multorum cordium cogitationes. Et erat Anna prophetissa, filia Phanuel, de tribu Aser: haec procefferat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annis septem à virginitate sua. Et haec vidua erat vsque ad annos octogintaquatuor, quae non discedebat de templo, ieiuniis & obsecrationibus feruens nocte ac die. Et haec, ipsa hora superueniens, confitebatur Domino, & loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Israel. Et vt perfecerunt omnia secundum legem Domini, reuerfi sunt in Galileam, in ciuitatem suam Nazareth.

Et tuam ipsius animam pertransibit gladius, &c. Nec littera nec historia docet ex hac vita Mariam corporalis necis passione migrasse. Non enim anima, sed corpus materiali gladio transuerberatur. Et ideo prudentiam Mariae haud ignaram mysterij caelestis ostendit. Viuum enim verbum Dei & validum, & acutius omni gladio acutissimo, penetrans vsque ad diuisionem animae & spiritus, artuum quoque & medullarum, cogitationes cordis & secreta scrutatur animorum, quia nuda & aperta sunt omnia Dei filio, quem conscientiae secreta non fallunt. Prophetauit itaque Symeon, prophetauerat virgo, prophetauerat copulata coniugio, prophetauerat debuit etiam vidua, ne qua aut professio desset, aut sexus. Et ideo Anna & stipendiis viduitatis, & moribus talis inducitur, vt digna planè fuisse credatur quae redemptorem omnium venisse nuntiaret. Cuius me-

Philip. 1.

Act. 10.

Hebr. 4.

Lib. de viduis cap. 1.



putamus iteranda. Non otiose tamen annos octoginta quatuor viduitatis eius expressit, quia & septem dodecades, & duae quadragesimae, sacrum videntur numerum designare.

Puer autem crescebat, & confortabatur plenus sapientia: & gratia Dei erat in illo. Et ibant parentes eius per omnes annos in Hierusalem, in die solemni paschae. Et cum facti essent illi anni duodecim, ascendentibus illis Hierosolyman secundum consuetudinem diei festi: consummatisque diebus cum redirent, remansit puer Iesus in Hierusalem, & non cognouerunt parentes eius. Existimantes autem illum esse in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos & notos: & non inuenientes, regressi sunt in Hierusalem, requirentes eum. Et factum est, post triduum inuenerunt eum in templo sedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem eos. Stupebant autem omnes qui eum audiebant, super prudentia & responsis eius. Et videntes admirati sunt.

*Matth. 10.* *Et cum facti essent illi anni duodecim, &c.* A duodecimo anno, ut legimus, dominicae sumitur disputationis exordium. Hic enim praedicandae fidei euangelizantium numerus debebatur. Nec otiose immemor suorum secundum carnem parentum, qui secundum carnem utique sapientia Dei implebatur & gratia, post triduum reperitur in templo: ut esset in indicio quia post triduum triumphalis illius passionis, in sede caelesti & honore diuini fidei nostrae suscitatus offerret, qui mortuus credebatur.

*Matth. 28.* *Luc. 24.* Et dixit mater eius ad illum, Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quarebamus te. Et ait ad illos, Quid est quod me quarebatis? nesciebatis quia in propria patris mei oportet me esse? Et ipsi non intellexerunt verbum quod locutus est ad eos.

*Ioan. 2.* Duae sunt in Christo generationes: una est paterna, materna altera. Paterna illa diuiniore, materna vero quae in nostrum laborem usumque descendit. Et ideo quae supra naturam, supra aetate, supra consuetudinem fiunt, non humanis assignanda virtutibus, sed diuinis referenda sunt potestatibus. Alibi eum ad ministerium mater impellit, hic mater arguitur, quia adhuc quae humana sunt exigat. Sed cum hic duodecim describatur annorum, illic discipulos habere dicitur; vides matrem didicisse a filio ne exigeret a validiore ministerium, quae studebat in iunioribus miraculum.

Et descendit cum eis, & venit Nazareth, & erat subditus illis. Et mater eius conseruabat omnia verba haec in corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia & aetate & gratia apud Deum & homines.

Quid enim magister virtutis, nisi officium pietatis

impleret? & miramur si patri defert qui subditur matri? Non utique infirmitatis, sed pietatis ista subiectio est: attollat licet saeuus emissus latebris coluber perfidiae caput, & serpentinis euomat venena pectoribus. Cum dicit se filius missum, maiorem hareticus appellet patrem, ut imperfectum filium dicat, qui potest habere maiorem, ut alienis auxiliis asserat eum qui mittitur indigere. nunquid & humano egebat auxilio, ut materno seruiret imperio? Deferebat homini, deferebat ancillae, (ipsa enim dicit, Ecce ancilla Domini.) deferebat simulato patri: & miraris si Deo detulit? An homini deferre pietas est, Deo deferre infirmitas est? Vel ex humanis diuina perpende, & quid honoris patri debeatur, agnosce. Pater honorificat filium, non vis ut filius honorificet patrem? Pater voce caelesti in filio se complacere profitetur, non vis ut filius humanae carnis indutus amictu, cum humana voce humano loquatur affectu, patrem dicat esse maiorem? Nam si magnus Dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius non est finis, utique magnitudo quae finem non habet, nec augmentum habet. Sed cur non accipiam religiosi auribus filium patri in susceptione corporis obedientem, cum religiosi auribus filium patri in susceptione corporis obedientem, cum religiosi accipiam patrem filio deferentem? Disce potius tuae utilitatis praecipua, & exempla pietatis agnosce. Disce quid parentibus tuis debeas, cum legis a patre filium non voluntate, non opere, non tempore discrepare. Etsi personis duo, potestate vnum sunt. Et utique nullum pater ille caelestis laborem generationis expertus est: Tu matri debes pudoris iniuriam, virginitatis dispendium, partus periculum, matri longa fastidia, matri longa discrimina, cui miserae in ipsis votorum fructibus maius periculum est: & cum ediderit quod optauit, partu absoluitur, non timore. Quid anxios patres loquar pro filiorum profectu, & multiplicatos alienis visibus census, iactaque semina posterorum aetatibus profutura? Nonne pro his oblequa saltem oportet rependi? Cur impio patris vita prolixior, & communitas patrimonij videtur angustior, cum Christus non refugiat cohæredes?

**CAP. III.**  
**A** NNO quintodecimo imperij Tiberij Caesaris, procurate Pontio Pilato Iudea, tetrarcha autem Galilaeae Herode, Philippo autem fratre eius tetrarcha Iturae & Trachonitidis regionis, & Lyfania Abilinae tetrarcha: factum est verbum Domini super Ioannem Zachariae filium in deserto.

Congregaturus Ecclesiam Dei filius, ante operatur in seruulo. Et ideo bene posuit sanctus Lucas factum esse verbum Domini super Ioannem Zachariae filium in deserto: ut Ecclesia non ab homine ceperit, sed a verbo. Ipsa enim est desertum, quia plures filij desertae magis quam eius quae habet virum. Denique ipsi dicitur, Latere sterilis: & Exulta desertum; quia nullis adhuc conuenae plebis operibus colebatur, neque vllum adhuc arbores illae quae fructum ferre non poterant, meritorum suorum verticem

*Psal. 51.*  
*Ioan. 15.*

*Psal. 115.*

*Rem. 3.*

*Luc. 16.*

*Matth. 3.*  
*Marc. 1.*

*Matth. 3.*

*Psal. 136.*  
*Philip. 3.*  
*2. Cor. 12.*

*Psal. 131.*

cem proferebant. Nondum venerat qui diceret, Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei. Nondum vitis illa caelestes fructus palmitibus suis verborum quodam suorum traduce ministrabat. Factum est ergo verbum, ut quae erat ante desertam, fructum nobis terra germinaret. Factum est verbum, vox secuta est. Verbum enim prius intus operatur, sequitur vocis officium. Vnde & Dauid dicit, Credidi, propter quod locutus sum. Prius credit, ut loqui posset. Factum est autem verbum, ut sanctus Baptista Ioannes poenitentiam praedicaret. Et ideo plerique sancto Ioanni typum legis imponunt, eo quod lex peccatum denuntiare potuit, donare non potuit. Lex enim vnumquemque qui viam gentium sequebatur, reuocat ab errore, restringit a crimine, poenitentiam suadet, ut gratiam consequatur. Lex autem & prophetae usque ad Ioannem, Ioannes vero praenuntius Christi. Itaque lex Ecclesiae praenuntia, & gratiae praevia est. Bene igitur sanctus Lucas compendio vsus est, ut Ioannem declararet prophetam, dicens factum esse supra eum verbum Domini, alia non adderet. Nullus enim eget indicio sui, qui verbo Domini abundat. Vnum itaque dixit, & omnia declarauit. At vero sanctus Matthaeus & Marcus vestitu, & cinctu, & cibo prophetam declarare voluerunt, eo quod vestitum de pilis camelorum habuit, & zonam pelliceam super lumbos suos, locustas autem & mel siluestre edebat. Praenuntius enim Christi non patiebatur immundarum perire exuuia bestiarum, ipso vestitus indicio designans Christum esse venturum, qui beluinis induiis, quae contextae sunt nostrorum deformitate meritorum, gentilitatis immundae peccata suscipiens, in illo trophaeo crucis velut amictu quodam se nostrae carnis exueret. Quid autem sibi vult cinctus zonae pellicae, nisi quod caro ista quae mentem prius grauari consueuerat, ea post aduentum Domini non impedimento coepit esse, sed cingulo? Eo quod & iuxta Dauid, In salicibus organa nostra suspendimus: & iuxta Apostolum, confidentiam non habemus in carne, & confidentiam habemus in carne: non habemus in voluptatibus, habemus in passionibus, quo spiritu feruens vigeat affectus, & ad omne accingamur obsequium caelestium praceptorum, deuotione mentis intenti, atque apparatu corporis expediti. Cibus quoque prophetae indicij, nutiusque mysterij est. Quid enim tam otiosum ad hominis officium, quam locustas quærere? & quid tam plenum ad vatis mysterium? Nam quo magis ad fructum inutiles, ad usum laboris inertes, ad tactum fugaces, vagae saltu, ore stridulae sunt locustae; eo conuenientius his populi figura gentilis aptatur, qui nullo vsu laboris, nullo operis fructu sine grauitate, sine voce sonum querelae ederet, verbum vitae ignoraret. Hic igitur populus cibus est prophetarum. Nam quo numerosior populus congregatur, eo verior prophetici oris vsus augetur. Ecclesia quoque gratia praefiguratur in melle siluestri, non intra alucarium legis plebis Iudaicae foetu reperta, sed in campis & folijs siluae gentilium errore diffusa, iuxta quod scriptum est, Inuenimus eam in campis siluae. Et hic quidem mel siluestre edebat, annuntians populos de petra melle saturandos, si-

cut scriptum est, Et de petra melle saturauit eos. Sic etiam Eliam corui cibo aduentio inter deserta pauperunt, ut indicio foret, populos nationum tetrosquales colore meritorum, qui ante cibum foetidis in cadaueribus requirebant, nunc de se aduentitiam prophetis alimoniam praebituros. Cibus enim prophetarum, diuinae voluntatis effectus est, sicut ipse Dominus declarauit, dicens, Meus cibus est ut faciam voluntatem eius qui me misit.

Et venit in omnem regionem Iordanis, praedicans baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum: sicut scriptum est in libro Sermonum Esaiae prophetae: Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Omnis vallis implebitur: & omnis mons & collis humiliabitur. Et erunt praua in directa, & aspera in vias planas: & videbit omnis caro salutare Dei.

*Vox clamantis in deserto.* Bene vox dicitur Ioannes, Verbi praenuntius. Nam interrogatus ipse, Quid dicis de teipso ait, Ego vox clamantis in deserto. Et ideo ait, Qui post me venit, ante me factus est: quia vox praecedit inferior, verbum sequitur, quod praecellit. Ideo & a Ioanne baptizari voluit, quia in hominibus verbum consecratur voce doctoris. Ideo fortasse & Zacharias vocem recepit, qui vocem locutus est.

Dicebat ergo ad turbas quae exibant ut baptizarentur ab ipso: Generatio viperarum, quis ostendit vobis fugere a ventura ira? Facite ergo fructus dignos poenitentiae. Et ne ceperitis dicere in vobis ipsis, Pater noster Abraham est.

Argui quidem videtur malitia Iudaeorum, eo quod varij, noxiae mentis veneno, serpentinos lapsus, & terrena cubilia, non diuinae aliquod mysterium cognitionis operentur: sed tamen cum dicitur, *Quis ostendit vobis fugere a ventura ira?* ostenditur his Dei miseratione infusa prudentia, ut gerant suorum poenitentiam delictorum, futuri terrorem iudicij prouida deuotione metuentes. Ad generationem ergo, non successionem referenda est comparatio viperarum. Aut fortasse iuxta quod scriptum est, Estote prudentes sicut serpentes: ostenduntur habere prudentiam naturalem, qui profutura videant, & sponte deposcant, sed adhuc noxia non relinquunt. Et ideo admonetur claritatem sibi magis operis quam nobilitatem generis vindicare, quod nulla in successione praerogatiua sit, nisi fidei ad stipuletur hereditas, quam Dei nutu ad populos gentilium transferendam, sermone prophetico reuelauit, dicens,

Dico enim vobis, quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraham.

Nam licet Deus possit diuersas conuertere & commutare naturas, tamen quia mihi plus mysterium quam miraculum prodest, in praenuntio Christi nihil magis quam aedificationem Ecclesiae debeo surgentis agnoscere, quae non rupeis faxis, sed viuus la-

1. Pet. 2.

Psal. 113.

1. Pet. 2.

Psal. 113.

Esa. 1.

Matth. 23. et

Ath. 2.3.

pidibus extructa, in habitaculum Dei & fastigium templi conuersione nostrorum surrexit animorum. Etenim parabat Deus mentium nostrarum dura mollire, & de lapidibus offensionis excitare cultores religionis. Quid enim aliud quam lapides habebantur, qui lapidibus seruebant, similes vtique iis qui facerent eos: Prophetatur igitur saxosis gentiliū fides infundenda pectoribus, & futuros per fidem Abraham filios oracula pollicentur, quibus per duritiam mentis saxus quidam insensibilis irrationalisque naturæ vsus inoleuerat. Nam si lapidibus viuus formatos viros fidei robore sententia apostolica comparauit, iuxta quod scriptū est. Et vos tanquam lapides viuī ædificamini domos spirituales, in sacerdotium sanctum, offerentes hostias spirituales: multo aptius hīc videntur voce prophetica lapidibus homines comparari, qui ita humanæ sensum mentis amiserant, vt dum lapidibus putant diuinitatis alicuius inesse rationem, ipsi in naturam lapidum, non vsu corporis, sed mentis habitu verterentur. Denique ex Abraham secundum carnem successione manātes, & principes Sodomorum appellantur, & parietes dealbati: ita sibi prerogatiuam generis morum magis similitudo vindicat, quam ordo maiorum. Quinetiam vt scias quia lapidibus comparati sunt homines, arboribus quoque homines comparauit subiiciens Propheta,

Quia iam securis ad radices arborum posita est. Omnis ergo arbor non faciēs fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

Ex epli autem ideo facta mutatio est, vt illo comparationis processu quidam intelligatur hominis clamentior iam profectus. Nam illi antē deformes ad vsū, nudī ad ornatum, steriles ad fructum, irrationabiles ad profectum, iam in arborum speciem figurantur, quæ rationabili quodam naturæ munere decoræ ad vsū, ad aspectū venustæ, ad fructum opimæ, surgunt cacuminibus, funduntur brachiis, replentur fructibus, frōdibus vestiuntur. Atque vtinam nos fecūdarum vsū arborum possimus imitari, meritisque crescentibus longæuæ humilitatis radice fundati, sublimes ab humo, decori ad speciem, adultos fructuosorum operum vertices erigamus, ne euangelici securis agricolæ trunci radicem syluestris excidat. Væ enim mihi est, si non euangelizauero. Sed vox ista apostolica est: Væ mihi est, si nō peccata desseuero: Væ mihi est, si nō media nocte surrexero ad cōfiteđū tibi: Væ mihi, si dolū proximo meo fecero: Væ si locutus non fuero veritatē. Ad radicē securis est posita, faciat fructū qui potest gratiæ, qui debet pœnitentiæ. Adest Dominus q̄ fructū requirat, fœcūdos viuificet, steriles reprehēdat. Anni tres sunt ex quo venit, & fructum in Iudæis inuenire non potuit: vtinam inueniat in nobis. Iustus est succidi infructuosos, ne terram occupent. Sed qui adhuc non habet fructum, conetur vt afferat in futurum. Bonus ille cultor agri interueniet pro nobis infœcundis, pro nobis infructuosis, vt detur spatium, patientiæ deferatur, si fortē & nos aliquem fructum ferre Deo possimus.

Et interrogabant eū turbæ, dicentes, Quid

ergo faciemus? Respondens autem dicebat illis, Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet escas, similiter faciat. Venerunt autem & publicani vt baptizarentur, & dixerunt ad illum, Magister, quid faciemus? At ille dixit ad eos, Nihil amplius quam cōstitutum est vobis, faciatis. Interrogabant autem eum & milites, dicentes, Quid faciemus & nos? Et ait illis, Neminem concurtiatis, neque calumniam faciatis: & contenti estote stipendiis vestris.

Singulis quoq; generibus hominū cōueniēs tribuit sanctus Ioannes Baptista respōsum: vnū omnibus, ita, Publicanis, ne vltra præscriptum exigant militibus, ne calumniam faciant, ne prædam requirant. Docens idcirco stipendia constituta militiæ, ne dū sumptus quæritur, prædo grassetur. Sed hæc & alia officiorū præcepta, propria singulorum, misericordia communis est vsus, ideo commune præceptum, omnibus officijs, omnibus ætatibus necessaria, & ab omnibus deferenda. Non publicanus, non miles excipitur, non agricola vel vrbanus, diues & pauper, omnes in commune admonentur vt conferant non habenti. Misericordia enim plenitudo virtutum est. Et ideo omnibus est propōsita perfectæ forma virtutis, ne vestimentis alimentisque suis parcant. Misericordiæ tamen ipsius pro possibilitate conditionis humanæ mensura feruatur, vt non sibi vnusquisque totum eripiat, sed quod habet, cum paupere partiatur.

Æstimante autem populo & cogitante in cordibus suis de Ioanne, ne fortē ipse esset Christus: respondit, dicens omnibus, Ego qui dem vos aqua baptizo.

Videbat ergo Ioannes cordis occulta. Sed consideremus cuius hæc gratia. Quemadmodū autem prophetis palām fiant cordis occulta, Paulus ostendit, dicens, Occulta quoque cordis eius manifesta sunt, & procidens in faciem adorabit Deum, pronūtiāns quod verē Deus est in vobis. Dei ergo munus est, qui reuelat, non virtus hominis, qui diuino magis adiuuatur beneficio, quam naturali cernat officio. Quō autem proficit ista cogitatio Iudæorum, nisi vt secundum scripturas venisse Christus probetur? Erat enim qui expectabatur: & ipse vtique qui expectabatur, non is qui non expectabatur, aduenit. Quid autem ineptius quā quod is qui in alio æstimatur, in seipso esse non creditur? Quem per mulierem venturum putabant, per virginem venisse non credunt. Quæ Deo secundum carnem dignior generatio, quā vt immaculatus Dei filius, immaculatæ generationis seruaret etiam in suscipiendo corpore puritatem: Et vtique diuini aduentus signum in virginis partu, non in mulieris constitutum est. Ego (inquit) vos aqua baptizo. Citō probauit non esse se Christum, qui visibili operetur officio. Nam cum ex duabus naturis homo, id est, ex anima subsistat & corpore: visibile per visibile, inuisibile per inuisibile mysterium cōsecratur. Aqua enim

Matth. 3.

1. Cor. 9.

Psal. 118.

Psal. 114.

Matth. 3.

Luc. 13.

Dist. 86. c. in singulis.

Coloss. 3.

2. Cor. 8.

1. Cor. 14.

Mat. 2.

1. Cor. 14.

Esa. 7.

1. Petr. 3.

Tob. 25.

Matth. 12.

Matth. 3.

Ephes. 6.

Iuan. 3.

Exod. 3.

Luc. 10.

Luc. 8.

Mat. 16.

In Luc. 14. 10.

enim corpus abluitur, spiritu animæ delicta mūdantur. Aliud agimus, aliud inuocamus: licet etiam in ipso fonte sanctificatio diuinitatis aspires. Nō enim aqua omnis ablutio est, sed hæc inter se diuisa esse non possunt, & ideo aliud fuit baptisma pœnitentiæ, aliud gratiæ est. Istud ex vtroque, illud ex vno. Nam cum communia delicta sint mentis & corporis, purificatio quoque debuit esse communis. Et bene sanctus Ioannes se intellexisse significans quid in cordibus cogitarent, & quasi non intellexerit, declinat maieſtatis inuidiam, non verbo sed opere declarauit, non esse se Christum. Opus enim hominis est, agere pœnitentiam delictorum: Dei munus est, gratiam implere myſterij.

Venit autem fortior me, cuius non sum dignus soluere corrigiam calceamentorum.

Non comparationem fecit, vt ipso se tantum fortioſorem dixerit Christum: (neque enim inter Dei filium & hominem vlla poterat esse collatio) sed quia multi fortes. (nam & diabolus fortis. Nemo enim potest vasa fortis diripere, nisi prius alligauerit fortes.) Multi ergo fortes, fortior nemo nisi Christus. Denique eouſque non fecit comparationem, vt adiderit, Cuius non sum dignus calceamenta portare: Euangelicæ prædicationis ostendens in Apostolos gratiam esse collatam, qui sunt calcati in Euangelium. Videtur tamen ideo hoc dicere, quod plerunque Ioānes personam accepit populi Iudæorum. Vnde ad hoc referunt quod ait, illum oportet crescere, me autem minorari: quod oporteret minorem fieri populum Iudæorum, crescere populum Christianum. Denique & Moyses accepit personam populi, sed ille calceamentum non dominicum portabat, sed pedum suorum. Et isti calcati sunt calceamento fortasse non suorum pedum: ille autem soluere calceamentum pedum iubetur suorum, vt animi eius gressus & mentis corporei nexu vinculis absolutus, iter spiritale gradiatur. Apostoli autem calceamentum deposuerunt corporale, quando missi sunt sine calceamento, sine virga, sine pera, sine zona: sed non statim Dei calceamenta portarunt. Fortasse post resurrectionem Domini portare cœperunt: antē enim ne cui gesta eius dicerent, monebantur. Denique postea his dicitur, Ite in orbem vniuersum, & prædicate Euangelium: vt euangelicæ prædicationis vestigium proferentes, toto dominicorum seriem circumferrent orbe gestorum. Est igitur calceamentum nuptiale, euangelica prædicationis. Sed de hoc oportunius aliquid in aliis explicabimus.

Ipse vos baptizabit in Spiritu sancto, & igni, habens ventilabrum in manu sua, & purgabit aream suam: & congregabit triticum in horreum suum; paleas autem igni comburet inextinguibili. Multa quidem & alia exhortans euangelizabat populo. Herodes autem tetrarcha cum corripere ab illo de Herodiade vxore fratris sui, & de omnibus malis quæ fecit Herodes, adiecit & hoc super omnia, & inclusit Ioannem in carcere.

Ventilabrij indicio discriminandorum Dominus declaratur ius habere meritoſū, eo quod dum frumenta in area ventilantur, plena à vacuis, ab inanis fructuosa veluti quodam auræ spirantis examine separantur. Per hanc igitur comparationē ostenditur, quod Dominus iudicij die solidæ merita fructusque virtutis ab inanis iactantiæ exiliūque factorum infructuosa leuitate discernat, perfectioris meriti viros locaturus in mansione cælesti. Ille autem perfectioris fructus erit, qui meruerit eius esse conformis, qui sicut granum tritici cecidit, vt pluri-  
mos fructus afferret in nobis, inuisus paleis, inanis  
bus meritis non amicus. Et ideo ante eum ignis ar-  
debit, non natura sui noxius, vt pote qui mala improbitatis exurat, & splendorem probitatis accumulet.

Factum est autem, cum baptizatus esset omnis populus, & Iesu baptizato & orante, apertum est cælum.

Baptizatus est ergo Dominus, non mundari volens, sed mundare aquas, vt ablutæ per carnē Christi, quæ peccatum non cognouit, baptismatis ius haberent. Et ideo qui ad Christi lauacrum venerit, peccata deponit. Pulchrè autem in iis quæ à cæteris dicta sunt, sanctus Lucas Euangelista compendium sumpsit, & intelligendum magis quod à Ioanne Dominus baptizatus est, quā expressum reliquit. Quæ autem dominici causa baptismatis, Dominus ipse declarat, dicens, Sine modō: Sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Cum igitur tanta ad ædificationem Ecclesiæ suæ diuino Deus fauore concesserit, vt post patriarchas, prophetas, angelos, vnigenitus descenderet Dei filius, & ad lauacrum veniret, nōne verè atque diuinè de Ecclesia cognouimus dictum, Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam? Nec mirum si homo ædificare non potest, qui non potest custodire. Nisi Dominus custodierit ciuitatem, in vanum vigilauerunt qui custodiunt eam. Hæc de quodam Psalmo. Audēo tamen etiam ego dicere, quod homo viam non possit adoriri, nisi Dominum habeat præuiantem. Vnde scriptum est, Post Dominum Deum tuum ambulabis. & A Domino dirigitur viæ viri. Denique ille perfectior, qui intelligeret se sine Domino ambulare non posse: Vias (inquit) tuas edoce me. Et vt ad historiam veniamus, (non enim simplicem tantum rei gestæ seriem debemus haurire, sed etiam actus nostros ad æmulationem scriptorum referre.) ex Ægypto populus exiuit, nesciebat viam quæ ad terram duceret sanctam. Misit Deus per noctem columnam ignis, vt per columnam populus viam disceret. Misit etiam per diem colūnam nubis, vt neque ad sinistram, neque ad dexteram declinaret. Sed nō es talis homo, vt merearis & tu ignis columnam: non habes Moysen, nō accipis signum. Nunc enim post aduentum Domini fides exigitur, signa conduntur. Time Deum, & præsume de Domino. Immitteretur enim angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Vides vtique quia vbi que Domini virtus studiis cooperatur humanis: vt nemo possit ædificare sine Domino, nemo custodire sine Domino, nemo quidquam incipere sine

Iuan. 12.

Psal. 96.

2. Cor. 5.

Matth. 3.

Hebr. 1.

Psal. 126.

Ibid.

Deut. 13.

Prou. 20.

Psal. 24.

Exod. 13.

1. Cor. 10.

1. Cor. 14.

Psal. 33.

5. Aug. 10. 7.

lib. de gratia

Christi c. 44.

1. Cor. 10. Coloss. 3. Domino. Et ideo, iuxta Apostolum, siue manducatis, siue bibitis, siue quid facitis, omnia in gloriam Dei facite, & in nomine Domini nostri Iesu Christi. In duabus autem epistolis, alibi in nomine Domini nostri Iesu Christi, alibi in gloriam Dei facere te præcipit: ut scias eandem esse patris & filij gloriam, eandemque virtutem, nec in aliquo circa sui diuinitatem patrem & filium discrepare, qui circa præsidia nostra non discrepant. Docuit igitur me Dauid quòd nemo sine Domino ædificet domum, custodiatur ciuitatem. Docuit me etiam Moyses quòd nemo nisi Deus fecerit mundum. In principio enim fecit Deus cælum & terram. Docuit etiam quòd hominem Deus opere suo fecerit. Nec otiosè posuit, Finxit Deus hominem de limo terræ, & insufflauit in faciem eius flatum vitæ: ut actum quandam Dei circa ædificationem hominis, vsu quodam corporalis operationis aduertat. Docuit etiam quia & mulierem fecit Deus. Immisit enim Deus soporem in Adam, & obdormiuit, & sumpsit vnam costam de latere eius, & repleuit locum eius carne: & ædificauit Dominus Deus costam quam sumpsit ab Adam, in mulierem. Non frustra (vt dixi) corporalibus quibusdam manibus circa Adâ & Euam Moyses Deum inducit operantem. Mundum Deus fieri iussit, & factus est, & vno verbo opus mundi scriptura indicat absolutum. Ad hominem venit, & manus ipsas quodammodo studuit tibi propheta Dei laborantis ostendere. Plus nescio quid in his intelligere, quam lego, opera Dei elaborata me cogit. Subuenit Apostolus æstuanti, & quod ego non intelligebam quid esset, Os de ossibus meis, & caro de carne mea: &, Hæc vocabitur mulier, quoniam de viro suo sumpta est: diuino mihi spiritu reuelauit, dicens, Sacramentum hoc magnum est. Quod sacramentum? Quia duorum in carne vna: &, Quia relinquet homo patrem & matrem, & adheret uxori suæ: &, Quoniam membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. Quis est iste vir propter quem mulier parentes relinquit? Relinquit parentes Ecclesia, quæ de gentilibus populis congregata est: cui propheticè dicitur, Obliviscere populû tuum, & domum patris tui. Propter quem virû, nisi fortè propter illum de quo dicit Ioannes, Post me venit vir, qui ante me factus est? De cuius latere dormientis costam Deus sumpsit. Ipse enim est qui dormiuit, & quieuit, & resurrexit, quoniam Dominus suscepit eum. Quæ est huius costa, nisi vita? Quia tunc quando miles latus eius aperuit, continuò aqua & sanguis exiuit, qui effusus est pro sæculi vita. Hæc sæculi vita, costa Christi est: hæc costa secundi est Adam, primus enim Adam in animam viuentem, nouissimus Adam in spiritum viuificantem. Nouissimus Adam Christus est, costa Christi vita Ecclesiæ est. Nos ergo membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. Et fortasse hæc est costa de qua dixit, Sentio de me virtutem exisse. Hæc est costa quæ de Christo exiuit, nec corpus eius imminuit. Non enim corporalis, sed spiritalis est costa. Spiritus autem nõ diuiditur ipse, sed diuidit singulis prout vult. Hæc est Eua mater omnium viuentium. Si enim intelligas viuentè cum mortuis quæri, intelligis eos mortuos esse qui sine Christo sunt, quia participes vitæ non sunt. Hoc est

Genim Christi non esse participes, quia Christus est vita. Mater ergo viuentium Ecclesia est, quam ædificauit Deus in ipso summo angulari lapide Christo Iesu, in quo omnis structura compaginata crescit in templû Dei. Veniat ergo Deus, & ædificet mulierem, illam quidem adiutricem Adæ, hanc verò Christi. Non quia Christus adiumentum requirit, sed quia nos quærimus & desideramus ad Christi gratiã per Ecclesiam peruenire. Et nunc ædificatur, & nunc formatur, & nunc mulier figuratur, & nunc creatur. Et ideo nouo verbo via est Scriptura, quia superædificamur super fundamentum Apostolorum & prophetarum. Et nunc domus spiritalis surgit in sacerdotium sanctum. Veni Domine Deus, & ædifica mulierem istam, ædifica ciuitatem, veniat & puer tuus. Tibi enim credo dicenti, Ipse ædificabit ciuitatem mihi. Ecce mulier omnium mater, ecce domus spiritalis, ecce ciuitas quæ viuet in æternum, quia mori nescit. Ipsa enim est ciuitas Hierusalem, quæ nunc videtur in terris, sed rapietur supra Eliã. Elias enim vnus fuit. Trãseretur super Enoch, cuius mors non inuenitur. Ille enim raptus est, ne malitia mutaret cor eius. Hæc autem diligitur à Christo quasi sponsa gloriosa, sancta, immaculata, sine ruga. Et quanto melius totum corpus assumetur, quam vnus assumptus est? Hæc enim est spes Ecclesiæ. Rapietur profectò, assumetur, transferetur ad cælum. Ecce curru igneo raptus est Elias, rapietur & Ecclesia. Non mihi credis? crede vel Paulo, in quo Christus locutus est: Rapiemur (inquit) in nubibus obuiam Christo in aera, & ita semper cum Domino erimus. Ad hanc igitur ædificandam mittuntur quidem plures, mittuntur patriarchæ, mittuntur prophetæ, mittitur Gabriel archangelus, innumerum angeli diriguntur, & multitudo cælestis exercitus Deum laudat, quia ciuitatis huius ædificatio propinquat. Mittuntur plures ad eam, sed Christus eam solus ædificat. Verum non est solus, quia pater præsens est. Et si solus ædificat, gratiam tamen tantæ ædificationis non solus vsurpat. Scriptum est de templo quod ædificauit Salomon, in quo typus Ecclesiæ fuit, quia septuaginta milia erant qui in humeris portarent, & octoginta milia lapidum cæsores, & tria milia sexcenti operum præpositi. Veniant angeli illi, veniant lapidum cæsores, cędantur superflua lapidum nostrorum, aspera leuigentur. Veniant & qui in humeris portant. Scriptum est enim, Supra humeros tollentur. Venit ergo ad Ioannem, quoniam cætera comperistis. Venit ad Ioannis baptisma, sed Ioannis baptisma habebat pœnitentiam delictorum. Et ideo prohibet eum Ioannes, dicens, Ego à te deo baptizari, & tu venis ad me? Cur venis ad me, qui peccatum non habes? Ille enim baptizandus est à me qui peccatum habet. Qui autem peccatum nõ fecit, lauacrum pœnitentiæ cur requirat? Sine (inquit) modo: hoc est, dum Ecclesia ædificetur, decet nos implere omnem iustitiam. Quæ est iustitia, nisi misericordia? Disperdit enim, dedit pauperibus, iustitia eius manet in æternum. Dedit mihi pauperi, dedit mihi inopi gratiam, quam antè non habui. Iustitia ergo eius manet in æternum. Quæ est iustitia, nisi vt quod alterum facere velis, prior ipse incipias, & tuo alios hortetis exemplo? Quæ est iustitia, nisi vt qui

Ioan. 14. Ephes. 2. Genes. 2. Ephes. 2. 1. Petr. 2. Epsa. 45. Hebr. 12. Hebr. 11. Sap. 4. Ephes. 5. 4. Reg. 2. 2. Cor. 13. 1. Thes. 4. Luc. 1. & 24. Ioan. 8. 2. Paralip. 2. Epsa. 60. & Num. 7. Matth. 3. Ibid. 1. Petr. 2. Matth. 3. Psal. III.

carnem suscepit, non quasi Deus sensum aut ministerium carnis excluderet, sed quasi homo carnem vinceret, vt vincere me doceret? Docuit enim me qua ratione possim terrenis concretam vitis obnoxiiæ carnis illuuiem terpelire criminibus, renouare virtutibus. O verè diuinam in ipsa humilitate Domini prospicientiam! Quanto enim abiectionis humilitas, tanto diuinior prouidentia. Iniuriarum suarum acerbitate Deus proditur; & remediorum suorum viâ, qui nullis remediis indigeret, Deus probatur. Quid enim tam diuinum ad populos prouocandos, quam vt nemo refugiat lauacrum gratiæ, quando Christus lauacrum pœnitentiæ non refugit? Nemo se dicat exortem esse peccati, quando Christus venit ad remedium peccatorum. Si pro nobis Christus lauit, immò nos in corpore suo lauit; quanto magis nos nostra delicta lauare debemus? Quo igitur magis opere, quo magis mysterio Deus (quamquã Deus in omnibus) quam hoc probatur, quando per totum mundum quã generis humani conditio diffunditur per separatarum diuortia tractatque regionum, vno momento in vno corpore Deus fraudem vetusti erroris aboleuit, gratiam regni cælestis effudit? Vnus enim meruit, sed lauit omnes: vnus descendit, vt ascenderemus omnes: vnus omnium peccata suscepit, vt in illo omnium peccata morerentur. Purificate igitur vos, vt Apostolus dicit, quia purificauit se ille pro nobis, qui purificatione non eguit. Hæc de nobis.

Et descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum; & vox de cælo audita est: Filius meus es tu, in te complacui.

Nunc consideremus mysterium Trinitatis. Vnum Deum dicimus, sed Patrem confitemur, & Filium confitemur. Nam cum scriptum sit, Diliges Dominum Deum tuum, & ipsi soli seruias: negauit Filius esse se solum, dicens, Sed non sum solus, Pater enim mecum est. Nec nunc solus est: Pater enim se adesse testatur: Adest & Spiritus sanctus. Nunquam enim potest à se Trinitas separari. Denique apertum est cælum, & descendit Spiritus sanctus corporali specie sicut columba in ipsum. Quomodo ergo hæretici dicunt quia solus in cælo est, qui non est solus in terris? Aduertamus mysterium quare sicut colûba. Simpliciter enim lauacri requirit gratia, vt simus simplices sicut columbæ. Pacem lauacri requirit gratia, quam in typo oliuæ columba quondam ad illam arcam quæ sola fuit diluuij immunis, aduexit. Docuit me cuius typus colûba illa fuerit, qui nunc descendere dignus est in specie colûbæ. Docuit, in illo ramo, in illa arca typû fuisse pacis Ecclesiæ, quòd inter ipsa mûdi diluuiã Spiritus sanctus ad Ecclesiam suam pacem afferat fructuosam. Docuit etiam Dauid, qui prophético spiritu cernens baptismatis sacramentum ait, Quis dabit mihi pennas sicut colûbæ? Venit ergo Spiritus sanctus, sed attende mysterium. Venit ad Christum. Omnia enim per ipsum facta sunt, & in ipso constant. Sed vide beneuolum Dominum, qui solus se iniuriis subdidit, solus gratiam

non quasiuit. Et vbi ædificauit Ecclesiam? Regabo, inquit, patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt vobiscum sit in æternum, spiritum veritatis, quem hic mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec agnoscit eum. Meritò ergo se in corpore demonstraui, quoniam in diuinitatis substantia non videtur. Vidimus Spiritum, sed specie corporali: videamus & Patrem; sed quia videre non possumus, audiamus. Adest enim beneuolus Deus, non derelinquet templum suum. Vult omnem exædificare animam, vult eam ad salutem informare, vult lapides viuos à terra ad cælum transferre. Diligit templum suum, & nos diligamus eum. Si diligimus Deum, præcepta eius seruemus. Si diligimus eum, nouerimus eum. Qui enim dicit quia nouit eum, & præcepta eius non seruat, mendax est. Quomodo enim potest Deum diligere, qui non diligit veritatem, cum Deus veritas sit? Audiamus ergo patrem; inuisibilis enim pater, sed & filius inuisibilis secundum diuinitatem: Deum enim nemo vidit vquam. Cum ergo filius Dei in eo vti que quod Deus est, non videatur, demonstrare se voluit in corpore: & quia Pater corpus non gerebat, ideo probare voluit pater nobis in Filio se esse præsentem, dicens, Filius meus es tu, in te complacui. Si vis discere Filium cum Patre semper esse præsentem, lege Filij vocem dicentis, Si ascendero in cælum, tu ibi es: si descendero ad infernum, ades. Si Patris testimonium quæris, audisti à Ioanne. Crede igitur ei, cui se baptizandum credidit Christus, cui Pater Filium cælesti voce commisit, dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo complacui. Vbi sunt Ariani, quibus non placet filius, in quo complacet pater? Hoc non ego dico, neque hominum quicumque locutus est, neque per hominem Deus, neque per angelos, neque per archangelos, sed ab ipso Patre vox de cælo missa signauit. Deinde alibi idem Pater repetit, dicens, Hic est filius meus dilectus, in quo complacui: ipsum audite, dicentem vti que, Ego & pater vnum sumus. Qui ergo Filium non credit, non credit Patri. Testis est ille de Filio: si dubitatur de Filio, paterno non creditur testimonio. Deinde cum dicit, In quo complacui: non aliena in Filio, sed sua laudat. Quid est enim dicere, In quo complacui: nisi quia omnia quæ habet Filius, & Pater habet: sicut & quæ Patris sunt, Filij sunt? Filius dixit, Omnia quæ habet pater, mea sunt. Indifferentis enim diuinitatis potentia non secernit inter patrem & filium, sed vnam Patri Filioque participat potestatem. Credamus Patri, cuius voce elementa sonuerunt. Credamus Patri, cuius voci elementa obsequium præstiterunt. Credidit mundus in elementis, credat in hominibus. Credidit in exanimis, credat in viuentibus. Credidit in mutis, credat in loquentibus. Credidit in ijs quæ non habent sensum, credat in ijs qui sensum vt Deum cognoscerent, consecuti sunt.

C

Ioan. 14. 1. Petr. 2. 1. Petr. 2. 1. Ioan. 2. 1. Tim. 1. Ioan. 1. Psal. 138. Matth. 17. Ioan. 10. Ioan. 17. Psal. 148.



SANCTI AMBROSII COMMENTARIORVM IN EVANGELIVM SECVNDVM LYCAM, LIBER TERTIVS.

ET ipse Iesus erat incipiens ferè annorum triginta, qui putabatur esse filius Ioseph, qui fuit Heli, qui fuit Matath, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ianc, qui fuit Ioseph, qui fuit Marathia, qui fuit Amos, qui fuit Nahum, qui fuit Heshi, qui fuit Nagge, qui fuit Maath, qui fuit Marathia, qui fuit Semei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda, qui fuit Iohanna, qui fuit Refa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam, qui fuit Elmada, qui fuit Her, qui fuit Iesu, qui fuit Elihezer, qui fuit Iorim, qui fuit Marath, qui fuit Leui, qui fuit Symeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioseph, qui fuit Iona, qui fuit Eliachim, qui fuit Melcha, qui fuit Menna, qui fuit Maratha, qui fuit Nathan, qui fuit David, qui fuit Iesse, qui fuit Hobed, qui fuit Bohoz, qui fuit Salmon, qui fuit Nahasson, qui fuit Hamminadab, qui fuit Aram, qui fuit Hefron, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ, qui fuit Iacob, qui fuit Isahac, qui fuit Abraham, qui fuit Thare, qui fuit Nachor, qui fuit Serugh, qui fuit Ragau, qui fuit Phalegh, qui fuit Heber, qui fuit Saleh, qui fuit Cainam, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech, qui fuit Mathusalem, qui fuit Enoch, qui fuit Jared, qui fuit Malalehel, qui fuit Cainã, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

DE maiorum Domini generationibus dicturi, quarum nonnullam videmus in Euangelio secundum Matthæum, vel in hoc, cuius interpretationem habemus in manibus, esse distantiam, quoniam non est credibile, aduersantia sibi sanctos viros potuisse dicere, de generationibus præsertim Domini Salvatoris, quanto studio possumus, non dixisse eos discrepantia demonstramus. Et primum omnium neminem mouere debet quod ita scriptum est, Qui putabatur esse filius Ioseph. Bene enim putabatur, quia natura non erat. Sed ideo putabatur, quia cum Maria, quæ Ioseph erat desponsata, genuerat. Sic enim habes, Nonne hic est filius Ioseph fabri? Diximus supra qua ratione per virginem, diximus etiam qua ratione per desponsatam, & quare census tempore nasci voluerit Dominus salutaris. Non alienum etiam videtur vt qua ratione fabrum patrem haberit, declaremus. Hoc enim typo cum patrem sibi esse demonstrat qui fabricator omnium condidit mun-

Matth. 1. Matth. 13. Luc. 1. Luc. 2.

dum, iuxta quod scriptum est, In principio fecit Deus caelum & terram. Nam et si humana non sunt comparanda diuinis, typus tamen integer est, quod pater Christi igne operatur & spiritu, & tanquam bonus animæ faber vitia nostra circūdolat, cito securim admouens arboribus infœcundis, secare doctus exigua, culminibus seruare sublimia, rigida mentium spiritus igne mollire, & in varios vsus omne humanum genus diuersa ministeriorum qualitate formare.

Cur autem Ioseph magis quam Mariæ generatio describatur, cum Maria de Spiritu sancto generauerit Christum, & Ioseph à generatione Domini videatur alienus, dubitare possemus, nisi consuetudo nos instrueret scripturarum, quæ semper viri originem querit. Sic enim habes, Phares fuit filius Iudæ principis tribus: hic generauit Hefron & Hefron generauit Aram, & Aram generauit Hamminadab, & Hamminadab generauit Nahasson, & Nahasson generauit Salmô, & Salmon generauit Bohoz, & Bohoz generauit Hobed, & Hobed generauit Iesse, & Iesse generauit David. Viri enim persona queritur, qui etiam in senatu & reliquis curiis ciuitatum generis asseruat dignitatem. Quam deforme autem, si relicta viri origine, origo fœminæ quaereretur, vt videretur patrem non habuisse ille totius mundi populis prædicandus? Sed etiam alibi diuerso ordine generatione doceamus esse decursam, ne hinc quoque Euangelistæ discrepare videantur, qui veterem ordinem sunt secuti. Sic enim habes, Fuit homo ex Aramathaim Sophim, & nomen eius Elcana, filius Hieroham, filij Heli, filij Sophi de monte Ephraim. Vides & à patribus ad filios, & à filiis ad patres originis descriptionem veteri more contextam. Vides vbi que familiam per virorum generationes esse decuriam. Noli mirari quod Ioseph origo descripta est. Etenim secundum carnem natus, vsum debuit sequi carnis, & qui in sæculi venit, sæculi debuit more describi, maxime cum in Ioseph origine etiã origo sit Mariæ. Nam cum vir iustus fuerit Ioseph, vtique ex tribu sua & ex patria sua accepit vxorẽ, nec potuit iustus facere contra id quod lege præscriptum est. Sic enim habes, Quia vnusquisque in hæreditate tribus suæ patriæ adhærebunt filij Israël, nec de tribu ad tribum transibunt: & omnis filia quæ habet hæreditatem tribuum filiorum Israël, vni ex populo & ex tribu patris sui erit vxor. Itaque & census tempore ascendit Ioseph de domo & de patria David, vt profiteretur cum Maria vxore sua. Quæ ex eadem domo, & ex eadem patria professionem deserit, vtique eiusdem tribus & eiusdem patriæ se esse designat. Cognata quoque Mariæ inducitur Elizabeth: primo quod omnes Iudæi cognati, quemadmodum & Apostolus docuit, dicens, Optabam enim anathema esse ipse pro fratribus meis, cognatis secundum carnem, qui sunt Israelitæ. Cognatæ ergo, quia ambæ Israelitæ erant: simul & cognatæ, quia ambæ erant ex tribu Iudæ. Didicisti ex tribu Iudæ Mariam, disce & Elizabeth. Nam exurgens Maria in diebus illis, abiit in montana cum festinatione, in ciuitatem, inquit, Iudæ, & intrauit in domum Zachariæ. Cum enim iuxta tribus suas Moyfies habitare vnumquemque præscriperit: vtique cum in ciuitate Iudæ manserit, erat & in tribu Iudæ, maxime cum

Gen. 1. Esai. 40. Luc. 3. supra.

Ruth. 4. 1. Paral. 2. Matth. 1.

Num. 1. & 2.

1. Reg. 1. 1. Paral. 6.

Matth. 1. Num. 36.

Luc. 7.

Luc. 7.

Rom. 9.

Luc. 1.

Num. 2.

Deut. 18. Luc. 1.

Ephes. 5. Gen. 2.

Luc. 1.

Matth. 1.

Gen. 12.

Gen. 15. Gen. 12.

Psal. 131.

Psal. 88.

1. Paral. 17.

Esai. 11.

cum ex genere Elizabeth fuerint sacerdotes, quotum Deus portio est. Simul quam pulchrum, vt cum illa prænuntium Christi, Christum ista generauerit, & altera de spiritu sancto conceperit, altera sancto repleta spiritu prophetauerit, secundum carnem quoque videantur fuisse cognatæ, quæ secundum Deum spiritualis cognationis consortio non carebāt? Quod si omnis fœminæ caput vir, secundum sanctum Apostolum, & sunt duo in carne vna, secundum legem diuinam: vtique ij qui vna caro erant, & vnus spiritus, quomodo poterat fieri vt viderentur patriam & tribum habere diuisam? Accedit illud quod etiam angelus Gabriel de Domino prænuntiauerat, quod dabit illi Deus sedem David patris sui. Certum est igitur etiã Mariam de David generatione mansisse. Simul etiã discimus, nihil referre quo ordine generationis series exprimat, cum iter hinc atque inde sit peritum.

Qui fuit Adam, qui fuit Dei. Cur autem sanctus Matthæus ab Abraham generationem enumerare cœperit Christi, sanctus vero Lucas à Christo vsque ad Deum perduxerit, explanandum videtur. Sed prius cur sanctus Matthæus cum ab Abraham cœperit generationis ordinem, non ita posuerit, Liber generationis Abraham: sed, Liber generationis Iesu Christi filij David, filij Abraham. Et cur hos duos potissimum nominauerit, nequaquam prætereundum puto. Non enim otiose fidelissimi auctores generis eliguntur, vt intelligamus quod in ipsa generatione carnis spiritualis magis successio requiratur. Duo sunt enim isti viri in quos manauerunt promissa diuina. Prior Abraham, qui ante Moyfies legem, & ante populum Iudæorum propria derelinquens, & cognoscens Deum, meruit fidei testimoniũ, quia credidit Deo, & reputatum est ei ad iustitiã. qui etiam à Deo accepit oraculum, dicente sibi, Exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & vade in terram quam tibi mōstrabo, & faciam te in gentem magnam, & benedicam te, & magnificabo nomen tuum, & eris benedictus, & benedicam benedicentes te, & maledicam maledicentes te, & benedicentur in te omnes tribus terræ. Vides igitur congregationes gentium, & sacrosanctum Ecclesiæ cœtum oraculo diuino huic esse primò promissum. Et ideo is auctor generis debuit designari, qui instaurandæ Ecclesiæ sponsonem primus emeruit. David quoque merito & ipse auctor generis declaratur, quia cum iureiurando responsum quod ex ipso secundum carnem Christus futurus esset, accepit. Sic enim scriptum est, Iurauit Dominus David veritatem, & non poenitebit eum, De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Et alibi, Semel iuravi in sancto meo, si David mentiar, semen eius in æternũ manebit, & sedes eius sicut sol in conspectu meo. Fit in Paralipomenon, Et erit, cum completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, qui erit de vêtre tuo, & parabo regnum eius: ipse mihi edificabit domum, & erigam sedem eius in sæculum. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium, & misericordiam meam non dispergam ab eo, sicut dispersi ab iis qui ante te fuerunt. Per Esaiam quoque idem Dominus Deus generationem Domini reuelauit, dicens, Exiet virga de radice Iesse, & flos ex radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus

Domini, spiritus sapientia & intellectus. Et infra: Et erit radix Iesse, & qui exurgeret imperare gentibus: in ipso gentes sperabunt. Et alibi: Puer natus est nobis, filius datus est nobis, cuius principium super humeros eius, & vocabitur nomen eius, magni consilij angelus. Adducam enim pacem super principes & salutem: & magna potestas eius, & pacis eius non erit finis, in sede David, & in regno eius. In quo iuxta Aquilam quoque interpretatione, non quasi de homine, sed de eo qui ultra hominem esset, vidimus extitisse promissum. Idem enim interpretatus est, Puer natus est nobis, filius datus est nobis, & facta est mensura in humero eius, & vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus fortis, potens, pater futuri sæculi, princeps pacis. Eius impleta est disciplina, & pacis eius non erit finis, super sedem David, & super regnũ eius. Omnia cõuenire Christo, euidetibus insignatur oraculis, nec posse diuinæ fructu potestatis ad Salomonis gratiã deriuari, qui David filius fuit, cuius finis haud dubie cognoscitur. Finis enim fuit regni Salomonis, & pacis, vt Regnorũ lectiõibus demonstratur. Vnus est Christus, cuius regnũ non habet finem. Deinde nullis Salomõ gẽtibus imperauit, Christus vero Ecclesiã de nationibus congregauit. Postremò viuente David & natus est Salomõ, & regnũ est cõsecutus. Hic autem qui promittitur, post mortem David surrecturus esse monstratur: sic enim habes, Quia cum cõpleti fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo de semine tuo qui erit ex vêtre tuo, & parabo regnum eius: ipse mihi edificabit domum, & erigam sedem eius in sæculũ. Nunquid in sæculũ regnauit Salomõ, qui annis tantummodo quadraginta regnauit? Ego ero (inquit) ei in patre, & ille mihi in filio. Quis est iste proprius Dei filius, nisi cui dictum est, Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et misericordiam meã non dispergam ab eo, & fidelẽ eũ seruabo in domo mea, & in regno eius in sæculũ. At verò Salomonẽ fortasse ideo errasse tam grauitè, ne errarent homines, & ad ipsum crederetur mansisse promissum, diuinarũ serie cognouimus lectiõnũ. Edificauit enim templũ Astartæ idolo propter amorẽ mulierũ, & indignatus est Dominus in Salomonẽ. Si igitur viuente David regnare cœpit (sic enim habes, quod cum esset nuntiatũ David regnare Salomonẽ, adorauit rex David in cubili suo, & dixit, Benedictus Dominus Deus Israël, qui dedit mihi hodie de semine meo sedentẽ in throno meo, & oculi mei vident) si errauit, si offendit, vides quoniam promissi series Christum sponsondit. Et ideo istos duos generis auctores Euangelistæ delegit: vnũ qui promissum accepit de congregatione populorum: alterum, qui de generatione Christi oraculum consecutus est. Et ideo licet ordine sit successiõis posterior, prior tamen quam Abraham in Domini generatione describitur, quia plus est promissum accepisse de Christo, quam de Ecclesiã, quoniam Ecclesiã ipsa per Christum. Ergo vnus princeps generis secundum carnem, alter princeps generis secundum spiritum: alter secundum seminis gratiam, alter secundum populorũ fidẽ. Potior enim qui saluat, eo qui saluatur. Et ideo David filius dicitur: Liber generatiõis Iesu Christi, filij David. Eius enim primo loco debuit filius dici, cui clarè filius est promissus: licet

Ibid. Esai. 9.

3. Reg. 11. 3. Reg. 9. 2. Reg. 12. 3. Reg. 1. 1. Paral. 17.

3. Reg. 11. 1. Paral. 17.

Psal. 2. 1. Paral. 17.

3. Reg. 11.

3. Reg. 1.

Gen. 22. 1. Paral. 17.

Matth. 1.

100.  
7.  
109.

*Psal. 70.  
Psal. 7.  
Psal. 109.*

*Luc. 3, supra.  
Matth. 1.*

Apostolus etiam Abraham Christum dicat esse promissum: Abraham enim dicta sunt promissiones, & femini eius. Non dicit, Et feminibus, tãquã in multis, sed sicut in vno, Et femini tuo, quod est Christus: ut alteri proprietas generationis, principatus alteri deferatur. Illi delatũ est ut Iesus eius filius diceretur: huic quasi principi familiã gentium prerogativa seruat, ut ab Abraham generationis dominicã manaret exordium. Qui enim fidei auctor est, ipsum asserere Scriptura quoque debuit diuinã generationis auctorem. Unde & Lucas ad Deum putauit originẽ eius esse referendã, quod verus Christi generator Deus sit, vel secundum veram generationem pater, vel secundum lauacri regenerationẽ mystici muneris auctor. Et ideo non a primo generationem eius cœpit describere, sed postea quã baptismum eius explicuit, auctorem omnium Deum per baptismum cupiens demonstrare, Christum quoque a Deo ordine manasse successione asseruit, vniuersã contexens ut & secundum naturam, & secundum gratiam, & secundum carnem Dei filium demonstraret. Quod autem euidentius diuinã generationis indicium, quã quod de generatione dicturus, ipsum patrem prãmisit loquentem. Hic est filius meus dilectus, in quo complacuit.

*Qui fuit Abraham, qui fuit Thare, &c.* Hic quoque aliqui solent serere quæstiones, quod Matthæus ab Abraham vsque ad Christũ quadragintaduas generationes enumerauerit, Lucas verò quinquaginta: & quod per alias personas Matthæus, per alias Lucas generationem manasse descripsit. in quo iam illud potest probari quod diximus, quia cum alios Matthæus maiores dominici generis, alios verò Lucas in ordine generationis texerit: ab Abraham tamen & Dauid reliquos auctores generis vterque signauit. Quod verò per Salomonẽ Matthæus generationem deriuandam putauit, Lucas verò per Nathan, alteram regalem, alteram sacerdotalem Christi familiam videtur ostendere. Quod non ita accipere debemus, quod alterum altero verius, sed alter alteri pari fide & veritate cõcordet. Fuit enim verè & secundum carnem regalis, & sacerdotalis familiar: Rex ex regibus, sacerdos ex sacerdotibus: licet oraculum non de carnalibus, sed de cœlestibus exprimat: quoniam & rex in Dei virtute lætatur, cui iudicium a patre rege defertur; & sacerdos est in æternum, secundum quod scriptum est, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Bene igitur vterque tenuit fidem, ut Matthæus per reges ductam originem comprobaret, & Lucas per sacerdotes a Deo transmissam in Christum seriem generis deducendo, sanctiorem ipsam originem declararet. Simul in hoc quoque vituli figura signatur, quod vbiq; sacerdotale mysterium putat esse seruandum. Nec mireris si ab Abraham plures secundum Lucam successiones vsque ad Christum sunt, pauciores secundum Matthæum, cum per alias personas generationem fatearis esse decursam. Potest enim fieri ut alij longæuam transfegerint vitam, alterius verò generationis viri immatura etate decederint: cum videamus complures senes cum suis nepotibus vivere, alios verò statim filiis obire suc-

ptis. Illud quoque aduertimus, quod sanctus Mathæus, Iacob, qui fuit pater Ioseph, filium Mathan esse memorauerit: Lucas verò Ioseph, cui desponsata erat Maria, filium Heli, Heli autem filium Melchi esse descripsit. Quomodo vnus duo patres, id est Heli & Iacob? Quomodo etiam duo paterni aui, Mathan & Melchi? Sed si requiris, inuenies quod iuxta præscriptum legis veteris duo fratres diuersos filios ex vna vxore generauerint. Traditur enim Mathan, qui a Salomone genus duxit, Iacob generasse filium, & vxore superstitẽ decelsisse, quam postea Melchi accepit vxorem, ex qua generatus est Heli. Rursus Heli frater sine liberis decedente, copulatus est fratris vxori, & generauit filium Ioseph, qui iuxta legem Iacob filius dicitur: quoniam semen fratris defuncti frater iuxta legis veteris seriem suscitabat. Ita duorum filius dictus est, non ab vtroque generatus, sed quia alterius secundum generationem, alterius secundum legem factus est filius. In quo præscripto legis futuram perpetuitatem defunctorum seminis nobis esse promissam non intellexit populus Iudæorum, sed secundum litteram accipiens, gratiam corruptit oraculi. Alius enim erat frater, qui defunctorum fratrum semen suscitaret, non frater secundum carnis germanitatem, sed secundum gratiã puritatem. Et ideo fortasse frater non redemit, redemit homo: quia non germanus frater ille, sed mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus resurrectionis gratiam propagauit. Licet sit versiculi istius & alia interpretatio, quam suo dicemus loco. Non absurdo autem videtur, quod geminato mystico numero quaternas denas generationes diuidendas sanctus Matthæus putauit, ab Abraham vsque ad Dauid, a Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis, a transmigratione Babylonis vsque ad Christum: in quo vices mutationum pariter designauit. Ab Abraham enim vsque ad Dauid tempora sine regibus fuit populus Iudæorum. Regnum enim iustum a Dauid cœpit, deinde per reges actum genus omne est Iudæorum, & intemerata vsque ad transmigrationem eorum regna manserunt. Post transmigrationem verò in occasum degenerantis populi nobilitas circumcisã vergebat. De quinquaginta verò generationibus quas ab Abraham Lucas contendas putauit, numeri mystici seruata gratia satis claret. Nam & decimus & septimus numerus mysticus est, & tertio vterque repetitus mysterium signat. Et Pentecoste, cuius Lucas, & Tesseracoste, cuius Matthæus secutus est gratiã, satis superque numerũ mysticũ prodiderunt.

*Qui fuit Phares, qui fuit Iuda, &c.* Plerique etiam mirantur cur Thamar mulieris famosã (ut illis videtur) Matthæus commemorationem in dominica generatione contendam putauerit: cum præsertim Sarã & Rebecca & Rachel sanctarum feminarum nusquam fecerit mentionem. Sic enim habes, Abraham genuit Isaac, Isaac genuit Iacob, Iacob genuit Iudã & fratres eius: Iudas autem genuit Phares & Zaram ex Thamar. Non otiose vtiq; huius mulieris Euangelista nomen inseruit, de qua diuise interim tractandum videtur. Primum enim, si veris intendas animum, hæc mulier

*Matth. 1.  
Luc. 1.  
Dent. 25.  
Euseb. Cæsar. eccl. hist. lib. 1. cap. 7.  
Psal. 48.  
1. Tim. 2.  
In enarrat. Psal. 48.  
1. Reg. 16.  
2. Paral. 16.  
Gen. 38.  
Matth. 1.  
Gen. 25.  
Gen. 30.  
Gen. 38.  
Matth. 1.*

*Esa. 4.  
L. inter vniũ.  
C. de usum.  
Gen. 38.  
Num. 36.  
Gen. 38.  
Matth. 1.  
Gen. 25.  
Gen. 30.  
Gen. 38.*

mulier non tam famosa, quã iusta. Non enim temporalis vsum libidinis requisit, sed successione gratiam concepit. Erat enim deforme, liberos non habere: quod etiam legum ciuiliũ fuit auctoritate multatum. Promiserat eam filio suo Iudas, sed diu pactarũ fœdera distulerat nuptiarum, per morã promissi defunctus est sponsus. Nondum virginitatis, nondum viduitatis vernabat gratia, Dolens se sine filijs remansisse, dolum studio generationis commenta est, & Iudã consilio prauertit, ut se eidem offerret ornatam, posteaquam defunctam eius cognouit vxorem. Vides vbiq; mulieris vitam probari, quod non alienum præripuit thori, non meretrici studio quasi meretrix adornata est. Non enim vagam captauit libidinem, sed diu so cœri fraudata promissis, ex ea familia quã delegerat, conuerso dolo fructum voluit successione adipisci. Quis itaque castior, illa quã tamdiu expectauit promissum, an ille qui amorem ferre non potuit oblatum? Illa quã sponsi familiam non refugit, an iste qui meretricẽ putauit? Illa quã oram sui corporis volentibus non permisit ad copulam, an iste qui quod studio cœpit erroris, ad successione gratiã castitate mulieris consummavit? Illa quã filios non habebat, & tẽpus conceptionis mora coniugij timebat excludi; illa quã grauitatẽ maturioris elegit, an iste qui etatẽ adolescentioris adamauit? Denique ipse cõfessus est, dicens, Iustificata est Thamar magis quã ego, propter quod nõ dedi eam Selon filio meo. Itaque illa experiri exactorem ipsum suã voluit castitatis. Denique nunquam postea virũ experta est, amictum viduitatis sumpsit a coitu. Iste vnus hora impatiens, qui annos a puella exegerat castitatis, luctum expulit, vestem mutauit, comã tondit, rogam deferuit, thorum amator ascēdit. Sed non ita illam defendimus, ut istũ accusemus, immo vtrũque excusamus. Nõ autem nos, sed mysterium quod copulã illius fructus expressit. Generauit enim mulier Phares & Zarã filios, generauit geminos. Unde nõ otiose Matthæus vtrumque signauit, cum Phares tantummodò commemorationẽ causã deposceret. Phares enim genuit Esron, Esron genuit Aram, deinde per ordinem singuli. Cur autem, cum Isaac duos genuerit, Iacob plures, singulorum tantummodò, quos successione dominicã causã poscebat, fecit Scripturã series mentionem, horum autem vtrumque memorauit: nisi quia hic in vtroque mysterium est? Tractauimus moralem locum, quia non opera meretricis exercuit, sed munera fecunditatis elegit. Tractemus historicum, & mysticum ventilemus. Neque enim sine mysterio potest esse quod annulum, & monile accepit, & virgã. Non vilis persona, quã meretur accipere ornamentum, signaculum, potestatem, factorum signaculum, pectoris ornamentum, regiã libertatis insigne. Ergo ut ordianur historiam, cum generaret Thamar, legisi quã vnus de vtero eius prãmisit manum, quam apprehendens obsteritrix, coccum in ea ligauit, dicens, Hic exiet prior. Ut autem manum reuocauit puer in matris vterũ, statim exiuit frater eius. Dixit autem obsteritrix, Quid, incisa est per te sepes? Et vocauit nomen eius Phares. Et post ipsum exiuit frater eius, in cuius manu erat coccum, & vocauit nomen eius

Zaram. Vides quanta enigmata mysterium producat? Manus prãmisa, coccum ligatum, reducta manus, vox obsteritricis gemina, quod prior alter exiret, sepe alter incidere. Cur autem alter manum prãmisit ex vtero, alter genitali præcessit exortu, nisi quia per geminorum mysterium gemina describitur vita: vna secundum legem, altera secundum fidem: vna secundum litteram, altera secundum gratiam? Prior gratia quã lex prior fides quã littera. Et ideo gratiã typus manum antè prãmisit, quia gratiã actus antè præcessit, qui fuit in Iob, Melchisedec, Abraham, Isaac, & Iacob, qui per fidem sine lege viuabant. Credidit enim Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiã. Melchisedec quoque sancti gratiam præcedens sacrificij figura monstrauit. Præuenientes enim legem Patriarchã sancti, præscriptorum vinculis absoluti, libera & consimili nobis Euangelij gratia refulserunt. Iunior horum frater, secundus ordo pietatis. Primus ergo in Patriarchis, secundus in regibus & sacerdotibus est. Vtraque enim vita secundum Deũ; quia illi quoque qui secundum legem Moyse religiosam & piã militiam militabant, non sunt gratiã & honoris exortes, sed prior pietatis fructus in auctoribus quã in hæredibus. Prior enim Zaram, qui interpretatione significat oriens. Lux enim pietatis veri splendor orientis est, illius vtiq; qui dixit, Oriens nomen est mihi: cuius in patriarchis primitus radius lucis illuxit. Hi enim primi vitæ suã actum in hoc sæculo præmiserunt, in quorũ manu nostri quoque actus tanquam plenioris corporis, qui adhuc naturã quodã generantis vtero tenebamur, figura præcessit. Sed media tanquam sepes obiecta legis est obseruatio, & quodammodo vita maiorum videtur incisa, de qua in typo illa obsteritrix, fortasse iustitia, quã nos emissos alio naturã matris excepit, dixisse proditur, Hic exiet prior. Et reuera mirabilis ille erat ordo pietatis, non a Moyse, nec ab aliquo homine, nec per hominem, sed munere quodam sapientiã sponte se infundentis impressus. Prima igitur disciplina pietatis secundum Euangelium, quia per crucem & sanguinem credimus Christo: cuius Abraham diem vidit, & gauisus est: cuius Noẽ gratiam in typo arca figuratam, spiritali cognitione præsensit: cuius Isaac vicẽ in sacrificio non recusauit: quẽ Iacob cum vinceret, adorauit: cuius Esaiã ruborẽ vidit vestimentorum, (nam secundũ Euangelium vita etiã prophetarũ est) in cuius sanguine inter excidia mundi publica futurum salutis insigne Rhaab illa typo meretrix, mysterio Ecclesia, figurauit: quã multorũ conuenarũ copulã nõ recusat: & quo coniunctior pluribus, eo castior, immaculata, virgo sine ruga, pudore integra, amore repleta, casta meretrix, vidua sterilis, virgo fecunda. Meretrix, quia a pluribus amatoribus frequentatur cum dilectionis illecebra, & sine collusione delicti. Qui enim adheret meretrici, vnũ corpus est. Vidua sterilis, quã viro parere non norit absente. Venit vir, & hunc populum plebẽmque generauit. Virgo fecunda, quã hanc genuit multitudinem cum fructu amoris, sine vsum libidinis. Sed ut ad historiam reuertamur, quid sibi volunt obsteritricis eloquia dicẽtis, Hic exiet prior, nisi quia eius typum gerebat, qui ortu corporis posterior, virtute &

*Gen. 15.  
Rom. 2.  
Gen. 14.  
Zach. 6.  
Gen. 38.  
10an. 8.  
Gen. 22.  
Gen. 32.  
Psal. 63.  
Iof. 1.  
Eph. 5.  
1. Cor. 6.  
Gen. 38.*



*Ioan. 1.* veritate primus existens, primatum sibi omnium vindicauit? Inde & Ioannes, Post me venit vir, qui ante me factus est. Quid sibi vult quod coccum in manu eius ligauit, nisi quia typus eius erat, qui crucis iudicio suae & sanguinis fusione actum illustrauit humanum? Itaque posteaquam manum reduxit, quasi incisione facta sepi, exiuit frater eius, quem quasi medium parietem sepi vel maceriae Apostolus nominauit, atque ipse de incisione nomen accepit. Phares enim diuisio est. Vnde & Pharisei nuncupati, eo quod a multorum se coniunctionibus separarent. Beatius autem & multo melius fuisset non incidisse sepe, sed vnam eandem & indiuiduam permanere. Quod fieri potuit si ei vitæ quæ prior manum misit, hoc est, actum ostendit suum, consequens fuisset vita quæ secuta est. Multo enim melius, si circumcisus populus vitam maiorum voluisset imitari. Sic enim fuisset vna sepes, vna maceria, vna edificatio priorum ac sequentium. Sed quia prioris illius vitæ actum, posterioris infirmitas non potuit implere, in incisione sine dubio facta sepi eius siue maceriae, quæ secundum Deum edificata erat, tanquam medijs paries interiectus est, vt illa sepes, hoc est, perpetua atque continua bonorum morum edificatio rumpetur. Sepes enim est qua ager circumdatur fructuosus, furis remouetur in cursus, quæ culta claudit, deserta fecernit. Maceria quoque domum claudit, hæc si maneat, domus tuta est. Denique auferam, inquit, maceriam eius, & erit in direptionem. Optemus vt hæc integra sit maceria domus nostræ, domus spiritualis quæ in nobis est. Non enim ab homine exedificari potest, sed à Deo viuo, qui ait, Et maceriam circumdedi. Perdiderunt igitur salutem, qui maceriam perdididerunt. Maneat ergo maceria, maneat hæc sepes. Vis scire quàm sit utilis sepes? Sepi aures tuas spinis & tribulis, & noli audire linguam nequam. Sepes enim ista te defendit à culpa. Ergo Dominus Iesus, qui postea secundum carnem venit in lucem, veteris illius munitionem sepi instaurans, in maiorum nos actuum & antiquam simplicitatem fidei reformauit. Vnde de eo & propheta dixit, Vocaberis edificator sepi. Tulit enim illum obicem qui vnitatem mentis & corporis, seriemque vitæ simplicis diuidebat; atque ipse factus est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriae soluit. Quem parietem exponit Apostolus inimicitias esse in carne. Has ergo inimicitias tulit Dominus, & pacem refudit, legemque mandatorum in decretis euacuauit, vt duos cõderet in vno nouo homine: in quo non solum exteriorem & interiorem, sed etiam Iudæum significat & Græcum, vt esset omnia & in omnibus Christus. Dominus enim sabbati, superstitionem tulit sabbati corporalis, & quasi medium soluit legis parietem, qui nos ab ea pietate quæ secundum Deum est, decretorum diffinitate prohibebat, eo quod iuxta Moysi legem non erat facile gentibus militare Deo, cum inanis superstitione Iudæorum purum affectum gentium à subeunda obseruatione reuocaret. Quid ergo? Lex inutilis? Absit: sed utilis incredulis, infirmis necessaria, quæ lubricos & errantes præcepti salutaris austeritate cohiberet, & obseruationum attentione concluderet. Bona autem lex est, quia spiritualis. Ei autem

non bona, qui non putat spiritalem, qui mente exiguus humilitate factus, eam quæ super legem est maiestatem scilicet Christi videre non potuit. Quæ vti que tanquam supra illum parietem respiciens ille mente sublimis Esaias, gloriam Dei vidit, quæ videtur in motibus, non in collibus. Docuit itaque nos Ecclesia in Canticis canticorum, quod iste paries Domino nostro Iesu Christo obstare non potuit, vel ei qui secutus est Christum, dicens, Vox fratris mei: ecce hic venit saliens super montes, & transfiliens super colles. Similis frater meus caprea vel hinnulo ceruorum in montibus Bethel. Ecce hic retrò post parietem nostrum, prospiciens per fenestras, prospiciens per retia. Respondit frater meus, & dixit mihi, Surge, veni proxima mea, speciosa mea, columba mea: quonia ecce hyems transiuit, pluuia abiit, discessit sibi, flores visi sunt in terra, tempus secandi aduenit, vox turturis audita est. Flores, Apostoli; tempus messis, Christus; vox turturis, vox Ecclesiae. Iure igitur Dei filius posteaquam terrenos homines, nec gradietes ad superna, & corporalibus in spem angustis coartatos: (non enim erat qui faceret boni, non erat vsque ad vnum) descendere in terras ipse dignatus est, vt parietem illum legis, hoc est, molem quandam & superstitionem intellectus corporalis auferret, quæ quasi premeret & obumbraret corda populorum. Melior igitur maceria quam paries. Denique non bonus paries dealbatus. Quod non otiosè dictum est principi sacerdotum; eo quod medij parietis impedimenta seruabat, quem Dominus Iesus abstulit quasi duram militiam, quò clariorem obseruationem religionis infunderet: vt iam non vnum Iudæorum genus quasi corporalis quodam præscripto legis inclusum, sed omnes gentes ad Dei cultum per Euangelium vocarentur. Duo igitur gemini, duæ geminae vitæ, duæ geminae sunt militiae, ita vt prior melior sit sequente. Et ideo quod est melius, reformatum est. Quis autem neget Euangelium præstare legi? Bona tamen lex, si supra litteram mentem erigas. Littera enim occidit. Quid autem haberet hæc historia gratia, nisi lucem tanti mysterij videremus? Docuit enim nos Apostolus sanctus, in simplicitate historiae secretum querere veritatis, & in qualdam non intelligibiles secundum litteram disputationes sensum referre, scribens, Dicite mihi sub lege volentes esse, legem non audistis? Scriptum enim est quia Abraham duos filios habuit, vnum ex ancilla, & vnum de libera: sed qui ex ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, secundum promissionem. Quæ sunt (inquit) per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta, & infra, Quæ autem supersum est Hierusalem, libera est. Ad illam igitur, quam medijs paries incidere & diuidere non potuit, mentis sublimitate tendamus. Solutus est enim secundum intellectum corporalis ille paries veteris testamenti: expulsa est ancilla, tenetur libera. Ex libera sumus liberi. Libera est enim Ecclesia, expulsa est synagoga. Seruiebat enim populus Iudæorum, remotus est seruitutis iugum, quod nostræ animæ quoddam colla deprimebat, ne ultra parietem vitæ prioris possemus aspiceret. Habemus iugum bonum ac leue, quod habetis pacis, & gratiæ vinculis magis erigat quàm deprimat copulatos. Hic est Dominus, cuius in Zara typus

typus antè præcessit, eo quod ex tribu & ex semine illius Dominus Iesus secundum carnem non solum è femina, sed etiã sub lege generatus est, vt eos qui sub lege erant, redimeret pretio sanguinis sui. Cuius figura ideo in manu Zaræ præcessit, vt promitteret nobis quia venturus erat qui veteris vitæ reuocaret vsum, & libertatem quam tribuerat primo illi Adam, in Adam nouissimo reformaret, vt iam genus hominum sine lege esset seruitutis. Sic igitur Thamar cognouimus propter mysterium inter dominicas generationes esse descriptam.

Qui fuit Obed, qui fuit Booz, &c. Cur etiam Ruth mentionem fecit Matthæus? Ruth quoque sine dubio pari ratione minimè prætermittendam estimare debemus, de qua sensisse videtur Apostolus sanctus, cum alienigenarum vocationem gentium spiritu præuideret per Euangelium esse celebrandam, dicens quod lex non sit iustis posita, sed iniustis. Quomodo enim Ruth, cum esset alienigena, Iudæo nupsit? Et qua ratione in Christi generatione eius putauit Euangelista copulæ commemorationem esse faciendam, quæ legis serie vetabatur? Non ergo ex non legitima saluatorem generatione manasse videtur esse deforme, nisi ad apostolicam sententiam reuertaris, quia lex non est iustis posita, sed iniustis. Hæc enim cum esset alienigena & Moabitica (præsertim cum lex Moysi prohiberet has nuptias, Moabiticaque excluderet ab ecclesia: sic enim scriptum est, Moabitæ non intrabunt in ecclesiam Domini vsque ad tertiam & quartam generationem, & vsque in sæculum.) quomodo intrauit in Ecclesiam, nisi quia sancta & immaculata moribus supra legem facta est? Si enim lex impijs & peccatoribus posita est, vtique Ruth, quæ definitionem legis excessit, & intrauit in Ecclesiam, & facta est Israëlitis, & meruit inter maiores dominici generis computari, propter cognationem mentis electa, non corporis, magnum nobis exemplum est, quia in illa nostrum omnium qui collecti ex gentibus sumus ingredien di in Ecclesiam Domini figura præcessit. Hanc igitur æmulemur, vt quia hæc moribus hanc prerogatiuam meruit adsciscenda societatis suæ, sicut historia docet: nos quoque propter morum electionem in Ecclesiam Domini meritis suffragantibus adlegamur. Etenim cum Israëlitas in diebus Iudicum fames vigeret, à Bethleem ciuitate Iudæ, in qua natus est Christus, abiit vir colere in agro Moab, cum vxore & duobus filiis, Elimelech vno nomen, mulieri Noemi. Filij eius acceperunt sibi vxores Moabitidas, nomen vni Orpha, & nomen secundæ Ruth: & habitauerunt illic quasi decem annis, & mortui sunt. Et derelicta mulier à duobus filiis, & viro proprio destituta cognito quod Deus visitaret Israël, regredi domum parans, coepit suadere vt domum propriam repeterent vxores filiorum suorum. Orpha concessit, Ruth verò cum focru mansit. Cui cum diceret focrus, Ecce iam consponsa tua ad populum suum regressa est, & ad deos suos, & tu reuertere pariter cum sponsa tua: respondit Ruth, Non contingat mihi dimittere te, & redire ad deos meos: quia quocumque tu ieris, ibo tecum; & vbi habitaueris, habitabo. Populus tuus, populus meus; & Deus tuus, Deus meus. Et vbi mortua fueris,

amariar; & vbi sepulta fueris, sepeliar. Atque ita duæ peruenerunt Bethleem. Hos igitur mores, atque hanc charitatem erga focrum, pietatem erga defunctum, religionem erga Deum cum cognouisset Booz proauus Dauid, iuxta legem Moysi, vt semè defuncti proximi suscitaret, eam sibi elegit vxorem. Refert autem aduicere quod & in agro pleno messis reperta manipulos (sicut scriptum est) colligens, & focru fructus reseruans, non post iuuenem abiit, sed virum perfectum secuta est, vnde & meruit audire, Quia mulier virtutis es tu, & quia benefecisti misericordiam tuam nouissimam, plus quam primam. Nouissima enim misericordia Ecclesiae congregatae præstat priori. Quod breuius hinc comprehendit, quia plenius in libris digestimus nos de Fide scripsi. Appropinquauit enim qui longè erat, quia elongauit qui proximus erat, & calcamentum proximi muliere acquisiuit accepta. Mos enim erat, vt qui proximus erat, si nollet accipere in coniugium propinquam suam, calcamentum suum solueret, & alij cederet. In quo non mediocre mysterium, eo quod is qui alienigenam in typo sumpsit, euangelizandi accepit facultatem. Denique in typo has fuisse nuptias testatur benedictio seniorum dicentium, Det Dominus mulierem quæ intrat domum tuam, sicut Rachel, & sicut Liam, quæ edificauerunt vtraque domum Israël, & facere virtutem in Ephrata, & sit nomen in Bethleem, & fiat domus tua sicut domus Phares, quem peperit Thamar Iudæ. De semine tuo det tibi Dominus ex hac puella filios. Et accepit Booz Ruth, & facta est ei in matrimonium, & peperit Obed patrem Iesse, auum Dauid. Rectè igitur sanctus Matthæus per Euangelium gentes ad Ecclesiam vocaturus, auctorem ipsum Dominum gentilitij congregationis, alienigenarum generationem secundum carnem assumpsisse memorauit: vt iam tunc esset indicium quod illa generatio ederet gentium vocatorem, quem sequeremur omnes ex alienigenis congregati, relinquentes paternam domum, & dicentes ei qui nos ad Deum cultum vocaret, vt Paulo, aut cuiuscumque Episcopo: Populus tuus, populus meus: & Deus tuus, Deus meus. Ergo Ruth, sicut Lia & Rachel oblita populum suum, & domum patris sui, soluens vinculum legis, ingressa est in Ecclesiam. Soluit autem calcamentum, qui non accepit Ecclesiam. Et Moysi dicitur, Solue calcamentum pedum tuorum; ne ipse sponsus Ecclesiae crederetur. Solus ille non soluit, qui verus est sponsus. Et ideo dicit Ioannes, Cuius non sum dignus soluere corrigiam calcamenti eius. Ergo & hæc typus est, eo quod edificaret domum Israël. Quod verò commemoratio eius dominicæ profapiae fuerit inferenda, declarat mysterij altioris expressio, qua prophetatum est ex genere eius in Ephrata Christum esse generandum, cum dicitur, Det tibi Dominus facere virtutem in Ephrata, & sit nomen in Bethleem. Quæ est enim virtus, nisi quæ per Christum gentium populos congregauit? Quod autem nomen, nisi illud quod Bethleem patria Domini secundum carnem nascētis est facta? Vnde per Prophetam dictum est, Et tu Bethleem Ephrata non es minima in millibus Iuda. Ex te enim exiet princeps qui regat populum meum Israël. Videmus igitur



cin generationes enumerasse videtur Euangelista, si diligenter aduertat, hic quoque quatuordecim generationum poteris inuenire rationem. Duodecim enim vsque ad Ioseph numerantur, non vsque ad Christum. Tertiusdecimus est Christus: sed nihil refert vtrum in duabus generationibus, an in vna mendacium sit. Tamen ne hic quidem cæcum aliquem scopulum aut naufragium inuenias veritatis, duos Ioachim, hoc est, duos Iechonias fuisse historia indicat: vnum ante transmigrationem, alterum in ipsa transmigratione generatum, id est, patrem & filium. Ergo pater inter generationes superiores est computatus, qui successit Iosia: filius inter posteriores, qui successit patri, id est, nepos Iosia. Duos autem fuisse Regnorum libri indicat. Sic enim scriptum est, Et constituit Pharao super Indam & Hierusalem Eliachim filium Iosia regem pro Iosia patre eius; & conuertit nomen eius Ioachim, & undecim annos regnavit in Hierusalẽ, &c. Quibus subiicit, Et reliqua verborum Ioachim, & omnia quæ fecit, nonne scripta sunt in libro sermorum dierum regum Iuda? Et dormiuit Ioachim cum patribus suis; & regnavit Ioachim filius eius pro eo. Filius decem & octo annorum erat Ioachim cum regnaret, & tribus mensibus regnavit in Hierusalem, nomen matris eius, Nestha: & omnia quæ fecit sub oculis Domini pater eius: & ipse fecit: & in diebus eius ascēdit Nabuchodonosor rex Babylonis in Hierusalẽ. Vides igitur quod alius fuerit Iosia filius, alius nepos: filius ille, cuius Pharao nomen cōuertit: nepos iste, cui Hieremias nomen imposuit, qui & patris vocatus est nomine. Et beneficus Matthæus à propheta noluit discrepare, vt nou Ioachim, sed Iechoniã nominaret. Simul, vt supra diximus, maiorẽ fructum dominicæ pietatis adstruxit, si generis nobilitatẽ non in omnibus Dominus requisit, sed de captiuis & peccatoribus nasci voluit, qui remissionem veniebat prædicare captiuis. Non igitur suppressit alterũ Euangelista, sed vtrumque signauit, quod vterque Iechonias dictus sit. Ita addito iuniore Iechonia, generationes quatuordecim computantur. Ergo illa Matthæus.

Qui fuit Iudæ, qui fuit Iacob, &c. Pulchrè autem Lucas, quoniam filios Iacob plures non poterat comprehendere, ne extrã generationes euagari superflua serie videretur: licet in aliis, id est, longè multo posterioribus, Patriarcharum tamen nequaquam nomina prætermittenda arbitratus sit, sed præ cæteris eligenda, Ioseph, Iudæ, Symeonis, & Leui. Quatuor enim genera in his quorum isti posteri sunt, cognoscimus fuisse virtutum. In Iuda, id est, illo superiore, dominicæ per figuram passio- nis mysterium fuisse prophetatum; in Ioseph præcessisse castitatis exemplum; in Symeon vindictam læsi pudoris; in Leui officium sacerdotis. Per Nathan quoque expressam aduertimus prophetiæ dignitatem, vt quia vnus omnia Christus Iesus, in singulis quoque maioribus genera virtutum diuersa præcederent. Noë quoque iusti inter dominicæ generationes commemoratio non debuit prætermitti, vt quia aedificator Ecclesiæ nascebatur, cum sui generis auctorem præmississe videatur, qui eam in typo autẽ fundauerat. Nam de Mathusala quid

dicam cuius vltra diluuiũ numerantur anni: vt quoniam solus est Christus, cuius vita nullã sensit aetatem, in maioribus quoque suis non sensisse diluuiã videretur? Enoch verò, nonne manifestum & pietatis dominicæ & diuinitatis indicium est, eo quod nec mortem senserit Dominus, & ad cælum remeauerit, cuius generis auctor raptus ad cælum est? Vnde manifestum est, & Christum potuisse non mori, sed voluisse, vt nobis mors illa prodesset. Et ille quidem raptus est, ne malitia mutaret cor eius: Dominus autẽ, quem malitia sæculi mutare non poterat, eò vnde venerat, naturæ suæ maiestate remeauit. Siletur planè parricida fratris. Neque enim rationabile erat, vt is qui percusserat fratrem, inter Domini numeraretur auctores; cum seruulos iste seruauerit, vt fraterni eos nominis honore donaret. Sed nec illud otiosum, quod Seth præteritus nõ est, quæ posteriore Adam generatione suscepit: vt cum duæ sint populi generationes, signaretur in typo Domini nostrũ Iesum Christum in posteriore potius quàm priore generatione numerandũ. Iam de ipso Adam, qui iuxta Apostolum, figurã accepit Christi, quid pulchrius potuit conuenire, quàm vt sacrosancta generatio à Dei filio inciperet, & vsq; ad Dei filium deduceretur, creatũque præcederet in figura, vt natus in veritate sequeretur; ad imaginẽ factus præiret, propter quem Dei imago descenderet? Et si mysteriũ primi discutiamus erroris, lignum scientiæ boni & mali fallente diabolo, Eua suadente ille gustauit, vt iste nobis priusquã sciret malũ, eligeret bonũ, diriq; serpentis infidias Ecclesia suadente vacaret, iuxta quod scriptũ est, Quoniam priusquã sciat puer bonũ aut malum, non credit malitiæ, vt eligat quod bonũ est. Et priusquã sciat vocare patrem aut matrẽ, accipiet virtutẽ Damasci, & spolia Samariæ. Hic enim est puer, cuius incunabula Magi spoliis orientibus refererunt, quia gens ante Christum incredula, de exuuuis idolorum, mutata iam fide, manubias obtulit Domino triumphales.

Hæc de generatione Christi nõ incognita putauĩ prolixius prosequenda, ne quis cum ista in Euangelis minus attento animo recēderet, aliquatenus fluctuaret: quæ sancti Euangelistæ ad maiora miracula, & diuiniora Domini gesta properãtes, perstringenda breuius, quàm diffundenda vberius putauerunt. Eorũ igitur more, qui satis putãt, ignaris viarũ quasi notas qualdã itineris & semitas demonstrare: spiritalis viæ semitas colligentes, videro vtrũ secũdo veritatis euentu, certè religioso fidei ductu in mysteriorũ secreta contendimus, verètes ne quis ista cum legerit, quod prouerbialiter dicitur, quasi puer macharã, tractare per infantia fortiora arma nesciret, magisq; vulnus ex imprudentia, quàm salutẽ ex lectione sentiret. Infirmos enim tela sua vulnerant, nec potest bene vti armis, qui ea ferre non nouerit. Et ideo circa fidem vir perfectus exigitur, in quo non per humum scientiæ reptet infantia, non debilis quædã, nec carens sensibus mysticæ cognitionis titubet ætas, quæ virtute iuuetutis amissa, coronam gloriosi certaminis nõ requirat, & senescẽtis aquilæ modo, quæ prius aut lepore rapere pedibus cõsue- rat, aut anserem; æuo fessa minorum auis implumes fœtus requirat, qui solidiorẽ cibũ afferendõ possint.

SANCTI AMBROSII COMMENTARIORVM IN EVANGELIUM SECVNDVM LVCAM, LIBER QVARTVS.

In quartum caput Euangelij secundum Lucam Proœmium.



NON absurdum, opinor, de generatione Domini consecimus opus: certè infructuosum non fuit dominicis diutius inherere maioribus. Nam si ij qui magnum mare litorali parant navigatione transmittere, altioris compendium cursus fiducia infirmitate vitantes, agros & vrbes litore diductas, capti locorum decore, frequenter inuisunt: quanto magis nos in tanto non elementorum, sed gestorum caelestium siti profundo, viciniores legere portus, & frequentes amare debemus excursus, ne quis longæ navigationis tædio fatigatus, fastidij vomitum tenere non possit. Certè si quis infide ratis vitia perspexerit, tanquam frequenti librorum portu obiecto, aurium vela deponat, lectionis anchoram figat, non videtur deseruisse nauigium, sed consecisse cursum, si descendit portum. Et plerisque in locis fortasse amœnitas ipsa locorum inuitet prætermittentem. Nam si Vlysses illum, vt fabula ferunt, (licet & propheta dixerit, Habitabunt in ea filie Sirenum: etsi non dixisset propheta, nemo tamen iure reprehenderet, cum & gigantes, & vallem Titanum scriptura comprehenderit.) post decem annorum exilia, quibus bellatum in Ilio est, decemque erroris annos festinantem ad patriam, Lotophagi suauitate baccarum tenere potuerunt; si horti Alcinoi retardarunt: si postremo Sirenes cantu vocis illectum, ad illud famosum voluptatis naufragiũ penè deduxerant, nisi aduersus illecebrose sonitus cantilene inserta cera sociorum clausisset aures: quanto magis religiosos viros caelestium factorum decet admiratione mulceri? Atque hic iam non baccarum suauitas haurienda, sed panis ille qui descendit de caelo: non olera Alcinoi spectanda, sed sacramenta sunt Christi. Nam qui infirmus est, olera manducet. Non claudenda igitur aures, sed referandæ sunt, vt Christi vox possit audiri: quam quisquis perceperit, naufragium non timebit. Non corporalibus, vt Vlysses ad arborem, vinculis alligandus, sed animus ad crucis lignum spiritualibus nexibus vincendus, ne lasciniarum moueatur illecebris, cunsumque natura detorqueat in periculum voluptatis. Figmentis enim poeticis fabula coloratur, vt quædam puella scopuloso in litore maris habitasse prodantur: quæ si quos delectere nauigium propter aurium suauitatem dulci voce pepulissent, in vada cæca deductos & infida statione deceptos, naufragij miserabilis sorte consumerent. Compositum hoc specie, & ambitiosa comparatione fucatum est, vt mare, vox femina, litora vadosa fingantur. Quod autem mare abruptius quàm sæculum, tam infidum, tam mobile, tam profundum, tam immundorum spirituum flatibus procellosum? Quid sibi vult puellarum figura, nisi euirata voluptatis illecebra, quæ constantiam captæ mentis effeminat? Quæ autem illa vada, nisi nostræ scopuli sunt salutis? Nihil enim tam cæcum, quàm secularis suauitatis periculum: quæ dum mulcet animum, vitam obruit, & corporeis quibusdam scopulis sensum mentis illidit. Merito igitur dominus noster Iesus Christus ieiunio suo nos atque deserto aduersus voluptatum informat illecebras, & tentari se à diabolo Dominus omnium patitur, vt in illo omnes vincere disceremus. Aduertamus igitur, quia tria non otiose à Domino principaliter ordinata Euangelista descripsit. Tria sunt enim quæ ad vsum proficiunt salutis humane, sacramentum, desertum, ieiunium. Nemo enim nisi qui legitime certauerit, coronatur. Nemo autem ad certamen virtutis admittitur, nisi prius ab omnibus ablutus maculis delictorum gratiæ caelestis munere consecratur. Venit igitur Dominus ad lauacrum, vt mysterij gratia nobis & usu probaretur & sensu. Et quoniam lex caelo & terra testibus promulgatur: vt mysterium diuinitatis absconditum à sæculis in Deo plus crederes esse quàm legem; non iam ad testimonium calum vocatur, sed vox Dei vtitur testis officio, cum deservit à caelo. Simul ne fidei mysterium dubio mentis offendas, inuisibilia tibi visibilibus declarantur operari. Venit Dominus ad lauacrum. Omnia enim pro te factus est: ijs qui sub lege sunt, quasi sub lege esset, cum ipse sub lege non esset. Circumcisus est, vt eos qui sub lege sunt, lucrificeret. His qui sine lege erant, conuiuij communionem sociatus est, vt lucraretur eos qui sine lege vivebant. Factus est infirmus infirmus per corporis passionem, vt infirmos lucrificeret. Omnibus postremo omnia factus est, pauper pauperibus, diues diuitibus, stens stentibus, esuriens esurientibus, sitiens sitientibus, profluus abundantibus. In carcere cum paupere est, cum Maria stetit, cum Apostolis epulatur, cum Samaritana sitit. In deserto esurit, vt cibis primi hominis, quem per præuaricationem gustauerat, ieiunio Domini solueretur. Nostro periculo ille scientiæ boni & mali famem soluit, nostro emolumento famem iste suscepit.

4. Reg. 23.  
2. Paral. 36.  
4. Reg. 4.  
Hierem. 22.  
Esa. 61.  
Luc. 4.  
Gen. 49.  
Gen. 39.  
Gen. 34.  
Num. 3.  
2. Reg. 12.  
Coloss. 3.  
Genes. 6.

Genes. 5. & 14.  
Genes. 5.  
Sapient. 4.  
Genes. 4.  
Ioan. 15.  
Genes. 5.  
1. Cor. 1.  
Genes. 1.  
Coloss. 1.  
Genes. 3.  
Esa. 8.  
Matth. 2.  
1. Cor. 14.

Odyss. 12.  
Hierem. 50.  
Num. 13.  
Deut. 9.  
2. Reg. 5. & 23.  
Ioan. 6.  
Rom. 14.  
Psal. 103.  
Matth. 4.  
2. Tim. 2.  
Luc. 3.  
Deut. 30.  
Coloss. 1.  
Luc. 3.  
Ibid. m.  
Galat. 4.  
2. Cor. 8.  
Matth. 25.  
Ioan. 11.  
Ioan. 13.  
Ioan. 4.  
Matth. 4.  
Genes. 3.



CAP. III.

**I**Esus autem plenus Spiritu sancto egres-  
sus est ab Iordane, & agebatur in spiritu in  
desertum.

Genes. 3. Conuenit recordari quemadmodum de paradiso in deserto Adam primus cecidit sit, vt aduertat quemadmodum de deserto ad paradisum Adam secundus reuerterit. Vides enim quemadmodum suis nodis prauidicia resoluantur, & suis diuina beneficia vestigijs reformantur. Ex terra virgine Adā, Christus ex virgine. Ille ad imaginem Dei factus, hic imago Dei. Ille omnibus irrationabilibus animalibus, hic omnibus animalibus antelatus. Per mulierem stultitia, per virginem sapientia. Mors per arborem, vita per crucem. Ille spiritualium nudus, arboreis se texit exuuiis: hic seculariū nudus, corporis nō desiderauit exuuias. In deserto Adam, in deserto Christus. Sciebat enim vbi posset inuenire damnatum, quē ad paradisum resolutio errore reuocaret. Sed quoniam secularibus indutus exuuiis redire non poterat, nec paradisi incolae potest esse nisi nudus a culpa; exiit veterem hominem, nouum induit: vt quia solui non queunt diuina decreta, persona magis quam sententia mutaretur. Sed qui in paradiso sine duce iter amisit acceptum, quemadmodum de deserto sine duce iter repetero posset amissum, vbi tentationes plurimae, nisi ad virtutem difficilis; lapsus facilis ad errorem? Cū eadem sit virtutis natura, quae nemorum; vt si adhuc exigua de terrenis ad superna se subrigūt, dum teneris aetas adolefcit frondibus, saui veneno dentis obnoxia facile aut succidi possint, aut vri. Si vero alta se radice fundauerint, & ramorum sublimitate sustulerint; frustra iam vel ferarum morsibus, vel lacertis agrestium, vel diuerforum statuum procellis arbor robusta tentetur. Quem igitur apponeret ducem contra tot illecebras saeculi, contra tot versutias diaboli, cū sciret nobis primō contra carnem & sanguinem, deinde contra potestates, contra rectores mundi tenebrarum harum, aduersus spiritualia nequitiae quae sunt in caelestibus, esse luctamen? Angelum apponeret? & ipse lapsus est: legiones angelorum vix singulis profuerunt. Seraphim dirigeret? & ipsum descendit in terras in medium populi immunda labia habentis, & vnus tantum prophetae labia apposito carbone mundauit. Alius dux requirēdus fuit, quē sequeremur omnes. Quis tantus esset dux qui prodesset omnibus, nisi ille qui supra omnes est? Quis me supra mundum constitueret, nisi qui maior est mundo? Quis tantus esset dux, qui posset masculinum & foeminā, Iudaeum & Graecum, Barbarum & Scytham, seruum & liberum vno regere ductu, nisi solus qui est omnia & in omnibus Christus? Multi enim laquei quacumque progredimur. Laquei in corpore, laquei in lege, laquei in pinnis templorū, in crepidinibus parietum tenduntur a diabolo. Laquei in philosophis, laquei in cupiditatibus. Oculis enim meretricis, laqueus est peccatoris. Laqueus in pecunia, laqueus in religione, laqueus in studio castitatis. Exiguus enim momentis mens inclinatur humana, & huc atque illuc pro versutia suadentis frequenter impellitur. Videt aliquem diabolus religiosum virum, Deo venerabiliter deferentem, & quod sacrosanctum est

Genes. 1.

Genes. 3.

Coloss. 3.

Ephes. 6.

Eccl. 28.

Esa. 6.

Ioan. 3.

Coloss. 3.

Eccl. 9.

Proverb. 7.

castimantem, nullius capaxem iniuria, in ipsa eum religione supplantat, vt faciat non credere quod Dei filius verē hanc nostram susceperit carnē, hoc nostrum corpus, hanc nostrorum membrorum fragilitatem: cum vtique passio corporis fuerit, diuinitas exors iniuriae manserit. Ita de religione fit culpa. Omnis enim qui negat Iesum Christum in carne venisse, de Deo non est. Videt integrū & illibatae castimoniae virum, suadet vt nuptias damnet, quod eiiciatur ab Ecclesia, & studio castitatis a casto corpore separetur. Audiuit alius, quia vnus Deus, ex quo omnia adoratur, atque veneratur. Infidiat ei diabolus, claudit aures ne audiat: quia vnus Deus per quē omnia, ita nimia pietate impium esse cōpellit; vt dum patrem a filio separet, patrem filiumque confundat, & personam vnā putet esse, non potestatem. Itaque dum mensuram fidei nescit, perfidiae incurrit arumnam. Quomodo igitur hos laqueos cuitabimus, vt possimus & nos dicere, Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium: laqueus contritus est, & nos liberati sumus? Non dicit, Ego contriui laqueum; non ausus est hoc dicere Dauid: sed, Adiuutoriū nostrum in nomine Domini; vt ostenderet vnde laqueus solueretur, vt prophetaret quod venturus esset in hanc vitā qui contereret laqueum fraude diaboli preparatū. Sed nō potuit melius cōtereri laqueus, nisi praedā aliquam diabolo demonstrasset: vt dum ille festinaret ad praedā, suis laqueis ligaretur, & ego possim dicere, Laqueos parauerunt pedibus meis, & ipsi inciderunt in eos. Quae potuit esse praeda, nisi corpus? Oportuit igitur hanc fraudē diabolo fieri vt susciperet corpus Dominus Iesus, & corpus hoc corruptibile, corpus infirmum, vt crucifigeretur ex infirmitate. Si enim fuisset corpus spirituale, non dixisset, Spiritus promptus est, caro autem infirma. Audi igitur vtrāque vocem, & spiritus prōpti, & carnis infirmā: Pater, si possibile est, transeat a me calix iste. haec carnis est vox. Sed nō quod ego volo, sed quod tu vis. habes deuotionem spiritus & vigorem. Quid repudias dignationē Domini? Dignationis est quod suscepit corpus meū, dignationis est quod suscepit iniurias meas, suscepit infirmitates meas, quas vtique natura Dei sentire non potuit, cū etiā natura hominis continere didicerit, vel sustinere ac perpeti. Et ideo sequamur Christum, iuxta quod scriptum est, Post Dominū Deum tuum ambulabis, & ipsi soli adhærebis. Cui adhærebo, nisi Christo? sicut Paulus dixit, Qui adhæret Domino, vnus spiritus est. Illius igitur, de deserto vt ad paradisum redire possimus, vestigia persequamur. Et videte quibus itineribus reducāmur. Nunc in deserto Christus est, agit hominē, instruit, informat, exercet, vngit oleo spiritali: vbi videt robustiorem, per sata & fructuosā traducit, vt quādo querebantur Iudaei quod discipuli eius sabbato de segete spicas vellerent (iam enim Apostolos suos in agro culto, & fructuoso opere collocauerat) postea in paradiso constituit tempore passionis. Sic enim habes, Haec cū dixisset Iesus, cum discipulis suis transiit trans torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quem introiit ipse cum discipulis suis. Agro enim foecundo hortum esse potiorē docet propheta in Canticis canticorū, dicens, Hortus clausus foror mea ipsa; hortus clausus, fons signatus, emissio-

2. Ioan.

1. Tim. 4.

1. Cor. 8.

Psal. 123.

Ibidem.

1. Ioan. 3.

Psal. 56.

2. Cor. 13.

Matth. 26.

Ibid.

Esa. 53.

Deut. 10. & 13.

1. Cor. 6.

Matth. 12.

Ioan. 18.

Cant. 4.

Luc. 23.

Gen. 7.

3. Reg. 19.

Exod. 34.

Num. 14.

Deut. 29.

Exod. 34.

3. Reg. 19.

Deut. 8.

Deut. 6.

fiones tuae paradisus. Illa est enim animae pura & immaculata virginitas, quae nullo terrore poenarum, nullis a fide secularis voluptatis illecebris, nullo vitae amore traducitur. Denique virtute Domini hominem esse reuocatum, praeter caeteris hic Euangelista testatur, qui solus inducit Dominum dicentem latroni, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Plenus igitur Iesus Spiritu sancto agitur in deserto. Consilio, vt diabolus prouocaret; (nam nisi ille certasset, non mihi iste vicisset) Mystero, vt Adam illum de exilio liberaret: Exemplo, vt ostenderet nobis diabolus ad meliora tendentibus inuideri, & tunc magis esse cauendum, ne mysterij gratiam deserat mentis infirmitas.

Diebus quadraginta, & tentabatur a diabolo; & nihil manducauit in diebus illis.

Quadraginta dierum mysticum numerum recognoscis. Tot enim diebus aquas abyssi effusus esse meministi; & tot ieiunio dierum sanctificatio prophetae refusam carni serenioris esse clementiam. Tot ieiunio dierum sanctus Moyses perceptionem legis emeruit: tot annos in eremo constituti patres panem angelorum & caelestis alimoniae gratiam consecuti sunt: nec antequam mystici numeri tempus expleteret, terram repromissionis intrare meruerunt: Tot ieiunio dierum Domini nobis in Euangelio patefcit ingressus. Vnde si quis Euangelij gloriam, fructumque resurrectionis optat adipisci, mystici ieiunij prauaricator esse nō debet, quod & in lege Moyses, & in Euangelio suo Christus, vtriusque testamenti auctoritate praescripsit fidele virtutis esse certamen.

Et consummatis illis postea esuriit.

Quid sibi vult quod Euangelista Dominum esurisse significauit, cū de Moyse atque Elia ieiunio nihil tale videamus expressum? Numquid hominum patientia Deo fortior? Sed qui quadraginta diebus esurire non potuit, ostendit non cibum esurisse se corporis, sed salutem: simul vt aduersarium lacefferet iam timentem, qui quadraginta dierum fuerat ieiunio vulneratus. Et ideo fames Domini pia fraus est, vt in quo diabolus maiora metuēs iam cauebat, famis specie lacatus tentaret vt hominem, ne impediretur triumphus. Simul illud discere mysterium, sancti Spiritus opus, hoc est, diuinum fuisse iudicium, vt tentandum se diabolo Christus offerret.

Dixit autem illi diabolus, Si filius Dei es, dic lapidi huic vt panis fiat. Et respondit ad illum Iesus, Scriptum est, Quia non in pane solo viuit homo, sed in omni verbo Dei. Et duxit illum Diabolus in montem excelsum, & ostēdit illi omnia regna orbis terrae in momento temporis, & ait illi, Tibi dabo potestatem hanc vniuersam, & gloriam illorum: quia mihi tradita sunt, & cui volo, do illa. Tu ergo procidens si adoraueris coram me, erunt tua omnia. Et respondens Iesus, dixit illi, Scriptum est, Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruiēs. Et duxit illum in Hierusalem, &

statuit eum supra pinnam templi, & dixit illi, Si filius Dei es, mitte te hinc deorsum. Scriptū est enim, quod angelis suis mandauit de te, vt conseruent te: & quia in manibus tollent te, ne fortē offendas ad lapidem pedem tuum. Et respondens Iesus, ait illi, Dicitum est, Non tentabis Dominum Deum tuum,

Tria praecipua docemur esse tela diaboli, quibus ad conuulserandam mentem hominis cōsueuit armari. Gulae vnus, aliud iactantiae, ambitionis tertium. Inde autē cecipit, vnde iam vicerat. Et ideo inde incipio in Christo vincere, vnde in Adam victus sum, si tamen mihi Christus imago patris, virtutis exemplum sit. Discamus igitur cauere gulam, cauere luxuriam, quia telum est diaboli. Laqueus tenditur cū mensa regalis conuiuij praeparatur, quae constantiam saepe metis inclinat. Non solum enim cū audimus verba diaboli, sed etiam cū videmus eius copias, laqueum vitare debemus. Didicisti igitur diaboli telum: sume scutum fidei, loricae abstinentiae. Sed quid sibi vult talis sermonis exortus, si filius Dei es, nisi quia cognouerat Dei filium esse vterum, sed venisse per hanc infirmitatē corporis nō putabat? Aliud explorantis, aliud tentantis est: & Deo se profiteretur credere, & homini conatur illudere. Sed vide arma Christi, quibus tibi nō sibi vicit. Nam qui maiestate sua lapides in panem posse conuerti, naturae alterius transfusione monstrauit, docet nihil tibi pro diaboli arbitrio nec declarandae virtutis contemplatione faciendum. Simul in ipsa tentatione artificem diaboli discere versutiam. Sic tentat, vt exploret: sic exploret, vt tēter. Ecce trā Dominus sic fallit, vt vincat: sic adhuc vincit, vt fallat. Nam si cōuertisset naturā, proderet creatorem. Mediē ergo respondit, dicens, Scriptum est, Quia non in pane solo viuit homo, sed in omni verbo Dei. Vides quo genere vtatur armorū, quod hominē a spiritualis nequitiae incursione defendat aduersus irritamētā gulae septū atque munitum? Non enim quasi Deus vtitur potestate: (quid enim mihi proderat?) sed quasi homo cōmune sibi arcesit auxiliū, vt diuinā pabulo lectionis intentus, famē corporis negligat, alimētū verbi caelestis acquirat. Huic intētus Moyses panem nō desiderauit. Huic intētus Elias famē prolixioris nō sensit ieiunij. Nō enim potest qui verbū sequitur, panē desiderare terrenum, cū substantiā panis caelestis accipiat. Humanis enim diuina praestare, nō dubiū est, & corporalibus spiritualia. Et ideo qui vitā verā desiderat, illum panē experat, qui per insensibilem substantiā humana corda cōfirmat. Simul cū dicit, Non in pane solo viuit homo, ostēdit vt hominē esse tentatum, hoc est, susceptionem nostram, non suam diuinitatem. Sequitur iactantiae telum, quo procliuē delinquitur: quia dum homines gloriam virtutis suae iactare desiderant, de loco meritum suorum & statione decedunt.

Genes. 3.

Heb. 1.

Ephes. 6.

Ioan. 2.

Exod. 34.

3. Reg. 19.

Ioan. 6.

Psal. 103.

Deuter. 8.

Matth. 4.

Deuter. 8.

Matth. 4.

Deuter. 8.

Deuter. 8.



Luc. 21.  
1. Cor. 9.  
Ibid.  
2. Cor. 11.  
Luc. 10.  
Act. 3.  
1. Cor. 12.  
Ivan. 10.

pitare contendit. Quid enim tam proprium diabo-  
lo, quam suadere vt vnusquisque se mittat deorsum?  
Disce ergo & tu diabolum vincere. Agit te spiritus,  
sequere spiritum. Non te reuocet carnis illecebra,  
spiritu plenus disce cōtemnere voluptates. Ieiuna,  
si vis vincere. Consequens est vt per hominem dia-  
bolus te putet esse tentādum. Christus quasi fortior  
facie ad faciem tentatur, tu per hominem. Et illud  
diaboli verbum est, cūm dicit, Homo fortis es, man-  
duca & bibe, & similis mane. Noli te tibi credere.  
non erubescas egere praesidiis quibus non egebat  
Christus, & tamen ea non negligebat, vt te doceret,  
dicens, Cauete ne grauetur cor vestrum in vino &  
crapula. Non erubuit Paulus, qui ait, Sic enitor, non  
vt aera cādens. Aera quidem non cādebat Aposto-  
lus, sed potestates aërias verberabat. Castigo (in-  
quit) corpus meum, & seruituti subiicio; ne fortē  
cūm aliis praedicauerim, ipse reprobos inueniar. Sim-  
ul infirmitatē suā diabolus malitiāque designat,  
quia neminē potest mittere deorsum, nisi ipse se mi-  
serit. Nam qui relictis caelestibus eligit terrena, vo-  
luntarium quoddā praecipitium virē labentis incur-  
rit. Simul quoniā telum suum diabolus vidit obru-  
sum, quo omnes homines propriae subiecerat pote-  
stati, plus cōcepit quā hominem iudicare. Sed Do-  
minus rursus nec ea quae de se fuerant prophe-  
tata, ad arbitrium diaboli putauit esse faciēda,  
sed diuinitatis propriae auctoritate seruata, veritatis  
eius occurrit: vt quia scripturarū exēplum praten-  
derat, scripturarum vinceretur exemplis. Potestas  
enim est Deo vincere, scriptura mihi vincit. Disce  
hic quoque, quia Satanas trāfiguratur se velut ange-  
lum lucis, & de scripturis ipsis saepe diuinis laqueum  
fidelibus parat. Sic haereticos facit, sic euiscerat fi-  
dēs, sic iura pietatis impugnat. Ergo nō te capiat haer-  
eticus, quia potest de scripturis aliqua exēpla pro-  
ferre, nec sibi arroget quōd doctus videtur. Vtitur  
& diabolus testimoniis scripturarum, nō vt doceat,  
sed vt circumscribat & fallat. Cognouit aliquem at-  
tentum religioni, virtutibus clarum, signis & operi-  
bus praepotētē, iactantiā tendit laqueum, vt huius-  
modi virum inflet tumore, quō pietati se nō credat,  
sed cedat iactantiā; nec Deo deputet, sed sibi arro-  
get. Ideoque Apostoli non in suo, sed in Christi  
nomine daemōnis imperabant, ne arrogare sibi ali-  
quid viderentur. Sic Petrus claudum curat dicens,  
In nomine Iesu Nazareni surge & ambula. Disce  
etiam de Paulo iactantiam fugere. Scio (inquit)  
hominem, siue in corpore siue extra corpus nescio,  
Deus scit, quoniam raptus est in paradysum, & au-  
diuit verba ineffabilia, quae non licet homini loqui.  
Pro huiusmodi gloriabor, pro me autem non glo-  
riabor, nisi in infirmitatibus meis. Ergo & hic dia-  
bolus, quoniam fortem sensit, iactantiā praetendit,  
quae etiam fortes decipit. Sed Dominus respondit  
ei, *Non tentabis Dominum Deum tuum.* In quo & Do-  
minum & Deum Christum; & patrem & filium po-  
testatis vnus esse cognoscis, iuxta quod scriptum  
est, Ego & pater vnum sumus. Et ideo si Vnum ob-  
tendit diabolus, occurre ei quia scriptum est, Su-  
mus. Et distingue Vnum, non vt potestatem discer-  
nas, sed vt patrem filiumque secernas.

*Et duxit illum diabolus iterum in montem altissimum, &*

*ostendit illi omnia regna orbis terrae in momento temporis.*  
Bene in momento temporis saecularia & terrena de-  
monstrantur. Non enim tam conspectus celeritas  
indicatur, quā caduca fragilitas potestatis expri-  
mitur. In momento enim cuncta illa praeteriunt, &  
saepē honor saeculi abiit antequā venerit. Quid enim  
saeculi potest esse diuturnum, cūm ipsa diuturna non  
sint saecula? Docemur hic inanis ambitionis flabra  
despicere, quōd omnis dignitas saecularis diabolicā  
subiaceat potestati, ad vltimū fragilis, inanis ad fru-  
ctum. Sed quomodo hic dat diabolus potestatem,  
& alibi legis, Quia omnis potestas à Deo est? Nun-  
quid potest quis duobus dominis seruire, aut à duo-  
bus accipere potestatem? Num ergo contrariū est?  
Minimē. Sed vide quia omnia à Deo. Neq; enim si-  
ne Deo mūdus, quia & mūdus per ipsum factus est.  
Sed licet à Deo factus sit, tamē opera eius mala, quia  
saeculum in maligno positum est; & ordinatio mun-  
di à Deo, opera mundi à malo. Ita etiam à Deo po-  
testatum ordinatio, à malo ambitio potestatis. De-  
nique non est (inquit) potestas nisi à Deo. Quae au-  
tem sunt, à Deo ordinatae sunt: non datae, sed ordi-  
natae. &, Qui resistit potestati, Dei (inquit) ordina-  
tioni resistit. Hic quoque licet dicat dare se dia-  
bolus potestatem, omnia tamen illa ad tempus permis-  
sa sibi esse non abnuat. Itaque qui permisit, ordina-  
uit: nec potestas mala, sed is qui malē vtitur potesta-  
te. Denique vis nō timere potestatem? Fac bonum,  
& habebis laudem ex illa. Non ergo potestas mala,  
sed ambitio. Denique eousque à Deo ordinatio po-  
testatis, vt Dei minister sit qui bene vtitur potesta-  
te. Dei, inquit, minister est tibi in bonum. Non ergo  
muneris aliqua culpa est, sed ministri: nec Dei po-  
testat ordinatio displicere, sed administrantis actio.  
Nā vt de caelestibus ad terrena deriuemus exēplum,  
dat honorem imperator, & habet laudem. Quōd si  
quis malē honore vsus fuerit, non imperatoris est  
culpa, sed vtētis. Habēt reum sua crimina, quia non  
potestas vnumquemque, sed malitia sua implicat.  
Quid ergo? Bonū est vti potestate, studere honori?  
Bonum si deferatur, nō eripiat. Distingue tamen  
hoc ipsum bonū. Alius enim bonus in saeculo, alius  
perfectae virtutis vsus. Bonum est enim cognoscen-  
dē diuinitatis studium, nullis occupationibus impe-  
diri. Nam etsi multa bona, vna tamē est vita aeterna:  
Haec est autē vita aeterna, vt cognoscāt te solum ve-  
rum Deum, & quē misisti Iesum Christum. Et ideo  
vitae aeternae maximus fructus, & solus Deus vitae re-  
munerator aeternae est. Solum ergo Deū & Domi-  
num nostrū adoremus, & ipsi soli seruiamus, vt solus  
ipse nos fructu remuneret amplissimo. Fugiamus om-  
nia quae diabolicā subiacent potestati, ne tāquam  
malus tyrannus in eos quos intra suum regnum in-  
uenerit, acceptae saeuitiae potestatis vtatur. Non ergo  
à diabolo potestas est, sed obnoxia tantūm insi-  
diis diaboli. Nec tamen ideo mala ordinatio po-  
testatum, quia malo obnoxia potestates. Bonum  
est enim Deum querere, sed quidam ipsius inqui-  
sitionis anfractus & error obrepit. Nam si inqui-  
sitor in sacrilegium scaua interpretatione vertatur, in  
deterius vertitur querentis offensā: non tamen in-  
quisitionis, sed queritoris est culpa: nec inquisitio  
obnoxia malo, sed querentis affectus. Quōd si is qui  
Deum

Rom. 13.  
Luc. 16.  
2. Cor. 5.  
Ivan. 1.  
1. Iovan. 5.  
Rom. 13.  
Ibid.  
Ibid.  
Ibid.  
Ivan. 17.  
Ivan. 10.

Eccles. 2.  
Eccles. 43.  
Psal. 47.  
Genes. 3.  
Ibid.

Deum querit, propter fragilitatem carnis, & men-  
tis angustiam saepe tentatur; quanto magis qui sae-  
culum querit? Atque hoc ipso perniciosior ambi-  
tio, quōd blanda quaedam est conciliatricula digni-  
tatis: & saepe quos vitia nulla desleētunt, quos nul-  
la potuit mouere luxuria, nulla auaritia subruere,  
facit ambitio criminosos. Habet enim forensē  
gratiam, domesticum periculum: & vt dominetur  
aliis, prius seruit. Curuatur obsequio, vt honore  
donetur: & dum vult esse sublimior, fit remissior,  
cūm in ipsa potestate, quod praecellit alienum sit.  
Legibus enim imperat, sibi seruit. Dicit fortasse ali-  
quis, quia solus qui malum fecerit, timet: tamen  
qui mare nauigat, plus timet. E contra in immobili  
terrarum statione consistens, non solet timere nau-  
fragium. At si mobile conscendat elementum, fre-  
quentioribus obnoxius fit periculis. Fuge ergo sae-  
culi mare, & naufragium non timebis. Et si fre-  
quenter arborum vertices spirātium verberent fla-  
bra ventorum, solidatis tamen radicibus nullus oc-  
casus est. At in mari furentibus ventis, etsi non om-  
nium naufragium, omnino tamen periculum est.  
Ita etiam aduersis flatibus nequitię spiritalis, nullus  
in arena vel in salo tutus est, & naues Tharsis vehe-  
menti saepe spiritu cōteruntur. Hæc moraliter. Ca-  
terum quod ad mysticum ordinē spectat, cernis ve-  
tusti erroris vincula suis resoluta vestigiis: vt primō  
gula, secundō facilitatis, tertio ambitionis laqueus  
solueretur. Pellectus est enim Adā cibo: & in eum  
interdictae arboris sententiae facilitate transgressus,  
temerariae quoque ambitionis crimē incurrit, dum  
similitudinem diuinitatis affectat. Et ideo prius Do-  
minus veteris nexus soluit iniuriar, vt nos iugo cap-  
tuitatis excusso, vincere crimina scripturarū pra-  
sidio disceremus. Quōd si Dominus Iesus propria  
non desiderauit, tu aliena cur quæris? Si creator om-  
nium saeculi gloriam subeundo paupertatem con-  
tēpsit; cur tu fastidias quōd natus es, appetas quod  
indebitum est? Cur ea quae ad vltimū tibi diuturna es-  
se non possunt, ad supplicium diuturna deposcas?  
Cauē insidias, cauē fraudes. Et hoc ipso quod ad  
subruendum hominē totum versuta diabolus mun-  
dum fraude concutiat, totius saeculi pugnet illece-  
bris, eius tibi blanditiar plus cauenda. Non Euam  
cibus inflexit, non mādatorum obliuio destituit, sed  
promissi honoris ambitio illecebrosa decipit. Quae  
si solum Dominum adorare voluisset, indebita non  
quæsisset. Et ideo remedium datur quo telum am-  
bitionis obtundas, vt soli Domino seruias. Caret  
enim ambitioe religiosa deuotio.

**Et consummata omni tentatione, diabo-  
lus recessit ab illo vsque ad tempus.**

Prope omnium criminum fontes hæc tria gene-  
ra demonstrantur esse vitiorum. Neque enim con-  
summatam omnem tērationem Scriptura dixisset,  
nisi in his tribus esset omnium materia delictorum:  
quorum semina in ipsa origine sunt cauenda. Finis  
ergo tentationum, finis est cupiditatum: quia causa  
tentationum, cause cupiditatum sunt. Causae autem  
cupiditatum sunt, carnis oblectatio, species gloriae,  
auditas potētia. Quām religiosum videtur vt com-  
morationem Christianae sceminae non recuses! sed

crebra inde tentatio. Si attētos Deo viderit diabo-  
lus, suggerit vt decipiat. Sed tu quāuis de proposito  
praesumas, caue tentationē, scies naturā. Hæc tria, si  
recorderis, etiā Paulus cauenda praescribit, designās  
tres esse species peccatorū, à quibus liber, expectat  
iustitiae coronā. Neque enim, inquit, in verbo adu-  
lationis fuimus, neque in occasione auaritiar, Deus  
testis est, neque gloriam querētes ab hominibus. &  
ideo diabolus vicit, coronam petiuit. Vides ergo  
ipsum diabolus non esse in studio pertinacē, cedere  
solere verae virtuti. Etsi inuidere non desinat, tamē  
instare formidat, quia frequētius refugit trium-  
phari. Audito itaque Dei nomine, recessit, inquit, ab  
illo vsque ad tēpus. Postea enim nō tētaturus, sed aper-  
tē pugnaturus aduenit. Docet igitur Scriptura diui-  
na, non solum cōtra carnem & sanguinem, sed cōtra  
insidias spirituales tibi esse certamē. Vides magni-  
ficentiam Christiani viri, qui certat cum rectoribus  
mundi: & licet constitutus in terris, aduersus spirita-  
lia nequitiar quae sunt in caelestibus animi virtute  
decernit. Non enim de terrenis cōtendimus, vt di-  
micemus in terra, sed spiritalib' proposito praemii,  
de regno Dei & Christi haereditate: necesse est igitur  
spiritalia prius impedimenta superentur. Coro-  
na proposita est, subeunda certamina sunt. Nemo  
potest nisi vicerit, coronari: nemo potest vincere, ni-  
si antē certauerit. Ipsi quoque coronae maior est  
fructus, vbi maior est labor. Arta enim & angusta  
est via quae ducit ad vitam: lata verō & spatiosa quae  
ducit ad mortem. Et ideo tērationem nunquam timere  
debemus. Est enim causa victoriar, materia  
triumphorum. Diues ille qui tentationem nō sensit  
in saeculo, in pœnis est apud inferos: pauper ille La-  
zarus qui ita paupertate morboque afflictus est &  
attritus, vt vlcera eius à canibus lambentur, vitæ  
istius labore miserabilis, coronam gloriae quæsiuit  
aeterna. Multae enim tribulationes, nō quorumcun-  
que, sed iustorū. Denique quos diligit Dominus sa-  
epe castigat. Petrus tentatus est, vt negaret; negauit,  
vt fleret. Et quid de ceteris dicam? Nempe Iob erat  
probatas Deo: sed licet probatus erat, victor tamen  
nō erat. Probata erat deuotio, tamen praemium non  
habebat. Et ideo tētādus offertur, vt gloriosior red-  
deretur. Illius quoque certaminis refert vt gradum  
spectes. Nō vnum telum diabolus habet, frequentat  
spicula, vt aut praemio vincat, aut tadio. Primō cu-  
piditate vulnerat, secundō pietate, tertio sanitate.  
Mentis enim pariter & corporis pugnat vlceribus.  
Diuersitas quoque ipsa tērationum, pro diuersitate  
certatium est. Auaritiar damno diues vrgetur, pater  
dispensio filiorum, homo doloribus, corpus vlceri-  
bus. Quāta hæc tela? Vnde Dominus noluit habere  
quod perderet, & ideo pauper huc venit, ne haberet  
diabolus quod auferret. Vis scire quānam verum sit?  
Ipsū Dominum dicētem audi, Venit huius mundi  
princeps, & in me inuenit nihil. Noluit etiā pauco-  
rum esse pater, vt esset omnium. Frustra autem cor-  
poris tentaretur vlceribus, qui contemneret omnes  
corporis passiones: simul vt ostenderet nobis quōd  
immaculata, corporis hoste depulso, victoria sibi  
deberetur. Sed ille quasi homo suis tentatur, hic pu-  
blicis. Illi patrimoniū auferitur, huic regnū orbis of-  
fertur. Nec totū sine fraude diabolus, qui exasperare

2. Tim. 4.  
1. Thess. 2.  
Ephes. 6.  
2. Tim. 2.  
Math. 7.  
Luc. 16.  
Psal. 33.  
Heb. 12.  
Luc. 22.  
Iob 2.  
Luc. 9.  
2. Cor. 8.  
Ivan. 14.

Iob 1.

Ibid.

Iob 2.

Ibid.

Iob 3.

2. Cor. 12.

2. Tim. 4.

Prov. 4.

Psal. 5.

Psal. 8.

Gen. 39.

Gen. 37.

Gen. 41.

Gen. 50.

Esa. 9.

Ioan. 1.

Dei filium veretur: illum iniuriis tentat, hunc præmiis. Ille quasi seruulus dicit, Dominus dedit, Dominus abstulit; hic nature suæ dispositionisque conscientia sua sibi ridet offerri. Et ut ad illum reuertatur, ingruit nuntius super nuntium, congeminant vulnera, nec tamen fortis athleta turbatur. Adhibetur mulier primæ fraudis illecebra: hic per virginem natus, errori obnoxiam non habebat. Amici adhibentur, qui prauis consiliis opprimant reluctantem: sed in omnibus quæ acciderunt ei, nusquam peccauit Iob labiis suis in conspectu Dei. Nam quod maledicit diei, dicens, Pereat dies illa in qua natus sum, & infra, Sed maledicat ei is qui maledixit diem illum, qui habet magnū cetum opprimere: ad prophetiam pertinet, eo quod diabolus tamquam procellosi sæculi istius cetum Dominus noster Iesus Christus oppressit: & generationis suæ carnalis diem perire desiderat, ut dies eius in regeneratione numeretur. Pereat, inquit, dies sæcularis, ut dies spiritalis oriatur. Ergo in tentatione sanctus Iob mysteria loquitur. Qui enim vincebat sæculum, Christum videbat. Nos igitur non timeamus tentationes, sed magis in tentationibus gloriemur, dicentes, Quando infirmamur, tunc potentes sumus. tunc enim necitur corona iustitiæ. Sed illa Paulo fortassis accommodata: nos autem, quia plures coronæ sunt, quamcumque sperare debemus. In sæculo laurus corona est, corona est & scutum. At verò tibi proposita est corona deliciarum. Corona enim deliciarum obumbrabit te. Et alibi, Scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. & Scuto circumdabit te. Gloria quoque & honore quem dilexit Dominus coronauit. Ergo qui vult coronam dare, tentationes suggerit. Et si quando tentaris, cognosce quia paratur corona. Tolle martyrum certamina, tulisti coronas: tolle cruciatus, tulisti beatitudines. Nónne tentatio Ioseph virtutis est celebratio? Nónne iniuria carceris, corona est castitatis? Quemadmodū regni in Ægypto consortium potuisset adipisci, nisi venditus fuisset à fratribus? Quod Dei factum esse arbitrio, ut iustus probaretur, ipse mōstrauit, dicens, Quemadmodum fieret in hodierno, ut pasceretur populus multus? Non debemus igitur tentationes sæculi pro malis timere, quibus bona præmia comparantur: sed magis rogare contemplatione cōditionis humanæ, ut eas tentationes subeamus, quas ferre possimus.

Et regressus est Iesus in virtute Spiritus in Galilæam; & fama exiit per vniuersam regionem de illo. Et ipse docebat in synagogis eorum; & magnificabatur ab omnibus. Et venit Nazareth, ybi erat nutritus: & intrauit secundum consuetudinem suam die sabbati in synagogam; & surrexit legere. Et traditus est illi liber Esaia propheta.

Completur hoc loco prophetia Esaia dicentis, Regio Zabulon, & terra Nephtholim, & cæteri Paraliam inhabitantes, & trans Iordanem Galilææ gentium, populus qui sedebat in umbra mortis, lucem vidit magnam. Quis est enim lux magna, nisi Christus, qui illuminat omnem hominē venientem in hunc mundum? Deinde librum accepit, ut ostend

deret seipsum esse qui locutus est in prophetis: & remoueret sacrilegia perfidorum, qui alium Deum dicunt veteris testamenti, alium noui: vel qui initium Christi dicunt esse ex virgine. Quomodo enim cepit ex virgine, qui ante virginem loquebatur?

Et ut reuoluit librum, inuenit locum vbi scriptum erat, Spiritus Domini super me, propter quod vnxit me euangelizare pauperibus, misit me sanare cōtritos corde, prædicare captiuis remissionem, & cæcis visum, dimittere contractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis. Et cum plicuisset librum, reddidit ministro, & sedit. Et omnium in synagoga oculi erant intendentes in eum. Cœpit autem dicere ad illos, Quia hodie impleta est hæc scriptura in auribus vestris. Et omnes testimonium illi dabant, & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipsius, & dicebant, Nónne hic est filius Ioseph?

Vides Trinitatem coæternam atque perfectam. Ipsum loquitur scriptura Iesum Deū hominēque in vtroque perfectū, loquitur & patrem, & Spiritum sanctum. Spiritus enim sanctus cooperatur ostenditur, quando corporali specie sicut columba descendit in Christum, cum Dei filius baptizaretur in fluuio, pater loqueretur è cælo. Quod igitur maius quærimus testimonium, quàm quod se fuisse qui locutus est in prophetis, propria voce signauit? Vngitur oleo spiritali, & virtute cælesti, ut paupertatem conditionis humanæ thesauro resurrectionis rigaret æterno, captiuitatem mentis auerteret, caritatem illuminaret, annū Domini perpetuis diffusum temporibus prædicaret, qui redire in orbem laboris nesciat, cōtinationem fructus hominibus & quietis indulgeat. Atque ipse ita ad omnia se curauit obsequia, ut ne lectoris quidem aspernaretur officium. Nos verò impij, qui diuinitatis fidem miraculis operum colligendam contemplatione corporis negabamus.

Et ait illis, Vtique dicetis mihi hanc similitudinem, Medice cura teipsum: quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hinc in patria tua. Ait autem, Amen dico vobis, quod nemo propheta acceptus est in patria sua.

Non mediocris inuidia proditur, quæ ciuicæ charitatis oblita, in acerba odia causas amoris inflectit. Simul hoc exemplo pariter & oraculo declaratur, quod frustra opē misericordiæ cælestis expectes, si alienæ fructibus virtutis inuideas. Aspernator enim Dominus inuidorū est, & ab iis qui diuina beneficia in alijs persequuntur, miracula suæ potestatis auertit. Dominicæ quippe carnis actus, diuinitatis exemplum est, & inuisibilia nobis eius per ea quæ sunt visibilia demonstrantur. Non otiosè itaque saluator excusat quod nulla in patria sua miracula virtutis operatus sit, ne fortassis aliquis viliozem patriam nobis esse debere putaret affectum. Neque enim ciues poterat

1. Cor. 13.

3. Reg. 17. & 18.

In lib. de viduis.

4. Reg. 5.

4. Reg. 7.

In lib. de viduis.

poterat non amare, qui amaret omnes: sed ipsi se charitate patriæ dum inuident, abdicarunt: charitas enim non æmulatur, non inflatur; nec tamen exors beneficiorum patria diuinorum est. Quod enim maius miraculum, quàm quod in ea natus est Christus? Videte igitur quid mali inuidia afferat. Indigna propter inuidiam patria iudicatur in qua ciuis operetur, quæ digna fuit in qua Dei filius conciperetur.

Sed in veritate dico vobis, multæ viduæ fuerunt in diebus Eliæ in Israel, quando clausum est cælum annis tribus & mensibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra: & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sareptam Sidonis ad mulierem viduam.

Non quia Eliæ dies fuerunt, sed in quibus Elias operatus est: aut quia Elias dies faciebat illis, qui in eius operibus lucem videbant gratiæ spiritalis, & conuertebantur ad dominum. Et ideo aperiebatur cælum videntibus æterna & diuina mysteria; claudabatur, & fames erat, quādo nulla erat cognoscendæ diuinitatis vbertas. Sed de hoc plenius diximus cum de Viduis scriberemus.

Et multi leprosi erant in Iudæa temporibus Elisæi propheta; & nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus.

Euidenter hic sermo nos Domini salutaris informat, & ad studium venerandæ diuinitatis hortatur; quod nemo sanatus ostenditur, & maculosi morbo corporis absolutus, nisi qui religioso officio studuit sanitati. Non enim dormientibus diuina beneficia, sed obseruantibus deferuntur. Et bene apto comparationis exemplo arrogantia ciuium retunditur inuidorum, dominicumque factum scripturis docetur veteribus conuenire, quod in libris quoque Regnorum legimus gentilem virum Naaman prophético oraculo lepræ maculis absolutum, cum plurimos Iudæorum lepra corporis pariter & mentis absumeret. Siquidem etiam quatuor illos qui cogente fame in castra regis Syriæ primi tetenderunt, tradit historia fuisse leprolos. Cur igitur non curabat fratres, non curabat ciues, non sanabat propheta consortes, cum sanaret alienos, sanaret eos qui obseruantiam legis & religionis consortium non habebant; nisi quia voluntatis est medicina, non gentis, & diuinum munus votis eligitur, non nature iure defertur? Disce Christiane rogare quod cupias impetrare: fastidiosos viros cælestium profectus munerum non sequuntur. Sed quamuis simplex expositio moralem informet affectum, gratia tamen non est occulta mysterij. Etenim cum posteriora à superioribus deriuantur, tum etiam superiora posterioribus adstruuntur. Diximus enim in libro alio, in vidua illa ad quam Elias directus est, typum Ecclesiæ præmissum. Populus Ecclesiam congregauit, ut sequatur populus ille ex alienigenis cōgregatus. Populus ille antè leprosus, populus ille antè maculosus, prius quàm mystico baptizaretur in flumine, idem post sacramenta baptismatis maculis corporis & mentis ablutus, iam nō lepra, sed im-

maculata virgo cœpit esse sine ruga. Meritò ergo magnus Naaman in cōspectu Domini sui, & admirabilis facie describitur, quoniam in eius typo salus futura gentibus declaratur, qui sanctæ cōsilio puellæ, quæ fractis viribus ciuiū in hostilē captiua venerat potestatem, à propheta salutem sperare cōmonitus, nō terreni regis imperio, sed diuinæ misericordiæ liberalitate sanatur. Cur mystico numero mergere iubetur? Cur Iordanis fluuius eligitur? Nónne boni, inquit, Abana & Pharphar fluuij Damasci præ Iordane? Sed iratus hos prætulit, Iordanem meditatus elegit. Nescit enim ira mysterium, fides nouit. Disce baptismatis gratiā salutaris: qui leprosus merferat, fidelis emerfit. Disce spiritalia sacramenta signari. Corporis remedium petitur, mentis acquiritur. Abluitur caro, affectus diluitur. Non enim magis corporis quàm mentis lepram video fuisse mundatam, quando post baptismum veteris erroris colluione deterfa, negat se diis alienis hostias quas sponderat Domino, litaturum. Disce etiam congrua præcepta virtutis: probauit fidem, qui præmia reculauit. Disce vtroque dictorum factorumque magisterio quid sequaris. Habes Domini præceptum, vatis exemplum, gratis accipere, gratis dare; nec vendere mysterium, sed offerre. Non enim pretio taxatur Dei gratia, nec in sacramentis lucrum quaritur, sed obsequium sacerdotis. Non tamen satis est si lucrum ipse non quæras: familiæ quoque tuæ cohibendæ sunt manus: nec hoc solum exposcitur, vt te solum castū immaculatūque custodias. Nō enim dixit Apostolus, te solum, sed teipsum castum custodi. Quæritur ergo non solum tua ab huiusmodi nudinis, sed etiā domus tuæ castitas. Oportet enim irreprehensibilem esse sacerdotem, suæ domui bene præpositum, filios habetē subditos, cum omni castitate. Si quis autem domui suæ præfesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentium habeat? Instrue ergo familiam tuam, hortare, custodi: & si te fefellerit seruulus (humanam enim non excipio facultatem) prophético deprehensus repudietur exemplo. Citò turpem sequitur lepra mercedem, & pecunia corpus animūque malè quæsit commaculat. Accepisti, inquit, pecuniam, & possidebis ea agrū, & vineas, & oliueta, & greges: & lepra Naaman adherbit tibi & semini tuo vsque in æternum. Vides quia facto auctoris successio damnatur hæredis. Inexpiabilis est enim venditi culpa mysterij, & gratiæ vindicta cælestis trāsit ad posteros. Denique Moabitæ & cæteri non intrabant in Ecclesiam vsque ad tertiam & quartam generationem: tam diu videlicet (vt simplicius interpretemur) donec culpam auctorum multiplicis successio generationis aboleret. Sed cum illi qui in Deū idololatriæ errore deliquerunt, in quartam generationē videantur esse multati: profecto durior videtur esse sententia, qua Giezi semen vsque in æternū pro cupiditate habēdi prophetica auctoritate damnatur: præsertim cum Dominus noster Iesus Christus per lauacri regenerationem omnibus remissionē dederit peccatorū: nisi vt vitiorū magis quàm generis semē intelligas. Sicut enim qui filij promissionis sunt, æstimantur in semen bonum; ita etiā qui filij erroris sunt, æstimantur in semen malum. Nam & Iudæi ex patre diabo-

Ephes. 5. 4. Reg. 5.

Ibid.

Ibid.

Luc. 10.

Act. 8.

1. Tim. 5.

1. Tim. 3.

1. q. 1. c. citò.

4. Reg. 5.

Deut. 23.

Act. 2.

Rom. 9.

Esa. 1.

Ioan. 8.

lo sunt, non utique carnis successione, sed criminis. Ergo omnes cupidi, omnes avari, Giezi lepram cum diuitiis suis possident: & malè quesita mercede, non tam patrimonium facultatum quam thesaurum criminum congregarunt, aeterno supplicio, & breui fructu. Nam cum diuitiæ sint caducæ, pœna perpetua est: quia neque auarus, neque ebriofus, neque idolis seruiens regnum Dei possidebunt.

1. Cor. 6.

Et repleti sunt ira omnes in synagoga, hæc audientes: & surrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem: & duxerunt illum vsque ad supercilium môtis, super quem ciuitas eorum erat ædificata, vt præcipitarent eum.

Psal. 34.

Sacrilegia Iudæorum, quæ multo antè Dominus prænuntiauerat per prophetas, & Psalmi versiculo declarauerat quæ passurus esset in corpore constitutus, dicens, Retribuebant mihi mala pro bonis: in Euangelio docet esse completa. Nam cum ipse per populos beneficia diffunderet, illi iniurias irrogabant. Nec mirum si perdidit salutem, qui eiecerunt de suis finibus salutem. Moralis enim Dominus: & qui docerat exemplo sui Apostolos suos omnibus omnia fieri, nec volentes repudiat, nec inuitos alligat, nec euidentibus reluctatur, nec rogantibus deest. Sic Gerasenos alibi, cum virtutes eius sustinere non possent, quasi infirmos & ingratos reliquit.

Ioan. 13.

Luc. 8.

Ipse autem transiens per medium illorum, ibat.

Ioan. 10.

Esa. 53.

Ioan. 7.

Hinc intellige, non ex necessitate fuisse, sed voluntariam corporis passionem: nec captum à Iudæis, sed à seipso oblatum. Etenim quando vult capitur, quando vult elabatur, quando vult suspenditur, quando vult non tenetur. Et hic in supercilium montis præcipitandus ascenderat: & ecce per medium illorum, mutata subitò vel obstupescita fueretium mente, descendit. Nondum enim hora venerat passionis: quinetiam malebat adhuc Iudæos sanare quam perdere, vt inefficaci furoris exitu desineret velle quod implere non possent. Vides igitur & hic diuinitatis esse quòd non captus est, & illic volùtatis esse quòd captus est. Nam quemadmodum à paucis teneri potuit, qui à populo non tenetur? Sed noluit sacrilegium esse multorum, vt in auctores culpæ crucis inuidiam retorqueret, atque à paucis quidem affigeretur, sed pro toto orbe inoreretur.

Ioan. 7.

Ioan. 18.

Et descendit in Capharnaum ciuitatem Galilææ, ibique docebat illos sabbatis. Et stupebant in doctrina eius, quia in potestate erat sermo ipsius. Et in synagoga erat homo habes spiritum immundum, & exclamauit voce magna, dicens, Sine, quid nobis & tibi Iesu Nazarene? venisti perdere nos? Scio te, quia sis Sanctus Dei. Et increpauit illum Iesus, dicens, Obmutescere, & exi ab eo. Et cum proiecisset illum dæmonium in medium, exiit ab illo, nihilque illum nocuit. Et factus est pavor in omnibus, & colloquebatur adinuicem, di-

centes, Quod est hoc verbum, quia in potestate & virtute imperat immundis spiritibus, & exeunt? Et diuulgabatur fama de illo in omnem locum finitimæ regionis. Surgens autem Iesus de synagoga, intrauit in domum Simonis, & Andrea. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: & rogauerunt illum pro ea. Et stans super illam, imperauit febri, & dimisit illam. Et continuo surgens, ministrabat illis. Cum autem sol occidisset, omnes qui habebant infirmos variis languoribus, ducebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens, curabat eos. Exhibant autem dæmonia à multis clamantia & dicentia, Quia tu es filius Dei. Et increpans non sinebat ea loqui, quia sciebant ipsum esse Christum. Facta autem die, egressus ibat in desertum locum: & turbæ requirebant eum, & venerunt vsque ad ipsum, & detinebant illum ne discederet ab eis. Quibus ille ait, Quia & aliis ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei: quia ideo missus sum. Et erat prædicans in synagogis Galilææ.

Vide clementiam Domini saluatoris; nec indignatione comotus, nec scelere offensus, nec iniuria violatus Iudæam deserit: quinetiam immemor iniuriæ, memor clementiæ, nunc docedo, nunc liberando, nunc sanando, infidæ plebis corda demulcet. Et bene sanctus Lucas viri ab spiritu nequitiae liberatū antè præmisit, & subdit fœminæ sanitatem. Vtrumque enim sexum Dominus curaturus aduenerat, sed prior sanari debuit qui prior creatus est, nec præmitti illa quæ mobilitate magis animi quam prauitate peccauerat. Et docebat illos sabbatis. Sabbato medicinæ dominicæ opera cœpta significat, vt inde noua creatura cœperit, vbi vetus creatura antè desinit: nec sub lege esse Dei filium, sed supra legem in ipso principio designaret: nec solui legem, sed impleri.

Act. 10.

Gen. 1.

Matth. 5.

Psal. 32.

Ephes. 4.

Luc. 1.

Neque enim per legem, sed verbo factus est mūdus, sicut legimus, Verbo Domini cæli firmati sunt. Non soluitur ergo lex, sed impletur; vt fiat renouatio hominis iam labētis. Vnde & Apostolus ait, Expoliantes vos veterem hominem, induite nouū qui secundum Deum creatus est. Et bene sabbato cœpit, vt ipsum se ostenderet creatorem, qui opera operibus intexeret, & prosequeretur opus quod ipse iam cœperat: vt si domum faber renouare disponat, non à fundamentis, sed à culminibus incipit soluere vetustatem. Itaque ibi prius manum admouet, vbi antè deserat: deinde à minoribus incipit, vt ad maiora perueniat. Liberare à dæmone & homines, sed in verbo Dei, possunt: resurrectionem mortuis imperare, diuinæ solius est potestatis. Nec quemquam mouere debet, quòd Iesu Nazareni nomen in hoc libro diabolus dixisse primus inducitur. Non enim ab eo Christus nomē accepit, quod de cælo angelus ad virginem detulit. Est enim huius impudentiæ, vt inter

Gen. 3.

1. Cor. 15.

Matth. 4.

Gen. 3.

1. Cor. 7.

Pran. 7.

inter homines aliquid primus vsurpet, & ad homines quasi nouum deferat, quòd terrorem suæ potestatis incutiat. Denique & in Genesi primus Deum homini nuncupauit. sic enim habes, Et dixit serpens mulieri, Quid utique dixit Deus, Ne edatis ab omni ligno? Vterque igitur deceptus à diabolo est, sanatus à Christo. Euangelicæ igitur lectiois disce mysteria, atque in duorum sanitate publicæ sacramentū salutis agnosce. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Quis est ille qui in synagoga spiritū habebat immūdum, nisi populus Iudæorū, qui quasi serpentinis spiris reuinctus, & innodatus diaboli laqueis, simulatā corporis munditiā interioris mentis sordibus inquinabat? Et bene, in synagoga homo erat qui spiritum immundum habebat, quia spiritum sanctū amiserat. Introierat enim diabolus, vnde Christus exierat. Simul ostēditur natura diaboli nō improba, sed opera iniqua. Nam quem per naturam Deum cōfiteatur, opere negat: & in hoc apparet eius nequitia & improbitas, quòd ita populo Iudæorum vesanæ cæcitatē mentis offudit, vt populus neget, quem dæmones confiteatur. O peior magistro discipulorum hæditas! Ille verbo Dominum tentat, hi facto, ille dicit, Mitte te: isti adoriuntur vt mittant. Si altiore consilio ista pendamus, animi debemus intelligere & corporis sanitatem: vt prius animus qui serpentinis laborabat insidiis, absolutus sit. Anima enim nunquam à corpore vinciretur, nisi prius à diabolo teneretur. Nam cum anima corpus agat, viuificet & gubernet, quemadmodum in eius illecebras captiua raperetur, nisi & ipsa superioris alicuius potestatis vinculis stringeretur? Denique non prius Eua esuriuit, quam serpentis versutia tentauit: & ideo aduersus ipsum auctorem peccati prius debuit medicina salutis operari. Fortassis etiā in typo mulieris illius socrus Simonis & Andrea variis criminum febribus caro nostra languebat, & diuersarum cupiditatum immo dicis astuabat illecebris. Nec minorem febrem amoris esse dixerim, quam caloris. Itaque illa animum, hæc corpus inflammat. Febris enim nostra auaritia est, febris nostra libido est, eo quòd ignitæ sint cupiditates. Vnde & Apostolus ait, Si non se continent, nubant: melius est nubere quam vri. Febris nostra luxuria est, febris nostra ambitio est, febris nostra iracundia est. Quæ licet corporis vitia sint, ignem tamen oīsibus implicant, mentem, animum, sensumque pertentant. Hæc prior diaboli sollicitatur arte. Etenim ager bonus, vestis pretiosa, monile, suadela serpētis est. Honorum gratia, sublimitas potestatum, epularum suauitas, forma meretricis, laqueus est diaboli, & quasi quidam nequitiae spiritalis illecebrofus affatus, qui per carnis illecebram quæ citò fœminea quadam lenitate mollitur, animum quoque de gradu deicit. Neque enim formam mulieris animus prius quam corporis oculus concupiscit. Denique quod non videris, non amabis: sed vbi caro concupierit, cōmpatiētis quoque animi constantia defatiscit, & mens consortio amoris inbecillitur. Duo enim in carne vna sunt, atque ita mors irrepit sceleris effectu, tentante diabolo, carne suadente. Vehementior tamen est animi quam corporis febris, & ideo pro animi voluntate corporis

salus plerumque contemnitur, nec à periculis abstinetur. Vnde nō alienum videtur repetere quemadmodum Theotimus cum graui oculorum incommodo laboraret, & amaret vxorem, interdicta sibi à medico facultate cocundi, cupiditatis impatiēs, atque impetu libidinis raptus, se moderari nequiverit. Sciēs enim prudēsiūque quòd esset oculos amissurus, priusquam conueniret vxori, in ipso astu feruentis cupiditatis, & consuetudinis apparatu: Vale, inquit, amicum lumen. Sic febre libido flagrantior est, grauiūque præcipitat & inflammat. Sed vbi quis respicerit à furore, tunc conscientia interioris aperitur visus, factique penitentia succedit, & pudenda sui quisque facinoris erubescit. Tunc Deus timetur, & peccator se cupit celare, sed non potest: tunc caro arguitur, diabolus accusatur: hæc quasi lena vitiorum, ille quasi auctor erroris. Patescit deformitas. Nudum est enim Deo omne secretum; nec illius ficus foliis, hoc est, tegmine corporali, vel iactantia sæculari flagitiorum secreta velantur. Et vnusquisque diuinum peccati conscia formidat mente iudiciū, dicens, Qui super me montes cadat, in quibus me abscondam scissuris petrarum cum venerit confringere terram? Tunc caro tribulos & spinas animo, hoc est, curarū morsus & sollicitudinum generat, astūque, quos sibi per concupiscentiā carnis animus ipse circūdedit. Etenim quasi clauis quibusdam suffigitur anima corporis voluptatibus; & cum semel adhæserit cupiditatibus demersa terrenis, difficilē in altum potest vnde descendit sine Dei fauore reuolare. Actuum enim suorum laqueis vincta, & deliciarū sæcularium illecebris innoxia iam tenetur. Hunc ergo Adam, hanc Eua Dominus liberaturus aduenit; quorum alter ad imaginem Dei factus, altera virtutem sui accipiens. viri, quamdiu fuit subdita fortiori vnam gerebant in vno spiritu Deo placitam voluntatem; & in paradiso Dei positivita caelestis operabantur alimoniam. Postea verò quam caro suadere diuersum, & legem cœpit prima non timere, paradisi exules facti, in hunc inferiorem dimersumque locum peccati meritò reciderunt. Nec quisquam putet incongruum esse, si Adam atque Eua in typo animæ & corporis æstimentur, cum in typo Ecclesiæ æstimentur & Christi. Nam cum duo esse in carne vna Apostolus dixisset, adiecit, Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo & in Ecclesia. In quo ergo superni Dei, in eo multo magis animi nostri potest esse mysterium. Sed hæret, suffixus est, captus est, & corporis succensus est febribus, compassione carnis ægrefcit. Querēdus est medicus. Sed quis iste tantus est, qui faucibus mentis medeatur vlcibus? Quis homo tātus est qui possit aliis subuenire, cum ipse sibi non possit? Quis aliis possit vitam reddere, quum ipse mortem non possit euadere? Omnes enim in Adam moriuntur: quia per vnum hominem in hunc mundum peccatum introiuit, & per peccatum mors: & ita in omnes homines pertransiuit, in quo omnes peccauerunt. Illius igitur culpa mors omnium est. Denique missi sunt sancti, missi sunt & prophetæ, qui oracula diuina loquerentur, nec quidquam promouere potuerunt. Queramus ergo aliquem de angelis aut archangelis medicum. Sed quemadmodum

Gen. 3.

Heb. 4.

Osee 10.

Esa. 2.

Gen. 3.

Gen. 1.

Gen. 2.

Gen. 3.

Ephes. 5.

Matth. 27.

1. Cor. 15.

Rom. 5.

S. Aug. 10.

7. lib. 1. cont.

Iul. Pelag.

c. 3.



mihī possunt praesidium ferre ne peccem, quum ipse archangelus à peccato non potuerit abstinere? Quemadmodum ad paradysum angelus reuocare me poterit, cum ipse Satanas & angeli sui sedem quam acceperant, seruare non potuerint?

**CAP. V.** **F**ACTVM est autem, cum turbæ irruerent in eum ut audiret verbum Dei; & ipse stabat secus stagnum Genezareth. Et vidit duas naues stantes secus stagnum: piscatores autem descenderant, & lauabant retia. Ascendens autem in vnam nauim, quæ erat Simonis, rogauit eum ut à terra duceret pusillum.

Vbi Dominus multis impartiuit varia generantitatem; nec tempore, nec loco potuit ab studio sanandi turba cohiberi. Vesper incubuit, sequebantur: stagnum occurrit, urgebant. Et ideo ascendit in Petri nauim. Hæc est illa nauis quæ adhuc secundum Matthæum fluctuat, secundum Lucam repletur piscibus: ut & principia Ecclesiæ fluctuantis, & posteriora exuberantia agnoscat. Pisces enim sunt qui hanc enauigant vitam. Ibi adhuc discipulis Christus dormit, hic præcipit. Dormit enim trepidis, perfectis vigilat. Sed quemadmodum dormiat Christus, audisti dicentem in propheta, Ego dormio, & cor meum vigilat. Et sanctus Matthæus rectè non prætermittendum putauit æternæ indicium potestatis, vbi imperat ventis. Non est enim humana doctrina, sicut audisti Iudæos dicere, Verbo imperat spiritibus: sed cælestis maiestatis insigne. Quod turbatum sedatur mare, & diuinæ vocis imperio obsequitur elementa, atque insensibilia sensum accipiunt obsequendi, diuinæ mysterium gratiæ reuelatur. Quod fluctus mitescunt sæculi, verbo immundus spiritus conuulsiuit: non alterum altero refellitur, sed vtrumque celebratur. Habes miraculum in elementis, habes documentum in mysteriis. Ergo quia sanctus Matthæus illa prælibauerat, sanctus Lucas eam sibi nauim, in qua Petrus piscaretur, elegit. Non turbatur ista quæ Petrum habet, turbatur illa quæ Iudam habet. Esti multa illic discipulorum merita nauigabant, tamen eam adhuc perfidia proditoris agitabat. In vtraque Petrus: sed qui suis meritis firmus est, turbatur alienis. Caueamus igitur perfidum, caueamus proditorè, ne per vnum plurimi fluctuemus. Ergo non turbatur hæc nauis in qua prudentia nauigat, abest perfidia, fides aspirat. Quemadmodum enim turbamari poterat, cui præerat is, in quo Ecclesiæ firmamentum est? Illic ergo turbatio, vbi modica fides: hic securitas, vbi perfecta dilectio.

Et sedens, docebat de nauicula turbas. Ut cessauit autem loqui, dixit ad Simonem, Duc in altum; & laxate retia vestra in capturam. Et si alius imperatur ut laxent retia sua, soli tamen Petro dicitur, *Duc in altum*: hoc est, in profundum disputationum. Quid enim tam altum, quam altitudinem diuitiarum videre, scire Dei filium, & professionem diuinæ generationis assumere? Quam licet mens non queat humana plenè rationis inuestigatione comprehendere; fidei tamen plenitudo complectitur. Nam etsi non licet mihi scire quemadmo-

dum natus sit; non licet tamen nescire quod natus sit. Seriem generationis ignoro, sed auctorem generationis agnosco. Nō interfuius cum ex patre Dei filius nasceretur, sed interfuius cum à patre Dei filius diceretur. Si Deo non credimus, cui credemus? Omnia enim quæ credimus, vel visu credimus, vel auditu. Visus sæpe fallitur, auditus in fide est. An asserentis persona discutitur? Si viri boni dicerent, nefas putarem non credere. Deus asserit, probat filius, refugiens sol fatetur, tremens terra testatur. In hoc altum disputationis Ecclesia à Petro ducitur, ut videat hinc resurgentem Dei filium, inde Spiritum sanctum profluentem. Quæ sunt autem Apostolorum quæ laxari iubentur retia, nisi verborum completiones, & quasi quidam orationis sinus, & disputationum recessus, qui eos quos ceperint, non amittant? Et bene apostolica instrumenta piscandi retia sunt, quæ non captos perimunt, sed reseruant; & de profundo ad lumen extrahunt, & fluctuantes de infernis ad superna perducunt. Est & aliud apostolicum piscandi genus, quo genere solum Petrum piscari Dominus iubet, dicens, Mitte hamum, & cum piscem qui primus ascenderit tolle. Magnum quidem est & spiritale documentum, quo Christiani viri sublimioribus potestatibus docentur debere esse subiecti, ne quis constitutionem regis terreni putare esse soluendam. Si enim censum Dei filius soluit, quis tu tantus es, qui non putes esse soluendum? Et ille censum soluit qui nihil possidebat: tu autem qui sæculi sequeris lucrum, cur sæculi obsequium non recognoscas? Cur te supra sæculum quadam animi arrogantia feras, cum sæculo sis misera cupiditate subiectus? Peditur igitur didrachma, quod erat pretium redemptionis nostræ animæ & corporis, in lege promissum, in Euangelio persolutum, non otiosè in ore piscis inuentum. Ex ore enim tuo iustificaberis. Etenim pretium immortalitatis est nobis nostra confessio, quia sicut scriptum est, Ore confessio fit ad salutem. Et fortasse primus hic piscis, primus est martyr, in ore habens didrachma, hoc est pretium census. Didrachma nostrum Christus est. Habebat igitur primus ille martyr, Stephanus scilicet, in ore thesaurum, cum Christum in passione loqueretur. Sed reuertamur ad propositum locum, & discamus apostolicam humilitatem.

Et respondens Simon, dixit illi, Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus: sed in verbo tuo laxabo retia. Et cum hoc fecissent, concluderunt piscium multitudinem copiosam. rumpebatur autem rete eorum. Et annuerunt sociis qui erant in alia nauī, ut venirent & adiuuarent eos. Et venerunt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita ut penè mergerentur.

Et ego Domine scio quia nox mihi est, quando non imperas. Nemo adhuc nomen suum dedit, adhuc per noctem laboro. Misi iaculum vocis per ephianiam, & adhuc nihil cepi. Misi per diem, expecto ut iubeas, in verbo tuo laxabo retia. O vacua præsumptio, o humilitas fructuosa! Qui nihil antea ceperant,

Rom. 11. 1. Cor. 2.

Matth. 16.

Matth. 8.

Luc. 4.

Matth. 8.

Matth. 8.

Matth. 8.

Luc. 5. infra.

Matth. 8.

Luc. 5. infra.

Luc. 5. infra.

Luc. 5. infra.

perant, magnam in verbo Domini concludunt piscium multitudinem. Non hoc humanæ facultatis opus, sed supernæ vocationis est munus. Cedunt disputationes hominum, fide sua plebs credit. Rum-puntur retia, nec labitur piscis: vocantur ad adiumentum socij qui erant in alia nauī. Quæ est illa alia nauis, nisi fortè Iudæa, ex qua Ioannes & Iacobus alleguntur? Facta est enim Iudæa sanctificatio eius. Hi igitur de synagoga ad nauem Petri, hoc est, ad Ecclesiam conuenerunt, ut impleant ambas nauiculas. Omnes enim in nomine Iesu genu flectunt, siue Iudæus, siue Græcus: omnia & in omnibus Christus. Sed mihi cumulus iste suspectus est, ne plenitudine sui naues penè mergantur. Oportet enim & hæreses esse, ut probentur boni. Possumus tamen & aliam Ecclesiam intelligere, nauem alterius. Ab vna enim plures Ecclesiæ deriuantur. Ecce alia sollicitudo Petri, cui sua iam præda suspecta est. Sed nouit perfectus quemadmodum seruare possit reconditos, qui scit quemadmodum capere possit dispersos. Quos in verbo capit, verbo reddit: negat suam prædam, negat suum munus.

Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu, dicens, Exi à me Domine, quia homo peccator sum. Stupor enim circumdederat eum, & omnes qui cum illo erant, in captura piscium quam ceperat. Similiter autem Iacobum & Ioannem, filios Zebedæi, qui erant socij Simonis. Et ait ad Simonem Iesus, Noli timere; amodò enim eris homines viuificans. Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus secuti sunt eum.

Exi (inquit) à me Domine, quia homo peccator sum. Admirabatur enim dona diuina, & quo plus emeruerat, hoc præsumebat minus. Dic & tu, Exi à me Domine, quia homo peccator sum: ut respondeat tibi Dominus, Noli timere indulgenti Domino peccatum fateri: Noli timere etiam quæ tua sunt Deo deferre, quia quæ sua sunt nobis ille concessit. Nescit inuidere, nescit eripere, nescit auferre. Vides quam bonus Dominus, qui tantum tribuit hominibus, ut viuificandi habeant potestatem.

Et respondens Simon, dixit illi, Præceptor, per totam noctem laborantes nihil cepimus: sed in verbo tuo laxabo retia. Et cum hoc fecissent, concluderunt piscium multitudinem copiosam. rumpebatur autem rete eorum. Et annuerunt sociis qui erant in alia nauī, ut venirent & adiuuarent eos. Et venerunt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita ut penè mergerentur.

Et ego Domine scio quia nox mihi est, quando non imperas. Nemo adhuc nomen suum dedit, adhuc per noctem laboro. Misi iaculum vocis per ephianiam, & adhuc nihil cepi. Misi per diem, expecto ut iubeas, in verbo tuo laxabo retia. O vacua præsumptio, o humilitas fructuosa! Qui nihil antea ceperant,

perant, magnam in verbo Domini concludunt piscium multitudinem. Non hoc humanæ facultatis opus, sed supernæ vocationis est munus. Cedunt disputationes hominum, fide sua plebs credit. Rum-puntur retia, nec labitur piscis: vocantur ad adiumentum socij qui erant in alia nauī. Quæ est illa alia nauis, nisi fortè Iudæa, ex qua Ioannes & Iacobus alleguntur? Facta est enim Iudæa sanctificatio eius. Hi igitur de synagoga ad nauem Petri, hoc est, ad Ecclesiam conuenerunt, ut impleant ambas nauiculas. Omnes enim in nomine Iesu genu flectunt, siue Iudæus, siue Græcus: omnia & in omnibus Christus. Sed mihi cumulus iste suspectus est, ne plenitudine sui naues penè mergantur. Oportet enim & hæreses esse, ut probentur boni. Possumus tamen & aliam Ecclesiam intelligere, nauem alterius. Ab vna enim plures Ecclesiæ deriuantur. Ecce alia sollicitudo Petri, cui sua iam præda suspecta est. Sed nouit perfectus quemadmodum seruare possit reconditos, qui scit quemadmodum capere possit dispersos. Quos in verbo capit, verbo reddit: negat suam prædam, negat suum munus.

Matth. 3. Rem. 10.

Matth. 17. Luc. 9.

Exod. 30. Matth. 12.

Matth. 17. Luc. 9.

Matth. 17. Luc. 9.

Matth. 17. Luc. 9.

Matth. 17. Luc. 9.

Matth. 17. Luc. 9.

Matth. 17. Luc. 9.

Matth. 17. Luc. 9.

Matth. 17. Luc. 9.

Matth. 17. Luc. 9.

Matth. 17. Luc. 9.

Matth. 17. Luc. 9.

Luc. 5. infra.

Psal. 113.

Phillip. 2. Coloss. 3. 2. Cor. 11.

perant, magnam in verbo Domini concludunt piscium multitudinem. Non hoc humanæ facultatis opus, sed supernæ vocationis est munus. Cedunt disputationes hominum, fide sua plebs credit. Rum-puntur retia, nec labitur piscis: vocantur ad adiumentum socij qui erant in alia nauī. Quæ est illa alia nauis, nisi fortè Iudæa, ex qua Ioannes & Iacobus alleguntur? Facta est enim Iudæa sanctificatio eius. Hi igitur de synagoga ad nauem Petri, hoc est, ad Ecclesiam conuenerunt, ut impleant ambas nauiculas. Omnes enim in nomine Iesu genu flectunt, siue Iudæus, siue Græcus: omnia & in omnibus Christus. Sed mihi cumulus iste suspectus est, ne plenitudine sui naues penè mergantur. Oportet enim & hæreses esse, ut probentur boni. Possumus tamen & aliam Ecclesiam intelligere, nauem alterius. Ab vna enim plures Ecclesiæ deriuantur. Ecce alia sollicitudo Petri, cui sua iam præda suspecta est. Sed nouit perfectus quemadmodum seruare possit reconditos, qui scit quemadmodum capere possit dispersos. Quos in verbo capit, verbo reddit: negat suam prædam, negat suum munus.

Quod cum videret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu, dicens, Exi à me Domine, quia homo peccator sum. Stupor enim circumdederat eum, & omnes qui cum illo erant, in captura piscium quam ceperat. Similiter autem Iacobum & Ioannem, filios Zebedæi, qui erant socij Simonis. Et ait ad Simonem Iesus, Noli timere; amodò enim eris homines viuificans. Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus secuti sunt eum.

Exi (inquit) à me Domine, quia homo peccator sum. Admirabatur enim dona diuina, & quo plus emeruerat, hoc præsumebat minus. Dic & tu, Exi à me Domine, quia homo peccator sum: ut respondeat tibi Dominus, Noli timere indulgenti Domino peccatum fateri: Noli timere etiam quæ tua sunt Deo deferre, quia quæ sua sunt nobis ille concessit. Nescit inuidere, nescit eripere, nescit auferre. Vides quam bonus Dominus, qui tantum tribuit hominibus, ut viuificandi habeant potestatem.

S. AMBROSII COMMENTARIORVM IN EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM,

LIBER QVINTVS.

ET factum est, cum esset in vna ciuitatum; ecce vir plenus lepra, & videns Iesum, procidens in faciem rogauit eum, dicens.

**B**ENE vbi leprosus mundatur, certus non exprimitur locus, ut ostendatur non vnum populum specialis alicuius ciuitatis, sed omnium populos fuisse sanatos. Bene etiam & secundum Lucam quarto signo, ex quo in Capharnaum Dominus ve-

nit, iste sanatur. Nam si quartum diem sole illuminauit, & clariorem cæteris fecit diebus, cum illucescerent elementa mundi: & hoc clarius opus æstimare debemus. Et secundum Matthæum primus hic post benedictiones à Domino sanatus inducitur: ut quia dixerat Dominus, Non veni soluere legem, sed adimplere: iste qui excludebatur à lege, purgari se Domini potestate præsumens, non ex lege, sed supra legem esse gratiam iudicaret, quæ leprosi maculam possit ablucere. Verum ut in Domino potestatis auctoritas, ita in isto fidei constantia declaratur. Iste in faciem procidit, quod humilitatis est & pudoris, ut vnusquisque de suæ vitæ maculis erubescat, sed confessionem verecundia non repressit. Ostendit vulnus, remedium postulauit: & ipsa religionis & fidei plena confessio est.

Domine si vis, potes me mundare. Et extendens manum, tetigit illum, dicens, Volo, mundare. Et continuo lepra eius discessit ab eo. Et ipse præcepit illi ut nemini diceret: sed, Vade, ostende te sacerdoti, & offer pro emundatione tua, sicut præcepit Moyses, in testimonium illis.

In voluntate Domini posuit potestatem. De voluntate autem Domini non quasi pietatis incredulus addubitauit, sed quasi colluuiouis suæ conscius non præsumpsit. Cui morali quadam Dominus pietate respondit, *Volo mundare. Et continuo lepra eius discessit ab eo.* Nihil enim medium est inter opus Dei atque præceptum, quia in præcepto est opus. Denique dixit, & facta sunt. Videtis igitur quod dubitari non potest, quia voluntas Dei potestas est. Si ergo voluntas Dei, eius potestas est: qui vnus volūtatis Trinitatē asserunt, vnus vtique asserunt potestatis. Itaque statim lepra eius discessit: ut intelligas medētis affectum, qui veritatē operi addidit. Denique secundum Marcum miseratus est eum Dominus: quod pulcherrè est positum. Et pleraque talia posuerunt Euangelistæ, qui nos in vitro que fundare voluerunt, descriptentes signa virtutis ad fidem, exprimentes opera ad imitationem. Vnde & tangit, nō dignatus: & imperat, nō diffusus. Hoc enim est indicium potestatis, quia quasi habens potestatem sanandi, & iubendi auctoritatem, operandi testimonium non refugit. Volo ergo dicit propter Photinum, imperat propter Arium, tangit propter Manichæum. Nec vnus tantum lepra curatur, sed omnium quibus dicitur, Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Si igitur lepræ medicina, verbum est: contemptus vtique verbi lepra mentis est. Sed ne lepra transire possit in medicum, vnusquisque dominicæ humilitatis exemplo iactantiam vitet. Cur enim præcipitur nemini dicere, nisi vt doceret non vulganda nostra beneficia, sed præmèda: vt non solum à mercede abstinamus pecuniæ, sed etiam gratiæ? Aut fortasse etiam illa silentij causa est imperati, quod meliores putabat qui fide magis spontanea, quam qui speratis beneficiis credidissent. Offerre autem iuxta legem se præcipitur sacerdoti, nō vt alium deferat, sed vt seipsum Deo offerat spiritale sacrificium: vt actus præteriti colluuioune deterisa, per cognitionem fidei & sapientiæ disci-

Psal. 32.

148.

1. Marc.

1. Ioan.

1. Leuit.



*Leuit. 2.*  
*Rom. 12.*  
*Leuit. 13.*  
*14.*  
*Ibid.*  
*Math. 5.*  
*Rom. 7.*  
*Pfal. 109.*

plinam, placitura Deo hostia consecratur. Omnis enim victima sale salicitur. Vnde & Paulus ait, Obsecro ergo vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam acceptabilem, placentem Deo. Simul illud mirabile, quod eo sanauit genere quo fuerat obsecratus. *Si vis, potes me mundare. Volo* (inquit) *mundare.* Habes voluntatem, habes etiam pietatis effectum. *Et extendens manum, tetigit illum.* Lex tangi leproso prohibet: sed qui Dominus legis est, non obsequitur legi, sed legem facit. Non ergo tetigit quia sine tactu mundare non poterat: sed vt probaret quia subiectus no erat legi. Nec contagium timebat vt homines, quia contaminari non poterat qui alios liberabat: simul vt econtrario lepra tactu Domini fugaretur, qua solebat contaminare tangentem. Ostendere autem se sacerdoti iubetur, & offerre pro emundatione sua: vt dum ostenderet se sacerdoti, intelligeret sacerdos non legis ordine, sed Dei gratia supra legem esse curatum: & dum mandatur offerre secundum preceptum Moyse, ostenderet dominus quia legem non solueret, sed imple-ret, qui secundum legem gradus, supra legem sanare eos quos remedia legis non sanauerant, videretur. Et bene addidit, *Sicut precepit Moyses.* Lex enim spiritalis est, ideoque videtur sacrificium spiritale mandasse. Denique addidit, *In testimonium illis,* hoc est, si Deo credatis, si impietatis lepra discedat, si occultorum cognitor sit sacerdos, si puri testis affectus: vnde potest ille magis sacerdos videri quem occulta non latent, cui dicitur, Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedec.

Perambulabat autem magis fermo de illo, & conueniebant turbæ multæ vt audirent, & curarentur ab infirmitatibus suis. Ipse autem secedebat in desertum, & orabat. Et factum est in vna dierum, & ipse sedebat docēs. Et erant Pharisei sedentes, & legis doctores qui venerant ex omni castello Galilææ & Iudææ & Hierusalem: & virtus Domini erat ad sanandum eos. Et ecce viri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus: & querētes eum in inferre, & ponere ante illum, & non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba, ascenderunt super tectum, & per tegulas submiserunt illum in lecto in medium ante Iesum.

Non otiosa huius paralytici, nec angusta medicina est, quando Dominus & orasse præmittitur, non vtique propter suffragium, sed propter exemplum. Imitandi enim specimen dedit, non precandi ambitum requisitum. Et conuenientibus ex omni Galilæa & Iudæa & Hierusalem legis doctoribus, inter cæterorum remedia debilium, paralytici istius medicina describitur. Primum omnium, quod ante diximus, vnusquisque æger petendæ precatore salutis debet adhibere, per quos nostræ vitæ compago resoluta, actumque nostrorum clauda vestigia verbi cælestis remedio reformentur. Sint igitur aliqui monitores mentis, qui animum hominis, quamuis exterioris corporis debilitate torpentem, ad supe-

riora erigant. Quorum rursus adminiculis & attollere, & humiliare se facili ante Iesum locetur, dominico videri dignus aspectu. Humilitatē enim respicit Dominus, quia respexit humilitatē ancillæ suæ.

Quorum fidem vt vidit, dixit, Homo, remittuntur tibi peccata tua.

Magnus Dominus, qui aliorum merito ignoscit aliis: & dum alios probat, aliis relaxat errata. Cur apud te homo collega non valeat, cum apud Deum seruus & interueniendi meritum, & ius habeat impetrandi? Disce qui iudicas, ignoscere: disce qui æger es, impetrare. Si grauium peccatorum diffidis veniam, adhibe precatore, adhibe Ecclesiam quæ pro te precetur, cuius contemplatione quod tibi Dominus negare possēt, ignoscat. Et quamuis historię fidē non debeamus omittere, vt verē paralytici istius corpus credamus esse sanatum: cognosce tamen interioris hominis sanitatem, cui peccata donantur.

Et cœperunt cogitare Scribæ & Pharisei, dicentes, Quis est hic qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Vt cognouit autem Iesus cogitationes eorum, respondens dixit ad illos.

Cum Iudæi asserunt peccata à solo Deo posse concedi, Deum vtique eum consententur, suoque iudicio perfidiam suam produnt: qui opus adstruunt, vt personam negent. Itaque ab ipsis & operis sui Dei filius accipit testimonium, & vocis suffragium non requirit. Perfidia enim cōfiteri potest, credere nō potest. Itaque testimonium non deest diuinitati, fides deest salutē. Nam & validius est ad fidem quod consententur inuiti; & perniciosius ad culpam quod negant, qui suis asserionibus reuincuntur. Magna itaque infidæ plebis amētia, vt cum confessā fuerit solius Dei esse donare peccata, nō credat Deo peccata donanti. Dominus autem saluos volens facere peccatores, & occultorum cognitione Deum se esse demonstrat, & admiratione factorum, adiciens, ait,

Quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius, dicere, Dimissa sunt tibi peccata tua; an dicere, Surge, & ambula?

Hoc loco plenam speciem resurrectionis ostēdit, qui mentis vulneribus corporisque sanatis, peccata donat animorum, debilitatem carnis excludit. hoc est enim totum hominem esse curatum. Quamuis igitur magnum sit hominibus peccata dimittere: (quis enim potest peccata dimittere nisi solus Deus, qui per eos quoque dimittit, quibus dimittendi tribuit potestatem?) tamen multo diuinius est, resurrectionem dare corporibus, quādoquidem ipse Dominus resurrectio est.

Vt autem sciatis quod filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, ait paralytico, Tibi dico, surge, tolle lectum tuū, & vade in domum tuam. Et confestim surgēs coram illis, tulit lectum in quo iacebat, & abiit in domum suam magnificans Deum. Et stupor apprehendit omnes: & magnificabant Deum.

*Gal. 6.*

Deum. Et repleti sunt timore, dicentes, Quia vidimus mirabilia hodie.

Hic lectus qui tolli iubetur, quid est aliud, nisi quia humanum iubetur corpus attolli? Ipse est qui per singulas noctes lauatur à David: lectus doloris, in quo anima nostra graui conscientie agra cruciatu iacebat. Sed si quis secundum Christi præcepta se gesserit, iam non lectus doloris est, sed quietis. Miseratione etenim Domini cœpit quietis esse quod mors erat: qui nobis soporem mortis vertit in gratiam voluptatis. Nec solum leuare lectum, sed etiam domum suam repetere, hoc est, ad paradysum redire, censetur. Ea est enim vera domus, quæ hominem prima suscepit: non iure amissa, sed fraude. Merito ergo restituitur domus, quoniam venerat qui nexum fraudis absolueret, ius reformaret. Nec mora vlla, sanitas interuenit: vnum enim doctorum remediumque momentum est. Spectant surgentem increduli, mirantur abeuntem, & diuini operis miracula malunt timere quàm credere. Nam si credidissent, non timuissent vtique, sed dilexissent. Perfecta enim dilectio timorem excludit foras. Et ideo isti, quia non diligebant, calumniabantur. Calumniantibus autem dicit, Quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quis hoc dicit? Sacerdos magnus, qui lepram videbat in cordibus Iudæorū, ostendit eos peiores esse leproso. Ille sacerdoti est se iustus ostendere purgatus; hos sacerdos repudiat, ne alios quoque eorum lepra contamine.

Et post hæc exiit, & vidit publicanum nomine Leui sedentem ad telonium, & ait illi, Sequere me. Et relictis omnibus, surgens secutus est eum. Et fecit ei conuiuium magnum Leui in domo sua: & erat turba multa publicanorum, & aliorum qui cum illis erant discumbentes.

Mystica est hæc vocatio publicani, quem sequi iubet non corporis gressu, sed mentis affectu. Itaque ille prius auara de mercedibus, dura de laboribus periculisque nautarum emolumenta conuerrens, verbo vocatus, propria derelinquit qui rapiebat aliena, ac vile illud sedile destituit, toto post Dominum vestigio mentis incedit. Conuiuij quoque magni exhibit apparatus. Qui enim domicilio Christum recipit interno, maximis delectationibus exuberantium pascitur voluptatum. Itaque Dominus libenter ingreditur, & in eius qui credit, recumbit affectu. Sed rursus accenditur inuidia perfidorum, & futuræ pœnæ species figuratur. Epulantibus enim fidelibus, & in illo cœlorum recumbentibus regno, perfidia ieiuna torquebitur. Simul ostēditur quantum intersit inter æmulos legis & gratiæ, quod illi qui legem sequuntur, ieiunæ mentis famem patientur æternam: qui verò verbum in interioribus animæ receperunt, alimenti cælestis & fontis vberitate recreati esurire & sitire non possunt.

Et murmurabant Pharisei & Scribæ eorum, dicētes ad discipulos eius, Quare cū publicanis & peccatoribus māducatis & bibitis? Iudæi quia animo ieiunabant, murmurabant, di-

centes, Quare cum publicanis & peccatoribus māducatis & bibitis? Serpentina vox ista est. Denique hanc primam vocem serpens emisit, dicēs Eua, Quid vtique dixit Deus, Nolite manducare ex omni ligno? Ergo patris sui venena diffundit, qui dicunt, Quid vtique cū publicanis & peccatoribus māducatis & bibitis?

Et respondens Iesus, dixit ad illos, Non egent qui sani sunt, medico, sed qui malè habent. Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.

Dominus cum peccatoribus manducando, etiam cum gentibus non prohibet nos inire conuiuium, dicens, Non egent qui sani sunt, medico, sed qui malè habent. Nouum medicamentum nouus magister aduexit. Hoc de terra non pullulat. Imprudens enim est omnis creatura huius cōfectionis. Venite omnes qui incurristis peccatorum varias pāsiones, vt iuini peregrino medicamento, quo venenum serpentis excluditur: quod non solum pāsionum abstulit cicatricem, sed etiam causam diri vulneris amputauit. Hoc medicamentum non famem indicit, sed cibum animæ subministrat. Venit enim filius hominis māducans & bibens. Et ideo mens nostra non est ieiuna. Ieiunant hi, quibus abest Christus, quique bonorum meritorum copiis egēt. At verò cui virtus suppetit, qui sua domo recipit Christum, conuiuium magnum exhibet: hoc est bonorum operum spiritalis conuiuium, quo diues eget, pauper epulatur.

At illi dixerunt ad eum, Quare discipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obsecrationes faciunt, similiter & Phariseorum: tui autem edunt & bibunt? Quibus ipse ait, Numquid potestis filios sponsi, dum cum illis est spon-sus, facere ieiunare? Venient autem dies; & cū auferetur ab illis sponsus, tunc ieiunabunt in illis diebus.

Qui sunt illi dies, in quibus à nobis Christus auferetur, maximè cū ipse dixerit, Vobiscū ero vsque ad consummationem mundi? Ipse dixerit, Non relinquam vos orphanos? Certum est enim quod si nos relinquat, salui esse nequeamus. Nemo tibi Christum potest auferre, nisi ipse te auferas illi. Non ergo te auferat iactātia tua, non te auferat arrogantia, nec tibi de lege præsumas. Non enim vocare iustos venit, sed peccatores. Quomodo igitur Dominus iustitias dilexit; neque David vidit iustum derelictum? Aut quæ ista æquitas, si iustus relinquitur, peccator adsciscitur: nisi intelligas quod eos iustos dicit, qui ex lege præsumāt, & Euāgelij gratiam non requirant? Nemo autem iustificatur ex lege, sed redimitur ex gratia. Est igitur in lege iustitia, sed non per legem iustitia. Nam ipse Apostolus Hebræus ex Hebræis, secundum legem Phariseus, secundum iustitiam quæ in lege est, conuersatus sine querela, qui gloriatur ex lege: Quæ mihi (inquit) lucra fuerunt, hæc duxi propter Christum detrimēta esse. hoc est, abiici iustitiam & gloriā legis. Iustitia enim legis sine Christo vacua est, quia plenitudo legis Christus est. Et ideo etsi est in lege iustitia, nō est tamē per legē iustitia. Si enim per legem iustitia, ergo Christus

*Psal. 6.*

*Psal. 40.*  
*2. Cor. 5.*

*Gen. 3.*

*1. Ioan. 4.*

*Luc. 5. supra.*

*Leuit. 14.*

*Ioan. 10.*

*1. Tim. 1.*

*Ioan. 7.*

*Ioan. 20.*

*Ioan. 11.*

*Apo. 3.*

*Math. 8.*

*Esai. 65.*

*Ioan. 4. & 6.*

*Apo. 3.*

*Genes. 3.*

*Math. 9.*

*Luc. 7.*

*Luc. 16.*

*Math. 28.*

*Ioan. 14.*

*Luc. 5. supra.*

*Psal. 10.*

*Psal. 36.*

*Rom. 10.*

*Rom. 3.*

*Galat. 2.*

*Philip. 3.*

*Rom. 10.*

*Rom. 3.*

*Galat. 2.*

gratis mortuus est. Mortuus est enim Christus, ut impleret iustitiam. Denique Ioani dicenti, Ego a te deo baptizari, & tu venis ad me? respondit, Sine modo: sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Ergo non gratis mortuus, sed pro nobis mortuus est Christus, ut iusti fulgerent sicut sol in regno patris sui. Sed non Iudei iusti, quibus dicitur, Cum videritis iustos intrare in regnum caelorum. Isti sunt iusti qui percutientem non repercutiunt, qui inimicum diligunt. Si sic non accipimus, inuenitur contrarium: Non veni vocare iustos. Sed illos non vocat, qui se iustos dicunt. Ignorantes enim Deum, & suam iustitiam querentes statuerunt, iustitia Dei non sunt subiecti. Ergo usurpatores iustitiae non vocantur ad gratiam. Nam si gratia ex poenitentia, utique qui fastidit poenitentiam, abdicat gratiam. Isti erunt vulnerati, qui se sanctificant. Istis sponsum auferetur. Nobis autem non Caiphas, non Pilatus Christum abstulit; nec possumus ieiunare, quia Christum habemus, & Christi carnem epulamur & sanguinem. Quomodo enim videtur ieiunare quae non esurit? Quomodo videtur ieiunare qui non sitit? Quomodo autem sitire potest qui bibit Christum? cum ipse dixerit, Qui biberit de aqua quam ego dabo, non sitiet unquam. Denique de animi dictum ieiunio, etiam sequentia declarant.

Dicebat autem & similitudinem ad illos: Quia nemo commissuram a vestimento nouo immittit in vestimentum vetus: alioquin & nouum rumpit, & veteri non conuenit commissura a nouo.

Dixerat filios sponsi, hoc est, filios verbi, qui per lauacri regenerationem in ius diuinae generationis assumpti sunt, quamdiu cum illis est sponsum, ieiunare non posse. Non utique hoc ieiunium relegatur, quo consistit caro, & corporalis luxuria castigatur (hoc enim ieiunium nos commendat Deo.) Nam quemadmodum discipulos ieiunare prohiberet, cum ipse Dominus ieiunaret? cum postremo diceret, nequissimos spiritus non nisi ieiuniis & orationibus superari posse? Denique etiam hoc loco ieiunium vestimentum appellauit vetus, quod exuendum Apostolus aestimauit, dicens, Expoliate vos veterem hominem cum actibus eius; & induite eum qui baptismatis sanctificatione renouatur. In eadem igitur forma series conuenit praceptorum, ne actus veteris & noui hominis miscamus: cum ille exterior opera carnis operetur; & hic interior qui renascitur, non versicolore speciem veterum nouorumque debeat habere gestorum; sed concolor Christo illum studio mentis imitari, cui renatus est in lauacro. Absint igitur decolora mentis velamina, quae displicent sponso. Displicet enim ei, qui vestem non habuerit nuptialem. Sponso autem quid potest placere, nisi pax animi, puritas cordis, charitas mentis? Bonus sponsum Dominus Iesus; hic nouo partu naturam nostram inuauit; huic desponsata corruptelis carnis absoluitur. Non filios mortales requirit, non Euae delectatur doloribus: non virum obnoxium culpa, non haereditatem condemnati patris requirit. Vidit enim carnis vlcera, quam antea concupiscebatur: aduertit non esse pulchritudinem veram, quae vitiorum habeat deformitatem. Et ideo quid tibi cum tali sponso commina? Require diligenter, & in omni corpore in-

uenies cicatricem. Cognosce alium magis sponsum, qui circumdatur luce, cuius species non potest interire. Hunc tolle in animum tuum, consecra in templo tuo, tolle in corpore tuo, sicut scriptum est, Tollite Dominum in corpore vestro. Huius thalamos ingrediere nouos, huius spectato peregrinum decorem, hunc indue, hunc vide ad dexteram patris, & gaude quia talem habes sponsum. hic te vestiet benedictione, ne qua noceat scissura peccati. Seruemus igitur vestem, qua nos sacro Dominus emergentes fonte vestiuit. Citò scinditur vestis, si facta non congruant: citò tincis carnis atteritur, & veteris hominis errore maculatur. Ergo hic noua veteribus copulare, in Apostolo autem nouis vetera superuestire prohibemur: sed exuere vetus, nouum sumere, ut expoliari, non nudi inueniamur. Expoliamur enim meliora sumpturi: nudamur autem, cum indumentum nobis aliena fraude detrahitur, non nostra voluntate deponitur.

Et nemo mittit vinum nouum in vres veteres: alioquin rumpet vinum nouum vres, & vinum effundetur, & vres peribunt. Sed vinum nouum in vres novos mittendum est: & vtraque conseruantur. Et nemo bibens vetus, statim vult nouum. dicit enim, Vetus melius est.

Fragilitas humanae conditionis aperitur, cum corpora nostra exuuiis defunctorum animalium comparantur. Atque utinam bonorum vtrium usum possimus implere, ut sacramentum quod accepimus, referuamus. Leuat iniuriam industria, si renouatis vtribus noua vina creduntur. Et ideo vres hos plenos seruare semper debemus. vacuos enim citò tinea & arugo consumit, gratia seruat impletos. Pulchre autem operi huic talia praecpta conueniunt. Sextum est enim opus, quo Leui noua quadam figuratur forma. Sexto autem die factus est homo. Sexto igitur Christi opere reformatur iam non vetus, sed noua creatura, & quadam forma peregrina. Et ideo tamquam noua creatura Christo conuiuium exhibet, eo quod & in ipso Christus delectaretur, & ipse partem delectationis mereretur habere cum Christo. Ad hunc igitur informandum praecpta dat Dominus. Sequebatur enim iam latus, alacer, & exultans, dicens, iam non publicanum gero, iam non porto Leuin. Exui Leuin, postquam Christum indui. Odi genus meum, fugio vitam meam priorem. solum te sequor, Domine Iesu, qui sanas vulnera mea. Quis enim me separat a charitate Dei, quae in te est? Tribulatio? an angustia? an fames? Ligatus sum fidei clauis quibusdam, & bonis compedibus charitatis innexus sum. Omne mandatum tuum sicut cauterium impressum tenebo. Et si viit cauterium; tamen putrefacta carnis exurit, ne ad viuum serpat contagio. Et si mordet medicamentum; tamen vitium vlcis tollit. Aufer igitur Domine Iesu potenti machera tua meorum putredines peccatorum: dum me habes ligatum charitatis vinculis, seca quodcumque vitiosum est. Veni citò incidens occultas & latentes variassque passiones: aperito vulnus, ne noxius serpat humor.

1. Cor. 6.  
2. Cor. 5.  
1. Reg. 21.  
Leuit. 24.  
1. Petr. 2.  
Matth. 5.  
Marc. 2.  
Esa. 1.  
Esa. 65.  
Exod. 31.  
1. Cor. 15.  
Rom. 5.  
1. Cor. 15.  
Osee 11.  
Emunda

Emunda omne quod fetidum est peregrino lauacro. Audite me terreni homines, qui in peccatis vestris cogitationes ebrias geritis. Et ego talibus passionibus eram faucius. Inueni medicum qui in caelo habitat, & in terris spargit medicamenta. Hic solus potest sanare vulnera mea, qui sua nescit: hic auferre cordis dolorē, pallorem animae, qui nouit occulta.

CAP. VI. FACTVM est autem in sabbato secundo- primo, cum transiret per feminata, vellebat discipuli eius spicas, & manducabant confricantes manibus suis. Quidam autem Pharisaeorum dicebant illis, Quid facitis, quod non licet in sabbatis?

Non solum comprehensione verborum, sed etiam usu ipso, specieque gestorum incipit hominem Dominus Iesus veteris obseruatione legis exuere, nouo quod indumento gratiae vestire. Itaque cum iam in sabbato per seminata traducit, hoc est, admouet fructuosos itineribus. Quid sibi sabbatum velit, quid seges, quid spica, non mediocre mysterium est. Ager enim est omnis hic mundus: agri seges, in satione humani generis fecunditas numerosa sanctorum: spicae agri, fructus Ecclesiae, quos operibus decutiētes suis Apostoli pascebantur, nostro sealesentes profectu. Stabat igitur seges iam fecunda, virtutum pululantibus spicis, quibus nostri fructus merito comparantur. Aequē enim aut imbre marcescunt, aut sole torrentur, aut pluuiis humescunt, aut tempestatibus eliduntur, aut a messoribus intra horreorum felicia receptacula reconduntur. Receperat ergo terra iam Dei verbum, & caelesti semine satus diuites fetus ager almus effuderat. Esuriebant discipuli salutem hominum, & tanquam folliculis corporum mentium fructus ad fidei lucem praclaris operum suorum miraculis cruebant. Sed hoc putabant Iudaei sabbato non licere. Christus autem nouae gratiae munere designabat ortu legis, opus gratiae. Nec sine mysterio hoc ab Euangelista etiam secundum Matthaeum & Marcum sabbatum secundoprimum positum puto, quoniam sabbatum perpetuae feriae sunt resurrectionis aeternae. Vel in hoc igitur saeculo feriatis ac vacantibus superstitionibus Iudaeorum, vel in futuro ferias ipsi perpetua solemnitate celebrantes, quae bona sunt terrae manducabimus, iuxta quod scriptum est, Illi manducabunt, vos vero esurietis. Mirè tamen secundoprimum, non primo secundum sabbatum dixit: *δευτεροπρωτον* enim scriptum est. Praefere enim debuit quod praecellit. Secundum ideo, quia primum ante ex lege praecessit, in quo etiam poena praescripta est si quis operaretur. Primum autem ideo, quia sabbatum illud ex lege solum est, quod erat primum: & hoc primum factum est, quod secundo est constitutum. Nam & cum operari sabbato liceat, & operantis nulla sit poena; sabbati utique ex lege, cuius vis soluta est, nec nomē harebat: sed tamen fuerit illud primum ordine, hoc primum munere: nec ideo minus hoc, quia secundum. nam & Adam primus, nec comparandus secundum Adam. Primus enim Adam in animam viuentem, nouissimus Adam in spiritum viuificantem. Et primus homo de terra terrenus, secundus homo de caelo caelestis. Pra-

latus utique secundus primo: ille enim causa mortis, hic vita. Sic & secundoprimum sabbatum dicitur: secundum, iuxta numerum; primum, iuxta operationis gratiam. Melius est enim sabbatum quo impunitas datur, quam quo poena praescribitur. Prima lex, secundum Euangelium: inferior tamē formido quam gratia. Aut fortè & primum hic in praedestinatione consilij, & secundum in sanctione decreti.

Et respondens Iesus ad eos, dixit, Nec hoc legistis quod fecit Dauid, cum esuriret ipse, & qui cum illo erant, quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis sumpsit, & manducauit, & dedit his qui cum ipso erant; quos non licet manducare, nisi tantum sacerdotibus: Et dicebat illis, Quia Dominus est filius hominis, etiam sabbati.

Benè Dominus in lege typum futuri hoc quoque demonstrat loco, & defensores legis arguit nescire quae legis sunt; exemplum afferens quod Dauid, cum esuriret ipse cum sociis, intrauit in domum Dei, & panes propositionis sumpsit & manducauit, & dedit iis qui cum ipso erant. Magnū & verè exemplum propheticum, quo primum non inania legis, sed solida veritatis nobis sequenda produntur. Deinde quia in Dauid cum sociis fugiente a facie regis Saul praefiguratus cū Apostolis Christus est ut principem mundi lateret. Quomodo autem ille obseruator legis atque defensor, panes & ipse manducauit, & dedit iis qui secum erant, quos non licebat manducare nisi tantummodo sacerdotibus: nisi ut per illam demonstraret figuram, sacerdotalem cibum ad usum transitorium esse populorum? Siue quod omnes vitam sacerdotalem debemus imitari: siue quia omnes filij Ecclesiae sacerdotes sunt? Vngimur enim in sacerdotium sanctum, offerentes nosmetipsos Deo hostias spirituales. Legi igitur iam superfluit doctrina Christi; nec legem soluit, sed implet, quia nec sabbatum soluit. Sabbatum enim propter homines factum est: si verò utilitas hominis postulabat esurientem hominem qui diu fuerat terrae fructibus abdicatus, veteris famis ieiunia vitare; non utique lex soluitur, sed impletur. Quomodo igitur domino ad crimen obicitur, quod in seruo pro crimine non tenetur? Quid autem euidentius hac figura, quae per totam currit historiam? Intrauit Dauid in domum Achimelech sacerdotis, sed nec periculo mortis proposito hospitem recusat, nec declinat exulē sanctus animus sacerdotis. Tanta hospitalitatis est gratia, ut libenter in nos aliena pericula transferamus. Verum hoc in historia morale, in mysterio propheticum est, quod nec praesumpto futurae mortis exitio, verum illum Dauid hospitio suae mentis religiosi excluderent sacerdotes. Nec solum in huiuscemodi domo vatis recepturus docetur Christus hospitium, sed etiam per figuram nequitiae spiritualis manubias & arma sumpturus. Nam qui Christum hospitio recipit, intelligibilem illum Goliath spoliat suis telis. Quid verò euidentius, quam quod in Achimelech domo quinque panes petit Dauid, & vnum accipit: demonstrante typo quod iam non quinque libris,

1. Reg. 21.  
Leuit. 24.  
1. Petr. 2.  
Matth. 5.  
Marc. 2.  
Esa. 1.  
Esa. 65.  
Exod. 31.  
1. Cor. 15.  
Rom. 5.  
1. Cor. 15.  
Luc. 11.

1. Reg. 21.  
Leuit. 24.  
1. Petr. 2.  
Matth. 5.  
Marc. 2.  
Esa. 1.  
Esa. 65.  
Exod. 31.  
1. Cor. 15.  
Rom. 5.  
1. Cor. 15.  
Luc. 11.

sed Christi corpore cibus fidelibus pararetur, vt G  
Christus corpus assumeret, ne quis de fidelibus esu-  
raret? Nec Docch figura vacat, qui erat custos mu-  
lorum, eo quod nemo alius nisi infructuosi gregis  
custos Iudæ typum proditoris implet. Iam illud  
quod pro Dauid receptione omnem Achimelech  
domum, præter Abiathar principem tunc temporis  
sacerdotum, Saul persecutus est, ostendit prophetia  
nobis quod nemo possit nocere vero principi sacer-  
dotum, qui solus est Christus. Hinc ad alia progred-  
ditur Dominus Iesus. Nam qui totum hominē salu-  
uum facere disposuerat, per singula membra cura-  
bat, vt verè diceret, Mihi irascimini, quia totum ho-  
minem sanum feci in sabbato?

Factum est autem & in alio sabbato, vt in-  
traret in synagogā, & doceret. Et erat ibi ho-  
mo, & manus eius dextera erat arida. Obser-  
uabant autem Scribæ & Pharisei, si in sabbato  
curaret: vt inuenirent vnde accusarēt eum.  
Ipse verò sciebat cogitationes eorū: & ait ho-  
mini qui habebat manum aridam, Surge; & I  
sta in medium. Et surgens, stetit. Ait ergo ad  
illos Iesus: Interrogo vos, si licet sabbatis be-  
nefacere, an malè: animam saluam facere, an  
perdere? Et circumspēctis omnibus, dixit ho-  
mini, Extende manum tuam. Et extendit, &  
restituta est manus eius sana sicut altera. Ipsi  
autem repleti sunt insipientia, & colloque-  
bantur adinuicem, quidnam facerent Iesu.

*Et erat ibi homo, & manus eius dextera erat arida, &c.*  
Itaque hoc loco manum illam quam extendit Adā,  
& interdictæ arboris poma decerpit, succis bono-  
rum factorum salutaribus irrigauit: vt quæ crimine  
aruerat, bonis operibus sanaretur. In quo Iudæos re-  
darguit Christus, qui malis interpretationibus legis  
præcepta violarent, æstimantes sabbato etiā à bo-  
nis operibus feriādum, cum lex in præsentibus for-  
mam præfigurauerit futurorum: in quibus vtique  
malorum feriæ futuræ sunt, non bonorum. Nam li-  
cet sæcularia opera conquiescant, nō otiosus tamen  
boni operis actus est in Dei laude requiescere. Au-  
disti igitur Domini verba dicentis, *Extende manum  
tuam.* Communis ista generalisque medicina est. Et  
tu qui putas manum habere te sanam, caue ne auaritia,  
caue ne sacrilegio contrahatur. Extende sapius  
eam, extēde ad illum pauperem, qui te obsecrat: ex-  
tende vt proximum iuues, vt viduæ præsidium fer-  
ras, eripias iniuriæ, quem vides iniustæ contumeliæ  
subiacere: extende ad Deum pro peccatis tuis. Sic  
manus extenditur, sic sanatur. Sic Hieroboam ma-  
num, cum idolis sacrificaret, cōtraxit; & rursus cum  
Deum rogaret, extendit.

Factum est autem in illis diebus, ascendit  
in montem orare, & erat pernoctans in ora-  
tione Dei.

Non omnis qui orat, ascendit in montem, (est  
enim oratio quæ peccatum facit:) sed qui benè orat,

à terrenis ad superiora progrediens, verticem curæ  
sublimis ascendit. At ille non ascendit in montem,  
qui de sæculi diuitiis, aut de honore sollicitus est, non  
ascendit in montem qui fundi ius optat alieni. Ascen-  
dit ille qui Deum querit, ascendit ille qui cursus sui  
dominica adiumenta deposcit. Omnes magni, om-  
nes sublimes montem ascendunt. Non enim cui-  
cumque Propheta dicit, Ascende in montem excel-  
sum, qui euangelizas Sion: exalta in virtute vocem  
tuam, qui euangelizas Hierusalem. Non vestigiis  
corporalibus, sed factis sublimioribus in hunc mon-  
tem ascende, & sequere Christum, vt ipse esse nos  
possis. Mōtes enim in circuitu eius. Quare in Euan-  
gelio inuenies solos cum Domino montem ascen-  
disse discipulos. Orat ergo Dominus, non vt pro se  
obsecret, sed vt pro me impetret. Nam etsi omnia  
posuerit pater in potestate filij, filius tamen vt ho-  
minis formam impleret, obsecrandum patrem pu-  
tat esse pro nobis, quia aduocatus est noster. Noli  
insidiatrices aperire aures, vt putes filium quasi in-  
firmum rogare, vt impetret quod implere non pos-  
sit. Potestatis auctor, obedientiæ magister, ad præ-  
cepta virtutis suo nos informat exemplo. Aduoca-  
tum, inquit, habemus apud patrem. Si aduocatus est  
debet vtique pro meis interuenire peccatis. Non  
ergo quasi infirmus, sed quasi pius obsecrat. Vis sci-  
re quia quæ velit possit? Et aduocatus & iudex est.  
In altero pietatis officium, in altero insigne est po-  
testatis. *Et erat (inquit) pernoctans in oratione Dei.* Spe-  
cies tibi Christiane datur, forma præscribitur quam  
debeas æmulari. Quid enim te pro salute tua facere  
oportet, quando pro te Christus in oratione pernoctat?  
Quid te facere conuenit, cum vis aliquod pie-  
tatis officiū adoriri, quando Christus missurus Apo-  
stolos, orauit prius, & solus orauit? Nec vsquam ali-  
bi, si non fallor, orasse cum Apostolis reperitur, vbi-  
que solus obsecrat. Dei enim consilium humana vo-  
ta non capiunt, nec quisquam interiorum potest esse  
particeps Christi.

Et cum dies factus esset, vocauit discipulos  
suos: & elegit duodecim ex ipsis (quos & Apo-  
stolos nominauit,) Simonem quem cognominauit  
Petrum, & Andream fratrem eius, Iacobum & Ioannem,  
Philippum & Bartholomæum, Matthæum & Thomam,  
Iacobum Alphæi, & Simonem qui vocatur Zelotes, &  
Iudam Iacobi, & Iudam Iscariotem, qui fuit  
proditor.

Vis scire quia mihi non sibi orauerit? Vocauit (in-  
quit) discipulos suos, & elegit duodecim ex ipsis, quos ad  
propagandū auxilium salutis humanæ per terrarum  
orbem fatores fidei destinaret. Simul aduerte cæle-  
ste consilium: non sapientes aliquos, nō diuites, non  
nobiles, sed piscatores & publicanos, quos dirige-  
ret, elegit; ne traduxisset prudentia, ne redemisset  
diuitiis, ne potentia nobilitatisque auctoritate traxisset  
aliquos ad suam gratiam videretur: vt veritatis ratio,  
non disputationis gratia prævaleret. Eligitur &  
Iudas, non per imprudentiā, sed per prouidentiam.  
Quanta est veritas, quam nec aduersarius minister  
infirmat!

1. Reg. 21.

1. Reg. 22.

Ioan. 7.

Genes. 3.

Hebr. 10.

Esa. 1.

3. Reg. 13.

Psal. 108.

infirmat! Quanta moralitas Domini, qui periclitari  
magis apud nos iudicium suum quam affectum  
maluit! susceperat enim hominis fragilitatem, &  
ideo nec has partes recusauit infirmitatis humanæ.  
Voluit deseri, voluit prodi, voluit ab Apostolo suo  
tradi: vt tu à socio desertus, à socio proditus, moderatè  
feras tuum errasse iudicium, perisse beneficium.

Et descendit cum illis, & stetit in loco cam-  
pestri, & turba discipulorum eius, & multitu-  
do copiosa plebis ab omni Iudæa & Hieru-  
salem, & maritima Tyri & Sidonis, qui vene-  
rant vt audirent eum, & sanarentur à languo-  
ribus suis. Et qui vexabantur à spiritibus im-  
mundis, curabantur. Et omnis turba querebat  
eum tangere: quia virtus de illo exibat, & sa-  
nabat omnes.

Aduerte omnia diligenter, quomodo & cum  
Apostolis ascendat, & descendat ad turbas. Quo-  
modo enim turba nisi in humili Christum videret?  
Non sequitur ad excelsa, non ascendit ad sublimia.  
Denique vbi descendit, inuenit infirmos. In excel-  
sis enim infirmi esse non possunt. Hinc etiam Mat-  
thæus docet, in inferioribus debiles esse sanatos.  
Prius enim vnusquisque sanandus est, vt paulatim  
virtutibus procedentibus ascendere possit ad mon-  
tem. Et ideo quemque in inferioribus sanat, hoc est,  
à libidine reuocat, iniuriā cæcitatibus auertit. Ad vul-  
nera nostra descendit, vt vsu quodam & copia suæ  
naturæ cōparticipes nos faciat esse regni cælestis. Et  
sanabat hos quidē, sed in inferioribus relinquebat.

Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos,  
dicebat.

Videns Iesus turbas, vt apud Matthæum legisti,  
ascendit in montem. Et cum sedisset, accesserunt ad  
eum discipuli eius. Euangelizaturus enim, & bene-  
dictionum de thesauro diuinitatis prompturus ora-  
cula, incipit esse sublimior. Hic autem etsi in humili  
stabat, tamen oculos eleuauit. Sic & cum Lazarum  
suscitaret, infremuit spiritu: sic etiam caput leuauit,  
vt mulieri adulteræ peccata donaret. Quid est enim  
leuare oculos, nisi interius lumen aperire? Denique  
sanctus Matthæus, Aperuit, inquit, os suum: thesau-  
ros scilicet sapientiæ & scientiæ Dei, reclusis adytis  
veteris templi, referauit. Ergo & tu aperi os tuum,  
sed prius vt aperiatur implora. Si enim Paulus in  
adapertione oris sui implorat auxiliū, multo magis  
implorare te conuenit. Ostendit autem tibi clauem  
scientiæ, qua os aperire tuum debeas, dicens Pro-  
pheta, Aperit os tuum verbo Dei. Verbum Dei cla-  
uis tui oris est, clausus scientiæ oris tui clausus est, qua  
laxatis silentij catenis, imperitiæ claustra referan-  
tur.

Beati pauperes: quia vestrum est regnum  
Dei. Beati qui nunc esuritis: quia saturabimini.  
Beati qui nunc fletis: quia ridebitis. Beati  
eritis, cum vos oderint homines, & cum sepa-  
rauerint vos, & exprobrauerint, & eiecerint  
nomen vestrum tanquam malum, propter fi-

lium hominis. Gaudete in illa die & exultate:  
ecce enim merces vestra multa est in cælo.

Quatuor tantum beatitudines sanctus Lucas do-  
minicas posuit, octo verò sanctus Matthæus: sed in  
illis octo istæ quatuor sunt, & in quatuor istis illæ  
octo. Hic enim quatuor velut virtutes amplexus est  
cardinales: ille in illis octo mysticum numerum re-  
ferauit. Pro octaua enim multi inscribuntur Psalmi;  
& mandatum accipis octo illis partem dare, fortal-  
se benedictionibus. Sicut enim spei nostræ octaua  
perfectio est: ita octaua summa virtutum est. Sed  
prius quæ sunt ampliora videamus. Beati (inquit) pau-  
peres, quoniam vestrum est regnum Dei. Primam bene-  
dictionem hanc vterque Euangelista posuit. Ordine  
enim prima est, & parēs quædam generatioque vir-  
tutum: quia qui contempserit sæcularia, ipse mere-  
bitur sempiterna: nec potest quisquam meritum regi-  
ni cælestis adipisci, qui mundi cupiditate pressus,  
emergendi non habet facultatem. Secunda bene-  
dictio, Beati (inquit) mites: Tertia, Beati qui lugent:  
Quarta, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam: Quinta,  
Beati misericordes: Sexta, Beati mundo corde:  
Septima, Beati pacifici. Et benè septima; quoniam  
eo die ab omnibus mundi operibus requieuit Deus.  
Dies enim quietis & pacis est. Octaua, Beati qui per-  
secutionem patiuntur propter iustitiam. Veni Do-  
mine Iesu, doce nos ordinem beatitudinum tuarū.  
(neque enim sine ordine dixisti, primò beatos pau-  
peres spiritu, secundò beatos mites, & tertio beatos  
qui lugent.) Nam etsi cognosco aliquod; tamen ex  
parte cognosco. Si enim Paulus ex parte cognouit;  
quid ego possum cognoscere, qui Paulo quantum vita,  
tantum etiam verbo inferior sum? Vita enim ver-  
bum exigit & acquirit: sermo autem sine vita nō est  
sermo Dei. Quanto me sapientior Paulus? Ille gloriatur  
in periculis, ego in successibus: Ille gloriatur  
quia reuelationibus non extollitur; ego si quæ re-  
uelationes mihi contingerent, gloriarer. Sed tamen  
potest Deus de lapidibus istis homines suscitare, &  
verbum proferre de clausis, vocem elicere de mu-  
tis. Quod si oculos asinæ aperuit vt videret angelū;  
potens est & nobis quoque aperire oculos, vt possi-  
mus Dei videre mysteriū. Beati pauperes. Non omnes  
beati pauperes, paupertas enim media est; possunt  
& boni & mali esse pauperes. Nisi fortè ille intelli-  
gendus pauper beatus, quem Propheta describit,  
dicens, Quia melior pauper iustus, quam diues men-  
dax. Beatus pauper qui clamauit, & Dominus exau-  
diuit eum. Pauper à crimine, pauper à vitiiis, pauper  
in quo mundi princeps nihil inuenit. Pauper, illius  
æmulus pauperis, qui cum diues esset, propter nos  
pauper factus est. Vnde plenè Matthæus aperuit, di-  
cens, Beati pauperes spiritu. Pauper enim spiritu nō  
inflatur, non extollitur mente carnis suæ. Prima er-  
go ista benedictio est, cum deposuero omne peccat-  
um, & exuero omnem malitiam, & simplicitate  
contentus fuero, inops malorum, superest vt & mo-  
res meos temperem. Quid enim mihi prodest care-  
re sæcularibus, nisi fuero mitis atque mansuetus?  
Nam qui sequitur viam rectam, sequitur vtique il-  
lum qui ait, Discite à me quia mitis sum, & humilis  
corde. Deponc igitur quæ improba sunt, egeto di-

Matth. 26.

Esa. 40.

Psal. 124.

Ioan. 13.

1. Ioan. 2.

Ioan. 5.

Sap. 9.

1. Cor. 2.

Matth. 8.

Matth. 5.

Ioan. 11.

Ioan. 8.

Matth. 5.

Coloss. 2.

Eph. 6.

Luc. 11.

Prou. 31.

1. Cor. 1.

Matth. 5.

Psalm. 6.

Eccl. 11.

Matth. 5.

Ibid.

Gen. 2.

Leuit. 25.

1. Cor. 13.

Hebr. 4.

2. Cor. 11.

2. Cor. 12.

Luc. 3.

Num. 22.

Prou. 19.

Psal. 33.

Ioan. 14.

2. Cor. 8.

Matth. 5.

Coloss. 2.

Matth. 11.



*Psalm. 4.*

*1. Reg. 15.*

*Psalm. 5.*

*1. Cor. 4.*

*1. Cor. 15.*

*Prov. 18.*

*Cant. 2.*

*Psalm. 36.*

*Matth. 5.*

*Psalm. 111.*

*Ioan. 3.*

*Psalm. 115.*

*Matth. 20.*

uitiis secundum bonam paupertatem, mitiga affectum tuum, vt non irascaris, aut certè iratus ne peccaueris, iuxta quod scriptum est, Irascimini, & nolite peccare. Præclarum est enim motum tēperare consilio, nec minoris virtutis ducitur, cohibere iracundiam, indignationemque compescere, quàm omnino non irasci, cūm plerumque illud lentius, hoc fortius æstimeretur. Cūm hoc feceris, memento quia peccator es; & lugeto peccata tua, lugeto delicta. Et benè tertia benedictio est peccata desentis, quia Trinitas est quæ peccata condonat. Ablue igitur te lacrymis tuis, fletibus laua. Si tu ipse te fleueris, alius te non flebit. Nam si Saul desisset peccata sua, Samuel eum non fleuisset. Habet vnusquisque quos fleat mortuos suos. Mortui sumus quando peccamus, quando implemur ossibus mortuorum. Mortuus est sermo malus qui exit de ore: exit enim de sepulcro malo. Sepulcrum autem patens est gurgitiorum. Ideo dicit Apostolus, Imitatores mei estote. Vult nos delictorum meminisse nostrorum. Paulus non habebat quod lugeret, ex quo in Christum credidit, & tamen priora desebat, dicens, Quia non sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei. Ille igitur peccator ante fidem, nos verò peccamus post fidem. Qui peccator est, defeat se, & arguat se, vt fiat iustus. Iustus enim accusator est sui. Ordinem igitur persequamur, quia scriptum est, Ordinate in me charitatem. Deposui peccatum, temperaui mores, delicta desleui, esurire incipio & sitire iustitiam. Ager enim cūm in graui morbo est, non esurit, quia ægritudinis dolor famem excludit. Sed quæ ista fames iustitiæ? Qui sunt isti panes quos esurit iustus? Ne fortè panes illi de quibus dictum est, Iuuenis fui, & senui, & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Qui esurit, yti que virium quærit augmentum. Quod autem maius virtutis incrementum, quàm norma iustitiæ? Post hæc: Beati, inquit, misericordes. Iustitiam enim sequitur misericordia. Vnde dictum est, Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in æternum. Sed etiam qui misericordiam defert, mercedem amittit, nisi mūdo corde misereatur. Nam si iactantiam quærat, nullus est fructus. Emunda igitur interiora mentis tuæ: & si diligenter pectoris tui secreta mundaueris, compaterere his qui impugnantur: & intellige quanti hominum, quanti fratrum tuorum auxilium tuum quærant. Sed nisi tu prius interiora tua vacuefeceris ab omni labe peccati, ne dissensiones contentionesque ex affectu tuo prodeant, non potes aliis ferre medicinam. A te igitur pacem incipe, vt cūm fueris ipse pacificus, pacem aliis feras. Quomodo enim potes aliorum corda mundare, nisi tuum antè mundaueris? Profuisti igitur aliis, tulisti auxilium pluribus: festina, contende ad finem. Multi cūm essent, exitus vitæ, vnus Domino compete-  
**M** bat. Nam quod natum erat secundū carnem, oportebat secundum carnem mori. Elegit passionem, vt moreretur pro nobis: tu dic de omnibus quæ retulit tibi Dominus, Calicem salutaris accipiam; hoc est, passionem. Vnde etiam illis qui ad dextram vel ad sinistram sedere cupiebant, ait, Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Vsq̄ue ad finem tēducit, vsque ad martyrium profequitur, ibi consti-

tuit beatitudinum palmam. Vide igitur ordinem. Oportet te fieri pauperem spiritu. Humilitas enim spiritus, diuitiæ virtutum sunt. Nisi pauper fueris, mitis esse non poteris. Qui mitis est, potest lugere præsentia: qui inferiora luget, potest desiderare meliora: qui superiora quærit, inferiora deuicit, vt & ipse à superioribus adiuuetur: qui miseretur, cor suū mundat. Quid est enim mundare animum, nisi fordem mentis ablucere? Elcemofyna enim à morte liberat: patientia verò perfectio est charitatis. Qui autem patitur persecutionem, in vltimo certamine constitutus probatur aduersis, vt cūm legitime certauerit, coronetur. Hos quidem gradus volunt esse virtutum, per quos ab vltimis ad superiora possimus ascendere. Denique sicut incrementa virtutum, ita etiam sunt incrementa præmiorum. Plus est enim Dei esse filium, quàm possidere terram; & consolationem mereri. Sed quia & primum præmium regnum cælorum est, & vltimum præmium regnum cælorum est: numquid æquale præmium incipientibus atque perfectis est? Ne fortè mysticè docemur quia est primum regnum cælorum, illud apostolicum, Dissolui & esse cum Christo. Habes primum regnum, quando sancti rapiuntur in nubibus obuiam Christo in aëra. Multi enim dormientium surgent; isti in vitam æternam, illi in opprobrium. Primum ergo regnum cælorum sanctis propositum est in dissolutione corporis: secundum regnum cælorum est post resurrectionem esse cum Christo. Cūm fueris in regno cælorum, tunc processus est mansionum: & si vnum regnum, diuersa tamen merita sunt in regno cælorum. Post resurrectionem terram tuam incipies possidere absolutus à morte. Ille enim cui dicitur, Terra es, & in terram ibis; non possidet terram suam: non enim potest esse possessor, qui non capit fructum. Absolutus igitur per dominicam crucem (si tamen infra iugum Domini fueris inuentus) consolationem in ipsa possessione reperies: consolationem sequitur delectatio, delectatione diuina miseratio. Quem autem Dominus miseratur, & vocat: qui vocatur, videt vocatē: qui Deum videt, in ius diuinæ generationis assumitur: tūcque demum quasi Dei filius cælestis regni diuitiis delectatur. Ille igitur incipit, hic repletur. Nam & intra hoc sæculum multi in imperio Romano sunt: sed maiorem imperij gratiam qui propiores Imperatori sunt, consequuntur.

Nunc dicamus quemadmodum in quatuor benedictionibus sanctus Lucas benedictiones sit octo complexus. Et quidem scimus virtutes esse quatuor cardinales, Temperantiam, Iustitiam, Prudentiam, Fortitudinem. Qui pauper est spiritu, auarus non est. Qui flet, non superbit; sed mitis est & pacatus. Qui luget, humiliatur. Qui iustus est, non negat quod sit omnibus ad vsum communiter datum. Qui misertur, largitur de suo. Qui suum donat, non quærit alienum, nec dolum proximo suo struit. Connexæ igitur sibi sunt concatenatæque virtutes, vt qui vnā habeat, plures habere videatur: & sanctis vna competit virtus, sed eius quæ fuerit vberior, vberius est præmium. Quanta hospitalitas in Abraham: quanta humilitas: quanta charitas, vt fratris filium ab hoste seruaret? quanta abstinentia, vt nihil de præda quæreret?

*Matth. 5.*

*Prov. 11.*

*Luc. 11.*

*Tob. 4.*

*2. Tim. 2.*

*Philipp. 1.*

*1. Thes. 4.*

*Dan. 12.*

*Ioan. 14.*

*Genes. 3.*

*Rom. 9.*

*Luc. 27.*

*2. Cor. 9.*

*Matth. 25.*

*Gen. 18.*

*Gen. 14.*

*Gen. 15.*

*Matth. 5.*

*Ibid.*

*Psalm. 111.*

*Matth. 5.*

*1. Cor. 1.*

*Matth. 23.*

*Luc. 27.*

*2. Cor. 9.*

*Matth. 25.*

quæreret? Sed quia fide præstitit, fidei præ cæteris meruit principatū. Ergo vnicique plura præmia, quia plura incentiua virtutum. Sed quod in aliquo merito copiosius, hoc etiam in præmio redundanti. Beati igitur pauperes spiritu. Habes temperantiam, quæ à peccato abstinet, sæculum calcas, illecebrosa non quærit. Beati qui esuriunt & sitiunt. Qui enim esurit, esurienti compatitur, compatiendo largitur, largiendo fit iustus: quia iustitia eius manet in æternum. Vnde & in Matthæo sitim & famem intelligimus spiritalem, qua cibus aut potus desideratur iustitiæ, quæ quasi materia quædam virtutum est, vt iustus æqualem se inferioribus præstet, dolum excludat, veritatem requirat. Beati qui nunc fletis: quia videbitis. Habes prudentiam, cuius est flere occidua, & ea quæ æterna sunt quærere: lugere secularia, quæ seipsa impugnent: Deum pacis inquirere, qui stultitia mundi eligat, vt confundat sapientes: & qui ea quæ non sunt destruat, vt quæ sunt possit adipisci. Beati eritis cūm vos oderint homines. Habes fortitudinem, sed eam quæ non odium mereatur ex crimine, sed persecutionem patiatur ex fide. Sic enim ad passionis peruenitur coronam, si gratiā hominum negligas, diuinam sequaris. Denique vt scias consummationem esse fortitudinis passionem, ait,

Secundum hæc enim faciebant Prophetis patres eorum.

Quia Prophetas Iudæi vsque ad mortem corporis persecuti sunt. Est etiam fortitudinis iram vincere, indignationemque cohibere: ac per hoc fortitudo animum iuxta corpusque confirmat, nec perturbari sinit timore aliquo vel dolore; quibus velut prauis interpretibus plerumque percellimur. Ergo temperantia cordis habet animique munditiam, iustitia misericordiam, pacem prudentia, mansuetudinem fortitudo.

Verumtamen vā vobis diuitibus, qui habetis consolationem vestram. Vā vobis qui saturati estis, quia esurietis. Vā vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis.

Licet in pecuniariis copiis multa sint lenocinia delictorum; pleraque tamen sunt etiam incentiua virtutum. Quamquam autem virtus subsidia non requirat, & commendatior sit collatio pauperis, quàm diuitis liberalitas: tamen non eos qui habeant diuitias, sed eos qui vti his nesciant, sententiæ cælestis auctoritate condemnat. Nam vt ille pauper laudabilior, qui prompto largitur affectu, nec impendentis egestatis repagulis inhibetur, inopemque se non putat, qui habet quod naturæ satis est: ita hic diues criminiosior, qui vel Deo referre gratiam de eo debuit quod accepit; nec censum ad communem vsum sine vsu abdere, desolisque terræ incubare thesauris. Non census igitur, sed affectus in crimine est. Et quamquam tota ætate custodiæ miserabilis sollicitas auari mens tendat excubias, & quo nulla pœna grauior est, successorum profutura compendiis anxio timore referuet: tamen quoniam auaritiæ studia, & desideria conge-

rendi, inani quadam voluptate pascuntur: qui consolationem vitæ præsentis habuerunt, remunerationem perpetuæ perdidit. Possimus hic tamen diuitem intelligere populum Iudæorum, vel hæreticos, vel certè mundi philosophos, qui vberitate verborum, & quodam ambitiosæ faciundie patrimonio delectati, simplicitatem veræ fidei supergressi, thesauros inutiles condiderunt. Nōne tibi videtur hæreticus aliquis, cūm audis eum de generatione Domini iuxta vsum sæculi disputantem, diues in verbis, pauper in viribus? qui putat se in hoc tempore locupletes habere diuitias: sed in futuro egestatem suæ fidei recognosceret; cibumque perfidiæ, quem præsentis ætate ructauerit, æterno fidei maceratus ieiunio, causam tanti sciet esse supplicij. Erūtque tempus, vt risus suos lugeant, qui dicta nostra nunc rident. Quibus benè dicitur,

Vā vobis cūm benedixerint vobis omnes homines: secundum hæc enim faciebāt pseudoprophetis patres eorum.

Nōne tibi videtur his dicere, qui dudum in Ariminensi concilio perfidæ præuaricationis auctores, dum Imperatoris gratiam sequuntur, Dei gratiam perdidit? Qui cūm placere potentibus aucupantur, maledictio se perpetuo subdidit. Ergo sanctus Matthæus præmis ad virtutem & fidem populos prouocauit: hic etiam à criminibus atque peccatis futurorum suppliciorum denuntiatione deterruit, qui non otiosè plurimorum factorum cælestium enumeratione progressus, ad benedictionum locum serius venit, vt populos diuinorum miraculis roboratos, vltra legis tramitem virtutum progredi vestigiis edoceret. Fuit canendum illic, vbi adhuc infirmæ plebis corda nutabant: hic tubæ clangore excitanda virtus fuit. Docet hoc libri huius, quæ in processu oratio. Illic qui infirmi sunt, adhuc quodam legis lacte potantur, & ideo per legis tramitem ducuntur ad gratiam; audiunt quæ legis sunt, vt vltra legem, legem sequendo procedant: hic Ecclesia fundator non lacte imbuitur, sed cibo vescitur. Cibus enim validior est charitas.

Sed vobis dico qui auditis, Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos. Benedicite maledicentibus vobis; & orate pro calumniantibus vos. Et qui te percutit in maxillam vnā, præbe illi & alteram. Et ab eo qui aufert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere. Omni autem petenti te, tribue; & qui aufert quæ tua sunt, ne reptas.

Inter tria maxima, spem, fidem, charitatem, maior est charitas. Ordinatur igitur charitas, cūm dicitur, Diligite inimicos vestros: vt compleatur illud Ecclesiæ, quod antè iam dictum est, Ordinate in me charitatem. Ordinatur enim charitas, cūm charitatis præcepta formantur. Vide quàm ab altioribus cœperit, & legem post benedictionis euangelij

Exod. 21.

Math. 5.

ca terga reiecerit. Lex vicissitudinē imperat vltio-  
nis, Euangelium inimicitis charitatem, benignita-  
tem odis, vota maledictis, patientiam perseque-  
ntibus, subsidia esurientibus, & gratiam remunera-  
tionis impertit. Quanto athleta perfectior, qui non  
sentit iniuriam? Et ne videatur Dominus legem  
dissoluere, in beneficiis vicem seruat, quam negligit  
in iniuriis.

Et prout vultis vt faciant vobis homines,  
facite & vos illis similiter.

Vicissitudo ipsa cumulatior est, quando votis  
actus æquantur. Nescit enim virtus mensuram gra-  
tiæ; nec contenta referre quod acceperit, vult cum-  
mulare quod sumpserit; ne inferior sit beneficio,  
licet æquetur officio. Non enim cumulo tantum, sed  
ordine & tempore beneficia pensantur, cum in  
beneficio pari prior sit qui prior cœpit. Beneficus  
enim est qui gratiam cœperit, debitor qui retulerit.

Et si diligitis eos qui vos diligunt, quæ vo-  
bis est gratia? nam & peccatores diligentes se  
diligunt. Et si benefeceritis his qui vobis be-  
nefaciunt, quæ vobis est gratia? siquidem &  
peccatores hoc faciunt. Et si mutuum dederitis  
his à quibus speratis recipere, quæ vobis  
est gratia? nam & peccatores peccatoribus  
fœnerantur, vt recipiant æqualia. Verum tam-  
en diligite inimicos vestros, & benefacite,  
& mutuum date, nihil inde sperantes: & erit  
merces vestra multa; & eritis filij Altissimi,  
quia ipse benignus est super ingratos &  
malos.

Aliud itaque beneficium est beneficij principa-  
tus. nam si qui pecuniam reddidit, non soluit gra-  
tiam, manetque debitor gratiæ, etsi iam non sit pe-  
cuniæ: cur gratiam referendo putemus posse vacua-  
ri, cuius relatio acceptæ magis est testimonium,  
quàm soluti? Bono itaque exemplo imbuitur Chri-  
stianus, vt non contentus iure naturæ, gratiam eius  
requirat. Si enim commune est omnibus, etiam pec-  
catoribus, redamare; cui genus professionis excel-  
sus, studium quoque debet esse virtutis vberius, vt  
diligat etiam non amantes. Nam etsi nulla merita  
diligendi, vsum amoris excludant; non tamen vir-  
tutes excluderint. Sicut enim in eo qui te diligit, pu-  
det gratiam non referre, & gratiæ amore referendæ  
amor tibi eius inolefcit quem antea non amabas:  
ita etiam in eo qui non amat, debes amare virtutem:  
vt dum virtutem amas, incipias eum amare quem  
non amabas; cum rara & caduca remuneratio sit  
amantis, sempiterna virtutis. Quid autem tam mi-  
rum, quàm percutienti maxillam, præbere alteram?  
Nōne omnis indignantis frangitur impetus, ira se-  
datur? Nōne sit per patientiam, vt sua amplius pec-  
nitentia reuerberes verberantem? Ita erit vt & iniu-  
riam repellas, & gratiam quæras. Ac sæpè maximæ  
causæ amoris existunt, cum patientia insolentiæ,  
gratia refertur iniuriæ. Et quidem, vt audire me me-  
mini, vel hoc solo pressum philosophiæ supercilium

Diogenes La-  
ertius in vita  
Platonis.

putamus: quòd in tres partes illa sibi videtur diuifit-  
se iustitiam: vnam in Deum, quæ pietas vocatur: al-  
teram in parentes, vel reliquum humanum genus:  
tertiam in mortuos, vt his exequiarum iusta soluan-  
tur. At verò Dominus Iesus legis oraculum ac phi-  
losophiæ fastigium supergressus, in eos quoque qui  
laserint, pietatis porrexit officium. Etenim si hostis  
qui tecum bello armisque certauerit, depositis ar-  
mis misericordiam suæ salutis adipiscitur, idque ple-  
rumque vel contemplatione naturæ, vel ipsius belli  
iure defertur, vt subiectis vita tribuatur: quanto am-  
plius meliore religionis contuitu deferendum est?  
Nam cum præliatorem appetitæ salutis causa non  
moueat, numquid mouere debet militem pacis? Ita-  
que illud Apostolicum, Quia charitas patiens est,  
benigna est, non æmulatur, non inflatur; in his præ-  
ceptis consummatum videmus. Si patiens est, debet  
patientiam verberanti: si benigna est, non debet re-  
spondere maledictis: si non quarit quæ sua sunt, non  
debet resistere diripienti: si nō æmulatur, odisse non  
debet inimicum. Et tamen apostolicis diuinæ super-  
fluunt præcepta pietatis. Plus est enim donare, quàm  
cedere: plus est amare inimicos, quàm non æmulari.  
Quæ omnia Dominus & dixit, & fecit: Qui cum  
malediceretur, non remaledixit; cum percuteretur,  
non percussit; cum spoliaretur, non restitit; cum  
crucifigeretur, ipsis persecutoribus veniam postula-  
uit, dicens, Pater, dimitte illis, quia nesciunt quid fa-  
ciunt. Criminatores suos excusabat à crimine. Illi  
crucem parabant, hic salutem & gratiam repende-  
bat. Et tamen quoniam studia ipsa virtutum sine re-  
muneratione torpescunt, & exemplum nobis attu-  
lit, & mercedem spondit è cælo, filios Dei futu-  
ros pollicens, qui fuerint imitatores eius. Qui enim  
festinat ad præmium, fastidire nō debet exemplum:  
quia quanto præcellentius præmium, tanto impen-  
sius officium.

Estote ergo misericordes, sicut & pater  
vester misericors est. Nolite iudicare, & non  
iudicabimini: nolite cōdemnare, & non con-  
demnabimini. Dimittite, & dimittimini. Da-  
te, & dabitur vobis. Mēsuram bonam & con-  
fertam, & coagitatam, & supereffluentem da-  
bunt in sinum vestrum. Eadem quippe men-  
sura qua mensi fueritis, remetietur vobis. Di-  
cebat autem illis & similitudinem: Numquid  
potest cæcus cæcum ducere? nōne ambo in  
foueam cadent? Non est discipulus super ma-  
gistrum. Perfectus autem omnis erit, si sit si-  
cut magister eius. Quid autem vides festu-  
cam in oculo fratris tui; trabem autem quæ  
in oculo tuo est, non consideras? Aut quo-  
modo potes dicere fratri tuo, Frater, sine  
eiiciam festucam de oculo tuo: ipse in ocu-  
lo tuo trabem non videns? Hypocrita, ei-  
ce primum trabem de oculo tuo: & tunc  
perspicias vt educas festucam de oculo fra-  
tris tui.

Estote

Math. 5.

Rom. 11.  
Rom. 2.

Estote ergo misericordes, &c. Quanta misericordiæ  
merces, quæ in ius diuinæ adoptionis adsciscitur?  
Sequere igitur misericordiam, vt merearis gratiam.  
Latè patet benignitas Dei; super ingratos pluit, ma-  
lis fœcunda non negat terra prouentus. Idem mun-  
di sol sacrilegos religiososque pariter illuminat. Aut  
vt mysticè ista pendamus, prophetis populum Iu-  
dæorum Dominus pluuiis irrigauit, & solis aterni  
refulsit radiis, etiam non merentibus. Sed quoniam  
illi mundano rore maduerunt, Ecclesia Dei ad cele-  
ste lumen adsciscitur: ita tamen vt illis quoque mi-  
sericordiæ, si credant, prerogatiua seruetur. Nolite  
ergo iudicare, &c. Addit, non temerè iudicandum, ne  
cum sis tui conscius ipse delicti, dum alterum iudi-  
cas, in teipsum cogaris ferre sententiam.

Non est enim arbor bona quæ facit fru-  
ctum malum: neque arbor mala, faciens fru-  
ctum bonum. Vnaquæque enim arbor à fru-  
ctu suo cognoscitur. Neque enim de spinis  
colligunt ficus: neque de rubo vindemiant  
viam. Bonus homo de bono thesauro cordis  
sui profert bonum: & malus homo de malo  
thesauro profert malum. Ex abundantia enim  
cordis os loquitur. Quid autem vocatis me,  
Domine, Domine: & non facitis quæ dico?  
Omnis qui venit ad me, & audit sermones  
meos, & facit eos, ostendam vobis cui similis  
sit: Similis est homini ædificanti domum, qui  
fodit in altum, & posuit fundamentum supra  
petram. Inundatione autem facta, illisum est  
flumen domui illi, & non potuit eam moue-  
re: fundata enim erat supra petram. Qui au-  
tem audit, & nō facit, similis est homini æ-  
dificanti domū suam supra terram sine fun-  
damento: in quam illisus est fluuius, & con-  
tinuò cecidit, & facta est ruina domus illius  
magna.

Non est arbor bona, quæ facit fructum malum, &c. Ma-  
gna hæc disciplina, vt de infructuosis fructuosa non  
quæras, nec de incultis prouentum fœcunditatis  
expectes. Vnicuique enim sua cultura dat fructus.  
Neque enim de spinis colligunt ficus. In spinis istius mun-  
di ficus illa non potest reperiri: quæ quia secundis  
fructibus melior est, bene species ei resurrectionis  
aptatur: vel quia, vt legisti, ficus dederunt grossos  
suos: quòd immaturus, & inutilis, & caducus in sy-  
nagoga fructus antè præcessit: vel quia immatura  
vita nostra est in corpore, matura in resurrectione.  
Et ideo procul à nobis debemus sæculares solici-  
tudines abdicare, quæ mordent animum, mentem  
adurunt, vt maturos fructus culturæ diligentis pos-  
simus adipisci: quod in incultis istius mundi repe-  
rire non possumus, quia non legunt de spinis ficus,  
neque de tribulis vindemiant viam. Alterum ad  
mundum & resurrectionem, alterum ad animam &  
corpus refertur: vel quia nemo peccatis fructum  
æquirit animæ suæ, quæ, sicut vna, proxima terris

corrumpitur, in superioribus maturatur: vel quia ne-  
mo potest damnationem carnis euadere, nisi quem  
Christus redemerit, qui sicut vna pependit in ligno.  
Procul igitur ab illa carne, quæ damnato homini  
tribulos generare præcepta est, leuemus oculos spi-  
ritales, tendamus manus, vt Christum vindemiare  
possimus. Omnium autem fundamentum docet esse  
virtutum obedientiam caelestium præceptorum,  
per quam domus hæc nostra non profluuit volu-  
ptatum, non nequitiae spiritualis incurtu, non imbre  
mundano, non hæreticorum possit nebulosis dispu-  
tationibus commoueri.

CVM autem impleisset omnia verba sua in  
Caures plebis, intrauit Capharnaum. Cen-  
turiōnis autem cuiusdam seruus malè habēs,  
erat moriturus: qui illi erat pretiosus. Et cum  
audisset de Iesu, misit ad eum seniores Iudæo-  
rum, rogans eum vt veniret, & saluaret ser-  
uum eius. At illi cum venissent ad Iesum, ro-  
gabant eum sollicitè, dicentes ei, Quia dignus  
est vt hoc illi prestes. diligit enim gentem no-  
stram: & synagogam ipse ædificauit nobis. Ie-  
sus autem ibat cum illis. Et cum iam non lon-  
gè esset à domo, misit ad eum Centurio ami-  
cos, dicens, Domine, noli vexari. Non enim  
sum dignus vt sub tectum meum intres, pro-  
pter quod & meipsum non sum dignum ar-  
bitratus vt venirem ad te: sed dic verbo, & sa-  
nabitur puer meus. Nam & ego homo sum  
sub potestate constitutus, habens sub me mi-  
lites: & dico huic, Vade, & vadit: & alij, Veni,  
& venit: & seruo meo, Fac hoc, & facit. Quo  
audito, Iesus miratus est.

Pulchrè vbi præcepta compleuit, suorum præ-  
ceptorum formam exequi docet. Nam statim gen-  
tilis Centuriōnis seruus Domino curandus offer-  
tur, in quo populus nationum, qui mundanæ fer-  
uitutis vinculis tenebatur, æger letalibus passioni-  
bus, beneficio Domini sanandus exprimitur. Quòd  
autem moriturum dixit Euangelista, non fœellit.  
Moriturus enim erat, nisi fuisset sanatus à Chri-  
sto. Impleuit igitur præceptum charitate caelesti,  
qui sic dilexit inimicos, vt morti eriperet, atque  
ad perpetuæ spem salutis adscisceret. Quantum  
autem diuinæ humilitatis insigne, vt cæli Do-  
minus nequaquam dedignaretur Centuriōnis ser-  
uulum visitare? Elucet fides in operibus, sed  
plus operatur humanitas in affectibus. Quod  
vtique non ideo faciebat, quia absens curare non  
poterat, sed vt formam tibi daret imitandæ hu-  
militatis, qua iuxta humilioribus doceret ac su-  
perioribus deferendum. Denique alibi regulo di-  
cit, Vade, filius tuus viuit: vt scias & potentiam  
diuinitatis, & humilitatis gratiam. Ibi noluit per-  
gere, ne in reguli filio videretur magis diuinitis de-  
tulisse: hic ipse perrexit, ne videretur in Centurio-  
E iij

Cant. 1.

Gen. 3.

Math. 7.

CAP. VII.

Luc. 6.

Iob. 4.

Galat. 3.

nis famulo conditionem despexisse seruilem. Omnes enim, seruus & liber, in Christo unum sumus. Sed vide fidem prerogatiuam esse medicina. Aduerte etiam in ipso populo gentili perspicaciam esse mysterij. Dominus pergit, excusat Centurio, militarique deposito timore reuerentiam sumit, ad fidem facilis, ad honorificentiam promptus. Et bene Lucas etiam in occursum amicos dicit esse a Centurione transmissos, ne presentia sua grauari Domini verecundiam videretur, & officium officio pro-uocasse. Hæc moraliter. Mysticè autem, quem Iudæorum populus crucifixit, inuiolatum ab iniuria manere desiderat populus nationum: & quod ad fidem pertinet, sermoni credidit; hoc est, non hominis, sed Dei potestate coniciens dari à Christo hominibus sanitatem: quod verò ad mysterium spectat, vidit in pectora adhuc gentilium non esse penetrabilem Christum. Et ideo quia necdum cogitationis præteritæ maculas abluisset, grauari se magis Domini dignatione putauit. Sic illa vidua Sareptana indignam se prophetico iudicauit hospicio. Ideoque Dominus in vno isto fidem gentium præfert: Namque,

3. Reg. 17.

Et conuersus, sequentibus se turbis dixit, Amen dico vobis, in nullo tantam fidem inueni in Israël. Et reuersi qui missi fuerant, domum, inuenerunt seruum qui languerat, sanum.

Et quidem si legas, *In nullo tantam fidem inueni in Israël*, simplex intellectus & facilis est. Sin verò iuxta Græcos, *Nec in Israël tantam fidem inueni*, fides huius etiam electioribus & Deum videntibus antefertur. Videte autem œconomiam: probatur fides domini, & serui sanitas roboratur. Potest ergo meritum domini etiam famulis suffragari; non solum fidei merito, sed etiam studio disciplinæ. Spectate etiam alteram œconomiam: Dominus quæ non spondet, operatur. Nam etsi nondum imperauerat sanitatem, tamen qui missi fuerant, sanum seruum repererunt.

Et factum est, deinceps ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Nain, & ibant cum illo discipuli eius & turba copiosa. Cum autem appropinquaret portæ ciuitatis, & ecce efferebatur defunctus filius vnicus matris suæ; & hæc vidua erat: & turba multa ciuitatis cum illa. Quam cum videret Dominus, misericordia motus dixit illi, Noli flere. Et accessit, & tetigit loculum. Hi autè qui portabant, steterunt. Et ait, Adolefcens, tibi dico, surge. Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui: & dedit illum matri suæ. Accepit autem omnes timor, & magnificabant Deum, dicentes, Quia Propheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitauit plebem suam. Et exiit hic sermo in vniuersam Iudæam de eo, & in omnem circa regionem.

Et hic locus ad vtramque redundat gratiam, & vt citò flecti diuinam misericordiam matris viduæ lamentatione credamus, eius præcipuè quæ vnici filij vel labore vel morte frangatur; cui tamen viduæ grauitatis meritum exequiarum turba conciliet: & vt hanc viduam populorum turba septam, plus videri esse quàm fœminâ, quæ resurrectionem vnici & adolefcens filijs suis lacrymis meruerit impetrare; eo quod sancta Ecclesia populum iuniorum à pompa funeris, atque à supremis sepulcri, suarum reuocet ad vitam contemplatione lacrymarum; quæ flere prohibetur eum cui resurrectio debebatur. Qui quidem mortuus in loco materialibus quatuor ad sepulcrum ferebatur elementis, sed spem resurgendi habebat, quia ferebatur in ligno. Quod etsi nobis antè non proderat, tamen postquam Iesus id tetigit, proficere cœpit ad vitam; vt esset indicio salutem populo per crucis patibulum refundendam. Audito igitur Dei verbo, steterunt acerbi illi funeris portitores, qui corpus humanum letali fluxu naturæ materialis vrgebant. Quid enim aliud, nisi quasi in quodam feretro, hoc est, supremi funeris instrumento iacemus exanimis, cum vel ignis immodica cupiditatis exastuat, vel frigidus humor exundat, vel pigra quadam terreni corporis habitudine vigor hebetatur animorum, vel concreta noster spiritus labe, puræ lucis vacuus mentem alit? Hi sunt nostri funeris portitores. Sed quamuis suprema mortis spem vitæ omnis aboluerint, & tumulo proxima corpora iaceant defunctorum; verbo tamen Dei iam mortua resurgunt cadauera, vox redivit, redditur filius matri, reuocatur à tumulo, eripitur à sepulcro. Quis iste est tumulus tuus, nisi mali mores? Tumulus tuus perfidia est, sepulcrum tuum guttur est. Sepulcrum enim patès est guttur eorum, vnde verba mortua proferuntur. Ab hoc sepulcro te liberat Christus, ab hoc tumulo surges, si audias verbum Dei. Et si graue peccatum est, quod pœnitentiæ lacrymis ipse lauare non possis, fleat pro te mater Ecclesia, quæ pro singulis tanquam pro vnici filijs vidua mater interuenit. Compatitur enim quodam spiritali dolore naturæ, cum suos liberos letalibus vitiis ad mortem cernit vrgeri. Viscera sumus de visceribus eius. Sunt enim & spiritalia viscera, quæ habet Paulus, dicens, Ita frater ego te fruor in Domino, refice viscera mea in Christo. Nos ergo viscera sumus Ecclesiæ, quoniam membra sumus corporis eius, de carne eius, & de ossibus eius. Doleat igitur pia mater, assistat & turba, nec solum turba, sed etiam multa, compatiatur bonæ parenti: iam resurges à funere, iam liberaberis à sepulcro. Stabant illi ministri tui funeris, incipies vitalia loqui, timebunt omnes. Vnius enim exemplo plurimi corriguntur. Laudabunt etiam Deum, qui tanta nobis remedia vitandæ mortis indulserit.

Et nunciauerunt Ioanni discipuli eius de omnibus his. Et aduocauit duos ex discipulis suis Ioannes, & misit ad Iesum, dicens, Tu es qui venturus es, an aliū expectamus? Cum autè venissent ad eum viri, dixerunt, Ioannes Baptista misit nos ad te, dicens, Tu es qui venturus es, an

Psal. 5.  
Ioan. 5.

Philem.  
Ephes. 5.

es, an alium expectamus? In ipsa autem hora multos curauit à languoribus suis & plagis, & spiritibus malis; & cæcis multis donauit visum.

Non simplex intellectus in simplicibus est verbis. Alioquin præsentibus superiora compugnant. Quomodo enim Ioannes, quem in superioribus Deo patre demonstrante cognouit, hinc nescit? Quomodo & ibi quem antè nesciuit, agnouit: & hinc quem iam antè sciebat, ignorat? Nesciebam, inquit, eum: sed qui misit me baptizare, ipse mihi dixit, Super quem videris spiritum descendentem de caelo. Et dicto credidit, & demonstratum agnouit, & baptizatum adorauit, & venientem prophetauit. Denique ego, inquit, vidi, & testimonium perhibui, quoniam hic est filius Dei. Vnde ergo fieri posset vt sic Propheta tātus erraret, vt de quo dixerat, Ecce qui tollit peccatum mundi, adhuc eum Dei filium esse non crederet? Aut enim insolentia est, diuina ei tribuere quem nescias; aut de Dei filio dubitasse, perfidia est. Non cadit igitur in talem Prophetam tanti erroris suspicio. Itaque si intellectus simplicis formæ compugnat, spiritalem quæramus figuram. Et quia suprâ iam diximus, in Ioanne typum esse legis, quæ præ-nuntia fuit Christi: rectè lex quæ pectoribus perfidorum, tanquam æterna carceribus luce vacuatis, corporaliter tenebatur inclusa, quæ viscera fœcunda pœnarum, & fores amentia coërcerent, plenum exitū testimonij dominicæ dispensationis sine Euangelij nequit ad stipulatione proferre. Prophetauit quidem lex in Exodo baptismatis gratiam per nubem & mare, spiritalem in agno præ-nuntiauit escam, fontem perennem designauit in petra, remissionem peccatorum in Leuitico reuelauit, regnum cœlorum annuntiauit in Psalmis, terram repromissionis in Iesu Naue manifestissime declarauit. Hæc omnia cum Ioannis quoque congruunt testimonio; sed tamen tyrannicis mundi istius potestatibus quo minus lucem dominicæ resurrectionis effunderet, inclusa cohibetur. Mitit ergo discipulos suos ad Christum Ioannes, vt supplementum scientiæ consequantur; quia plenitudo legis Christus est: vt quoniam nutat plerūque dicta sine factis, & fides plenior gestorum testificationibus quàm verborum sponsonibus exhibetur, quæ tunc in pectoribus Iudæorum velut obserata lege nutabant, ipso spectaculo dominicæ crucis, & pleno resurrectionis testimonio panderetur. Et fortasse isti discipuli sunt duo populi, quorum vnus ex Iudæis credidit, alter ex gentibus; qui ideo credidit, quia audiuit. Voluerunt ergo isti videre propter illud, Vestri autem beati oculi qui vident, & aures vestræ quæ audiunt. Sed etiam nos vidimus in Ioanne, oculis nostris perspeximus. in Apostolis, & manibus nostris perferutati sumus in Thomæ digitis. Quod enim erat ab initio, quod audiuius, & quod vidimus, oculis nostris perspeximus, & manus nostræ scrutatæ sunt de verbo vitæ, & vita apparuit nobis. Quando apparuit? Quando vidimus. Non sic apparebat antequam videretur. Gratias ergo Domino, qui crucifixus est pro fide nostra, crucifixus pro cupiditatibus nostris. Mens mea in illo crucifixus est. Itaque & nunc qui vetus testamentum re-

Luc. 3.

Ioan. 1.

Ibid.

Ibid.

In Luc. cap. 3.  
Galat. 3.

Exod. 14.

Exod. 12.

Exod. 17.

Leuit. 25.

Rom. 10.

Ioan. 19.

Act. 1.

Ioan. 20.

1. Ioan. 2.

Rom. 4.

Galat. 6.

centent antequam cognoscant Euangelium, & quasi quædam dominici corporis legunt vestigia, venturum putant, & requirunt: vtrum ipse sit Christus Dei filius, qui venturus est. Et cum legunt quando cum Abraham locutus est, vel quando se ducem militiæ cælestis ostendit, dicunt utique, *Tu es qui venturus es, an alium expectamus?* Cum autem venerint ad Euangelium, & cognouerint illuminari cæcos, & ambulare claudos, audire surdos, mundatos esse leprosos, mortuos resurrexisse, tunc dicunt, Vidimus eum, & oculis nostris perspeximus, & in vestigia clauorum eius digitos nostros inseruimus. Videmur enim nobis vidisse quem legimus, spectasse pendente, & vulnera eius spiritu Ecclesiæ scrutante tractasse. Si enim digito Dei ciciuntur dæmonia, fides quoque digito Ecclesiæ reperitur. Aut fortasse in parte quadam operatrice corporis nostri omnes videmur inuestigasse dominicæ feriem passionis. Fides enim per paucos ad plures peruenit. Lex ergo Christum venturum annuntiat, Euangelij scriptura venisse confirmat. Nonnulli etiam Prophetam, vt Christum agnosceret, annuntiauerunt remissionem peccatorum futuram; sed tamen non tamquam dubium, sed tamquam pium vatem, quem venturum crederat, non credidisse moriturum. Non igitur fide, sed pietate dubitauit. Dubitauit & Petrus, dicens, Pietius tibi esto Domine, non fiat hoc. Ille fidei princeps, cui se Christus nondum Dei filium dixerat, & tamen ille crediderat, de morte Christi nec Christo credidit. Pietatis affectus, non in deuotionis est lapsus. Denique alibi lauari sibi pedes recusat, vbi mysterium nō agnoscit, dum dominico gratuat obsequio. Ergo moriturum Christum nec sancti crediderunt. Quod enim oculis non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, hæc præparauit Deus diligentibus eum. Religiosus itaque lapsus amoris fidem non impedit. Denique Dominus sciens, neminem sine Euangelio plenè credere posse; quia sicut fides à veteri incipit testamento, ita impletur in nouo; interrogatus de se, non verbo aliquo, sed factis se esse signauit.

Et respondens, dixit illis, *Ite, renuntiate Ioanni quæ audistis, & vidistis. Cæci vident, claudi ambulant, surdi audiunt, leprosi mundantur, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur.*

Plenum sanè testimonium quod Dominum Propheta cognosceret. De ipso enim, non de alio fuerat prophetatum: quia Dominus dat escam esuriētibus, Dominus erigit elisos, Dominus soluit compeditos, Dominus illuminat cæcos, Dominus diligit iustos, Dominus custodit aduenas, orphanum & viduam suscipiet, & viam peccatorum exterminabit. Quis ista, inquit, faciet? Regnabit Dominus in æternum. Ergo non humanæ ista, sed diuinæ virtutis insignia sunt, cæcis perpetuæ noctis tenebras aperire, defossorumque oculorum vulnera infusa luce sanare, auditū auribus insinuare surdorum, laxatis soluta membra reformare cōpagibus, in lucē quoque re-fuso vigore viuendi reuocare defunctos. Hæc ante

Genes. 18. & 22.  
Ios. 5.

1. Ioan. 1.  
Ioan. 20.

Luc. 11.

Matth. 16.

Ibid.

Ioan. 13.

1. Cor. 2.

Psalm. 14.

Ibid.

Esaï. 35.



Tob. 11.

3. Reg. 17.

4. Reg. 5.

3. Reg. 17.

Euangelium vel rara, vel nulla. Receperit licet Tobias oculos, vnus est in exemplum; & tamen angeli fuit illa medicina, non hominis. Elias mortuum suscitauerit, ille tamen rogauit & fleuit, hic iussit. Eliseus leprosum mundari fecerit; non tamen illic valuit præcepti auctoritas, sed figura mysterij. Non defecerit ad escam viduæ esurientis, prophetice se multiplicans farina præceptis; vnam tamen viduam farina illa, vel potius eadem quoque sacramenti species præfigurata seruaui. Sed tamen parua adhuc ista dominicæ testificationis exempla sunt: plenitudo fidei, crux Domini, obitus, sepultura est. Et ideo cum illa superiora dixisset, addidit,

Et beatus qui in me non fuerit scandalizatus.

Matth. 24.

Ioan. 1.

Matth. 24. 2. Thess. 2.

Crux etiam electis scandalum posset afferre. Sed nullum hoc maius diuinæ personæ est testimonium, nihil est quod magis esse vltra humana videatur, quam toto vnus se obrulisse pro mundo, hoc vel solo plene Dominus declaratur. Denique sic designatus est à Ioanne, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Verum hoc non duobus illis viris Ioannis discipulis, sed nobis omnibus responderet, vt ita credamus in Christum, si facta conueniant. Veniet enim qui hoc sibi nomē vsurpet, quem licet nominis non queas appellatione fecernere, factorum tamen consideratione discernas.

Et cum discessissent discipuli Ioannis, cepit de Ioanne dicere ad turbas, Quid existis in desertum videre? arundinem vento moueri?

Vbi præmonuit discipulos Ioannis, in crucē dominicā esse credendū, redeuntibus illis, cōuersus ad turbas cepit ad virtutem pauperes prouocare, ne exaltati corde, mente instabiles, cōsilio infirmi, speciosa vtilibus, æternis caduca præferrent, sed humili spiritu crucē potius tollerent, quam phaleras mūdi huius extollerent; & quasi beati pauperes, qui nihil haberent sæculi quod amitterent, libenter corporis vitam cum immortalī gloria commutarent. Non otiose igitur sancti Ioannis hinc persona laudatur, qui vitæ amore posthabito, iustitiæ formam nec mortis terrore mutauit. Quid (inquit) existis in desertum videre? Deserto mundus hic comparari videtur, adhuc incultus, adhuc sterilis, adhuc infœcundus, in quem negat nobis ita Dominus prodeundum, vt mente carnis inflatos vacuosque virtutis internæ viros, & fragili se gloriæ sæcularis sublimitate iactantes, pro exemplari quodam & imagine nobis putemus imitandos, quos procellis mundi huius obnoxios vita mobilis inquietat, iure aridini comparandos, in quibus solidæ iustitiæ nullus est fructus, qui forensibus criniti phaleris, nodis obfiti, vacuo oris strepitu sonori, nulla sui vtilitate, frequenti etiam offensione, intus inania, foris speciosa sectantur. Arundines sumus, nulla validioris naturæ radice fundati. Et si leuis aspirauerit prosperioris aura succellus, vago motu proximos verberamus, inopes ad susfragandum, faciles ad nocendum. Arundines fluuios amant, & nos labentia mundi caducæque

Matth. 5.

Matth. 6.

delectant. Tamen hanc arundinem si quis de terræ euellat plantariis, & superfluis exuat, expolians veterem hominem cum actibus eius, & scribæ velociter scribentis manu temperet, incipit non arundo esse, sed calamus, qui præcepta cælestium scripturarum penetralibus imprimat mentis, tabulis cordis inscribat. De quo calamo habes dictum, Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis: quod ad Christum alij referre volunt. Vno igitur loco & verbum & calamus legitur & scriba. Verbum, quia de genitrali patris processit arcano: Erucltauit cor meū verbum bonum. Calamus, quia caro Christi paternæ seriem voluntatis expressit, & linguæ mandata diuinæ sacri effusione cruoris impleuit. Scriba, quia calamo suo indiuidua quadam distinctione, noui & veteris testamenti, vel diuinitatis & carnis, paternæ nobis dispositionis mysteria reuelauit. Hunc calamum imitare tuæ carnis temperamento. Et calamum tuum, hoc est, carnem tuam tinge, non atramento, sed spiritu Dei viuit, vt quod scribis, æternum sit. Tali calamo Paulus illam epistolam scripsit de qua dicit, Epistola nostra vos estis, scripta non atramento, sed spiritu Dei viui. Tinge carnem tuam in Christi sanguine, sicut scriptum est, Vt tingatur pes tuus in sanguine. Et tu ergo vestigium animi tui, & mentis incessum, indubitata confessione crucis dominicæ tinge. Tings carnem tuam in Christi sanguine, si vitia diluas, peccata detergas, mortem Christi in tua carne circumferas, sicut Apostolus docuit, dicens, Mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferetes. Noli ad terrena inflecti, ne tuam arundinem frangas. Et ideo de Christo prophetatum est, Arundinem quassatam non confringet: quoniam carnem quam peccata quassauerant, resurrectionis virtute solidauit. Bona arundo caro Christi, quæ serpentis caput, & mundanæ cupiditatis illecebras patibulo crucis affixit.

Sed quid existis videre? hominem molli- bus vestimentis indutum?

Non hic Domino de vestibus sermo; quamquam plerisque mollioris cura vestis effeminet, qui quasi lanæ onus ferre non possint, sericas vestes tectis per terram verrunt vestigiis, vsūque faciunt vt amictus oneri sit. Sed tamen alia videtur hic indumenta signare, & nisi fallor, humana corpora, quibus anima nostra vestitur. Denique & Ioseph tunica ad speciem dominici corporis cruentata est. Et apostolicum illud, Exuens, principatus & potestates omnes traduxit: quid aliud ostendit, nisi vice indumentis corpus fuisse, quo se ita expoliavit Dominus in passione, vt diuinitas libera immunisque maneret iniuriæ? Totus igitur hic locus exemplo nos prophetico ad virtutem subeundæ passionis hortatur. Denique addit,

Ecce qui in veste pretiosa sunt & deliciis, in domibus regum sunt.

Sunt etiam mollia indumenta deliciofi actus & mores, propter quod nos hortatur Apostolus, vt expoliantes veterem hominem cum actibus eius, induamus nouum, in quo non dulcis illecebra sit, ludisque lasciuia, sed vsus laboris & fructus,

Coloss. 3.

2. Cor. 3.

Psal. 44.

ibid.

Matth. 13.

2. Cor. 3.

Psal. 67.

2. Cor. 4.

Esa. 42.

Gen. 3.

Coloss. 2.

Genes. 37.

Coloss. 2.

Coloss. 3.

Eph. 6.

Luc. 22.

Malach. 3.

Luc. 16.

Matth. 13.

Matth. 3.

Deut. 18.

ibid.

Act. 3.

Iob. 22.

Matth. 11.

ibid.

Luc. 17.

Iob. 17. 14.

eo quod tenera corporis cura, luxurique, & lasciuia- rum cupiditate mollitos, nequaquam cælestis aula suscipiat, ad quam duris laboriosa gradibus virtutis ascenditur. Hi verò quibus fluida deliciis membra soluuntur, regni cælestis extorres, intra mundi huius habitacula consenscunt, quos rectores huius mundi atque tenebrarum vocat Apostolus. Hi reges quia sæculari quadam potestate dominantur, suorum æmulos operum receperunt.

Sed quid existis videre? Prophetam? Vtique dico vobis, & plus quam Prophetam. Hic est de quo scriptum est, Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Dico enim vobis, maior inter natos mulierum Propheta Ioanne Baptista nemo est.

Hunc nobis Dominus imitandum proponit, qui viam Domino non solum nascendi secundum carnem ordine, fideique nuntio, sed etiā præcursu quodam gloriosæ parauerat passionis. Maior sanè Propheta, in quo finis est Prophetarū. Maior Propheta, quia multi cupierūt videre quē iste prophetauit, quē iste conspexit, quem iste baptizauit: Sed tamē nunquid & illo maior, de quo Moyses dixit, Quia Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vester: De quo dixit, Erit autē, omnis anima quæ non audierit Prophetā illum, exterminabitur de plebe? Si igitur Christus Propheta, quomodo maior hic omnibus? Numquid Christum Prophetā negamus? Immo & Dominum Prophetarū confitemur: Ioannē autem Prophetam assero, & eum omnibus dico esse maiorem, sed inter mulieris, non virginis natos. Maior enim fuit iis quibus æqualis esse poterat forte nascendi. Alia ista natura est, nec cum humanis generationibus comparanda. Non potest homini cum Deo esse vlla collatio: suis enim quisque præfertur. Denique eousque cum Dei filio non poterat Ioannis vlla esse collatio: vnde & infra angelos æstimatur. nam sequitur,

Tamen qui minor est in regno cælorum, maior est eo.

Etenim quoniam angelum dixerat, hominibus iure prælatus est: & quia inter natos mulierum declarauerat potioem, ideo addidit, Tamen qui minor est in regno cælorum, maior est eo: vt angelis scires esse cedendum. Merito autē Ioannes suis præfertur æqualibus, à cuius diebus regnum cælorum cogitur. Quæ subobscura videtur esse locutio, & ideo eam de alio libro Euangelij putauimus deriuandam. Nam si litteram sequamur, vtique inferior à potiore cogitur: regnum autem cæli præstat humanis. Sed cum sint aliqua quæ cogendo densari feruntur, non est absurdum quia cogitur regnum, quando à pluribus frequentatur. Cogentesque diripiunt illud. Si repetamus dominicum illud quod scriptum est, dicente filio Dei, Regnum Dei intra vos est: aduertimus in nobis regnum cælestis solidari, cum Christus explorato mundani principis regno, fugatisque deliciis sæcularibus, intra nostrorum secreta regnat animo-

rum. Vis igitur menti afferatur humanæ, quæ diuersis illecebris delinita laborem fugit, voluptatem expectit, cum vel metu supplicij coercita, vel pramio prouocata vincere ipsa se nititur, & tamquam exantlatis laboribus palmam quæ sibi plurimis aduersantibus subtrahebatur, cōtendit eripere. Rapimus enim ex hoc mundo palmam salutis, & quasi excubantibus obseffos serpētibus fructus peruitigli labore decerpimus, ita tamen, vt non furtiua sublatio, sed directio sit triumphalis. Est & aliud direptionis genus, quando aliis oblata diripimus. Qui sint igitur raptores isti non laboramus intelligere, cum & de Beniamin lupi rapacis genere nos manare nouerimus. Præcesserat Ioannes, vt iustificaret populum Iudæorum, ipse Dominus venerat ad oues perditas domus Israël, Apostolos destinauerat, vt fidem populi Iudæorum vel disputatione, vel signis miraculisque fundarent: sed cum illi munera sibi oblata defugerent, publicani & peccatores in Deum credere, in fidem coire cœperunt. In his igitur apostolica prædicatione regnum cælorum cogitur, & fidelis populi conspiratione solidatur. Diripuit regnum illa, quæ fluxu sanguinis laborabat. Nam cum Dominus ad filiam principis synagogæ tenderet, furtiuo quodam tactu sanitatis remedium prælibauit. Diripuit regnum illa Chananæa, quæ à suis finibus egressa clamabat, dicens, Miserere mei Domine fili Dauid, filia mea malè à dæmonio vexatur. Verè hæc regnum cœgit, pertinax in precibus, sapiēs in responsis, fidelis in verbis. Prætereuntem reuocat, tacetem rogat, excusantem adorat, negantem inclinat. Nonne tibi videtur diripere, cum elicit quod negatur? præripere quod aliis reseruatur? Negauerat enim Dominus, panem filiorum dari canibus oportere: at illa consensit, & consentiendo diripuit, dicens, Vtique Domine: nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Didicisti quemadmodum regnum cælestis rapiatur. Cogamus igitur & nos, diripiamus illud. Nemo enim nisi festinans pascha manducat. Sed quæ est ista quæ rapit regnum? Non improbitas, non lasciuia, non voluptas, sed illa de qua dicitur, Magna est fides tua, fiat tibi sicut vis. Ecce rapuit, quæ quod voluit impetrauit; quod rogauit extorsit. Rapuit & illa vidua, quæ frequenter orando, si non propter innocentiam, saltem propter importunitatem vt exaudiretur extorsit. Rapuit igitur Ecclesia à synagoga regnum. Regnum meum Christus est, rapio illum Iudæis missum sub lege, natum sub lege, nutritum iuxta legem, vt me qui eram sine lege saluaret. Rapitur Christus, cum aliis promittitur, aliis prædestinatur. Rapitur Christus, cum aliis nascitur, aliis suffragatur. Rapitur Christus, cum ab aliis occiditur, à nobis sepelitur. Rapitur insidiantibus, rapitur dormientibus. Habes vbi ipsi confessi sunt nos rapuisse, se dormisse, dicentes, Dicite, Quia discipuli eius nocte venerunt, & furati sunt eum nobis dormientibus. Surge igitur qui dormis, ne & tu cum dormis, Christum amittas. Surge qui dormis, & exurge à mortuis. Vides mortuos esse qui dormiunt? Et ideo non inuidemus aliis, sed prouidemus nobis. Non enim mortui poterant seruari uiuentem. Exurgant vel serò qui dormierunt,

Gen. 49.

Luc. 1.

Matth. 15.

Matth. 21.

Act. 13.

Luc. 8.

Matth. 15.

Ibid.

Exod. 12.

Matth. 15.

Luc. 18.

Galat. 4.

Matth. 28.

Ephes. 5.

Cantic. 3.

Hierem. 23.  
Rom. 5.

Ioan. 11.

etiam qui Christum perdidit. Non sic amittitur G  
Christus, ut non reperitur, si tamen requiratur: sed  
vigilantibus regreditur, & exurgentibus præsto est,  
immò omnibus adest, quia ubique semper est, qui  
complet omnia. Nulli enim deficit, nos deficiamus.  
Nulli, inquam, deficit, superabundat omnibus. Su-  
perabundavit enim peccatum, ut superabundaret  
gratia. Gratia Christus est, vita Christus est, Chri-  
stus est resurrectio. Qui surgit igitur, inuenit esse præ-  
sentem. Rapitur enim regnum caelorum, cum Chri-  
stus à domesticis denegatur, à gentibus adoratur.  
Rapitur cum ab illis repudiatur, à nobis colitur. Ra-  
pitur cum per hæreditatem non agnoscitur, per ad-  
optionem acquiritur.

SANCTI AMBROSII  
COMMENTARIORVM IN  
EVANGELIUM SECUN-  
DVM LVCAM,

LIBER SEXTVS.

ET omnis populus audiens & Publicani  
iustificauerunt Deum, baptizati bap-  
tismo Ioannis: Pharisei autè & Legis periti con-  
siliium Dei spreuerunt in semetipsos, non bap-  
tizati ab eo.



PER VIT sanctus Lucas specialibus ad-  
ditis, quod quasi generalibus sanctus  
Matthæus subobscurum reliquerat. Ille  
enim ait, Et iustificata est sapientia à fi-  
liis suis. Primum quæ sit illa sapientia iu-  
stificata, hic videmus expressum. Ait enim, *Iustifica-*  
*uerunt Deum.* Deus ergo sapientia est, quia sapientia  
Dei filius est. Sapientia per naturam, non per profes-  
sum. Alia est sapientia virtus Dei patris, alia sapien-  
tia virtus animæ. Illa genita est, hæc creata. Alia sa-  
pientia auctor operum, alia opus. Opus enim men-  
tis, sapere prudenter, sentire viuaciter. Hæc dona na-  
turæ sunt. Operator autem nõ creatura est, sed crea-  
tor; hoc est, non naturæ munus, sed munerator natu-  
ræ. Iustificatur igitur Deus ipse per baptismum, dum se homines peccata propria confitendo iustifi-  
cant, sicut scriptum est, Dic tu iniquitates tuas, ut  
iustificeris. Et iustificatur in eo, quia non per contu-  
maciam refutatur, sed per iustitiam Dei munus ag-  
noscitur. Iustus enim Dominus, & iustitias dilexit.  
In eo ergo iustificatio Dei est, si non ad indignos &  
obnoxios, sed ad innocentes per ablutionem factos  
videatur & iustos sua munera transtulisse. Iustifice-  
mus igitur Dominum, ut iustificemur à Domino.  
Quid sit iustificari Deum, impensius requiramus.  
Apostolus dicit, Sit autè Deus verax, omnis autem  
homo mendax, sicut scriptum est, Ut iustificeris in  
sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Dauid  
quoque dicit, Tibi soli peccaui, & malum coram te  
feci, ut iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum  
iudicaris. Ergo is qui peccat, & confitetur Deo pec-  
catum, iustificat Deum cedens ei vincenti, & ab eo  
gratiam sperans. In baptizate igitur iustificatur

Matth. 11.

1. Cor. 1.

Esai. 43.

Psal. 10.

Rom. 3.

Psal. 50.

Deus, in quo est confessio & venia peccatorum. Non  
contemnamus igitur sicut Pharisei consilium Dei.  
Consilium Dei est in baptizate Ioannis: quis igitur  
dubitet Dei esse consilium in Christi lauacro? Hoc  
est consilium quod magni consilij angelus reperit,  
quod nemo cognouit. Quis enim cognouit sensum  
Domini? Hominis consilium nemo contemnit. Dei  
consilium quis refutat? Ergo quasi filij matrem iusti-  
ficemus, matrem sequamur. Scimus quia mater pro  
filiis se offert periculo. Matris sapientiæ consilio,  
matris obediamus imperio.

Ait autem Dominus, Cui ergo similes di-  
cam homines generationis huius; & cui simi-  
les sunt? Similes sunt pueris sedentibus in fo-  
ro, & loquentibus adinuicem, & dicentibus,  
Cantauimus vobis, & non saltastis: lamenta-  
uimus, & non plorastis. Venit enim Ioannes  
Baptista neque manducans panem, neque bi-  
bens vinum; & dicitis, Dæmonium habet. Ve-  
nit Filius hominis manducans & bibens, & di-  
citis, Ecce homo deuorator, & bibens vinum,  
amicus Publicanorum & peccatorum. Et iu-  
stificata est sapientia ab omnibus filiis suis.

*Similes sunt pueris sedentibus in foro, &c.* Et si non in-  
congrua hæc puerorum videantur esse personæ, qui  
leuem corporis motum imprudentia adhuc matu-  
rioris grauitatis exercet: tamen ad altiore sensum  
referri posse præsumo, eo quod videantur Iudæi nec  
Psalms primò, nec Threnis postea propheticiis cre-  
didisse. Psalmis ad præmia prouocati, Threnis ab  
errore reuocati. Cantauit Dauid, ut in salicibus no-  
stra suspenderemus organa. Cantauit & ipse; & ante  
arcam Domini non pro lasciuia, sed pro religione  
saltus. Ergo non histrionicis motibus sinuati cor-  
poris saltus, sed impigra mentis & religioſa corpo-  
ris agilitas designatur. Sed non in triumphis, nec in  
excidiis Iudæorum secuta correctio est, qui diuinæ  
indulgentiæ muneribus prouocati, leuare mentem,  
corpus attollere, terrena deserere, caeleſtia quærere  
debuerunt, & iniuriis captiuitatis attriti, deſlere pec-  
catum, quod culpa esset auctor iniuriæ. *Et iustificata  
est sapientia ab omnibus filiis suis.* Benè ab omnibus, quia  
circa omnes iustitia reſeruatur, ut susceptio fiat fide-  
lium, reſectio perfidorum. Vnde plerique Græci sic  
habent, *Iustificata est sapientia ab omnibus operibus suis,*  
quod opus iustitiæ sit circa vniuersi cuiusque merita  
seruare mensuram. Benè ergo dicit, *Cantauimus vo-  
bis, & non saltastis.* Cantauit enim Moyses quando in  
mari Rubro ad transitum Iudæorum fluctus obri-  
guit, vnda circumſtetit, cadémque equos Ægyptio-  
rum ascensoréſque reſusa demerſit. Cantauit Esaias  
dilecto dilecti vineæ suæ canticum, significans aspe-  
ram flagitiis fore plebem, quæ sæcundis prius erat  
virtutibus fructuosa. Cantauerunt Hebræi, quum  
vestigia eorum tactu flammæ rorantis humesce-  
rent, & intus extrâque ardentibus omnibus, solos  
ignis innoxius lamberet, nec adureret. Abacuc  
quoque cantico publicam doctus mulcere incerti-  
tiam, prophetauit, dulcem Domini fore fidelibus  
passionem.

Esai. 9.  
Rom. 11.

Psal. 46.

Exech. 6.

Psal. 136.

Apo. 19.

Psal. 80.

Psal. 70.

Psal. 136.  
2. Reg. 6.

Cant. 4.  
Esai. 8.

Matth. 26.

Abac. 3.

passionem. Cantauerunt ergo propheta spirituali-  
bus modulibus publicæ salutis oracula resulantem. Fle-  
uerunt propheta Threnis flebilibus dura Iudæorum  
corda mulcentes. Docuit nos scriptura cantare gra-  
uiter, psallere spiritualiter. Docuit etiam saltare sa-  
pienter, dicente Domino ad Ezechiel, Plaudite ma-  
nu, & percutite pede. Neque enim histrionicis flexu  
corporis motus Deus morum censor exigeret, aut  
indecoros strepitus viris plauſusque sæcineos im-  
peraret, ut tatum prophetam deduceret ad ludibria  
scenicorum & mollia sceminarum. Non congruunt  
resurrectionis reuclata mysteria, & opprobria sal-  
tationis exacta. Et sanè est quidam proprius bonorum  
actuum factorumque plausus, cuius tonus in orbem  
exeat, & bene gestorum reſulet gloria. Est honesta  
saltatio, qua tripudiat animus, & bonis corpus ope-  
ribus eleuatur, quando in salicibus organa nostra su-  
spendimus. Iubetur ergo propheta plaudere manu,  
& percutere pede: iubetur psallere, quia sponsi nup-  
tias iam videbat, in quibus desponsatur Ecclesia,  
Christus adamatur. Et bonæ nuptiæ, quando verbo  
anima, spiritui carum nubit. In his propheta Dauid  
nuptiis ludere nos voluit, ad has inuitauit, quia suos  
posteriores copulabat: & ideo lætior quàm ceteri, qua-  
si in ipſo actu nuptiarum positus, nos ad celebritatem  
festi muneris adhortatur, dicens, Exultate Deo adiu-  
tori nostro, iubilate Deo Iacob. Sumite psalmum &  
date tympanum, psalterium iucundum cum citha-  
ra. Nõne actum quandam prophetæ saltantis ad-  
uertit? Denique alibi, Psallam tibi in cithara sanctus  
Israel. Gaudebunt labia mea cum cantauero tibi, &  
anima mea quam redemisti. Audis citharizantium  
voces, audis saltantium strepitus? Nuptias crede.  
Sume & tu citharam, ut pulsata spiritus pleſtro  
interiorum chorda venarum, boni operis sonum  
reddat. Sume & psalterium, ut harmonia dicto-  
rum factorumque tuorum concinat. Sume & tym-  
panum, ut organum tui corporis spiritus modu-  
letur interior, factis que operantibus dulcis morum  
tuorum suauitatis exprimat. Sic psallebat propheta  
cum diceret, Veni huc à Libano sponsa, veni huc à  
Libano. Hoc canticum cecinerunt pueri, nec auditi  
sunt. Qui pueri? De quibus dicit, Ecce ego, & pueri  
quos dedisti mihi. Sed hoc canticum non in foro,  
non in plateis canebatur, sed in Hierusalem. Ipsa est  
enim dominicum forum, in quo præceptorum cæ-  
lestium iura conduntur.

Rogabat autem illum quidam de Phari-  
sæis ut manducaret cum illo, & ingressus do-  
mum Pharisei, discubuit. Et ecce mulier quæ  
erat in ciuitate, peccatrix, ut cognouit quod  
Iesus accubuisset in domo Pharisei.

Hoc loco plerique pati videtur scrupulū, & serere  
quæſtiones, utrumnam videantur Euangelista duo  
discordasse de fide, an verò aliqua in dictorum di-  
uersitate, diuersitatem signare voluisse mysterij. Ha-  
bes enim in Euangelio secundum Matthæum, quia  
Iesus cum venisset in Bethaniam in domum Simo-  
nis leprosi, accessit ad eum mulier, habens ala-  
bastrum vnguenti pretiosi, & recumbente illo su-  
dit super caput eius. Deinde hic Phariseus intra  
se dicit, quod si esset propheta, sciret peccatri-  
S. Ambrosij tom. 3.

cem, & vnguentum eius vitare deberet. Illic vnguento  
essulo discipuli conqueruntur. Vtrumque igitur  
explicandum est, sed quod scriptorum or-  
dine prius est, priorem quoque ordinem interpre-  
tationis accipiat. Venit ergo Dominus Iesus in do-  
mum Simonis leprosi. Apparet œconomia, quod  
leprosum non refugit, non vitat immundum, ut ma-  
culas humani corporis possit abluere. Domus au-  
tem leprosi erat in Bethania, quæ per interpretatio-  
nem, domus obedientiæ dicitur. Omnis igitur lo-  
cus Bethania, portio autem totius loci domus  
Simonis. Nõne tibi videtur Bethania mundus hic  
esse, in quo seruitij obedientis debemus obsequium?  
domus autem Simonis leprosi terra esse, quæ mun-  
di portio est? Princeps autem sæculi huius quidam  
leprosus est Simon. Ergo Dominus Iesus Christus  
ex illis superioribus locis venit in hunc mundum, &  
descendit in terram. Non erat in hoc mundo, sed  
obediente pietate missus est in hunc mundum. Ipse  
dicit, Sicut misit me pater in hunc mundum, Au-  
diuit ergo mulier ista venisse Christum, intrauit  
in domum Simonis. Neque enim sanari potuis-  
set hæc mulier, nisi Christus venisset in terram.  
Et fortasse ideo etiam ipsa ingreditur domum Si-  
monis, quod speciem cuiusdam habeat superioris,  
animæ scilicet, vel Ecclesiæ, quæ descendit in ter-  
ram, ut bono odore sibi populum congregaret.  
Hanc ergo mulierem inducit sanctus Matthæus su-  
pra caput Christi effundentem vnguentum: & ideo  
fortè noluit dicere peccatricem. Nam peccatrix se-  
cundum Lucam supra Christi pedes effudit vnguen-  
tum. Potest ergo non eadem esse ne sibi contrarium  
Euangelista dixisse videantur. Potest etiam quæſtio  
meriti & temporis diuersitate dissolui: ut adhuc illa  
peccatrix sit, iam ista perfectior. Et si enim personam  
non mutat Ecclesia vel anima, tamen mutat profes-  
sum. Itaque si constituas animam fideliter appropin-  
quantem Deo, non peccatis turpibus & obſce-  
nis, sed piè seruientem Dei verbo, habentem imma-  
culatæ fiduciam castitatis, aduertis quod ad ipsum  
Christi caput ascendat (caput autem Christi Deus  
est) & odorem meritorum spargit suorum. Christi  
enim bonus odor sumus Deo. Deum quippe  
honorat bonum fragans odorem vitæ iustorum. Si  
hæc intelligas, videbis hæc scemina, videbis planè  
beatam, vbi cuiusque prædicatum fuerit hoc euange-  
lium, nominari, nec eius vnquam memoriæ exoleſce-  
re, eo quod super caput Christi bonorum fragrantiam  
morum, iustorumque factorum effudit vnguentum.  
Quid accedit ad caput, nescit extolli, sicut ille fru-  
stra inflatus mente carnis suæ, & non tenens caput.  
Sed qui caput non tenet Christi, vel pedes tenet:  
quia corpus vnum copulatum & subministratum  
crescit in augmentum Dei. Altera igitur est illa, vel  
persona vel profectu, quæ propinqua nobis est. Nõ-  
dum enim peccatis nostris renuntiauimus. Vbi sunt  
nostræ lacrymæ: vbi gemitus: vbi fletus? Venite ado-  
remus & procidamus ante Deum, & ploremus ante  
Dominum qui fecit nos: ut saltem ad pedes Iesu veni-  
re possimus. Nõdum enim possumus ad caput: quia  
peccator ad pedes, iustus ad caput.

Attulit alabastrum vnguenti, & stans retrò  
fecus pedes eius, lacrymis cœpit rigare pedes  
F

Ibid.

Ioan. 21.

Matth. 26.

1. Cor. 11.

2. Cor. 2.

Matth. 26.

Coloſ. 2.

Ibid.

Psal. 94.

eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & unguento ungebat. Videns autem Phariseus qui vocauerat eum, ait intra se dicens, Hic si esset propheta, sciret utique quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est.

Habet & quæ peccauit unguentum. Defer mihi & tu post peccata pœnitentiam. Quocumque vel in domum immundi, vel in domum Pharisei audieris iustum venisse, contède præripere hospitis gratiam, præripere regnum cælorum. A diebus enim Ioannis Baptistæ regnum cælorum cogitur, & cogentes diripiunt illud. Vbi cumque audieris Christi nomen, accurre: in cuiuscumque interiorem domum Iesum intrasse cognoueris, & ipse festina. Cùm repereris sapientiam, eum repereris iustitiam in alicuius penetrabilibus recumbentem, accurre ad pedes, hoc est, vel extremam partem quære sapientiæ. Noli fastidire pedes: simbriam illa tetigit, & sanata est. Lacrymis confitere delicta, dicat de te quoque iustitia illa cælestis: Lacrymis suis rigauit pedes meos, & capillis suis terfit. Et fortasse ideo non lauit pedes suos Christus, vt eos lacrymis nos lauemus. Bonæ lacrymæ, quæ non solum nostrum possunt lauare delictum, sed etiam verbi cælestis rigare vestigium, vt gressus in nobis eius exuberent. Bonæ lacrymæ, in quibus non solum redemptio peccatorum, sed etiam refectio est iustorum. Iusti enim vox est, fuerunt mihi lacrymæ meæ panis die ac nocte. Et si ad caput Christi accedere non potes, tangat pedibus suis caput tuum Christus. Et simbria eius curat, & pedes curat. Expande capillos, sterne ante eum omnes tui corporis dignitates. Non mediocres capilli sunt, qui possunt tergere pedes Christi. Testatur hoc ille, qui quamdiu capillos habuit, vinci nequiuit. Denique & mulierem decaluatam orare non decet. Habeat planè capillos quibus Christi circumuolat vestigia, quibus suæ crinibus pulchritudinis & decoris sapientiæ pedes tergat, vt extremo saltē rore diuinæ virtutis humescant, figat iustitiæ pedibus oscula sua. Non mediocris hæc meriti est, de qua potest dicere sapientia, *Ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos.* Vt aliud nisi sapientiam loqui nesciat, vt aliud nisi iustitiam diligere nesciat, vt aliud nisi pudicitiam osculari nesciat. Osculum enim mutui amoris indicium est: osculum pignus est charitatis. Beatus qui potest & oleo ungeri pedes Christi. Denique adhuc Simon non vnixerat, sed beator quæ vnxit unguento. Multorum enim florum in vnum collecta gratia spargit odorem varias suauitates. Et fortasse istud unguentum non alius possit nisi Ecclesia sola deferre, quæ diuersi spiraminis innumerabiles flores habet: quæ merito speciem accipit peccatricis, quia Christus quoque formam peccatoris accepit. Et ideo nemo tantum potest diligere, quantum illa quæ in pluribus diligit. Nec Petrus ipse qui dixit, Domine, tu nosti quia diligo te. Nec Petrus ipse qui doluit quia interrogatus est, Amas me: Quod enim manifestum erat, dolerebat quasi incognitum quærri. Ergo nec Petrus ipse, quia Ecclesiam dilexit in Petro. Nec Pau-

lus ipse, quia Paulus quoque eius est portio. Et tu plurimum dilige, vt & tibi plurimum remittatur. Multum peccauit Paulus, qui etiam persecutor fuit: sed multum dilexit, qui vsque ad martyrium perseuerauit. Remissa sunt ei peccata multa, quia & ipse dilexit multum, qui sanguini proprio pro Dei nomine non pepercit. Vide œconomiam: in domo Pharisei peccatrix glorificatur, in domo legis & prophetæ non Phariseus, sed Ecclesia iustificatur. Phariseus enim non creditur, ista credebatur. Denique ille dicebat, *Si esset hic propheta, sciret utique quæ & qualis est mulier quæ tangit eum.* Domus autem legis quæ non in lapidibus scribitur, sed in tabulis cordis. In hac iustificatur Ecclesia iam lege maior. Lex enim peccatorum nescit remissionem, lex mysterium non habet quo occulta mundantur: & ideo quod in lege minus est, consummatur in Euangelio.

Et respondens Iesus, dixit ad illum, Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait, Magister, dic. Duo debitores erant cuidam sceneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon dixit, Æstimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei, Rectè iudicasti. Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni, Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autem lacrymis rigauit pedes meos, & capillis suis terfit. Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnixisti: hæc autem unguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi, Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam, Remittuntur tibi peccata. Et cœperunt, qui simul accumbebant, dicere intra se, Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem, Fides tua te saluam fecit: vade in pace.

*Duo debitores erant cuidam sceneratori, &c. Qui sunt isti debitores duo, nisi populi duo; vnus ex Iudæis, alter ex gentibus, sceneratori illi thesauri cælestis obnoxii? Vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Non mediocris est iste denarius, in quo regis imago formatur, qui trophæum habet imperatoris expressum. Non materialem sceneratori hæc debemus pecuniam, sed meritum examina, æra virtutum: quarum meritum grauitatis ponere, iustitiæ specie, sono confessionis expenditur. Vt mihi si non habuero quod accepi, quia difficile est quod sceneratori huic integrum debitum quisquâ possit exoluere. Væ mihi si non petiero concedi mihi debitum. Non enim nos ira Dominus orare docuisset vt peteremus dimittit nobis nostra debita, nisi sciret*

Matth. 11.

Luc. 8.

Psal. 41.

Luc. 8.

Iudic. 16.

1. Corinth. 11.

Psal. 53.

Ioan. 21.

Rem. 3.  
Matth. 13.  
Matth. 1.  
Hebr. 2.

5. Aug. tom.  
7. li. 1. de gratia Christi  
cap. 44.

Rem. 11.  
Ibid.

Coloss. 2.  
Rom. 11.

Matth. 26.

Matth. 25.

Matth. 26.

Prou. 3.

Matth. 26.

sciret difficile aliquos fore idoneos debitores. Sed quis est populus iste qui amplius debet, nisi nos, quibus amplius creditum est? Illis credita sunt eloquia Dei, nobis creditur partus virginis. Habes talentum virginis partum, habes fidei centesimum fructum. Creditus est Emanuel nobiscum Deus, credita Domini crux, mors, resurrectio. Et si Christus pro omnibus mortuus est; pro nobis tamen specialiter passus est, quia pro Ecclesia passus est. Itaque non est dubium quod plus debeat qui plus accipit. Et secundum hominem plus fortasse offendit, qui plus debuerit: sed per misericordiam Domini causa mutatur, vt amplius diligit qui amplius debuit, si tamen gratiam consequatur. Gratiam enim & qui reddit, habet; & qui habet in eo ipso quod habet, soluit. Nam & reddendo habetur, & habendo redditur. Et ideo quoniã nihil est quod dignè Deo referre possimus (quid enim referamus pro susceptæ carnis iniuria? quid pro verberibus? quid pro cruce, obitu, sepultura?) vt mihi si non dilexero! Audeo dicere, Non reddidit Petrus, & ideo plus dilexit. Non reddidit Paulus: reddidit quidem mortem pro morte, sed alia non reddidit, qua multa debebat. Audi ipsum dicentem quia non reddidit: Quis prior dedit illi, & retribuatur ei? Reddamus licet crucem pro cruce, funus pro funere, nunquid reddimus quod ex ipso, & per ipsum, & in ipso habemus omnia? Reddamus ergo amorem pro debito, charitatè pro munere, gratiam pro sanguinis pretio. Plus enim diligit cui donatur amplius. Sed reuertamur ad illa, cuius consiliu adhuc nec Apostoli intelligunt, quod erat absconditum à sæculis in Deo. Quis enim cognouit sensum Domini? Conquererentur ergo discipuli quia mulier super caput effudit unguentum, dicentes, Quare hoc sic perit? Poruit enim venudari pretio, & dari pauperibus. Quid utique displicuerit Christo in eorū sermonibus, non potest deprehendi, nisi mysteriū intelligas. Luxuriosi enim hominis, vel potius non hominis est olere unguentū. Certè & ipsi qui olent, ungeri se, non perfundere solent. Quid ergo displicuit quia dictum est, potuit hoc venudari pretio, & dari pauperibus? Certè & ipse supra dixerat, Quidquid vni minimorum horum fecistis, mihi fecistis. Sed ipse mortem suam pro pauperibus offerebat. Non est igitur simplex figura, & ideo respondit illis Dei verbum, Quid molesti estis huic mulieri? Semper pauperes habetis vobiscum, me autem non semper habetis. Semper ergo tecum pauperem habes, & ideo benefac. Num igitur differre pauperem debes, quia semper tecum est, cùm tibi propheta dicat, Ne dixeris pauperi, cras dabo? Sed ille de sola misericordia locutus est, hic autem misericordiæ fidem prætulit, quæ tunc habet meritum si fide præcedente conferatur. Mittens enim unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit. Non ergo unguentum Dominus, sed charitatem dilexit, fidem suscepit, humilitatem probauit. Et tu si desideras gratiam, charitatem auge, mitte in corpus Iesu fidem resurrectionis, odorem Ecclesiæ, communis charitatis unguentum, & ita progrediens pauperibus dabis. Plus tibi pecunia illa proderit, si non tanquam affluentem tribuas, sed tanquam profuturam Christi nomine largiaris; si ita

cam conferas pauperi, vt deferas Christo. Non ergo iuxta literam tantummodò accipias superfusum capiti unguentum: littera enim occidit: sed secundum spiritum, quia spiritus vita est. Quod ergo istius mulieris unguentum est? Quis hoc audire potest? Quis tales aures habet, vt dicente Iesu verbum quod accepit à patre, immò quia ipse verbū est, possit tantam mysterij altitudinem capere? Et discipuli ex parte intelligunt, et si non totum intelligunt. Vnde & quidam putant dixisse discipulos, unguenti pretio emi fidem gentium debuisse, quæ sanguinis Domini tantum pretio debebatur, quod videtur verisimile. Denique Ioannes Euangelista inducit sermonem Iudææ Iscariotis æstimatum trecentis denariis illud unguentum, sicut habes, Potuit enim venudari trecentis denariis, & dari pauperibus. Trecenta autem æra, crucis insigne declarat: sed Dominus non perfunctoriam mysterij præscientiam quærit, sed consensu in se fidem credentium maulat. Id tamen de cæterorum Apostolorum vocibus intelligimus. Iudas autem condemnatur auaritiæ, qui pecuniam dominicæ prætulit sepulturæ; qui etiam si de passione sensit, errauit. Tam vili auctione vult æstimari se Christus, vt ab omnibus ematur, ne quis pauper deterrereat. Gratis (inquit) accepistis, gratis date. Pecuniam non quærit diuitiarum altitudo, sed gratiam. Ipse nos pretioso sanguine emit, non vendit. De quo plenius diceremus, nisi à nobis ipsis tractatum alibi recordaremur. Ergo secundum dicta Domini, in quo sunt thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, quos nemo potuit præuidere, operari me oportet in sepulturam eius: vt caro eius requiescuisse, non corruptionem vidisse credatur; & mors corporis eius ita domum nostram odore sui compleat, vt credamus quia in manus patris commēdauit spiritum suum, & à morte sequestrata diuinitas, corporalium non subiit consortium passionum. Intellige quemadmodum corpus filij unguentum oleat. Corpus illud est quod exutum est, non quod amissum est. Corpus eius traditiones sunt scripturarum. Corpus eius Ecclesia est. Corporis eius odor sumus; & ideo decet vt mortem corporis eius ornemus. Etsi nostros illa non requirit ornatus, sed requirunt pauperes. Ornabo corpus eius si fiam sermonum eius prædicator, & possim gentibus crucis aperire mysterium. Ornauit ille qui dixit, Quia prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam: ipsi verò vocatis Iudæis atque Græcis, Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. Ornatur crux, cùm id quod per imperitiã stultū putatur, per Euāgelium sapiētius æstimatur: vt possimus docere quæadmodum virtus aduersaria per crucem Domini destruat. Misi in Domini corpus unguentū, spirare incipit quod mortuum putabatur. Ideo vnusquisque adoratur emere labore suo nisi que virtutum alabastrum ungenti: non vile aliquod atque commune, sed pretiosum unguentum alabastrum, & unguentum pistici. Si enim quis fidei congreget flores, & prædicet Iesum Christum crucifixum: in omnem Ecclesiam, quæ Christi Corpus est, mundo mortua, requiescens Deo, fidei suæ transfundit unguentum. Olere incipit tota domus Domini passionem, olere inci-

2. Cor. 3.

Ioan. 15.

Ioan. 12.

Matth. 10.

1. Petr. 1.

Lib. 3. de Spiritu Sancto.

Coloss. 2.

Psal. 15.

Luc. 23.

Ephes. 1.

1. Cor. 1.

1. Cor. 1. Coloss. 1.



Galat. 6.

Ibid. 2. cor. 4.

Philip. 4. 1. ut. 9.

cant. 3.

Rom. 5.

Rom. 7.

CAP. VIII.

**E**T factū est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates & castella prædicans & euangelizans regnum Dei: & duodecim cum illo & mulieres aliquæ, quæ erant curatæ à spiritibus malignis & infirmitatibus; Maria quæ vocatur Magdalene, de qua septem dæmonia exierant, & Ioanna vxor Chuzæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ quæ ministrabant ei de facultatibus suis. Cū autem turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad eum, dixit per similitudinem: Exiit qui seminat, seminare semen suum: & dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cæli comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram, & natum aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas, & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam, & ortum fecit fructum centuplum. Hæc dicens, clamabat, Qui habet aures audiendi, audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius, quæ esset hæc parabola. Quibus ipse dixit, Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Est autem hæc parabola. Semen est

verbum Dei. Quod autem secus viam, hi sunt qui audiunt, deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum ne credentes salui fiant. Nā quod supra petram, hi sunt qui cū audierint, cum gaudio suscipiunt verbū; & hi radices non habent, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedūt. Quod autem in spinas cecidit: hi sunt qui audierunt, & à solitudinibus, & diuitiis, & voluptatibus vitæ, euntes, suffocantur, & non referunt fructum. Quod autem in bonam terram: hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent & fructum afferunt in patientia. Nemo autem lucernam accendens, operit eam vase, aut subtus lectum ponit: sed supra candelabrum ponit, vt intrantes videant lumen. Non est enim occultum quod non manifestetur: nec absconditum quod non cognoscatur, & in palam veniat. Videte ergo quomodo auditis. Qui enim habet, dabitur illi: & qui non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo. Venerunt autem ad illum mater & fratres eius, & non poterant adire eum præ turba. Et nuntiarum est illi, Mater tua & fratres tui stant foris, volentes te videre. Qui respondens dixit ad eos, Mater tua & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt & faciunt.

*Mater mea & fratres mei hi sunt, &c.* Moralis magister, qui de se cæteris præbet exemplum, atque ipse præceptor, ipse etiam suorum executor est præceptorum. Præscripturus enim cæteris, quod qui non reliquerit patrem aut matrem suam, non est filio Dei dignus, sententiæ huic primus ipse se subiecit: non quò maternæ refuset pietatis obsequia; (ipsius enim præceptum est, Qui non honorauerit patrem aut matrem, morte moriatur:) sed quò paternis te ministeriis amplius quàm maternis affectibus debere cognoscat. Neque tamen iniuriòse refutantur parentes, sed religiosiores copulæ mentium docentur esse quàm corporum. Ergo non debuerunt foris stare, qui Christum videre quærebant. Propè est enim verbum in ore tuo, & in corde tuo. Intus igitur verbum, intus & lumen. Vnde & ille ait, Accedite ad eum & illuminamini. Si enim foris stantes nec ipsi agnoscuntur parentes, & propter nostrum fortasse non agnoscuntur exemplum: quemadmodum nos agnoscemur, si foris stemus? Nec putet aliquis offendentium esse pietatis, vbi mandatum legis impletur. Si enim relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna, sacramentum hoc in Christo seruatur & Ecclesia. Et ideo parètes corpori proprio non oportuit anteferi. Ergo hîc non (vt quidā hæretici tendiculas aucupantur) mater negatur, quæ de cruce etiā agnoscitur, sed necessitudini corporali præscriptorū cælestium forma

Rom. 9.

forma præfertur. Illud quoque intelligere non abhorret, quia per figuram parentum demonstrat Iudæis, ex quibus est Christus secundum carnem, Ecclesiam quæ credidit, præferendam.

Factum est autem in vna dierum, & ipse ascendit in nauiculam, & discipuli eius, & ait ad illos, Transfretemus trans stagnum. Et ascenderunt. Nauigantibus autem illis, obdormiuit: & descendit procella venti in stagnum, & compellebantur, & periclitabantur. Accedentes autem suscitauerunt eum, dicentes, Præceptor, perimus. At ille surgens increpauit ventum & tempestatem aquæ: & cessauit, & facta est tranquillitas. Dixit autem illis, Vbi est fides vestra? Qui timètes mirati sunt adinuicem dicentes, Quis putas hic est, quia & ventis & mari imperat, & obediunt ei?

Iob 5.

*Et ipse ascendit in nauiculam, &c.* Qui se intelligeret propter diuinum in terras venisse mysteriū, Ecclesiæ que conuentum, relictis nauem ascendit parentibus. Neque enim quisquam poterat hunc mundum enauigare sine Christo, quando eos quoque quibus Dominus adest tentationum sæcularium sæpè procella perturbat. Et œconomia seruatur in Apostolis; vt aduertat sine tentatione neminem posse ex hoc vitæ curriculo demigrare, quia exercitium fidei, tentatio est. Subiecti igitur sumus nequitia spiritualis procellis, sed quasi peruigiles nauæ gubernatorem excitemus. Verum & ipsi periclitari solent. Quæ igitur gubernatorē requiramus? Illum vtique qui non feruiat, sed imperet vêtis: de quo scriptum est, *At ille surgens, increpauit ventum & tempestatem aquæ, & facta est tranquillitas.* Quid est surgens? Qui quiescebat enim. Sed quiescebat corporis somno, cū intenderet diuinitatis mysterio. Vbi enim sapientia, vbi verbum, nihil sine verbo fit, nihil sine prudentia. Suprà habes, Quia pernoctabat in oratione: quomodo hîc in tempestate dormit? Sed exprimitur securitas potestatis, quòd omnibus timentibus solus intrepidus quiescebat. Non est ergo confors naturæ qui non est confors periculi. Etsi corpus dormit operatur diuinitas, operatur fides. Denique dicit, Modicæ fidei, quare dubitasti? Et bene arguuntur qui præsentem Christo timebant, cū vtique qui ei adhæret, perire non possit. Ergo confirmauit fidem, refudit tranquillitatem. Ventum cessare præcepit, non Aquilonem, non Africum, sed illum vtique ventum cui dictum est ab angelo Michael in epistola Iudæ: Imperet tibi Dominus. Vnde etiam sanctus Matthæus, Imperauit (inquit) vento & mari. Atque vtinam in nobis status eius aspero: cohîbere dignetur, vt fluctuanti vitæ refusa tranquillitas naufragij metum demat. Et si iam non dormiat sui corporis somno, caueamus tamen ne nostri corporis somno nobis dormiat & quiescat.

Matth. 8.

Et nauigauerunt ad regionem Gerasenorum, quæ est cōtra Galilæam. Et cū de nau

egressus esset ad terrā, occurrit illi vir quidam è ciuitate, qui habebat dæmonium iam multis temporibus, & vestimēto non induebatur, neque in domo manebat, sed in monumētis. Is vt vidit Iesum, procidit ante illum: & exclamans voce magna, dixit, Quid mihi & tibi est Iesu fili Dei Altissimi? Obsecro te ne me torqueas. Præcipiebat enim spiritui immūdo vt exiret ab homine.

Et quoniam hæc loco superiori perstrinximus nunc delibasse sat est. Verum quia in libro secundum Matthæum duos homines in regione Gerasenorum dæmoniis afflatos Christo occurrisse cognouimus; hîc autem sanctus Lucas vnum inducit, eundemque nudum: (nudus enim est quicumque tegumentum naturæ suæ & virtutis amisit:) qua ratione Euangelistæ de numero dissonare videantur, non otiosè prætereundum, sed modo requirendum arbitror. Et quidem licet discorder numerus, tamen concordat mysterium. Vir enim iste qui habebat dæmonium, populi figura gentilis est, apertus vitiis, nudus errori, patens crimini. Duo illi quoque similiter figuram populi gentilis accipiunt, quoniam cū tres filios Noe generauerit, Sem, Cham, & Iaphet; Sem tantum familia in possessionem adscita est Dei. Ex duobus aliis diuersarum nationum populi pullularunt, quorum alter maledictus, quòd nudatum patrem non texerat: benedictus alter, quòd aduersus licet, ne confusionem nudati parentis hauriret, duce tamen patrem pietate texit, & fratris maledictum seminis vitauit.

Multis enim temporibus arripiebat illum, & vinciebatur catenis, & compedibus custodiebatur: & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deserta. Interrogauit autem illum Iesus, dicens, Quod tibi nomen est? At ille dixit, Legio: quia intrauerant dæmonia multa in eum. Et rogabant illum, ne iuberet illos vt in abyssum irent. Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte: & rogabant eum vt permetteret eis in illos ingredi. Et permisit illis. Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerunt in porcos: & impetu abiit grex per præceptum in stagnum, & suffocatus est.

*Multis enim temporibus, &c.* Vtpote qui à diluuiò vsque ad aduentum Domini vexabatur furore dementi rumpens vincla naturæ. Nec immeritò etiam sanctus Matthæus in monumentis illos habitasse signauit. Siquidem talium animæ in quibusdam habitare videntur tumultis peccatorum. Quid enim aliud sunt corpora perfidorum, nisi quedam defunctorū sepulcra, in quibus Dei verba non habitet: Agebatur ergo in loca deserta, spiritualium scilicet infœcūda virtutum; profugus à lege, discre-

tus à prophetis, remotus à gratia. *Legio.* Non enim G vno demonio, sed totius legionis laborabat incurfu: que cum Dominum vidisset, cognouissetque, præscia dominici aduentus tempore in abyssos se esse tradendâ, cœpit orare vt introcundi in porcos acciperet facultatem. Et primùm clementiam Domini debemus aduertere, quòd nullū prius ipse condemnat, sed vnusquisque sibi auctor est pœnæ. Non mittuntur in porcos dæmones, sed ipsi petunt, quia cœlestis luminis claritatem sustinere non poterant; vt qui oculos dolent, radium solis ferre non possunt, sed tenebrosa eligunt, & splendentia derelinquunt. Fugiunt ergo dæmones splendorem lucis æternæ, & ante tempus debita sibi tormēta formidant, non prædiuinantes quæ futura sunt, sed quæ prophetata sunt recordantes. Dixit enim Zacharias, Et erit in illa die, disperdam, dicit Dominus, nomina idolorum de terra, & non erit vltius memoria eorum & spiritum immundum auferam de terra. Docemur ergo quòd non semper manebunt, nec malitia eorum in hominibus possit esse perpetua. Nunc igitur illam metuētes pœnam, aiunt, Venisti perdere nos. Sed quia adhuc esse desiderant, iam ab hominibus recedentes, propter quos pœnam sciūt sibi esse subeundam, petunt in porcos mitti. Qui sunt isti porci, nisi fortè illi de quibus dictū est, Nolite dare sanctum canibus, nec miseritis margaritas vestras ante porcos, ne fortè cōculcent eas pedibus suis? Illi scilicet, qui immundorū vsu animalium vocis & rationis expertes, lutulentis vitæ suæ actibus naturalium coinquinauerint ornamenta virtutum. Qui impetu feruntur in præceps, quoniam nullius meriti contemplatione reuocantur: sed tanquā de superioribus ad inferiora per improbitatis procliuē detrusi, suffocātur in aquis, inter fluctuantia mundi istius, strāgulatorum in modum, intercluso prætereuntis spiritus cōmeatu. Neque enim in iis qui fluido æstu voluptatū huc atque illuc feruntur incerti, vllius spiritus potest esse vitale commercium. Videmus igitur quia homo ipse sibi est auctor ærūnæ. Nam nisi quis porci more vixisset, nunquam accepisset in eum diabolus potestatem: aut si accepisset, non vt perderet, sed vt probaret. Aut fortasse quia post Domini aduentum bonos iam deprauare non poterat, nō omniū hominū, sed leuiū iā quærit interitū: vt latro non armatis insidiatur, sed inermibus; & iniurijs laceffit infirmum, qui se intelligit vel à forti contemni, vel à potēte damnari. Sed dicit aliquis, Cur hoc à Deo permittitur diabolo? At ego dico, vt boni probentur, improbi puniantur. Hæc enim pœna peccati est. Denique lege, quia immittit dominus febrem, & tremorem, & malos spiritus, & cæcitatē, & omnia flagella iuxta merita peccatorum. Sed redeamus ad lectionem.

Quod vt viderunt factum qui pascebant, M fugerunt: & nuntiauerunt in ciuitatem, & in villas. Exierunt autem videre quod factum est: & venerunt ad Iesum, & inuenerunt hominem sedentem à quo dæmonia exierāt, vestitum, ac sanamente ad pedes eius, & timuerunt. Nuntiarunt autem illis & qui vide-

rant, quomodo sanus factus esset à legione.

*Quod vt viderunt factum qui pascebant, fugerunt.* Neque enim aliquā philosophiæ professores, vel principes synagogæ pereuntibus populis possunt ferre medicinam. Solus est Christus qui aufert peccata populorum, si tamen medendi patientiam non reculent. Ceterum curare non dignatur inuitos, & citò infirmos deserit, quibus oneri videt esse presentiam suam, sicut Gerasenorum populis: qui exeuntes de ciuitate in qua species synagogæ videtur existere; rogabant vt discederet.

Et rogauerunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorum vt discederet ab ipsis: quia magno timore tenebantur. Ipse autem ascendens nauim, reuersus per stagnum est. Et rogauit illum vir à quo dæmonia exierant, vt cum eo esset. Dimisit autem eum Iesus, dicens, Redi in domum tuam: & narra quanta tibi fecit Deus. Et abiit per vniuersam ciuitatem, prædicans quanta illi fecisset Iesus.

*Rogauerunt illum vt discederet, quia magno timore tenebantur.* Infirma enim mens non capit Dei verbum, nec potest pondus sustinere sapientiæ, fatiscit & soluitur. Et ideo diutius molestus non fuit, sed ascendens nauim. (Ascendit vtique ab inferioribus ad superiora, à synagoga scilicet ad Ecclesiam) reuersus per stagnum est: vt hic ait: aut sicut Mattheus, per fretum. Inter nos enim & illos fretum magnum est. Itaque nemo de Ecclesia ad synagogam sine periculo transit salutis: sed & ille qui de synagoga ad Ecclesiam transire desiderat, crucem suam tollat, vt discrimen euadat. *Redi in domum tuam.* Cur autem non recipitur liberatus, sed domum redire censetur, nisi vt & iactantiæ causa vitetur, & infidelibus sit exemplo, quoniam domus illa naturale sit diuersorium? Et ideo qui remedium sanitatis fuerat consecutus, à tumultis & sepulcris in illam spirituale domum redire præcipitur, vt fiat Dei templum, in quo erat mentis sepulcrum.

Factum est autem, cum rediisset Iesus, excepit illum turba. Erant autem omnes expectantes eum. Et ecce vir, cui nomen Iairus, & ipse princeps synagogæ erat: & cecidit ante pedes Iesu, rogans eum vt intraret in domum suam, quia filia vnica erat illi ferè annorum duodecim, & hæc moriebatur.

*Et ecce vir, cui nomen Iairus, &c.* Reliquerat in Gerasenis synagogam Christum, vt diximus: & quem sui non receperant, excepimus alieni; excepimus quem expectabamus. Nec nobis igitur à quibus expectabatur, defuit, nec ad illos, si rogetur, redire fastidit. Vir enim iste princeps synagogæ, cui filia erat vnica, pro synagogæ pereuntis remedio precabatur, quæ vigebarat in mortem, quia deferebatur à Christo. Quem putamus synagogæ principem esse, nisi legem? Cuius contemplatione Dominus synagogam non penitus dereli-

Zach. 13.

Matth. 8.

Matth. 7.

Deut. 28.

psal. 21.

Act. 13. Eph. 2.

Deut. 10. 13.

Rom. 11. Ibid.

Sap. 16. 1000. 1.

1. Cor. 2.

Matth. 9.

Luc. 9.

Ioan. 1.

dereliquit, sed medicinam salutis credentibus referauit. Ad hanc ergo principis filiam dum properat Dei verbum, vt saluos faceret filios Israel, sancta Ecclesia ex gētibus congregata, quæ inferiorum lapsu criminum deperibat, paratam aliis fide præripit sanitatem. Moraliter hunc locum satis putauimus exprimendum: & ideo non illa que dicta sunt recensemus, sed mystica breui volumus sermone perstringere. Annon ita factum est, vt Dei verbum cum venisset ad Iudæos, adscisceretur à gētibus, & prius ab illis qui in legem non crediderant, in gratiam crederetur?

Et contigit, dum iret, à turbis comprimebatur, & mulier quædam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, quæ in medicos erogauerat omnem substantiam suam, nec ab vilo potuit curari: accessit retrò, & tetigit simbriam vestimenti eius: & confestim stetit fluxus sanguinis eius. Et ait Iesus.

Sicut illa quæ in medicos erogauerat omnē substantiam suam, ita etiam congregatio gentium quæ amiserat omnia dona naturæ, & patrimonium vitale prodegerat, facta est verecunda, religiosa, fide promptior, pudore constantior. Hoc est enim pudoris & fidei, agnoscere infirmitatem, non desperare veniam. Verecunda ergo simbriam tetigit, fidelis accessit, religiosa credidit, sapiens sanata se esse cognouit. Sic sancta plebs gentium quæ Deo credidit, peccatum erubuit vt desereret, fidem detulit vt crederet, deuotionem exhibuit vt rogaret, sapientiam induit vt sanitatem suam & ipsa sentiret, fiduciā fumpsit vt fateretur quòd præripuisset alienum.

*Accessit retrò.* Cur autem retrò tangitur Christus? An quia scriptum est, Post Dominum Deum tuum ambulabis? Quid etiam sibi vult quòd & principis filia annorum duodecim moriebatur, & mulier ista fluxu sanguinis ab annis duodecim laborabat, nisi vt intelligatur quia quamdiu synagoga vixit, laborauit Ecclesia? Defectus illius, huius est virtus, quia ex illorū delicto salus gētibus: & cōsummatio illius, huius exordium est, non naturæ exordium, sed salutis; quia cæcitas ex parte Israel contigit, donec plenitudo gentium intraret. Non igitur tempore, sed specie sanitatis antiquior synagoga quàm Ecclesia, quia quamdiu illa credebatur, ista non credidit, & per varias corporis atque animæ passiones immedicabilis remedio ægra lægubatur. Audiuit ægrotare populum Iudæorum, sperare cœpit salutis remedium; tempus venisse cognouit quo medicus adesset è cælo, surrexit vt occurreret verbo, vidit quia comprimebatur à turbis. Non enim credunt, qui comprimunt; credunt, qui tangunt. Fide tangitur Christus, fide Christus videtur: nō corpore tangitur, non oculis comprehenditur. Neque enim videt, qui videns non videt: neque audit, qui ea quæ audit non intelligit: neque intelligit, qui non fideliter tangit. Denique vt fidem tangentis exprimeret, ait,

Quis est qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui cum illo erant: Præceptor, turba te comprimunt & affligunt,

& dicit, Quis me tetigit? Et dixit Iesus, Tetigit me aliquis: nam & ego cognoui virtutem de me exisse. Videns autem mulier quia non latuit, tremens venit & procidit ante pedes eius: & ob quam causam tetigerit eum, indicauit coram omni populo: & quemadmodum confestim sanata sit. At ipse dixit ei, Filia, fides tua saluam te fecit: vade in pace.

*Tetigit me aliquis: nam & ego cognoui virtutem de me exisse, &c.* Hoc est euidentis indicij, quia non intra possibilitatem cōditionis humanæ, atque intra corporis claustrum inclusa sapientia diuinitatis artata est, non capitur angustiis corporalibus, non tenetur, sed vltra fines nostræ mediocritatis virtus extendat æterna. Non enim humana ope plebs gentium liberatur, sed Dei munus est cōgregatio nationum, quæ etiam breui fide misericordiam inclinat æternam. Nam si consideremus quanta sit fides nostra, & intelligamus quantus sit filius Dei, videmus quia comparatione eius simbriam tantummodò tangimus, superiorem verò vestimenti eius partem nequimus attingere. Si igitur & nos curari volumus, fide tangamus simbriam Christi. Non later eū quicumque simbriam tetigerit, qui tetigerit auersum. Neque enim Deus indiget oculis vt videat, neque corporaliter sentit, sed in se habet cognitionem omnium. Beatus ergo qui vel extremam partem verbi contigerit: Nam totum quis potest comprehendere? Verum ad illam quæ adhuc ægra est, reuertamur, ne per nostram moram dum diu Christi moramur ingressum, mortua esse credatur.

Adhuc illo loquente, venerunt seruū dicentes principi, Noli vexare illum, filia tua mortua est.

Et primùm illud consideremus, quòd suscitaturus mortuam, ad faciendam fidem hæmorrhosam antè curauit. Et vt scias exempli gratia stetitisse sanguinis fluxum: dum ad illam petitur, ista curatur. Sic & resurrectio temporalis in Domini passione celebratur, vt perpetua illa credatur. Sic & paritura sterilis indicatur, vt conceptura virgo credatur. Denique audiuit parituram Elizabeth Maria, nec de sua generatione dubitauit. *Venerunt (inquit) serui dicentes principi, Noli vexare illum.* Adhuc & hi increduli de resurrectione, quam Iesus in lege prædixit, in Euangelio compleuit. Itaque quum venisset in domum, paucos futuræ arbitros resurrectionis adsciuit. Non enim à multis continuò est credita resurrectio.

Iesus autem audito hoc verbo, respondit patri puellæ, Noli timere: crede tantum, & salua erit. Et cum venisset domum, non permittit intrare secum quemquam, nisi Petrum, & Iacobum, & Ioannem, & patrem & matrem puellæ. Flebant autem omnes, & plangebant illam. At ille dixit, Nolite flere, nō est mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum, scientes quia mortua esset.

Denique dicente Domino, *Non est mortua puella,*

Luc. 1.

psal. 15.

Act. 17.

Matth. 9.

sed dormit: deidebant (inquit) eum. Quicumque enim non credit, irridet. Fleant igitur mortuos suos qui putant mortuos: vbi resurrectionis fides est, non mors, sed species quietis est. Nec abhorret illud Matthei, quod ait tibicinas fuisse in domo principis, & turbam tumultuantem. Vel quia more veteri tibicines ad incendendos excitandisque luctus ferebantur adhiberi, vel quia per legis & littere cantilenam, exultatione synagoga non poterat capere spiritalem.

Ipsa autem tenens manum eius clamauit, dicens, Puella, surge. Et reuersus est spiritus eius, & surrexit continuo. Et iussit illi dari manducare. Et stupuerunt parentes eius: quibus praecepit, ne alicui dicerent quod factum erat.

Luc. 24.

Matth. 1.

Ioan. 6.

Proph. 9.

Luc. 7.

Rem. 11.

Cap. IX.

Tenens ergo manum puellae Iesus, sanauit eam, & iussit dari ei manducare. Quod est testimonium vitae, vt non phantasma sed veritas crederetur. Beatus ille cui manum sapientia tenet. Vtinam meos quoque teneat actus, teneat manum iustitia, teneat Dei verbum, inducat in penetralia sua, spiritum auertat erroris, conuertat salutis, dari mihi iubeat manducare. Panis enim caelestis Dei verbum est. Inde & illa sapientia quae diuini corporis & sanguinis sacrosancta altaria repleuit alimentis: Venite, inquit, edite panes meos, & bibite vinum quod miscui vobis. Quae tamen tantae diuersitatis est causa? Supra publice viduae filius suscitatur, hic remouentur plures arbitri. Sed puto quod in eo quoque pietas Domini declaratur, quia vidua mater vnici non patiebatur moras, & ideo ne amplius afficeretur, maturitas additur. Est etiam forma sapientiae, in viduae filio citò Ecclesiam credituram, in archisynagogi filia credituros quidem Iudeos, sed ex pluribus pauciores.

CONVOCATI autem Iesus duodecim Apostolis, dedit illis virtutem & potestatem super omnia daemona, & vt languores curarent. Et misit illos praedicare regnum Dei, & sanare infirmos. Et ait ad illos, Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis. Et in quamcumque domum intraueritis, ibi manete, & inde ne exeatis. Et quicumque non receperint vos, exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem de pedibus vestris excutite in testimonium supra illos. Egressi autem circuibant per castella, euangelizantes & curantes vbique.

Qualis debeat esse qui euangelizat regnum Dei, praecceptis euangelicis designatur, vt sine virga, sine pera, sine calcamento, sine pane, sine pecunia, hoc est, subsidij secularis adminicula non requirens, fideque tutus, putet sibi quo minus ea requirat, magis posse suppetere. Quae possunt qui volunt ad eum de viuare tractatu, vt spiritale tantummodo locus iste formare videatur affectum, qui velut indumentum quoddam videatur corporis exuisse, non solum potestate reiecta, contemptisque diuitiis, sed etiam car-

nis ipsius illecebris abdicatis. Quibus primò omnium datur pacis atque constantiae generale mandatum, vt pacem ferant, constantiam seruent, hospitalis necessitudinis iura custodiant, alienum à predicatore regni caelestis adstruens, cursitare per domos, & inuolabilis hospitij iura mutare. Sed vt hospitij gratia deferenda censetur, ita etiam si non recipiantur, excutiendum puluerem, & egrediendum de ciuitate mandatur. Quo non mediocri boni remuneratione docetur hospitij, vt non solum pacem tribuamus hospitibus, verumetiam si qua eos terrenae obumbrant delicta leuitatis, receptis apostolicae praedicationis vestigijs, auferantur. Nec otiose secundum Mattheum domus quam ingrediantur Apostoli, eligenda discernitur, vt mutandi hospitij necessitudinisque violandae causa non suppetat. Non tamen eadem cautio receptori mandatur hospitij, ne dum hospes eligitur, hospitalitas ipsa minuatur. Sed haec vt secundum litteram de hospitij religione venerabilis est forma praeccepti, ita etiam de mysterio sententia caelestis arripit. Etenim quum domus eligitur, dignus hospes inquiritur. Videamus igitur ne forte Ecclesia praeferenda designetur, & Christus. Quae enim dignior domus apostolicae praedicationis ingressu, quam sancta Ecclesia? Aut quis praefereendus magis omnibus videtur esse quam Christus, qui pedes suis lauare consuevit hospitibus, & quoscumque sua receperit domo, pollutis non patitur habitare vestigijs, sed maculosos licet vitae prioris, in reliquum tamen dignetur mudare processus? Hic est igitur solus quem nemo debet deserere, nemo mutare. Cui bene dicitur, Domine, ad quem ibimus? verba vitae aeternae habes, & nos credimus. Vides executorem caelestium praecceptorum: qui quoniam non mutauit hospitium, caelestis confortium consecrationis emeruit. Fides igitur in primis Ecclesiae quarenda mandatur: in qua si Christus habitator sit, haud dubie sit legeda. Sin verò perfidus populus, aut praecceptor haereticus deformet habitaculum, vitanda haereticorum communio, fugienda synagoga censetur. Excutiendum pedum puluis, ne fatiscientibus perfidiae sterilibus siccitatibus, tanquam humi arido arenosoque mentis tuae vestigium polluat. Nam sicut corporeas infirmitates populi fidelis suscipere in se debet Euangelij praedicator, & tanquam propriis inania gesta pulueri comparanda alleuare atque abolere vestigijs, iuxta quod scriptum est, Quis infirmatur, & ego non infirmor? Ita si qua est Ecclesia quae fidem respuat, nec apostolicae praedicationis fundamenta possideat, ne quam labem perfidiae possit aspergere, deserenda est. Quod Apostolus quoque euidenter asseruit, dicens, Haereticum hominem post vnam correptionem deuita.

Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia quae fiebant ab eo: & haesitabat eo quod diceretur à quibusdam, Quia Ioannes surrexit à mortuis: à quibusdam verò, Quia Elias apparuit: ab alijs autem, Quia propheta vnus de antiquis surrexit. Et ait Herodes, Ioannem ego decollauit, quis est autem iste de quo ego talia audio: Et quarebat videre eum. Et reuersi Apo-

Matth. 10.

24. q. 1. c. quae dignior.

Ioan. 13.

Ioan. 6.

Tit. 3. Ath. 13.

2. Cor. 11. 2. Ioan.

Tit. 3.

stoli, narrauerunt illi quaecumque fecerunt. Et assumptis illis seorsum in locum desertum, qui est Bethsaida. Quod cum cognouissent turbae, secutae sunt illum: & excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos qui cura indigebant, sanabat. Dies autem coeperat declinare. Et accedentes duodecim, dixerunt illi, Dimitte turbas, vt euntes in castella villasque quae circa sunt, diuertant, & inueniant escas: quia hic in loco deserto sumus. Dixit autem ad eos.

Et ait Herodes, Ioannem ego decollauit, &c. Quae ratio est, quod cum in posterioribus Ioannis passio describatur, hic iam mortuus verbis Herodis ostenditur? Ne forte illa, quia post legis defectum euangelicus cibus incipit ieiuna pascere corda populorum. Denique posteaquam illa quae Ecclesiae typum accipit, à fluxu curata est sanguinis; posteaquam Apostoli ad euangelizandum regnum Dei sunt destinati, gratiae caelestis impartitur alimentum. Sed quibus impartitur, aduerte. Non otiosis, non in ciuitate quasi in synagoga vel seculari dignitate residentibus, sed inter deserta quarentibus Christum. Qui enim non fastidiunt, ipsi excipiuntur à Christo, & cum ipsis loquitur Dei verbum, non de secularibus, sed de regno Dei. Et si qui corporalis gerunt vlcera passionis, his medicinam suam libenter indulget. Consequens igitur erat, vt quos à vulnerum dolore sanauerat, eos alimonijs spiritualibus à ieiunio liberaret. Itaque nemo cibum accipit Christi, nisi fuerit ante sanatus. Et illi qui vocantur ad cenam, prius vocando sanantur. Si claudus fuit, gradiendi facultatem vt veniret accepit. Si lumine oculorum priuatus, domum vtiq; Domini nisi refusa luce intrare non potuit. Vbiq; igitur mysterij ordo seruatur, vt prius per remissionem peccatorum vulneribus medicina tribuatur, post alimonia mensae caelestis exuberet: quamquam nondum validioribus haec turba reficiatur alimentis, neque Christi corpore & sanguine ieiuna solidioris fidei corda pascatur. Lacte, inquit, vos potavi, non esca: nondum enim potestis, sed nec adhuc quidem potestis. In modum lactis quinque sunt panes. Esca autem solidior, corpus est Christi; potus vehementior, sanguis est Domini. Non statim à primo epulamur omnia, neque potamus omnia. Hoc primum, inquit, bibe. Est ergo primum quod manduces, est etiam secundum quod bibas. Est & primum quod manduces, est etiam secundum, est tertium. Primum quinque panes sunt, secundum septem, tertium ipsum corpus est Christi. Nequaquam igitur talem Dominum deseramus, qui pro vniuersis viribus impartire nobis alimenta dignatur: ne aut infirmum validioribus opprimat, aut validum exilia alimenta non fatient. Qui enim infirmus est, olera manducet. Et ille qui iam videtur laqueos infirmitatis euadere, de quinque istis manducet panibus, & duobus piscibus. Certè si petere cibum veretur, ipse relictis suis omnibus festinet ad Dei verbum. Dum audire incipit, incipit esurire. Incipiunt Apostoli esu-

Luc. 8.

Luc. 14.

1. Cor. 3.

Esai. 9.

Luc. 9. Matth. 15.

Rem. 14.

rientes videre. Et si illi adhuc non intelligunt quid esuriant, intelligit Christus. Scit quod non secularem cibum esuriant, sed cibum Christi. Dicat, Dimittere eos ieiunos nolo, ne deficiant in via. Bonus Dominus studia exigit, vires ministrat. Vtinam Domine Iesu velis mecum istos ieiunos non dimittere, sed impartitis abs te epulis reficias eos, vt possint tuis alimonijs fortiores infirmitatem ieiunij non timere. Dicas vtinam etiam de nobis, Nolo eos ieiunos dimittere. Causam mihi dicito, quare eos nolis ieiunos dimittere. Immo iam dixisti, quia si quem dimiseris ieiunum, deficiet in via, hoc est, deficiet vel in istius cursu vitae, vel antequam ad caput perueniat via, antequam perueniat ad patrem, & intelligat quod ex patre Christus est, & intelligat quod Christus è caelo, & intelligat quod Christus qui descendit, ipse est & qui ascendit: ne forte cum acciperit quod natus ex virgine est, incipiat non Dei virtutem, sed hominis aestimare. Ergo ne deficiant in via, inquit,

Matth. 15.

Eph. 4. Ioan. 3. 1. Cor. 5.

Date illis vos manducare. At illi dixerunt, Non sunt nobis plusquam quinque panes, & duo pisces: nisi nos eamus, & emamus in omnem hanc turbam escas. Erant autem ferè viri quinque milia. Ait autem ad discipulos suos, Facite illos recumbere per conuiuia quinquagenos. Et ita fecerunt. Et recubuerunt omnes.

Nondum intellexerant Apostoli cibum populi credentis non esse venalem. Nouerat Christus, nouerat ipse nos potius esse redimendos, suas vero epulas gratuitas. Nondum ergo habebant discipuli cibum qui redimere nos posset. Habebant tamen iam cibum qui satiare nos posset: habebant cibum qui confirmare nos posset. Panis enim confirmat cor hominis. Miseretur ergo Dominus, ne quis deficiat in via. Si quis ergo defecerit, non per Dominum Iesum, sed per se deficit: nec habes quod adscribas Domino, qui vincit cum iudicatur. Quid enim dicas ei, qui in te contulit omnia firmamenta virtutis? Nonne ipse te genuit? Nonne ipse te paviit? Cibus eius virtus est, cibus eius fortitudo est. Sed si tu negligentia tua virtutem quam acceperas perdidisti, non alimentorum caelestium, sed tuae mentis tibi praesidia defuerunt. Denique Dominus sicuti super iustos & iniustos pluit, ita etiam iniustos pascit & iustos. Nonne in esca virtute cum iam deficeret in via sanctus Elias, quadraginta ambulauit diebus, & illam escam angelus dedit? Si autem te pauerit Iesus, & acceptam escam seruaueris, ambulabis non quadraginta diebus & quadraginta noctibus, sed (audeo dicere scripturam fretus exemplis) quadraginta annis, egrediens ab Aegyptiis sinibus, donec peruenias in terram bonam & multam, in terram fluentem lac & mel, quam iurauit Dominus daturum se patribus nostris. Huius terrae tibi virtus requirèda est, quam possidet mitis. Non istam terram dico quae arida est, sed illam quae Christi confirmatur alimentis, quae sub imperio constituta regis aeterni, sanctorum incolatibus frequentatur.

1. Sal. 103.

Rem. 3.

Deut. 32.

Matth. 5. 3. Reg. 19.

Exod. 16. Exod. 3. Deut. 8. et 11. Matth. 5.



Acceptis autem quinque panibus, & duobus piscibus, respexit in cælum, & benedixit illis; & fregit, & distribuit discipulis suis, ut ponerent ante turbas.

Diuidit ergo escas Dominus Iesus. Et ille quidem vult dare omnibus, negat nemini: dispensator enim est omnium. Sed cum ille panes frangat, & det discipulis, si tu manus non extendas tuas ut accipias tibi escas, deficient in via, nec poteris in eum culpam tuam referre, qui miseretur & diuidit, sed his diuidit, qui cum eo etiam in deserto permanent, qui primo & secundo & tertio die non recedunt. Sic enim habes alibi, Misereor huius turbæ, quia triduum est iam quod perseuerant mecum. Quanta dignatio, quanta ex eo hominibus inspiratur humanitas? Non vult ieiunos dimittere, non vult, ne deficient in via. Noli ergo deficere à disciplina Domini, neque fatigeris cum ab eo increparis. Non fatigeris nunc, ne postea fatigeris. Quid enim respondebis ei? Aut quomodo te excusabis, si escam virtutis quam ministrat, amiseris? Non potes dicere quia escam non dedit, quia dat omnibus. Non potes dicere quia noluit te bonum facere, ante quem posuit bonum & malum: ut non ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium. Multum enim refert inter eum qui ex necessitate inuitus aliquid agit, & inter eum qui ex voluntate quod bonum est eligit. Si enim inuitus hoc ago, dispensatio mihi credita est: si volens, mercedem habeo. Consideremus ergo quia stabimus ante tribunal Christi, & si opus nostrum arserit, non habebimus quod excusare possimus. Dicet enim quod iam per prophetam locutus est: Popule meus quid tibi? aut in quo molestus fui tibi? responde mihi. Dicet & ei qui in via defecerit: Quare ratione defecisti in via? Nonne panes fregit? nonne benedixit? nonne iussit dari? Sed cur tu accipere noluit? Quanti etiam presentium deficient in via, & post hos sermones, qui licet nostri sint, tamen quia nemo dicit Dominum Iesum nisi in Spiritu sancto, Domini æstimandi sunt: Quanti, inquam, deficient, & in vias gentium transuersis itineribus fornicantes abibunt? Atque vtinam vnus, & non plures. Sed non Iesus auctor defectus, etiam si quis defecerit, omnibus enim distribuit qui sequitur, siue quinque milia, siue quatuor milia sint. Non otiosus numerus, non otiosa reliquæ manducantium. Cur enim plures, id est, quinque milia, quinque panibus, hoc est, numero minori satiantur? pauciores verò, qui sunt quatuor milia, septem panibus, hoc est, numero redundantiore pascuntur? Si enim facti tantum sequamur miraculum, videtur esse diuinius quod de minori numero pluribus abundauit. Cur ergo quod minus est, ei quod est amplius, quasi præstaret, adiectum est? Prius enim quinque milia quinque panibus, postea verò quatuor milia septem panibus legitur satiata. Quæramus ergo mysterium, quod miraculo præstet. Itaque videntur illa quinque milia quasi quinque corporis sensus adhuc corporalibus proxima alimenta accepisse de Christo: quatuor verò milia etsi adhuc in corpore sint, & in hoc mundo, qui ex quatuor constat elementis, non otiosè tamè referuntur mysticæ

escam accepisse quietis. Iam enim æquantur mundo, supra mundum futuri. Nam etsi in hoc mundo sunt, intra mundum tamen non sunt, quibus mysticæ quietis impartitur alimentum. Sex enim diebus mundus est factus, septimo requietum est die, & Dominus sanctificauit eum. Ultra mundum ergo quies, ultra mundum etiam fructus quietis. Denique beati pacifici: ipsi enim filij Dei vocabuntur. Nam cum Deus supra mundum sit, nemo utique potest Deum videre, nisi mundum prius spiritali transcendat obtutu. Septima itaque benedictio pacatorum, septem etiam illis quatuor milibus fragmentorum sportæ supersunt. Non mediocris hic panis est sabbatorum, panis sanctificatus, panis quietis. Et fortasse si primum quinque panes sensibiliter manducaueris, audebo & dicam, post quinque panes & septem, tertio iam in terra non manducabis panem, sed supra terram manducabis octo panes, sicut qui sunt in cælestibus. Sicut enim septem panes, panes quietis, ita octo panes, panes sunt resurrectionis. Ergo isti qui septem aluntur panibus, triduo perstiterunt, fortasse integram resurrectionis futuræ fidem & constantiam consecuti. Denique sanctorum vox est, Tribus diebus ambulabimus, ut epulemur Domino Deo nostro. Sed illa suo loco. De quinque verò panibus sanctus Ioannes docuit me quod nesciebam, quod non docuerat sanctus Matthæus, non docuerat sanctus Lucas. (Singularis enim diuersa impartita est gratia.) Docuit, inquam, me, quinque istos panes hordeaceos fuisse. Et ideo non inceptedicimus escam istam esse habilem corporalibus. Cur enim primò hordeaceos? Quia primò lacte, deinde esca est nutriendus qui accedit ad fidem. Nondum enim poteramus, & fortasse plerique nec adhuc possumus. Nam cum sint inter nos contentiones & dissensiones, nonne carnales sumus, & secundum hominem ambulamus? Suis quæque apta sunt alimenta virtutibus: & ideo prius hordeum, deinde triticum nobis ad alimoniam datur: Fortiori verò sicut Eliæ, de interioribus frumeti panis farinaceus ministratur; quia vatem non queunt contaminare, sed pascere peccatores. Nec solum panis & numeri, sed etiam accubitionis est differentia. Illi enim supra scænum discumbunt, isti supra terram recumbunt. Supra scænum quinque milia, supra terram quatuor milia. Plus est terram premere, quam supra scænum iacere. Illi enim quibus adhuc sensus sunt corporales, mollioribus delectantur, & ideo supra scænum recumbunt. Omnis enim caro scænum. Isti verò supra terram, quæ triticum & vinum gignit & oleum, cibum gratiæ consequuntur. Illi discumbunt, isti recumbunt. Maior enim est quædam requies recumbentis. Ibi duo pisces, hic sine numero. Vnde plerique septiformis spiritus gratiam in panibus definitam, in piscibus quoque duplicis testamenti figuram intelligendam putauerunt. Non piget ergo æstimare quod quatuor milia ex quatuor mundi collecta partibus in quibus Ecclesia figuratur, maioris gratiæ cibum sumant, iuxta quod scriptum est, Quia venient ab oriente & occidente & septentrione & austro, & recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cælorum. Vnde hic gratiæ patri aguntur à Christo. Non enim frustra

Exod. 20. Gen. 1. & 2.

Matth. 5.

Marc. 8.

Matth. 15.

Exod. 5.

Ioan. 6.

1. Cor. 3.

Ibid.

3. Reg. 17.

Ioan. 6.

Matth. 15.

Psal. 40.

Deut. 8.

Ioan. 6.

Matth. 8.

illic

illic benedictio tantum, hic etiam gratiarum est actio. Pro Ecclesia quippe sua Dominus patri gratias agere confuevit: quia quæ abscondit à sapientibus, ea paruulis reuelauit. Benedictio igitur super nos, qui inferiores sumus, gratiarum actio super eos qui de infirmitatibus corporum suorum sacratis passionibus triumpharunt. Iam illud in superioribus prælibauimus, quia cum quinquageni discumbere viderentur hic fundatoris Ecclesiæ populus, qui sine numeri definitione recumbit. Mysticum quoque est, quod & manducans populus satietur, & ministrant Apostoli. Nam & in satietate repulsæ in perpetuum famis indicium designatur, quia non esuriet qui acceperit cibum Christi: & in Apostolorum ministerio futura diuisio domini corporis, sanguinisque præmittitur. Iam illud diuinum, quemadmodum quinque panes quinque millibus populi redudauerint. Non enim exiguo sed multiplicato cibo populum liquet esse satiatum.

Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et sublatum est quod supersuit illis, fragmentorum cophini duodecim.

Videres incomprehensibili quodam rigatu inter diuidentium manus quas non fregerant fructificare particulas, & intacta frangentium digitis sponte sua fragmenta subreperere. Qui hæc legit, quemadmodum iuges aquarum miretur meatus, & liquidis fontibus stupeat continuos fluere successus: quando etiam panis exundat, & naturæ solidioris rigatus exuberat: Hæc igitur facta sunt, ut illa quoque quæ non cernimus, cerneremus. His euidenter illorum quoque se designauit auctorem, & totius naturæ creatorem materialis existere, quæ non (vt philosophi volunt) reperta, sed facta, gignendis omnibus rebus successus defluos subministrat. Hoc quidem mirum, quidquid de fluminibus haurias, signo dispendij non notari: quidquid de fontibus auferas, vsurario quodam reparari meatu. Sed & fluminibus si nihil decedere, nihil tamen videtur accedere, & fontibus vt cumulata fluenta cernuntur, ita dum minuuntur fluenta produntur. At verò hic panis quem frangit Iesus, mysticè quidem Dei verbum est, & sermo de Christo, qui dum diuiditur, augetur. De paucis enim sermonibus, omnibus populis redundantem alimoniam ministravit. Dedit sermones nobis velut panes, qui dum libantur, in nostro ore geminantur. Visibiliter quoque panis iste, ineredibili ratione dum frangitur, dum diuiditur, dum editur, sine vlla dispendij comprehensione cumulatur. Nec dubites vel quod in manibus ministranti, vel in edenti ore cibus increseat, quando vbi que nostri operis testimonium ad firmamentum credulitatis adsciscitur. Sic in nuptiis ex fontibus vina, ministrantibus operantibus, colorantur, & ipsi qui impleuerant hydrias aqua, vinum quod non detulerant hauriebant. Comprehende, si potes, tanta rerum miracula. Hic edentibus populis crescunt suis fragmenta dispendiis, & de quinque panibus maiores reliquæ quam summa est colliguntur: illic in alienam speciem vertuntur elementa, nec suos patitur natura defectus, nec suos agnoscit ortus,

Matth. 11.

Ioan. 6.

vsus tamen proprios recognoscit. Quinetiã melior est mutati vini natura quam nati: quia in arbitrio creatoris est, & quos vsus velit assignare naturis, & quas naturas impartire gignendis. Vide quantis operibus opus adstruat: dum aquam minister infundit, odor transfusus inebriat, color mutatus informat, fidem quoque sapor haustus accumulatur. Conferant gentiles, si placet, cum Christi beneficiis deorum suorum non facta, sed facta. Ferunt certè eorum fabulæ fuisse regem quandam qui quidquid tangebat, aurum fiebat, sed etiam conuiuia ipsa feralia. Nam & ipsa mantilia digitis apprehensa riguerant, & cibus in ore crepitabat, ferens non alimenta sed vulnera, & in gutture potus hærebat, nec penetrare facilis, nec redire. Digna beneficia votis, digna tanto munera precatore, digna liberalitas conferente. Talia sunt idolorum beneficia, vt cum videntur prodesse, plus noceant. At verò Christi munera parua videntur, & maxima sunt. Denique non vni collata, sed populis. Nam & cibus edentium in ore crescebat, & videbatur esse corporalis alimonie, sed fumebatur salutis æternæ. Cur autem quinque millibus hominum plus redundat, quatuor millibus minus? Quia quatuor milia ista triduo cum Christo fuerunt, & ideo ampliorem cælestis pabuli alimoniam receperunt. Nec otiosè quæ turbæ supersunt, à discipulis colliguntur: quia ea quæ diuina sunt, apud electos facilius possis quam apud populos reperire. Vtinam mihi contingat audire, Collige quæ supersunt. Si audiero & fecero, habebō multa quæ turbæ, habebō multa quæ pueri & mulieres edere nequiverunt. Beatus ille qui potest colligere quæ etiam doctis supersunt. Videamus quomodo colligat. Dixit lex, Non mœchaberis. Fregit hunc panem Christus, diuisit hoc verbum, non aliunde adiciens, sed de suo partiens. Qui viderit, inquit, mulierem ad concupiscendum, iam mœchatus est eam. Habes fragmentum: de suo addidit, Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum. Habes aliud, Et si dextera tua scandalizat te, abscinde eam. & Qui dimissam à viro ducit, mœchatur. Vides ex vno quam multa fragmenta. Moyse dicit quod Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera. Paulus dixit, Hæc sunt duo testamenta. Diuisit hoc verbum, & inuenit mysterium. Beatus ergo qui colligit, quæ diuidit Christus. Quare ratione autem cophinos duodecim Christus impleuit, nisi vt illud populi Iudaici solueret, Quia manus eius in cophino seruiert: hoc est, Populus qui ante lurum in cophinis colligebat, hic iam per crucem Christi vitæ cælestis operatur alimoniam, & eò fidei cibum congerit, vbi erat ante cœnum gentilis perfidia. Nec paucorum hoc munus, sed omnium est. Nam per duodecim cophinos tamquam tribuum singularum fidei firmamentum redudat. Panis enim confirmat cor hominis.

Matth. 14. Matth. 15.

Matth. 15. Matth. 15.

Exod. 20. Matth. 5.

Matth. 18. Matth. 5.

Gen. 21. Galat. 4.

Psal. 80.

Psal. 80.

Psal. 80.

Psal. 80.

Psal. 103.

Et factum est, cum solus esset orans, erant cum illo & discipuli: & interrogauit illos dicens, Quem me dicunt esse turbæ? At illi responderunt, & dixerunt, Ioannem Baptistam, alij autem Eliam, alij verò quia vnus prophe-

ta de prioribus surrexit. Dixit autem illis, Vos quem me dicitis esse? Respondit Simon Petrus, Christum Dei.

Quem me dicunt esse turbæ? At illi responderunt, Ioannem Baptistam, &c. Nec turbæ quidem otiosa opinio est, quia alij Eliam, quem venturum putabant; alij Ioannem, quem decollatum sciebant; aut vnum de prophetis prioribus surrexisse credebant. Sed hoc quærere supra nos est: alterius scientiæ, alterius prudentiæ est. Nam si Paulo Apostolo satis est nihil scire nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum, quid amplius mihi desiderandum est scire quam Christum? In vno enim hoc nomine & diuinitatis & incarnationis expressio, & fides passionis est. Et ideo licet cæteri Apostoli sciant; Petrus tamen respondet præ cæteris, Tu es Christus filius Dei viui. Complexus est itaque omnia, qui & naturam & nomen expressit, in quo summa virtutis est. Eriamne nos de generatione Dei quæstiones serimus, cum Paulus iudicauerit nihil se scire nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum? Petrus nihil aliud quam Dei filium confitendum putauit; nos & quando, & quomodo natus sit, & quantus sit, humanæ infirmitatis contemplatione rimamur? Sciuit Paulus quod in istis magis offendiculâ quæstionibus quam adificationis profectus esset, & ideo iudicauit nihil se scire nisi Christum Iesum. Sciuit Petrus quod in filio Dei omnia sint. Omnia enim dedit pater filio. Si omnia dedit, æternitatem quâ habet maiestatemque transfudit. Sed quod pro labor longius? Fidei meæ finis Christus est, finis fidei meæ Dei filius est. Non licet mihi scire generationis seriem, non licet tamen nec scire generationis fidem. Crede igitur sic quem admodum Petrus credidit, vt & tu beatus sis, vt & tu audire merearis: Quoniam non caro & sanguis tibi reuelauit, sed pater meus qui in cælis est. Caro enim & sanguis non queunt nisi que terrena sunt reuelare. At verò qui spiritu loquitur mysteria non carnis & sanguinis magisterio, sed diuina inspiratione fundatur. Noli ergo acquiescere carni & sanguini; ne carnis & sanguinis haurias præcepta, atque ipse sanguis & caro fias. Qui enim carni adhæret, caro est: & qui adhæret Deo, vnus spiritus est. Nô permanebit, inquit, spiritus meus in hominibus istis in æternum, propter quod caro sunt. Sed vtinam caro & sanguis non sint qui audiunt, sed à carnis & sanguinis remoti cupiditatibus possint dicere singuli, Non timebo quid faciat mihi caro. Qui enim carnem viderit, Ecclesiæ fundamentum est: & si æquari Petro nô potest, imitari potest. Magna sunt enim Dei munerata, qui non solum nobis quæ nostra fuerant reparauit, verum etiam quæ sunt sua propria concessit. Refert tamen quid sibi velit quod non alium turba opinabatur, nisi aut Eliam, aut Hieremiã, aut Ioannem Baptistam. Et Eliam fortè, quia raptus ad cælum est. Sed non Elias Christus. Ille rapitur, iste regreditur. Ille, inquam, rapitur, iste rapinam non arbitratus est esse se æqualem Deo. Ille petitis ignibus vindicatur, hic persecutores suos maluit sanare, quâ perdere. Cur autem Hieremiam putabant? Fortasse quia sanctificatus in vulua est. Sed non hic Hieremias. Ille sanctificatur, iste sanctificat. Illius sanctifi-

catio cœpit ex corpore, hic sanctus ex sancto. Cur etiam Ioannem putabant, nisi fortè quia in matris utero positus, Domini præsentia sentiebat? Sed non hic Ioannes. Ille adorabat in utero, hic adorabatur. Ille baptizabat in aqua, Christus in spiritu. Ille pœnitentiam suadebat, hic peccata donabat. Et ideo Petrus non expectauit populi sententiam, sed suam protulit dicens, Tu es Christus filius Dei viui. Qui est, semper est, nec cœpit esse, nec deficit. Magna autem Christi gratia, qui omnia propè vocabula sua discipulis ipsis donauit. Ego sum, inquit, lux mundi: & id tamen quo ipse gloriatur, discipulis nomen indulsit, dicens, Vos estis lux mundi. Ego sum panis viuus: & Nos omnes vnus panis sumus. Ego sum vitis vera: & tibi dicit, Plantauit te vitem fructuosam omnem veram, Petra est Christus; (Bibebant enim de spiritali sequenti petra, petra autem erat Christus.) etiam discipulo suo huius vocabuli gratiam non negauit, vt & ipse sit Petrus, quod de petra habeat soliditatem constantiam, fidei firmitatem. Enitere ergo vt & tu petra sis. Itaque non extra te, sed intra te petram require, Petra tua actus est, petra tua mens est. Supra hanc petram ædificetur domus tua, vt nullis possit nequitia spiritalis euerberari procellis. Petra tua fides est, fundamentum Ecclesiæ fides est. Si petra fueris, in Ecclesia eris, quia Ecclesia supra petram est. Si in Ecclesia fueris, portæ inferi non præualebunt tibi. Portæ inferi, portæ mortis sunt. Portæ autem mortis, portæ Ecclesiæ esse nô possunt. Quæ autem sunt portæ mortis, hoc est, inferi, nisi singula quæque peccata? Si fornicatus fueris, portas mortis ingressus es. Si fidem leseris, portas inferi penetraisti. Si peccatum mortale commiseris, portas mortis intraisti. Sed potens est Deus, qui exaltet te de portis mortis, vt annunties omnes laudes eius in portis filia Sion. Sunt enim portæ Ecclesiæ, sunt portæ castitatis, sūt portæ iustitiæ, quas iustus intrare consuevit, dicens, Aperite mihi portas iustitiæ, & ingressus in eas confitebor Domino. Sed vt portæ mortis, portæ inferi: ita & porta iustitiæ, Dei porta est. Hæc enim porta Domini, iusti intrabunt per eam, Et ideo fuge pertinaciam delictorum, ne portæ tibi possint inferi præualere. Si enim dominatum fuerit peccatum in te, mortis porta præualuit. Fuge ergo contentiones, dissensiones, strepitus, tumultusque discordiæ, ne portas mortis ingressus incurras. Dominus enim Iesus Christus prædicari se primò noluit, ne vnus strepitus nasceretur. Sic enim scribit Euangelista:

At ille increpans illos, præcepit ne cui diceret, quod oportet filiū hominis multa pati, & reprobari à principibus sacerdotū & senioribus & scribis, & occidi, & die tertio resurgere.

Et fortasse ideo hoc addidit Dominus, quia sciebat, difficile passioni & resurrectioni etiam discipulos credituros. Et ideo passionis & resurrectionis suæ assertorem se esse maluit; vt ex facto fides, non ex auditu discordia nasceretur. Ergo Christus noluit gloriari, sed maluit ignobilis videri, vt passionem subiret; & tu qui ignobilis natus es, gloriaris? Eadem tibi, qua Christus ambulauit, gradiendū est via.

Hæc

Matth. 14. Marc. 6.

1. Cor. 2.

Matth. 16.

1. Cor. 2.

1. Tim. 1.

1. Cor. 13.

Isa. 53.

Matth. 16.

1. Cor. 14.

Galat. 1.

1. Cor. 6.

Gen. 6.

Psal. 55.

4. Reg. 2.

Ioan. 16.

Philip. 2.

4. Reg. 1.

Hierem. 1.

Luc. 1.

Luc. 3.

Matth. 16.

Ioan. 8.

Matth. 5.

Ioan. 6.

1. Cor. 10.

Ioan. 15.

Hierem. 2.

1. Cor. 9.

Matth. 16.

Matth. 7.

Psal. 106.

Psal. 9.

Psal. 117.

Ibid.

Matth. 16.

Rom. 6.

2. Cor. 6.

Galat. 6.

Matth. 16.

Psal. 49.

Matth. 10.

Act. 17.

Sap. 13.

Act. 17.

Hæc eius agnitio, hæc eius imitatio, per ignobilitatem & bonam famam, vt gloriaris in cruce Domini, sicut ipse est gloriatus. Sic ambulauit Paulus, & ideo gloriatur, dicens, Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi. Sed videamus cur secundum Matthæum reperiamus admonitos discipulos, ne cui dicerent quod ipse sit Christus, hic autem scriptum sit increpatos esse, ne cui dicerent quod esset multa passurus, & resurrecturus. Videtis quod in vno Christi nomine omnia sint. Ipse enim Christus qui natus est ex virgine, ipse est qui admirabilia fecit in populo, ipse qui mortuus est pro peccatis nostris, & resurrexit à mortuis. Vnum horum si retraxeris, retraxisti salutem tuam. Nam etiam hæretici habere sibi Christum videntur. Nemo enim Christi nomen negat: sed negat Christum, qui non omnia quæ Christi sunt, confitetur. Multis igitur ex causis iubet tacere discipulos, vt fallat principem mundi, vt declinet instantiam, doceat humilitatem: simul ne rudes & imperfecti adhuc discipuli maximæ prædicationis molibus opprimantur. Nunc qua causa etiam immundos spiritus iubeat tacere, consideremus. Sed & hoc nobis scriptura aperuit, quia peccatori dixit Deus, Quare tu enarras iustitias meas? Et ne quis dum prædicantem audit, sequatur errantem: (improbus enim magister est diabolus, qui falsa veris sæpe permisceat, vt sub specie veritatis testimoniū fraudis obtexat.) etiam illud cōsideremus, vtrum hic primū mandauerit discipulis ne cui dicerent quia ipse esset Christus, an verò & antè mandauerit quando Apostolos duodecim destinauit, denuntians illis, In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne introieritis: ite autem ad oues quæ perierunt domus Israël; ægrotos curate, leprosos mundate, dæmones eicite, & in quacunque ciuitatem intraueritis, discite quis in ea dignus sit, atque ibi manete. Itaque nec hic mandatum videtur vt Christum Dei filium prædicarent. Ordo igitur disputationis est ordo tractatus: & ideo etiam nos, cum aliqui ex gētibus vocantur ad Ecclesiam, ita præceptorum seriem formare debemus, vt primò vnum Deum auctorem mundi omniumque esse doceamus, in quo viuimus & sumus & mouemur, cuius & genus sumus: vt non solum propter munera lucis & vitæ, verum etiam propter cognationem quandam generis diligendus à nobis sit. Deinde opinionem illam, quæ est de idolis destruemus, & quod non possit auri argentique vel ligni materia vim in se habere diuinam. Cum vnū Deum esse persuaseris, tunc indicio eius adstrues per Christum nobis salutem datam; incipiens ab illis quæ gessit in corpore, & ea diuina describens, vt plus quam homo fuisse videatur, victam vnus virtute mortem, mortuumque ab inferis suscitatum: paulatim enim fides crescit, vt cum supra homines fuisse videatur, Deus esse credatur. Nam nisi probaueris quod facere illa sine diuina virtute non potuit, quæ admodum potes probare in eo vim fuisse diuinam? Sed fortasse nobis parum auctoritatis & fidei defertur: lege sermonē Apostoli apud Athenienses habitum: qui si à primo destruere voluisset cæmonias idolorum, sermonem eius aures gentium respiciissent. Ab vno igitur Deo operatore mundi incipit.

pit, dicens, Deus qui fecit mundum, & cuncta quæ sunt in eo, &c. Negare non poterant vnum operatorem esse mundi, vnum Deum, vnum omnium creatorem. Adiunxit quod cæli & terræ Dominus in manufactis non dignetur habitare. Deinde quod intra auri argentique cassam materiem nequaquam verisimile sit artificio hominis vim diuinitatis includi, erroris remedium docens esse studium pœnitēdi. Tunc venit ad Christum, nec tamen Deum maluit quam hominē nuncupare, dicens, In viro quo definiuit, præbēs omnibus fidem, suscitans eū ab inferis. Qui enim tractat, debet audientium considerare personas, ne prius irrideatur quam audiatur. Quando enim Athenienses crederent quia verbum caro factū est, & de spiritu virgo concepit, qui irridebant quia resurrectionē audierant mortuorum? Tamen & Dionysius Areopagites credidit, & alij crediderunt in virū, vt in Deum crederent. Quid interest, quod quisque credat ordine? Non in principis perfectā quæratur, sed de principiis ad ea quæ perfecta sunt peruenitur. Ergo tali Athenienses informauit præcepto; talis nobis apud gentiles ordo seruandus est: At verò cum Iudæos alloquerentur Apostoli, ipsum Christum esse dicebant, qui prophetis nobis esset promissus oraculis: quem non prius auctoritate sua Dei filium nominabāt, sed virum probatum, virum iustum, virum à mortuis suscitatum, illum virum de quo dictum est, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Ita ergo & tu ad ea quæ difficile creduntur, auctoritatem diuini sermonis adscisce, & promissum eius aduentum prophetarum voce designa; resurrectionem quoque multo antè compertam scripturarum testimoniis edoceto, non visitatam cum cæteris atque communem, vt in ipsa suscitati corporis assertionem, æternæ testimonium diuinitatis acquiras. Quum enim cæterorum corpora corruptionem probaueris subiisse post mortem, hunc vtique de quo dicitur, Non dabis sanctum tuum videre corruptionem, comprobas humanæ fragilitatis expertem, probas humanæ conditionis merita supergressum, Deo magis quam hominibus cōferendum. Quod si ad sacramenta fidelium tendens catechumenus imbuendus sit, dicendū quia vnus est Deus ex quo omnia, & vnus Iesus Christus per quem omnia, non duos deos esse dicendos: perfectū quidem patrem, perfectū esse & filium, sed vnus patre & filium esse substantiæ, verbū æternū æterni Dei, non quod profertur, sed quod operatur; ex patre genitum, non voce editum. Prohibetur ergo Apostoli euangelizare eum Dei filium, vt euangelizarent postea crucifixum. Hæc est fidei gloria, si verè intelligas crucem Christi. Aliæ cruces nihil mihi profunt, sola crux Christi mihi utilis est, & verè utilis, per quam mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Si mihi crucifixus est mundus, scio, quia mortuus est, non diligo eum: scio quia præterit, non concupisco eum: scio quia corruptela consummet hunc mundum, quasi foetidum vito, quasi luem cauteo, quasi nociturum relinquo. Sed non statim per crucem possunt aliqui credere salutem mundo refusam. Adstrue ergo per historias Græcorum hoc fuisse possibile, sicut interdū etiam Apostolus suadet incredulis, nec versus poëticos refugit, vt fabulas destruat poëtarum. Si enim reuocetur in memo-

G

1. Tim. 1.

Matth. 1.

Act. 17.

Act. 2.

Act. 3.

Psal. 2.

Psal. 15.

1. Cor. 8.

1. Cor. 1.

Galat. 6.

1. Ioan. 2.

Act. 17.

riam, quòd legiones saepe & magnos populos oblati-  
 tis aliquorum mortibus historiz Græcorum affe-  
 rant liberatos: Si recordetur quòd Imperatoris fi-  
 lia propter Græcorum exercitus transferendos ad  
 sacrificium sit vocata: Si nostrum illud considere-  
 mus, Quia sanguis taurorum & hircorum, & cinis  
 vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad carnem  
 emundandam, sicut ad Hebræos scriptum est, Si  
 pestilentia regionum aliquibus hominum contra-  
 cta peccatis, vnius alicuius morte asseritur esse solu-  
 ta, quod aut relatione præualuit, aut dispositione  
 conualuit, quòd facilius in crucem Domini crede-  
 retur; proclive erit vt qui sua negare non possunt,  
 nostra confirmet. Sed quoniam nullus hominum  
 tantus esse potuit, qui totius peccata tolleret mun-  
 di, neque Enoch, neque Abraham, neque Isaac, qui  
 licet morti se obtulerit, seruatus tamen est, quia  
 omnium non poterat abolere peccata: (quis enim  
 tantus homo, in quo omnium peccata moreretur?)  
 idcirco non vnus è plebe, non vnus è numero, sed  
 filius Dei à Deo patre electus est, qui cum supra  
 omnes esset, pro omnibus se posset offerre: quem  
 mori oportuit, vt cum esset fortior morte, alios li-  
 beraret; factus inter mortuos sine adiutorio liber,  
 sine adiumento scilicet hominis, aut alicuius creaturæ,  
 liber à morte, Et bene liber, qui seruitutem  
 cupiditatum repulit, mortis vincla nesciuit.

**S. AMBROSII COMMEN-  
 TARIORVM IN EVANGE-  
 LIVM SECYNDVM LVCAM,  
 LIBER SEPTIMVS.**

**D**icebat autē ad omnes, Si quis vult post  
 me venire, abneget semetipsum, & tol-  
 lat crucem suam quotidie, & sequatur me.  
 Qui enim voluerit animam suam saluam fa-  
 cere, perdet illam: qui verò perdidit ani-  
 mam suam propter me, saluam faciet eam.  
 Quid enim proficit homo, si lucretur vniuer-  
 sum mundum, se autem ipsum perdat, & de-  
 trimentum sui faciat? Nam qui me erubuerit,  
 & meos sermones, hunc filius hominis eru-  
 bescet cum venerit in maiestate sua & patris,  
 & sanctorum angelorum. Dico autem vobis  
 verè, sunt aliqui hinc stantes, qui non gusta-  
 bunt mortem donec videant regnum Dei.

**S**EMPER Dominus sicut ad præmia  
 erigit futura virtutum, atque vtilem  
 secularium rerum docet esse contemp-  
 tum: ita etiam infirmitatem mentis  
 humanæ præsentium remuneratione  
 sustinet. Arduum quippe est crucem tollere, & ani-  
 mæ periculis, morti corpus offerre; negare quod sis,  
 cum velis esse quod non sis; raròque quâuis excelsa  
 virtus, futuris præsentia cõmutat. Difficile quippe vi-  
 detur hominibus, vt spem periculis emât, damnòq;  
 præsentium futuræ lucrum mercentur atatis. Ergo  
 bonus & moralis magister, ne quis desperatione frã-  
 gatur aut tædio, quoniã vitæ dulcis illecebra con-

stantem quoq; mulcet affectum, continuos viuendi  
 successus fidelibus pollicetur. Frigent enim solatia  
 sub metu mortis, magnúq; amor vitæ agrè blãdi-  
 tias spei cū appetitæ salutis terrore compensat. Non  
 habes igitur quòd queraris, non habes quòd excu-  
 ses, arbitretur omniū dedit & virtuti præmium, & infir-  
 mitati remedium: vt præsentibus sustineatur infir-  
 mitas, virtus futuris. Si fortis es, cõtemne mortē: si  
 imbecillis es, fuge. Sed nemo potest fugere mortē,  
 nisi vitã sequatur. Vita tua Christus est, ipsa est vita  
 quæ mori nescit. Itaque si volumus mortem non ti-  
 mere, stemus vbi Christus est, vt & de nobis dicatur  
 verè, *Sunt aliqui hinc stantes, qui non gustabunt mortem.*  
 Non satis est stare, nisi vbi Christus est, stetur. Soli  
 enim non queunt gustare mortem, qui possunt stare  
 cum Christo. In quo licet ex verbi ipsius qualitate  
 perpendere, nec tenuem quidem sensum habituros  
 mortis qui Christi videantur meruisse cõsortia. Cer-  
 tē & si mors corporis libando gustetur, vita animæ  
 possidendo teneatur. Sed quid est gustare mortem?  
 Ne fortè quemadmodũ panis vita est, ita etiam pan-  
 nis mors sit. Sunt enim qui manducant panē dolo-  
 ris, sunt etiam Æthiopum populi qui acceperunt in  
 escam draconē. Absit à nobis, venenum draconis  
 vorare. Habemus enim panē verum, panem illum  
 qui descendit de cælo. Panem illum manducat, qui  
 ea quæ scripta sunt seruat. Sunt ergo qui mortē non  
 gustent donec videant regnũ Dei. Sunt etiam qui  
 mortē non videant, sicut scriptũ est, *Quis est homo  
 qui viuet, & non videbit mortē? Sed quis est homo  
 qui non moriatur, cum resurrectio nisi mortui esse  
 non possit? Quãuis de Enoch & Elia nullã mortem  
 corporis acceperimus, & de Euãgelista Ioanne Do-  
 minus dixerit, Si eum volo manere donec venio:  
 tamen quoniã non de vno Ioanne hinc putamus ex-  
 pressum, sed generale de multis hoc esse præceptũ,  
 non hinc mors corporis sed animæ denegatur. Sunt  
 enim qui mortui viuunt, quoniam sunt qui viuētes  
 mortui sunt, sicut illa quæ viuens mortua est, sicut  
 scriptũ est, Veniat mors super eos, & descendat in  
 infernum viuentes. Si ergo viuus quis in infernum  
 descendit (peccato enim mortis in infernũ descen-  
 dit) sunt profectò quibus nec in morte corporis in-  
 terruptus sit ordo viuendi, sicut Abraham, Isaac, &  
 Jacob, quos viuere diuinæ sententiæ auctoritate cõ-  
 perimus: quoniam cum sit Deus Abraham, Isaac, &  
 Jacob, non vtiq; mortuorũ est Deus, sed viuētium.  
 Itaque non de vno, sed de pluribus dicit. Neq; enim  
 Petrus mortuus est, cui secũdum dominicã senten-  
 tiam inferi porta præualere non potuit. Nec Iaco-  
 bus & Ioannes filij tonitruui mortui, quibus in vsum  
 gloriæ cælestis assumptis non præualēt terrena, sed  
 subiacent. Esto ergo & tu Petrus, deuotus, fidelis,  
 pacificus, vt portas Ecclesiæ aperias, portas mortis  
 euadas. Esto filius tonitruui. Dices, Quomodo pos-  
 sum esse filius tonitruui? Potes esse, si non in terra, sed  
 in pectore Christi recumbas. Potes esse filius toni-  
 trui, si te terrena non moueāt, sed ipse potius ea quæ  
 terrena sunt, mentis tuæ virtute concutias. Tremat  
 terra, non capiat, vereatur caro potestatem animi  
 tui, & concussa subdat. Eris filius tonitruui, si fueris  
 fili⁹ Ecclesiæ. Dicat & tibi de patibulo crucis Chri-  
 stus, Ecce mater tua. Dicat & Ecclesiæ, Ecce filius  
 tuus. Tunc enim incipis esse filius Ecclesiæ, quum in  
 cruce*

1. Cor. 1.

Coloss. 2.

Hebr. 9.

Gen. 22.

Ioan. 3.

Psal. 87.

Coloss. 3.

Psal. 126.

Psal. 73.

Ioan. 6.

Psal. 88.

Eccl. 4.4.

Gen. 2.

Ioan. 2.

1. Tim. 5.

Psal. 54.

Matth. 22.

Matth. 16.

Marc. 3.

Ioan. 13.

Marc. 3.

Ioan. 19.

1. Cor. 1.  
Coloss. 2.

Matth. 17.

Psal. 6. & 11.

Matth. 16.

Matth. 17.

Marc. 9.

Psal. 89.

Gen. 2.

1. Cor. 13.

Esa. 40.

Matth. 13.

2. Cor. 5.

Esa. 53.

Matth. 17.

Gen. 10.

Psal. 1.

Ioan. 3.

Matth. 16.

Ioan. 19.

Act. 12.

ce victorem videris Christum. Nam qui crucem  
 scandalum putat, Iudæus est, Ecclesiæ filius non  
 est. Qui crucem stultitiam putat, Græcus est ille.  
 Est autem Ecclesiæ filius, qui crucem triumphum  
 putat, qui crucem Christi triumphantis agnoscit.

Et factum est ferè in diebus octo post hæc  
 verba assumpsit Petrum & Iacobum & Ioan-  
 nem, & ascendit in montē vt oraret. Et facta  
 est, dum oraret, species vultus eius altera: &  
 vestitus eius albus & refulgens.

Vt scias quia Petrus, Iacobus, & Ioannes mor-  
 tem non gustauerunt, gloriam resurrectionis vide-  
 re meruerunt. Solos enim tres istos post hæc verba  
 in diebus octo assumpsit, & duxit in montem. Quid  
 est quod dicit, *In diebus octo post hæc verba?* Ne fortè  
 quia is qui verba Christi audit & credit, resurrectio-  
 nis tempore gloriam Christi videbit? Octaua enim  
 die facta est resurrectio, vnde & plerique psalmi pro  
 octaua inscribuntur. Aut fortè vt ostenderet nobis  
 quia dixerat quòd is qui propter Dei verbum per-  
 diderit animam suam, saluam faciet eam, quoniam  
 promissa sua in resurrectione restituat. Sed Mat-  
 thæus & Marcus post dies sex assumptos hos esse  
 memorarunt. De quo possemus dicere, post sex  
 millia annorum, Mille enim anni in conspectu Dei  
 tamquam dies vna, sed plures quam sex milia com-  
 putantur annorum. Sed malumus sex dies per sym-  
 bolum intelligere, quòd sex diebus mundi opera  
 sunt creata, vt per tempus opera, per opera mun-  
 dum intelligamus. Et ideo mundi temporibus im-  
 pletis, resurrectio futura monstratur: aut quia is qui  
 supra mundum ascenderit, & huius sæculi momen-  
 ta transcendit, velut in sublimi locatus, futuræ re-  
 surrectionis fructum expectabit æternum. Tran-  
 scedamus igitur opera mundi, vt possimus facie ad  
 faciem Deum videre. Ascende in montē qui euangeli-  
 zat Sion. Si in montem ascendit qui euangeli-  
 zat, & Christum in gloriam resurgētem? Fortasse enim  
 in corpore eum multi viderunt. Multi enim secun-  
 dum carnem cognouimus Christum, nunc au-  
 tem iam non nouimus. Multi cognouimus, quia  
 multi vidimus. Vidimus eum, & non habebat spe-  
 ciem neque decorem. Tres autem soli & tres electi  
 ducuntur in montem. Putarem, in tribus mysticè  
 genus hominum comprehensum, quia ex tribus fi-  
 liis Noë genus omne defluxit humanum, nisi ele-  
 ctos cernerem. Aut fortasse quia soli ex omnibus ad  
 resurrectionis peruenire gratiam qui Christum cõ-  
 fessi fuerint merebuntur, quia impij in iudicium  
 non resurgunt, sed tanquam habito iudicio puniun-  
 tur. Tres igitur ascendunt, qui ascenderent mon-  
 tem, quia & duo eliguntur, qui cum Domino vide-  
 rentur. Vtrinque sacratus numerus. Et hoc for-  
 tasse propterea, quia nemo potest resurrectionis  
 gloriam videre, nisi qui integrum mysterium Tri-  
 nitatis incorrupta fidei sinceritate seruauerit. Pe-  
 trus ascendit, qui clauis regni cælorum accepit:  
 Ioannes, cui committitur Domini mater: Iacobus,  
 qui primus martyrium sustinuit.

Et ecce duo viri loquebantur cum illo.

Erant autem Moyfès & Elias, visi in maiesta-  
 te: & dicebant excessum eius quem comple-  
 turus erat in Hierusalera.

Apparent Moyfès & Elias, hoc est, lex & prophe-  
 tæ cum verbo. Neque enim lex potest esse sine ver-  
 bo; neque propheta, nisi qui de Dei filio propheta-  
 rit. Et illi quidem filij tonitruui corporali gloria  
 Moyfèn quoque & Eliam speculati sunt; sed & nos  
 quotidie videmus Moyfèn & Eliam cum Dei filio.

Videmus enim Moyfèn in Euangelio quum legi-  
 mus, Diliges Dominum Deum tuum. Videmus  
 Eliam cum Dei verbo, quum legimus, Ecce virgo  
 in vtero accipiet. Vnde bene Lucas addidit, quia  
 dicebat excessum eius quem completemus eras in Hierusalera.

Docent enim te de excessu eius mysteria. Et hodie  
 Moyfès docet, & hodie Elias loquitur, & hodie in  
 maiore gloria videre possumus Moyfèn. Quis enim  
 non potest, quando & populus Iudæorum eum vi-  
 dere potuit, immò vidit? Vidit enim in gloria faciē  
 Moyfi, sed velamen accepit, sed in montem non  
 ascendit. Et ideo errauit, quia solum Moyfèn vidit,

Dei verbum simul videre non potuit. Ruclemus  
 igitur nos faciem nostram, vt reuelata facie gloriam  
 Dei speculantes, in eadem imaginem reformemur.

Ascendamus in mōtem, deprecemur Dei verbum,  
 vt in specie & pulchritudine sua nobis appareat, &  
 confortetur, prosperè procedat & regnet. Et hæc  
 enim mysteria sunt, & altius referuntur. Etenim pro  
 tua possibilitate aut minuit tibi verbũ, aut crescit:

ac nisi altioris prudentiæ acumen ascēdas, non tibi  
 apparet sapientiã, non tibi apparet mysteriorũ co-  
 gnitio, non tibi apparet quanta sit gloria, quanta sit  
 species in Dei verbo: sed Dei verbũ quasi quodam  
 apparet in corpore, non habens suã speciem neque  
 decorem: & apparet quasi homo in plaga, qui ferre  
 possit infirmitates nostras: apparet tibi quasi quid-  
 dam sermo natus ex homine, litterarum operus  
 inuolucris, virtute spiritus non refulgēs. Sed si dum  
 hominem consideras, de virgine credas esse gene-  
 ratum, & paulatim aspiraret fides quòd de spiritu Dei  
 natus sit, incipis montem ascendere. Si in cruce po-  
 situm triumphantem de morte videas, non perem-  
 ptum: si videas quòd terra tremuit, sol refugit, tene-  
 bræ offusæ sunt oculis perfidorũ, monumenta aper-  
 ta sunt, mortui surrexerũt, vt esset indicio quia gen-  
 tilis populus qui mortuus erat Deo, tanquam refe-  
 ratis sui corporis tumulis, in fuso crucis lumine re-  
 surrexit: si hoc videas mysterium, in excelsum ascē-  
 disti montem, alteram verbi gloriam cernis. Vesti-  
 menta eius alia deorsum sunt, alia sursum. Et fortas-  
 se vestimenta verbi sermones sunt scripturarum, &  
 quædam intellectus indumenta diuini, quia sicut  
 ipse Petro, Ioanni, & Iacobo in altera specie appa-  
 ruit, & vestitus eius albus refulsit, ita & oculis tuæ  
 mentis iam diuinarum lectionum sensus albefcit.

Fiunt igitur verba diuina sicut nix, vestimenta ver-  
 bi candida nimis, qualia fullo super terram facere  
 non potest. Quæramus hunc fullonem, quæramus  
 hanc niuem. Legimus, ad villam fullonis ascendisse  
 Esaiã. Quis est fullo, nisi fortè ille qui delicta nostra  
 lauare cõsuevit? Deniq; ipse dixit, Si fuerint peccata  
 vestra sicut phœnicij, vt niuē dealbabo, quis est iste

Marc. 3.

Dent. 6.

Esaia. 7.

Exod. 34.

2. Cor. 3.

Psal. 44.

Ephes. 53.

Luc. 1.

Coloss. 2.

Matth. 27.

Marc. 9.

Esa. 7.

Esa. 1.



Hom. Iliad.  
lib. 1. & 3.

Psal. 118.

Ibidem.

Esa. 55.

Dent. 32.

fullo, nisi qui indumenta nostri intellectus abluit, & induens nos indumenta virtutum, Ablutis maculis corporalibus, soli solet offerre diuino? Audiui etiam (vt ad redarguendos eos de contrariis sumamus exemplum) duorum prudentium facundiam niti & apibus comparatam. Inueni quoque dixisse Dauid, Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel & fauum ori meo! Et infra, Lucerna pedibus meis verbum tuum Domine, & lux semitis meis. Verbum Dei lux est, verbum Dei nix est. Super mel quoque & fauum est Dei verbum, quod ore diuino melle dulcor fluxit oratio, & perspicua niuis ritum mollioribus cadunt verba sententiarum. Verè hic solus sermo niuibus comparandus, qui de caelo missus in terras, ieiuna nostrorum arua pectorum fecundauit. Quod non usurpatoriè praesumptum, sed ex lectionis serie deriuatum Deus ipse testatur, dicens, Expectetur sicut pluuia eloquium meum, & descendant velut ros verba mea, sicut imber super gramen, & sicut nix super scenam. Vtinam Domine Iesu mens mea pluuia tua humore virescat, vtinam terram meam niuis istius candore respergas, ne praepropero calore vernantis corporis arua luxurient, sed potius fortu niuali semina verbi caelestis pressa fecundent: Nix cum cadit, aues caeli vbi inhabitent non habent, & latio solito tritici proventus exuberat.

Petrus verò & qui cum illo erant, grauati erant somno. Euigilantes autem, viderunt maiestatem eius, & duos viros qui stabant cum illo.

Vidit hanc gratiam Petrus, viderunt & qui cum illo erant, licet somno grauati essent. Premit enim incomprehensibilis splendor diuinitatis, nostri corporis sensus. Nam si solis radium è regione corpora nequit acies sustinere, quomodo Dei gloriam humanorum ferret corruptela membrorum? Eòque purior & subtilior exhausta concretionem vitiorum, corporis habitus in resurrectione formatur. Et fortasse ideo grauati erant somno, vt resurrectionis viderent speciem. Post quietem itaque euigilantes, viderunt maiestatem eius. Nemo enim nisi vigilans gloriam videt Christi.

Et factum est, cum discederent ab illo, ait Petrus ad Iesum, Praeceptor, bonum est nos hic esse: & faciamus tria tabernacula, vnum tibi, & vnum Moyse, & vnum Eliae, nesciens quid diceret.

Delectatus est Petrus, & quem saeculi huius illecebrosa non caperent, gratia resurrectionis illexit. Bonum est (inquit) nos hic esse. Hinc & ille, Dissolui enim, & cum Christo esse, multo melius. Nec laudasse contentus, non solum affectu, sed etiam factorum deuotione praestantior, ad exaedificanda tabernacula tria impiger operarius communis obsequij ministerium pollicetur. Et quamuis nesciret quid diceret, tamen pollicebatur officium: in quo non inconsulta petulantia, sed praematura deuotio fructus pietatis accumulatur. Nam quod ignorabat, conditionis fuit: quod promittebat, deuotionis. Sed non capit humana conditio in hoc corruptibili, in hoc mortali corpore facere tabernaculum Deo. Siue in animo, siue in corpore, siue alio ali-

quo loco fuge quaerere quod non licet scire. Si Petrus nesciuit, quemadmodum tu potes scire? Si nesciuit ille qui promisit, & qui corporis terminos magnitudine animi nesciebat, quemadmodum scire nos possumus, desideria quadam mentis intra prosepium carnis inclusi? Denique placuit tanta deuotio Deo.

Et inter haec verba, facta est nubes, & obumbravit eos: & timuerunt, intransibiles illis in nubem, vox facta est de nube, dicens, Hic est filius meus dilectus: ipsum audite.

Diuini spiritus est obumbratio ista, quae non caligat affectibus hominum, sed reuelat occulta. Quae etiam alio comperta est loco dicente angelo, Et virtus Altissimi obumbrabit tibi. Cuius profectus ostenditur, audita Dei voce dicentis, *Hic est filius meus dilectus, ipsum audite.* hoc est, non Elias filius, non Moyses filius; sed hic est filius, quem solum videtis. Reecesserant enim illi, vbi coepit Dominus designari. Vides hanc non solum insipientium, sed etiam perfectorum, immò etiam caelestium fidem esse perfectam, filium Dei scire. Sed quoniam haec iam supra diximus, cognosce nubem istam non fumigantium esse montium nebuloso humore concretam, & coacti aeris caligine piceam, quae caelum tenebrarum horrore subtexat: sed lucidam nubem, quae nos non pluuialibus aquis & humentis alluione imbris immadidet, sed de qua mentes hominum voce Dei omnipotentis omnia, ros fidei rogauit.

Et dum fit vox, inuentus est Iesus solus. Et ipsi tacuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quidquam ex his quae viderant.

Inuentus est Iesus solus, &c. Itaque cum tres essent, vnus est factus. Tres in principio videntur, vnus in fine. Perfecta enim fide vnus sunt. Denique hoc etiam dominus patrem orat, vt omnes vnus simus. Nec solum Moyses & Elias in Christo vnus sunt, sed etiam nos vnus corpus sumus Christi. Ergo & illi tanquam in vno corpore recipiuntur in Christi corpus, quia & nos vnus erimus in Christo Iesu. Aut fortassis quia lex & propheta ex verbo: quae autem ex verbo coeperunt, in verbo desinunt. Finis enim legis est Christus, ad iustitiam omni credenti.

Factum est autem, in sequenti die descendit illis de monte, occurrit illi turba multa. Et ecce vir de turba exclamauit, dicens, Magister, obsecro te, respice in filium meum, quia vnus est mihi: & ecce spiritus apprehendit eum, & subito clamat, & elidit, & dissipat eum spuma, & vix discedit ab eo, dilanians eum: & rogauit discipulos tuos vt eiicerent illum, & non potuerunt. Respondens autem Iesus, dixit, O generatio infidelis & peruersa: vsquequò ero apud vos & patiar vos? Adduc huc filium tuum. Et cum accederet, elisit filium daemoneum, & dissipauit. Et increpauit Iesus spiritum immundum, & sanauit puerum, & reddidit illum patri eius. Stupebant

Stupebant autem omnes in magnitudine Dei: omnibusque mirantibus in omnibus quae faciebat, dixit ad discipulos suos: Ponite vos in cordibus vestris sermones istos. Filius enim hominis futurum est vt tradatur in manus hominum. At illi ignorabant verbum istud, & erat velatum ante eos, vt non sentirent illud: & timebant eum interrogare de hoc verbo. Intrauit autem cogitatio in eos, quis eorum maior esset. At Iesus videns cogitationes cordis illorum, apprehendit puerum, & statuit illum secus se, & ait illis, Quicumque receperit puerum istum in nomine meo, me recipit: & qui me receperit, recipit eum qui me misit. Nam qui minor est inter vos omnes, hic maior est.

Quicumque receperit puerum istum in nomine meo, me recipit, &c. Hoc loco Dominus simplicitatem sine arrogancia, charitatem sine inuidia, deuotionem sine iracundia docet esse debere. Nam & pueri mens prouectioris affectu recipienda suadet, quia dum puer nihil sibi vindicat, formam virtutis exequitur, & si rationem nescit, culpam ignorat. Tamen quia plerisque non virtus sed infirmitas videtur sine ratione simplicitas: vt tu veram suscipias admoneris, id est, vt exequaris industria munus naturae. Et ideo ait, *Quicumque receperit puerum istum in nomine meo, me recipit, & qui me receperit, recipit eum qui me misit.* Qui enim imitatorum Christi recipit, Christum recipit: & qui imaginem Dei receperit, recipit Deum. Sed quia imaginem Dei non poteramus videre, facta est ad nos per incarnationem verbi praesentia, vt reconciliaretur nobis quae supra nos est diuinitas.

Respondens autem Ioannes, dixit, Praeceptor, vidimus quendam in nomine tuo euicentem daemona, & prohibuimus eum; quia non sequitur nobiscum.

Quod propensiori studio charitatis Ioannes plurimum diligens, & ideo plurimum redamatus, excludendum putat à beneficio eum qui non vtatur obsequio, rectè non reprehenditur, sed docetur. Non reprehenditur, quia amore faciebat: sed docetur vt nouerit infirmorum esse firmorumque distantiam. Et ideo Dominus etsi fortiores remunerat, tamen non excludit infirmos.

Et ait ad illum Iesus, Nolite prohibere, qui enim non est aduersum nos, pro nobis est.

Ioan. 19.

Luc. 31.

Matth. 7.

Benè Domine, nam & Ioseph & Nicodemus occulti discipuli propter metum, in tempore tamen suum tibi officium non negarunt. Sed tamen quia alibi dixisti, Qui non est mecum, aduersum me est, & qui mecum non colligit, dispergit: aperti nobis ne videatur esse contrarium. Et puto quia si quis mentium consideret scrutatorem, dubitare non debeat vniuersi cuiusque factum mente discerni. Sed cur hic eos qui possunt per manus impositionem immundis imperare spiritibus in nomine Iesu, neget esse prohibendos; secundum Matthaeum verò dicat

his, Non noui vos: discedite à me omnes operarij iniquitatis? Aduertere debemus, non esse distantiam sensus, sententiarumque discordiam, sed illud censeri, eo quod non solum officij in clericis, sed etiam virtutis opera requirantur: tantumque esse Christi nomen, vt etiam parum sanctis opituletur ad praesidium, etsi non opituletur ad gratiam. Vnde se nemo iactare debet, nec purgati hominis sibi gratiam vindicare, in quo aeterni nominis virtus, non aliqua possibilitas humanae fragilitatis operata sit. Non enim merito tuo diabolus, sed odio suo vincitur.

Factum est autem, dum complerentur dies assumptionis eius, & ipse faciem suam firmavit vt iret in Hierusalem. Et misit nuntios ante conspectum suum. Et euntes intrauerunt in ciuitatem Samaritanorum, vt pararent illi. Et non receperunt eum, quia facies eius erat euntis in Hierusalem. Cum vidissent autem discipuli eius Iacobus, & Ioannes, dixerunt, Domine, vis dicimus vt ignis descendat de caelo, & consumat illos? Et conuersus increpauit illos, dicens, Nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Et abierunt in aliud castellum.

Et conuersus increpauit illos, &c. Quod discipulos increpauit quia ignem super eos descendere gestiebant, qui non receperant Christum, ostenditur nobis, non semper in eos qui peccauerint vindicandum: quia nonnunquam amplius prodest clementia tibi ad patientiam, lapsa ad correctionem. Denique Samaritani citius crediderunt, à quibus hoc loco ignis arceatur. Cur autem non receperit eum, Euangelista ipse memorauit, dicens, *Quia facies eius erat euntis in Hierusalem.* Discipuli autem recipi intra-

23. q. 4. cap. quod Christus.

Ioan. 4.

erat euntis in Hierusalem. Discipuli autem recipi intra-

3. August. lib. 1. de gratia Christi, cap. 46.

cat, & quem vult, religiosum facit. Nec discipuli peccant, qui legem sequuntur. Sciebant enim & Phinees reputatum ad iustitiam, quia sacrilegos interemerat: & ad preces Eliae ignem descendisse de caelo, vt propheta vindicaretur iniuria. Sed vindicetur qui timet, vindictam non quaerit qui non timet. Simul ostenditur nobis, in Apostolis fuisse merita prophetarum, quando eandem sibi potestatem quam propheta magnus emeruit, impetrandi iure praesumunt. Et benè praesumunt quia ad sermonem suum ignis de caelo descenderet, quoniam filij sunt tonitru.

Num. 25.

4. Reg. 1.

Factum est autem, ambulantiibus illis in via, dixit quidam ad illum, Sequar te quocumque ieris. Dixit illi Iesus, Vulpes foueas habent, & volucres caeli nidos vbi requiescant: filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Ait autem ad alterum, Sequere me.

Marc. 3.

Vulpes foueas habent, &c. Non videtur conuenire rationi, vt simplicem fidelèque istum arbitremur, qui Domini dignatione respicitur, cum indefessi famulatus obsequium spondidisset. Sed Dominus non obsequiorum speciem, sed puritatem quaerit affectus. Denique alij dicit,

G iij

*Sequere me.* Dispar sermo : iste cogitur, ille remouetur, vt scias quia deuotus admittitur, indeuotus excluditur. Simul disce quia recipere noluit non simplici mente conuersos : nam si voluisset, ex indeuotis deuotos fecisset. Dominus autem mirè omnia, nec illum temerè se offerentem recipit, nec in Samaritanos indeuotè Dominum refutates proprium commouetur : vt ostenderet quia non habet vltionis studium perfecta virtus; nec vlla sit iracundia, vbi plenitudo est charitatis: nec excludenda infirmitas, sed iuuanda. Procul à religiosi indignatio, procul à magnanimis cupiditas vltionis, procul etiam à prudentibus inconsiderata coniunctio, & incauta simplicitas. Vnde & illi dicitur, *Vulpes foueas habent.* nec obsequium eius admittitur, cuius non probatur officium. Circumspectum etenim fidei esse debet hospitium, ne dum infidelibus nostræ domus interna referamus, in aliena perfidia castes improuida credulitate labamur. Quod potest homo, sinceram exhibeat fidem, & obseruatiam mandatorum religiosa mente custodiat, ne dicatur ei, *Vulpes foueas habent.* Fallax quippe animal, & insidiis semper intentum, rapinae fraudem exercet. Nihil rutum, nihil otiosum, nihil patitur esse securum, quod inter ipsa hospitia hominum prædam requirat. Hæreticis autem vulpes comparat. Denique cum gentes vocet, hæreticos excludit. Vulpes enim plenum fraudis est animal, foueam parans, & in fouea semper latere desiderans. Ita sunt hæretici, qui domum sibi parare non norunt, sed circumscriptio-nibus suis alios decipere conantur. Iacob enim domum habitat, hæreticus in fouea est, vt fraudulenta vulpes gallinæ illi euangelicæ dolum semper intendens, de qua scriptum est, Quotiens volui congregare filios tuos sicut gallina pullos suos, & non inueni? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Meritò ergo foueas habent, qui domum quam habuerant, perdiderunt. Hoc animal neque mansue-scit vnquam, (vnde & Apostolus ait, Hæreticum post vnam correptionem deuita : ) neque vlli vsui est, aut cibo vtile. Non enim de hoc dixit Christus: Meus cibus est, vt faciam voluntatè patris mei qui in caelis est. Quinetiam eas à fructibus suis relegat, dicens, Capite nobis vulpes pusillas exterminantes vineas, hoc est, quæ minorem vineam, nõ maiorem exterminant. Et ideo Sampson ad caudas earum faces ligauit, & in messes alienigenarum dimisit, eo quod hæretici fructus incedere conatur alienos; la-tratibus magis sonori, quam vocibus. Qui enim verbum negant, nec vocem habent. Ad præsens ore liberi, sed in futurum sinem iam victi, caudæ facibus significantes sui finis incendium. Volucres quoque caeli, quæ frequenter ad nequitia spiritalis similitu-dinem deriuantur, veluti nidus quosdam struunt in pectoribus improborum : & ideo filius hominis, quia abundauit iniquitas, non habet vbi caput suum reclinet. Etenim dominante veritas, cum simplicitati nullus sit locus, nulla potest in affectibus singulorum diuinitatis esse possessio. Caput enim Christi Deus est : qui vbi mentem probarit innoxiam, supra ipsum quodammodo vim suæ maiestatis reclinat. Quod esse videtur indicio, quia profusore quadam gratia bonorum pectoribus inferatur. Itaque vt aduertas

Luc. 1.  
Matth. 23.  
Tib. 3.  
Ioan. 4.  
Cant. 2.  
Iudic. 15.  
Matth. 13.  
Matth. 24.  
I. Cor. 11.

Deum non cultus aspernantem esse, sed fraudis: qui repudiauerat fraudulentum, eligit innocentem, dicens, *Sequere me.*  
Ille autem dixit, Domine, permittite mihi primum ire, & sepelire patrem meum. Dixitque ei Iesus, Sine, mortui sepeliant mortuos suos: tu autem vade, annuntia regnum Dei. Et ait alter, Sequar te Domine, sed permittite mihi primum renuntiare his qui domi sunt. Ait ad illum Iesus, Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò, habilis est regno Dei.  
Domine permittite mihi primum ire, & sepelire patrem meum, &c. Dixit, Sequere me : sed hoc dixit ei, cuius patrem iam sciebat mortuum. Illum utique patrem de quo dictum est, Obluiscere domum patris tui. Vide igitur quia Dominus quos miseratur, etiã imprudentes aduocat : & postulanti paternam veniam sepulture respondit, *Sine, mortui sepeliant mortuos suos: tu autem vade, annuntia regnum Dei.* Itaque cum religiosum humani acceperimus officium, quemadmodum hinc paterni quoque funeris sepultura prohibetur, nisi vt intelligas humana posthabenda diuinis? Bonum studium, sed maius impedimentum. Nam qui partitur studium, deriuat affectum: qui diuidit curam, differt profectum. Ergo prius obeunda quæ maxima sunt. Nam & Apostoli, ne occuparent studio dispensandi, ministros pauperibus ordinarunt : & ipsi cum à Domino mitterentur, neminem in via salutare præscriptum est : non quò beneuolentiæ displiceret officium, sed quò perfequendæ deuotionis intentio plus placeret. Quomodo autem mortui sepelire mortuos possunt, nisi geminam hinc intelligas mortem; vnam naturæ, alteram culpæ? Est etiam mors tertia, in qua peccato morimur, Deo viuimus, sicut Christus, qui peccato mortuus est. Quod autem mortuus est peccato, mortuus est semel: quod autem viuit, viuunt Deo. Vna est igitur mors, qua copula corporis & animæ separatur, non formidabilis, non timenda, cum discussio quædam nostri videatur esse, non pœna: non metuenda fortibus, desideranda sapientibus, miseris expetenda: de qua dictum est, Quærent homines mortem, & non inuenient eam. Est & alia, quæ sæcularium affert interitum voluptatù, in qua non natura, sed delicta moriuntur. Hanc mortem subimus consulti in baptismo & mortui cum Christo ab elementis huius mundi, cum actus patimur prioris obliuia. Hac morte mori voluit cum propheta-ret Balaam, vt Deo viueret, & ideo dixit, Moriatur anima mea in animis iustorum, & fiat semen meum vt semen eorum. Est & tertia mors, quado Christus, qui est vita nostra, nascitur. Scire autem Christum vita est sempiterna: quæ nunc iustis præstò est in vmbra, in futurum autem erit facie ad faciem. Spiritus enim ante faciem nostram Christus Dominus, cui diximus, In vmbra eius viuemus in gentibus. In vmbra alarum eius sperauit David: in vmbra eius concupiuit & sedit Ecclesia. Si tantum Domine Iesu cõfert vmbra tua, quantum utique veritas afferet? Quæadmodum viuemus, quado iam nõ erimus in vmbra, sed in ipsa vita?

Psal. 44.  
Tob. 4.  
Act. 6.  
Matth. 10.  
Rom. 6.  
2. Cor. 5.  
Apo. 9.  
Coloss. 2.  
Num. 23.  
Coloss. 3.  
Ioan. 17.  
1. Cor. 13.  
Thren. 4.  
Psal. 56.

Can. 2.  
Coloss. 3.  
Apo. 21.  
Apo. 9.  
Ezech. 18.

1. Cor. 5.  
Philip. 1.

Ioan. 17.  
2. Cor. 3.

Ioan. 17.

Psal. 5.  
Psal. 9.

Matth. 26.

Rom. 6.  
Tob. 4.

CAP. X.

POST hæc autem designauit Dominus & alios septuaginta : & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum quò erat ipse venturus. Et dicebat illis, Messis quidem multa, operarij autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, vt mittat operarios in messem suam. Ite : ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos.  
Ad septuaginta discipulos dicit hoc, quos designauit, & misit binos ante faciem suam. Qua ratione binos misit? Quia bina missa sunt animalia in arcam, hoc est, cum mare & femina, immunda per numerum, sed mundata Ecclesiæ sacrameto. Quod completum esse oraculo quod sanctus Petrus accepit, dicente sibi Spiritu sancto, Quod Deus mundauit, tu ne commune dixeris. Et aduertit dictum esse de gētibus, quæ corporeæ magis generationis successione quam spiritalis gratiæ sequebantur. Hos mundauit Dominus, & passionis suæ fecit hæredes.

Genes. 7.  
Act. 10.

Mittens ergo discipulos in messem suam, quæ licet verbo Dei sata, tamè culturae laborem & sollicitum munus operarij requirebat, ne aues caeli sparsa semina dissiparent, ait, *Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos.* Contraria sunt ista sibi animalia, vt alia ab aliis deuorentur. Sed bonus pastor lupos gregi suo timere non nouit: ideoque isti discipuli non in prædam, sed ad gratiam diriguntur. Sollicitudo enim boni pastoris efficit vt lupi in agnos audere nil possint. Mittit ergo agnos inter lupos, vt completeretur illud. Tunc lupi & agni simul pascetur. Et quoniam proxime de vulpe nobis nõ ingratus tractatus euasit, si iudicium vestrum fidele in figura minusculi animantis expertus sum, præsumo quòd profunda mysteria quæ luporum specie velantur, studiorum vestrorum possim aperire suffragio. In specie vulpium hæreticos significari supra expressimus, qui promittunt nomine quòd Christum sequantur, sed studio fraudis abiurati. Hos non suscipit Dominus, sed à suo nido arceat & prohibet. Lupi quid significare videantur, debemus aduertere. Bestiæ nempe sunt quæ insidiantur ouilibus, circa pastorales versantur casus, habitacula domorum intrare non audent, somnum canum, absentiam aut desiderium pastoris explorant, ouium guttur inuadunt vt cito stragulent, feri, rapaces, ijdemque natura corporis rigidiores, vt se facillè non possint inlectere, impetu quodam suo feruntur, & ideo sæpe luduntur. Tum præterea si quem priores hominem viderint, vocem ei quadam naturæ feruntur vi eripere: si autem homo prius eos viderit, exagitari memorantur. Et ideo cauendum mihi est, ne si in hodierno tractatu spiritalium mysteriorum gratia non potuerit resurgere, lupi me prius vidisse credantur, & solemne vocis extorisse suffragium. Nõne lupis istis hæretici comparandi sunt, qui insidiantur ouibus Christi, fremunt circa caulas nocturno magis tempore quam diurno? Semper enim perfidis nox est, qui lucem Christi scæuæ nebulis interpretationis obducere, & quantum in ipsis est fuscare conantur. Versantur ergo circa caulas, stabula tamen Christi intrare non audent. Et ideo non sanantur, quia in stabulū suū non vult eos Christus inducere, in quo curatus est ille qui de Hierusalem descendens incidit in latrones: quem vulneribus alligatis, infuso oleo & vino, imponens in iumentum suum Samaritanus ille duxit in stabulum, & sanatum stabulario dereliquit. Non accipiunt ergo medicinam, qui medicum non requirunt. Si enim requirerent, non derogarent. Explorant pastoris absentiam, & ideo pastores Ecclesiarum vel necare, vel in exilium agere contèdunt: quia præsentibus pastoribus oues Christi incurfare non possunt. Spoliare ergo gregem Domini & diripere conantur, qui corporea quadam mentis intentione duri ac rigidi nequaquam solent à suo errore deflectere. Et ideo Apostolus ait, Hæreticum hominem post vnam correptionem deuita, sciens quia subuersus est qui eiusmodi est. Hos scripture verus interpres illudit, vt inanes suos in vanū effundant impetus, & nocere non possint. Qui si quem versuta disputationis suæ circumscriptio præuenierint, faciunt obmutescere. Mutus est enim qui verbum Dei non eadem qua est gloria consistetur.

Luc. 8.  
Ioan. 10.  
Esa. 11. et 65.  
Luc. 9. sup. m.  
In Luc. ca. 9.  
2. Tim. 3.  
Luc. 10. infra.

2. Tim. 2.

Cave ergo ne tibi vocem tollat hæreticus, si prior eum non ipse deprehenderit: serpit enim, dum latet eius perfidia. Si autem commenta impietatis eius agnoueris, iacturam piæ vocis timere non poteris. Cave igitur versutæ disputationis venena; animam petunt, guttur inuadunt, vitalibus vulnus affigunt. Graues sunt morsus hæreticorum, qui ipsis grauiores & rapaciores bestiis, nullum auaritiæ finem impietatisque nouerunt. Nec vos moueat quod formam prætere videntur humanam; quoniam et si foris homo cernitur, intus bestia fremit. Et ideo eos lupos esse non dubium est, iuxta Domini Iesu sententiam, qui ait, Attendite vobis à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestitu ouium, intus autem sunt lupi rapaces; ex fructibus eorum cognoscetis eos. Si quis ergo specie mouetur, fructum interroget. Audis aliquem sacerdotem dici, rapinas eius non agnoscis. Vestitum ouis habet, facta prædonis. Foris ouis, intus lupo est: qui modum non habet rapinarum, qui tamquam in nocte Scythico membra duratus gelu, cruentus ora, circumuolat quærens quem deuoret. Nonne vobis videtur lupo, qui humana necis insaturabili crudelitate fidelium morte populorum rabiem suam explere desiderat? Vlutat iste, non tractat, qui negat vocis auctorem, & sacrilego sermone bestiale murmur interstrepit, qui non confitetur Dominum Iesum æternæ præfulentem vitæ. Audiuimus eius vlulatus, cum in orbem gladius mitteretur. Dentes asperos, ora tumida præferebat, & putabat quod vocem omnibus abstulisset, quam solus amiserat. Et ideo vt hos lupos effugere possimus, docet Dominus quid sequamur, dicens,

Nolite portare sacculum.

Matth. 10.

Quid sit, sacculum non esse portandum, alibi Dominus euidenter expressit. Scripsit enim Matthæus, quoniam ipse dixit ad discipulos, Nolite possidere aurum, neque argentum. Si prohibemur aurum possidere: quid eripere, quid auferre? Si quod habes, donare præciperis, quemadmodum congeris? Qui prædicas non furandum, furaris? Qui dicis non mœchandam, mœcharis? Qui execraris idola, sacrilegium facis? Qui in lege gloriaris, per præuicacitatem legis Deum inhonoras? Nomen enim Dei per vos blasphematur. Non sic Apostolus Petrus, qui primus dominicæ executor sententiæ, vt ostēderet, non in vacuum Domini effusa mandata, cum posceretur à paupere vt ei aliquid pecuniæ largiretur, ait, Argentum atque aurum non habeo. Ille gloriatur quod non habeat argentum neque aurum, vobis pudor est minus adhuc habere quam cupitis? Est ergo & pauperes gloriosa, quia est & beata, de qua scriptum est, Beati pauperes spiritu. Tamen non tam hoc gloriatur Petrus, quod argentum & aurum non habeat, quam quod seruet mandatum Domini, qui præcepit, Nolite possidere aurum. Hoc est dicere, Vides me Christi esse discipulum, & aurum à me requiris? Aliud nobis multo pretiosius auro donauit, vt in nomine eius operemur. Itaque non habeo quod non dedit, sed quod dedit habeo. In nomine Domini Iesu surge & ambula. Sicut ergo qui horrea vult congerendis ædificare frumentis, dominicæ sententiæ auctoritate reprehenditur;

Luc. 12.

ita qui sacculum vult auro parare condendo, nauum reprehensionis incurrit.

Non peram, non calceamenta.

Vtrumque de corio mortui animantis confici solent, nihil autem in nobis Dominus Iesus mortale vult esse. Denique ad Moysen dicit, Solue calceamentum pedum tuorum: locus enim in quo stas, terra sancta est. Mortale igitur atque terrenum calceamentum iubetur soluere, cum mitteretur ad populum liberandum. Huius enim minister muneri timere nil debet, nec à suscepto officio mortis periculo retardari. Ipse enim cum defensionem fratrum, hoc est Iudæorum, volūtarius recepisset, calumniæ terrore reuocatus est ab incepto, & fugit ex Ægypto. Et ideo cum Dominus affectum eius probasset, conditionem autem vidisset infirmam, animi eius mentisque vestigium mortalibus vinculis censuit exuendum. Quod si quem mouet qua ratione in Ægypto calceati iubentur edere agnum, Apostoli autem sine calceamentis ad prædicandum Euangelium diriguntur: is considerare debet quia in Ægypto positus, debet adhuc morsus cauere serpentis. Multa enim venena in Ægypto: & qui in typo pascha celebrat, patere potest vulnere; qui autem minister est veritatis, euitat venena, non trepidat. Denique momordit Paulum vipera in Melita insula, & videntes pendentes de manu eius viperam incolæ loci illius, putabant eum esse moriturum. Sed vbi inoffensum stare viderunt, Deum esse dicebant, cui venenum nocere non poterat. Et vt scias hoc verum esse, ipse Dominus ait, Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & supra omnes virtutes inimici, & nihil vobis nocebunt. Non virgas in manu iubentur tollere Apostoli. Sic enim Matthæus scribendum putauit. Quid est virga, nisi proferendæ potestatis insigne, & vlciscendi instrumentum doloris? Ergo humilis Domini (in humilitate enim iudicium eius sublatum est) humilis, inquam, Domini præceptum, discipuli eius humilitatis officijs exequuntur. Eos enim misit ad seminandam fidem, qui non cogent, sed docerent: nec vim potestatis exererent, sed doctrinam humilitatis attollerent. Quo loco humilitati putauit etiam patientiam copulandam, quia ipse quoque, iuxta testimonium Petri, cum malediceretur, non remaledixit, cum percuteretur, non percussit. Hoc est ergo dicere, Imitatores mei estote, vltionis studia deponite, insolentiam verberantium non iniuriæ relatione, sed magnanimitate patientiæ supportate. Nemo in se debet quod in alio reprehendit imitari: grauiora contumacibus mansuetudo vulnera refert. Hoc pugno percussit Dominus verberantem, dicendo, Qui te percutit in maxillam, præbe illi & alteram. Fit enim vt iudicio suo ipse se damnet, & quodam stimulo sui compungatur affectus, qui relatum sibi sedulitatem pro iniuria quam fecit, aduerterit. Habet tamen quos & cum virga Apostolos miserit, sicut Paulus testificatur, dicens, Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? Hanc virgam etiam & Timotheo dedit Apostolus, dicens, Argue, obsecra, increpa. Aut fortasse ante passionem Domini, quæ

Exod. 3.

Exod. 2.

Exod. 12.

Act. 28.

Luc. 10. supra.

Matth. 10.

Esai. 53.

1. Petr. 2.

Philip. 3.

Matth. 5.

1. Cor. 4.

2. Tim. 4.

Prout. 13. Exod. 12.

Isai. 88.

1o. in. 18. Luc. 9.

1. Cor. 4.

2. Cor. 1.

2. Cor. 2.

Luc. 14.

4. Reg. 4.

nutantium populorum corda firmavit, necessaria sola fuerit mansuetudo, post passionem correptio? Certè mulceat Dominus, iacret Paulus, suadeat qui potest peccata etiam dura mollire, arguat qui non potest vniuersa suadere. Virgam igitur Paulus ex doctrina legis assumpserat. Legerat enim, Qui parcat baculo, odit filium suum. Legerat etiam quia agnum manducantes, baculum in manibus habere præcepto prophetico iubebantur. Et ideo Dominus in veteri testamento ait, Visitabo in virga iniquitates eorum. In nouo autem seipsum obtulit, vt ignosceret vniuersis, dicens, Si me queritis, finite hos abire. At alibi habes quia cum Apostoli ignem de cælo petere vellent, vt cõsumeret Samaritanos, qui Iesum Dominum intra ciuitatem suam recipere noluerunt, conuersus increpauit illos, & ait, Nescitis cuius spiritus estis. Filius enim hominis non venit animas hominum perdere, sed saluare. Perfectiones ergo sine virga diriguntur, infirmiores cum baculo manducant. Sed & Paulus virgam quidem minatur, sed in spiritu mansuetudinis visitat delinquentes. Denique vt scias mitem esse doctorem, eorum ipsorum quos arguit, consulit voluntatem. Quid vultis? inquit: in virga veniam ad vos, an in charitate & spiritu mansuetudinis? Semel virgam dixit, bis mitiora subiecit, adiiciens mansuetudinem charitati. Prius tamen minarus est virgam, sed exhibuit mansuetudinem. Nam in secunda epistola ad eosdem Corinthios scribens ait, Testem Deum inuoco in animam meam, quod parcens vobis non veni Corinthum. Audi qua ratione putauerit esse parcendum: Ne iterum, inquit, in tristitia venirem ad vos. Abiecit virgam, & affectum charitatis assumpsit.

Et neminem salutaueritis in via.

Fortasse quibusdam hoc durum & superbum, nec mansueti & humilis Domini præcepto conuenire videatur, quod ille qui etiã accubitionis loco præcepit esse cedendum, hoc loco mandet discipulis, Neminem salutaueritis in via, cum iste communis sit vsus gratiæ. Sic inferiores superiorum sibi fauorem conciliare consueuerunt. Gentiles quoque cum Christianis habet huiusmodi officiorum commercia: quomodo Dominus hunc vsum humanitatis auellit? Sed considera non hoc esse solum, Neminem salutaueritis: sed non frustra additum, in via. Denique & Elisæus cum mitteret seruum suum vt baculum eius poneret supra corpus defuncti pueruli, mandauit ei ne per viam aliquem salutaret. Festinatio enim iubeat cum contendere, vt celebrandæ resurrectionis exequeretur officium, ne confabulatione alicuius obuij mandato deflecteretur à munere. Ergo & hic non salutationis officium aufertur, sed obstaculum impediendæ deuotionis aboletur: vt quando diuina mandantur, paulisper sequestrantur humana. Pulchra est salutatio, sed eo pulchrior, quo præceptorum maturior executio diuinorum, quæ per moram sepe traxit offensam. Ideo autem & honesta prohibentur, ne solemnis gratia obrepat officij, & impediatur ministerium, cuius mora culpa fit.

In quamcumque domum intraueritis, primum dicite, Pax huic domui: & si ibi fuerit

filius pacis, requiescet super illum pax vestra: sin autem, ad vos reuertetur. In eadem autem domo manere, edentes & bibentes quæ apud illos sunt, dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quamcumque ciuitatem intraueritis, & susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis; & curate infirmos qui in illa sunt, & dicite illis, Appropinquauit in vos regnum Dei. In quamcumque autem ciuitatem intraueritis, & non susceperint vos: exeuntes in plateas eius, dicite, Etiam puluerem qui adhæsit nobis de ciuitate vestra, extergimus in vos. Verum tamen hoc scitote quia appropinquauit regnum Dei.

Iam illa moralia; ne de domo ad domum quis vana facilitate demigret; vt seruemus etiam hospitali in amore constantiam; ne coalitam amicitiam necessitudinem facile resoluamus; vt pacis præferamus nuntium; vt ipse primus ingressus pacis benedictione celebretur; cibo potuque oblato oportere nos esse contentos; vexilla fidei non premenda, & regni cælestis Euangelium prædicandum; excutiendum de pedibus puluerem, si quis recipiendos ciuitatis hospitio non putauerit.

Dico vobis quia Sodomis in illa die remissus erit, quam illi ciuitati. Væ tibi Chorozain, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidone factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere sedentes poeniterent. Verum tamen Tyro & Sidoni remissus erit in iudicio, quam vobis. Et tu Capharnaum vsque ad cælum exaltata, vsque ad infernum demergèris. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. Reuersi sunt autem septuaginta cum gaudio, dicentes, Domine, etiam dæmonia subiiciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis, Videbam satanam sicut fulgur de cælo cadentem. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes, & scorpiones, & supra omnes virtutes inimici, & nihil vobis nocebunt. Verum tamen in hoc nolite gaudere quia spiritus vobis subiiciuntur: gaudete autem, quia nomina vestra scripta sunt in cælis. In ipsa hora exultauit spiritu Iesus, & dixit, Confiteor tibi pater, Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Etiam pater, quoniam sic placuit ante te.

Docet etiam grauiori poenæ obnoxios fore qui Euangelium non sequendum, quam qui legem iu-



dicauerint esse soluendam, eo quod Tyrus & Sidon si tanta operationum caelestium vidissent miracula, non despexissent remedium poenitentiae. Istam quoque vel affluentiam vel insolentiam saecularem neque caelesti munere comparandam, neque rursus sine remedio derelinqui, cum vnicuique sit subsidium poenitentiae. Postremo aperit caeleste mysterium, quod placuerit Deo ut paruulis magis quam prudentibus istius mundi suam gratiam reuelaret. Quod Apostolus Paulus stylo plenius digessit dicens, Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Nam quoniam in Dei sapientia non cognouit hic mundus per sapientiam Deum; placuit Deo per stultitiam praedicationis saluos facere credentes. Paruulum ergo accipiamus, qui se exaltare non nouerit, & phaleratis sermonibus artem suae iactare prudentiae: quod philosophi plerique faciunt. Paruulus erat qui dixit, Domine non exaltaui cor meum, neque elati sunt oculi mei, neque ingressus sum in magnis, neque in mirabilibus super me. Et ut scires paruulum hunc non aetate, non sensu fuisse, sed humilitate sui, & quadam declinatione iactantiae, addidit, Sed exaltaui animam meam. Vides quam excelsus fuerit hic paruulus, quanto virtutum sublimis vertice? Tales nos paruulos vult esse Apostolus, cum dicit, Si quis videtur sapiens esse inter vos in hoc saeculo, stultus fiat, ut sit sapiens. Sapientia enim huius mundi stultitia est apud Deum. Pulcherimus connectitur de fide locus, quando omnia sibi tradita dicit a patre suo. Sic enim ait,

Omnia mihi tradita sunt a patre meo. Et nemo scit quis est filius, nisi pater: & quis est pater, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Et conuersus ad discipulos suos, dixit, Beati oculi qui vident quae vos videtis. Dico enim vobis, quod multi prophetae & reges voluerunt videre quae vos videtis, & non viderunt: & audire quae auditis, & non audierunt.

Omnia mihi tradita sunt a patre meo, &c. Cum omnia legis, omnipotentem agnoscis; non decorem, non degenerem patris. Cum tradita legis, filium confiteris, cui per naturam omnia vnus substantiae iure sunt propria, non dono collata per gratiam. Addidit, Nemo scit quis est filius, nisi pater: & quis est pater, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Quem locum in iis quos de Fide scripsi libellis, memini non esse praeteritum. Ut scias autem quia sicut filius patrem quibus vult reuelat, etiam pater reuelat quibus vult filium, audi dicentem ipsum Dominum Iesum cum laudaret Petrum quod eum filium Dei esse confessus sit: Beatus es Simon Bar-Iona, quia non caro & sanguis reuelauit tibi, sed pater meus qui in caelis est.

Et ecce quidam legisperitus surrexit, tentans illum, & dicens, Magister, quid faciendo vitam aeternam possidebo? At ille dixit ad eum, In lege quid scriptum est: quomodo legis? Ille respondens dixit, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota fortitudine tua, & ex omni mente tua: Et diliges

proximum tuum sicut te ipsum. Dixitque illi, Recte respondisti: hoc fac, & viues. Ille autem volens iustificare seipsum, dixit ad Iesum, Et quis est meus proximus?

Adhaeret his lectio, qua exploduntur hi qui sibi legisperiti videntur, qui verba legis tenent, vim legis ignorant; & ex ipso primo legis capitulo docet esse legis ignaros, probans quod in principio statim lex & patrem & filium praedicauerit; incarnationis quoque dominicae annuntiauerit sacramentum, dicens, Diliges Dominum Deum tuum: Et diliges proximum tuum sicut teipsum. Vnde Dominus ait ad legisperitum, Hoc fac & viues. At ille qui nesciret proximum suum, quia non credebat in Christum, respondit, Quis est meus proximus? Ita qui Christum nescit, nescit & legem. Quomodo enim potest scire legem, cum veritatem ignoret, cum lex annuntiet veritatem?

Suspiciens autem Iesus, dixit, Homo quidam ex Hierusalem descendebat in Hiericho, & incidit in latrones, qui etiam despoliauerunt eum; & plagis impositis abierunt, semiuuolus relicto.

Vt eum locum qui propositus est nobis, planius possimus absoluere, veterem ciuitatis Hiericho repetamus historiam. Meminimus itaque quod Hiericho, sicut legimus in libro qui inscribitur Iesu Naue, magna ciuitas fuerit, muralibus septa parietibus, quae non ferro peruia, non arietis possit esse penetrabilis: in ea Rhaab habitasse meretricem quae exploratores quos misit Iesus, hospitio recepit, consilio instruxit, postulantibus ciuibus abisse respondit, abscondit in tecto, & ut se suosque urbis excidio posset eripere, coccum in fenestra ligauit. Urbis autem ipsius inexpugnabiles muros septem tubarum sacerdotium sono, & populi iubilantis vlulatu confono corruisse. Videte quemadmodum vnusquisque proprium seruet officium: exploratores excubias, mysterium meretrix, fidem victor, religionem sacerdos. Hi periculum pro laude non metuunt, illa susceptos nec in periculis prodit. Iste sollicitus fidem magis seruare quam vincere, meretricis prius mandat salutem, quam excidium ciuitatis. Religionis autem insignia arma sunt sacerdotis. Iam illud quis non plenum putet esse miraculi, quod ex tota urbe nemo seruatus est, nisi quem meretrix liberauit? Haec simplicis historia veritatis est: quae si altius consideretur, admiranda signat mysteria. Hiericho enim figura istius mundi est; in quam de paradiso, hoc est, de Hierusalem illa caelesti eiectus Adam, praeuaricationis prolapione descendit; hoc est, de vitalibus ad inferna demigrans, cui non loci, sed morum mutatio naturae suae fecit exilium. Longe enim mutatus ab illo Adam, qui in offensa beatitudine fruebatur, ubi in saecularia peccata deflexit, incidit in latrones; in quos non incidisset, nisi his mandati caelestis deuius se fecisset obnoxium. Qui sunt isti latrones, nisi angeli noctis atque tenebrarum, qui se nonnunquam transfigurant in angelos lucis, sed perseuerare non possunt? Hi ante despoliant quae accepimus indumenta gratiae spiritalis, & sic vulnera inferre

S. Aug. 10. 7. lib. 1. cor. 1. 14. Pelag. c. 3.

Psal. 114. 1. Cor. 2. 1. Cor. 3.

Luc. 8.

Mat. 16.

1. Cor. 11. 2. Cor. 8.

Psal. 117.

ra inferre consueverunt. Nam si intemerata quae sumptuosius indumenta seruemus, plagas latronum sentire non possumus. Caue ergo ne ante nuderis, sicut Adam nudatus est, mandati caelestis custodia destitutus, & exutus fidei vestimento, & sic letale vulnus accepit. In quo omne genus occidisset humanum, nisi Samaritanus ille descendens, vulnera eius acerba curasset.

Accidit autem ut sacerdos quidam descenderet eadem via: & viso illo praeteriuit. Similiter & Leuita, cum esset secus locum, & videret eum, pertransiit. Samaritanus autem quidam iter faciens venit secus eum: & videns eum misericordia motus est.

Non mediocri iste Samaritanus, qui eum quem sacerdos, quem Leuita despexerat, non etiam ipse despexit. Nec vocabulo sectae dispicias, quem verbi interpretatione miraris. Samaritani etenim vocabulo custos significatur. Hoc habet interpretatio. Quis est custos, nisi ille de quo dictum est, Custodiens paruulos Dominus? Itaque sicut Iudaeus alius in littera, alius in spiritu: ita est Samaritanus alius foris, alius in occulto. Hic ergo Samaritanus descendens. (Quis est nisi qui descendit de caelo, & qui ascendit in caelum, filius hominis qui est in caelo?) Videns semiuuolum, quem nemo poterat ante curare, sicut illam quae fluxu sanguinis profluens, in medicos erogauerat omne patrimonium suum: venit secus eum, hoc est, factus compassionis nostrae susceptione finitimus, & misericordiae collatione vicinus.

Et appropians alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum.

Multa medicamina medicus habet iste, quibus sanare consuevit. Sermo eius medicamentum est. Alius eius sermo constringit vulnera, alius oleo fouet, alius vinum infundit. Constringit vulnera auctiore praeecepto, fouet remissione peccati, sicut vino compungit denuntiatione iudicij.

Et imposuit illum in iumentum suum, & duxit in stabulum, & curam eius egit.

Audi quomodo te imponat. Hic peccata nostra portat, & pro nobis dolet: & pastor imposuit ouem lassam super humeros suos. Homo enim iumentis similis factus est: & ideo supra iumentum suum nos imposuit, ne nos essemus sicut equus & mulus, ut per nostri corporis assumptionem, infirmitates nostrae carnis aboleret. Denique duxit nos in stabulum, qui eramus iumenta. Est autem stabulum, in quod festi longo itinere succedere solent. Duxit itaque in stabulum Dominus, qui suscitatur a terra inopem, & de stercore erigit pauperem. Et curam eius egit: ne aeger ea quae acceperat, nequaquam praecipua seruaret. Sed non vacabat Samaritano huic diu in terris degere, redcundum erat vnde descenderat. Itaque,

Altero die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait, Curam illius habet.

Quis est iste alter dies, nisi forte ille dominicae resurrectionis, de quo dictum est, Hic est dies quem fecit Dominus? Protulit duos denarios, & dedit stabulario,

Curam illius habet. Qui sunt isti duo denarii, nisi forte duo testamenta, quae imaginem in se habent aeterni regis expressam, quorum pretio vulnera nostra curantur? Redempti enim sumus pretioso sanguine, ut vltimae mortis vlcera vitaremus. Hos ergo duos denarios (licet horum quoque librorum quatuor formas non absurdum sit intelligere) accipit stabularius. Quis? Ille forsitan qui ait, Aestimo ut stercora, ut Christum lucrificam, quod curam haberet hominis vulnerati. Stabularius itaque ille est qui dixit, Misit me Christus euangelizare. Stabularij sunt illi quibus dicitur, Ite in orbem vniuersum, & praedicate Euangelium vniuersae creaturae, & qui crediderit & baptizatus fuerit, hic saluus erit. Saluus utique a morte, saluus a vulnere quod infixum est a latronibus. Beatus ille stabularius, qui alterius vulnera curare potest. Beatus ille, cui dicit Dominus, Et quodcumque supererogaueris, reuertens reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit, Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus, Vade, & tu fac similiter.

Et quodcumque supererogaueris, &c. Bonus dispensator, qui etiam supererogat. Bonus dispensator Paulus, cuius sermones & Epistola veluti ei rationi quam acceperat, superestiuunt. Moderatum Domini mandatum prope immoderato labore mentis & corporis executus, ut multos ab aegritudine graui spiritalis alloquij dispensatione releuaret. Bonus ergo stabularius stabuli eius in quo agnouit asina praesepe Domini sui, & in quo greges clauduntur agnorum, ne fremtentibus ad caulas rapacibus lupis, facilis in ouilia sit incurfus. Spodet ergo se reuersurum. Quando reuerteris Domine, nisi in die iudicij? Nam licet ubique sis semper, & stans in medio nostrum non cernaris a nobis; erit tamen tempus quo vniuersa caro te aspiciat reuertentem. Reddam tibi. Reddes ergo quod debes. Beati quibus es debitor. Vtinam nos simus idonei debitores: vtinam quod accepimus, possimus exolnere, nec nos aut sacerdotij aut ministerij munus extollat. Quomodo reddes Domine Iesu? Promissisti quidem in caelo bonis copiosam esse mercedem. Reddes tamen & cum dices, Euge bone serue & fidelis, quoniam super pauca fidelis fuisti, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. Ergo quoniam nemo magis proximus quam qui vulnera nostra curauit, diligamus eum quasi Dominum, diligamus & quasi proximum. Nihil enim tam proximum, quam caput membrum. Diligamus etiam eum qui imitator est Christi: diligamus & eum qui inopiae alterius corporis vnitate compatitur. Non enim cognatio facit proximum, sed misericordia, quia misericordia secundum naturam. Nihil enim tam secundum naturam, quam iuuare consortem naturam.

Factum est autem dum irent, & ipse intrauit in quoddam castellum; & mulier quaedam Martha nomine, excepit illum in domum suam: & huic erat soror nomine Maria, quae etiam sedens secus pedes Domini, audiebat

1. Cor. 1.

Psal. 130.

1. Cor. 14.

Psal. 136.

1. Cor. 3. Ibid.

Heb. 2.

Lib. 4. de f. Je cap. 6.

Matth. 16.

1. Petr. 1.

Philip. 3.

1. Cor. 1. Marc. 16.

1. Cor. 1.

Esa. 1.

1. Ioan. 1. Apoc. 1.

Matth. 5. Matth. 25.

1. Cor. 11.

2. Cor. 8.

verbum illius. Martha autem fatagebat circa frequens ministerium. Quæ stetit, & ait, Domine, non est tibi curæ quod soror mea relinquit me solam ministrare? Dic ergo illi ut me adiuuet. Et respondens dixit illi Dominus, Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima. Porro vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur illi.

Dictum est de misericordia, sed non vna est forma virtutis. Subiicitur Marthæ exemplo & Mariæ, alterius operis actiuosa deuotio, alterius religiosa mentis intentio Dei verbo: quæ si cum fide congruat, etiam ipsis operibus antefertur, iuxta quod scriptum est, *Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur illi.* Studemus igitur & nos habere quod nemo nobis possit auferre: non vt perfunctoria, sed diligens audiëntia deferatur. Solent enim etiam ipsius semina verbi cælestis auferri, si secus viam sint seminata. Agat te sicut Mariam desiderium sapientie. Hoc enim maius, hoc perfectius opus: nec ministerij cura à cognitione verbi cælestis auertat, nec arguas eos & otiosos iudices quos videas studere sapientie. Hanc enim sibi cohabitantem Salomô ille pacificus adsciuit. Nec Martha tamen in bono ministerio reprehenditur: sed Maria, quod meliorem partem sibi elegerit, antefertur. Iesus enim multis abundat, & multa largitur. Et ideo sapientior, quia quod principale aduertit, elegit. Denique Apostoli optimum non putauerunt relinquere Dei verbû, & ministrare mensis: sed vtrûque munus sapientie est. Nâ & Stephanus plenus sapientia, minister electus: & ideo qui ministrat, doctore deferat, & ministrante doctor inuitet & prouocet. Vnum enim corpus Ecclesiæ, etsi diuersa membra, alterum altero eget. Non potest dicere oculis manus, Operâ tuam non desidero: aut iterum caput pedibus, aut auricula se negare esse de corpore. nam etsi alia principalia, tamen alia necessaria. Sapientia in capite, actus in manibus. Oculi enim sapientis in capite est: quia ille verè sapit, cuius animus in Christo est, & cuius interior oculus erigitur ad superna. Et ideo sapientis oculi in capite ipsius, stulti autem in calcaneo.

CAP. XI. **E**T factum est, cum esset in quodam loco orans, vt cessauit, dixit vnus ex discipulis eius ad eum: Domine, doce nos orare, quemadmodum docuit & Ioannes discipulos suos. Et ait illis, Cum oratis, dicite, Pater, sanctificetur nomen tuum: Adueniat regnum tuum. Panem nostrum quotidianû da nobis hodie: & dimitte nobis peccata nostra, siquidem & nos dimittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentionem. Et ait ad illos, Quis vestrum habens amicum, ibit ad illum media nocte, & dicet illi, Amice, comoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad

me, & non habeo quod ponam ante illû: & ille deintus respondens dicat, Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili: non possum surgere & dare tibi. Et ille si perseverauerit pulsans: dico vobis, etsi non dabit illi surgens eo quod amicus eius sit; propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico vobis, Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur. Quis autem ex vobis patrem petit panem, numquid lapidem dabit illi? Aut piscem: numquid pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouû, numquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quanto magis pater vester cælestis de celo dabit Spiritum sanctum petentibus se?

Quis vestrum habens amicum, ibit ad illum media nocte, &c. Alius præcepti locus est, vt omnibus momentis non solum diebus, sed etiam noctibus oratio deferatur. Vides enim quod iste qui media nocte perrexit, tres panes ab amico suo postulans, & in ipsa petendi intentione persistens, non defraudetur oratis. Qui sunt isti tres panes, nisi mysterij cælestis alimentum? Quod si diligas Dominum Deum tuum, non solum tibi, sed etiam aliis poteris emereri. Quis autem amicior nobis, quàm qui pro nobis corpus suum tradidit? Ab hoc media nocte panes Dauid petiit & accepit. Petiit enim quando dicebat, Media nocte surgebam ad confitendum tibi. Ideo meruit hos panes, quos apposuit nobis edendos. Petiit cum dicit, Lauabo per singulas noctes lectum meum. Neque enim timuit ne excitaret dormientem, quem scit semper vigilantem. Et ideo scriptorum memores, noctibus ac diebus orationi insistentes, peccatis nostris veniam postulemus. Nam si ille tã sanctus, & qui regni erat necessitatibus occupatus, septies in die laudè Domino dicebat, matutinis & vespertinis sacrificiis semper intētus: quid nos facere oportet, qui eo amplius rogare debemus, quo frequentius carnis ac mentis fragilitate delinquimus; vt de via lapsis, & istius æui cursu, ac vitæ huius anfractu grauiter fatigatis, panis refectiois deesse non possit, qui hominis corda confirmet? Nec solum media nocte Dominus, sed omnibus propè docet vigilandum esse momentis. Venit enim & vespertina, & secunda, & tertia vigilia, & pulsare consuevit. Beati itaque serui illi, quos cum venerit Dominus, inuenit vigilantes. Si ergo desideras vt virtus Dei præcingat se, & ministret tibi; vigilandum est semper. Multæ enim insidiæ sunt bonis, & grauis corporis somnus: quia si dormire mens cœperit, vigorem suæ virtutis amittit. Excita igitur somnum tuum, vt pulses ostium Christi. Quod aperiri sibi

*Psalm. 118.*  
*Psalm. 6.*  
*1. Tim. 5.*  
*Psalm. 118.*  
*Luc. 12.*  
*Psalm. 22.*  
*Psalm. 103.*

*Luc. 8.*  
*Sap. 9.*  
*Act. 6.*  
*Ibid.*  
*1. Cor. 12.*  
*Eccl. 2.*

*Coloss. 4.*

*Apost. 4.*

*2. Tim. 4.*

*Psalm. 108.*

*2. Cor. 12.*

etiam Paulus exposcit, non solum suis, sed etiam populi orationibus obsecrans se iuuari, vt aperiat ostium sibi ad loquendum mysterium Christi. Et fortasse illud est ostiû quod apertum vidit Ioannes. Vidit enim, & dixit, Post hæc vidi, & ecce ostium apertum in celo: & vox prima quam audiui tãquam tubam loquentem mecum, & dicentem, Ascende huc, & ostendâ tibi quæ oporteat fieri. Apertum est igitur ostium Ioanni, apertum est ostium Paulo, vt nobis panes, quos ederemus, acciperet. Perseueravit enim ostium pulsans oportunè, importunè, vt gentes mundani tramitis labore vexatas, alimonie cælestis vberrate recrearet. Ergo præceptiuus locus frequenter orandi, spes impetrandi, ratio persuadèdis, prius in præcepto, post in exemplo. Qui enim promittit aliquid, spem debet asserere promissi, vt monitis obedientia deferatur, promissis fides, quæ humanæ contemplatione pietatis in maius æternæ spem pietatis acquirit, si tamen æqua polcantur, ne in peccatum vertatur oratio. Nec erubuit aliquid sapius postulare, ne vel diffidere de Domini misericordia videretur, vel arroganter dolere, quod non prima prece aliquid impetrauerit. Propter hoc, inquit, ter Dominum rogavi: & ostendit quod frequenter Deus ideo non concedat oratus, quod inuitalia iudicet, quæ nos profutura credamus.

Et erat eiiciens dæmonium, & illud erat mutum. Et cum eiicisset dæmonium, locutus est mutus: & admiratæ sunt turba. Quidam autem ex eis dixerunt, In Beelzebub principe dæmoniorum eiicit dæmonia. Et alij tentantes, signum de celo quærebant ab eo. Ipse autem vt vidit cogitationes eorum, dixit eis, Omne regnum in seipsum diuisum destruetur, & domus supra domum cadet. Si autem & satanas in seipsum diuisus est; quomodo stabit regnum eius, quia dicitis in Beelzebub me eiicere dæmonia? Si autem ego in Beelzebub eiicio dæmonia, filij vestri in quo eiiciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt.

Omne regnum in seipsum diuisum destruetur, &c. Causa dicti huius, quoniam Iesus in Beelzebub principe dæmoniorum eiicere dæmonia dicebatur, est, ostendere regnum eius indiuiduum esse atque perpetuum. Meritoque etiam Pilato respondit, Regnum meum non est de hoc mundo. Et ideo qui non in Christo spem gerunt, sed in principe dæmoniorum eiici dæmones opinantur, eos regni negat esse perpetui. Quod spectat ad populum Iudæorum, qui ad Dæmonium eiicie adum, dæmonis accersebat auxilium. Nam quemadmodum potest, cum fides scindatur, regnû manere indiuisum? Etenim cum in lege sit populus Iudæorum, Christus quoque secundum carnem sub lege generatus sit, quomodo regnum potest Iudæorum esse perpetuum, quod sub lege est, cum populus ipse diuidat legem, quando à legis populo Christus negatur, qui ex lege debetur? Ita ex parte se fides Iudicæ plebis impugnat, & impugnando diuiditur, diuidendo dissoluitur.

*Galat. 4.*  
*Deut. 13.*

Et ideo regnum Ecclesiæ manebit in æternum, quia indiuidua fides, corpus est vnû. Vnus enim Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & pater omnium, qui super omnes, & per omnes, & in omnibus. Quanta hinc sacrilegi furoris amentia, vt cum Dei filius ad immundos spiritus conterendos, & ad manubias mundani principis auferendas susceperit carnem, & destrueda nequitie spiritualis hominibus quoque dederit potestatem, diuidens spolia eius, quod insigne est triumphantis, aliqui sibi adiumentum & præsidia diabolicæ potestatis adiscant, cum in digito Dei, vel certè secundum Matthæum, in spiritu Dei dæmones excludantur. Vnde intelligitur indiuiduum quoddam velut corpus esse diuinitatis & regnum, cum Christus Dei dextera sit, Spiritus autem digiti specie velut vnus secundum diuinitatem corporis seriem videatur exprimere. Nonne videtur indiuiduum esse regnum, cum velut corpus sit indiuisum? Habitat enim, vt legisti, corporaliter plenitudo diuinitatis in Christo. Quod utique & de patre negare non poteris, & de Spiritu negare non debes: nec tibi membrorum comparatione nostrorum portio quædam videatur faciendæ virtutis. Indiuidua enim rei non potest esse diuisio; & ideo ad formam vnitatis, non ad distinctionem potestatis referenda digiti nuncupatio est, cum & dextera Dei dicat, Ego & pater vnû sumus. Sed licet indiuidua diuinitas, distincta persona est; digitus tamen cum dicitur Spiritus, operatoria virtus significatur, quod diuinorum operû sicut pater & filius, ita & Spiritus sanctus operator sit. Dauid enim dicit, Quoniam videbo celos opera digitorum tuorum. Et in alio Psalmo, Et spiritu oris eius omnis virtus eorum. Et Paulus ait, Hæc omnia autem operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult. Et hinc cum dicit,

Quod si in digito Dei ego eiicio dæmonia, profectò peruenit in vos regnum Dei. Cum fortis armatus custodit arrium suum, in pace sunt ea quæ possidet. Si autem fortior eo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Qui non est mecum, contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit.

Quod si in digito Dei ego eiicio dæmonia, profectò peruenit in vos regnum Dei, &c. Ostendit imperialè quandam esse sancti Spiritus potestatem, in quo regnum est Dei. Nos quoque in quibus habitat spiritus, regalem domum habemus. Vnde & in posterioribus dixit, Regnum Dei intra vos est. Et ideo diuinitatis, & dominationis, & imperatorie maiestatis confortè debemus æstimare Spiritum sanctû, quia Dominus est spiritus. Vbi autem spiritus Domini, ibi libertas.

Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca inaquosa, quærens requiem: & non inueniēs, dicit, Reuertar in domum meâ vnde exiui. Et cum venerit, inuenit eâ scopis mudatam & ornatâ. Tunc vadit, & assumit septē alios spiritus secû nequiores se,

*Eph. 4.*  
*Coloss. 2.*  
*1. Ioan. 3.*  
*Luc. 9.*  
*Matth. 12.*  
*Coloss. 2.*  
*Ioan. 10.*  
*Psalm. 8.*  
*Psalm. 32.*  
*1. Cor. 12.*  
*Rom. 14.*  
*Luc. 17.*  
*2. Cor. 3.*

& ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Factum est autem, cum hæc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi, Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. At ille dixit, Quinimò beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud.

*Cum immundus spiritus exiit ab homine, &c.* Hoc de Iudæorum plebe dictum ambigi non potest, quam Dominus à regno suo in superioribus segregauit. Vnde omnes quoque hæreticos & schismaticos à regno Dei, & ab Ecclesia intellige separatos. Et ideo non Dei, sed immundi spiritus omnes schismaticorum hæreticorumque liquidò clarè esse conuentus. Itaque in vno homine totius Iudaici populi cõparatio est, à quo per legem spiritus immundus exierat. Sed quia in nationibus & gentibus per fidem Christi requiem reperire non potuit: (immundis enim spiritibus Christus incendium est, qui in peccatoribus gentilium, quæ antè arida erant, postea per baptismum rore Spiritus sancti humescebant, iacula aduersarij ignita restinxerat:) ideo regressus ad plebem est Iudæorum, quæ forensi & perfunctoria specie compta, animo manet interiore pollutior. Neque enim sacri fontis irriguo aut abluebatur aut restinguebat ardorem: meritoque ad eam spiritus redibat immundus, adducens secum septem spiritus nequiores se, quoniam in hebdomadâ legis & octauæ mysteriũ sacrilega mente commisit. Itaque, vt nobis multiplicatur septiformis Spiritus gratia, ita illis immundorum spirituum omnis cumulat in iuria. Vniuersitas enim hoc numero aliquotiens comprehenditur, propter quod septimo die conclusis mundi operibus requieuit Deus. Ideo & sterilis septem peperit, & populosa in filiis infirmata est. Denique vt scias synagogæ populum deformari, vbi Ecclesiæ beatitudo laudatur, subiicit,

Turbis autem concurrentibus cœpit dicere, Generatio hæc, generatio nequam est: signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ propheta. Nam sicut Ionas fuit signum Niniuitis: ita erit & filius hominis generationi isti. Regina Austri surget in iudicio cum viris generationis huius, & condemnabit illos: quia venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis: & ecce plusquam Salomon hîc. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt illam, quia pœnitentiam egerunt ad prædicationem Ionæ: & ecce plusquam Ionas hîc.

*Nam sicut Ionas fuit signum Niniuitis, &c.* In hoc quoque Iudæorum plebe damnata, Ecclesiæ mysterium euidenter exprimitur, quæ in Niniuitis per pœnitentiam, & in regina Austri per studium percipiendæ sapientiæ de totius orbis finibus congregatur, vt pacifici Salomonis verba cognoscat. Regina

planè, cuius regnum est indiuisum, de diuersis & distantibus populis in vnum corpus affurgens. Itaque sacramentum illud magnum est de Christo & Ecclesia: sed tamen hoc maius est, quia illud in figura antè præcessit, nunc autem plenũ in veritate mysterium est. Illic enim Salomon typus, hîc autè Christus in suo corpore est. Ex duobus igitur constat Ecclesia: vt aut peccare nesciat, aut peccare desinat. Pœnitentia enim delictũ abolet, sapiëntia cauet. Hoc in mysterio. Caterùm Ionæ signum vt typus dominicæ passionis, ita etiam grauium, quæ Iudæi commiserint, testificatio peccatorum est. Simul aduerte licet & maiestatis oraculum, & pietatis indicium. Namque Niniuitarum exemplo & denuntiatur supplicium, & remedium demonstratur. Vnde etiam Iudæi debent non desperare indulgentiam, si velint agere pœnitentiam.

Nemo lucernam accendit, & in abscondito ponit neque sub modio, sed supra candelabrum, vt qui ingrediuntur, lumen videant. Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit, si autem nequam fuerit, etiam corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen quod in te est, tenebræ sint. Si ergo corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum: erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te.

*Nemo lucernam accendit, &c.* Quia in superioribus Ecclesiam synagogæ prætulit, hortatur nos vt fidem potius nostram ad Ecclesiam transferamus. Lucerna enim fides est, iuxta quod scriptum est, Lucerna pedibus meis verbum tuum Domine. Verbum enim Dei fides nostra est, verbum Dei lux est, lucerna est fides. Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mūdum. Lucerna autem lucere non potest, nisi aliunde lumen acceperit. Hæc est lucerna quæ accenditur, virtus scilicet nostræ mentis & sensus, vt drachma illa possit quæ perierat reperiri. Nemo ergo fidem sub lege constituat. Lex enim intra mensuram est, vltra mensuram gratia. Lex obumbrat, gratia clarificat. Et ideo nemo fidem suam intra mensuram legis includat, sed ad Ecclesiam conferat, in qua septiformis Spiritus relucet gratia, quam princeps ille sacerdotum fulgore supernæ diuinitatis illuminat, ne eam legis vmbra restinguat. Denique lucerna illa quam matutinis vespertinisque temporibus ritu veteri Iudæorum princeps sacerdotum solebat accendere, velut sub modio sita legis euauit: & ciuitas illa Hierusalem, quæ in terris est, quæ occidit prophetas, quasi in conualle sctus posita delitescit: illa autem Hierusalem quæ in cælo est, qua militat fides nostra, in illo altissimo omnium locata monte, hoc est, Christo, non potest tenebris & ruinis huius mundi abscondi, sed fulgens candore solis æterni, luce nos gratiæ spiritalis illuminat.

Et cum loqueretur, rogauit illum quidam Phariseus vt pranderet apud se. Et ingressus recubuit

Ephes. 6. Math. 23.

Gen. 2. 1. Reg. 2.

3. Reg. 10.

Ephes. 5.

Act. 3.

Psal. 118. Ioan. 1.

Luc. 15.

Exod. 27. 30. Math. 23.

Galat. 4.

recubuit. Phariseus autem cœpit intra se reputans dicere, quare non baptizatus esset ante prandium. Et ait Dominus ad illum, Nunc vos Pharisei quod deforis est calicis & catini mundatis: quod autem intus est vestrum, plenum est rapina & iniquitate. Stulti, nõne qui fecit quod deforis est, etiam id quod deintus est, fecit?

*Nunc vos Pharisei quod deforis est, &c.* Vides corpora nostra terrenorum & fragilium expressione signari, quæ breui lapsu præcipitata frangantur: & facillè ea quæ mens voluit interna, per sensus & gesta corporis prodiscit illa quæ calix interius continet, foris lucent. Vnde & in posterioribus non dubium est vocabulo calicis passionem corporis declarari: & Dominus dicit, Calicem què mihi pater dedit, non vis vt bibam illum? Bibit enim corpus suum, qui corporalem fragilitatem spiritali absorbet affectu, & quasi in mentem animũque transfundit, vt interioribus exteriorum imbecillitas hauriatur. Cernis igitur quod nos non exteriora huius calicis aut catini, sed interiora contaminant. Et ideo quasi bonus præceptor docuit quemadmodum nostri mundare corporis contagium debeamus, dicens,

Verumtamen quod superest, date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis. Sed vae vobis Phariseis, qui decimatis mentam & rutam & omne olus: & præteritis iudicium & charitatem Dei. Hęc autem oportuit facere, & illa non omittere.

*Date eleemosynam, &c.* Vides quanta remedia mundat nos misericordia, mundat nos Dei sermo, iuxta quod scriptum est, iam vos mundi estis propter sermonem meum, quem locutus sum vobis. Ne hoc loco solum, sed etiam in aliis quanta sit gratia expressum tenes. Eleemosyna enim à morte liberat, & Conclude eleemosynã in corde pauperis, & hæc pro te exorabit in die malo. Totus itaque pulcherimus ad hoc dirigitur locus, vt quoniam nos ad studiũ simplicitatis inuitat, superflua Iudæorum & terrena condemnet, qui secundum corpus intelligendo quæ legis sunt, vitro & catino propter fragilitatem sui nõ immeritò comparantur, quoniam ea de quibus nobis nullus est vñs, obseruant, ea autem in quibus nostræ spei fructus est, negligunt: & ideo peccatum grande committunt, dum meliora despiciunt, & tamen ipsis peccati abolitio promittitur, si misericordia consequatur. Breuiter autem vitia eorum multa perstringit, qui vilium fructuum decimis conferendis omne studium intendunt suum; nec vllum futuri iudicij metũ, nec aliquam Dei habeant charitatem, cum opera sine fide vana sint. Prætereunt enim iudicium & charitatem Dei. Iudicium ideo, quia non omnia quæ agunt, in iudicium referunt. Charitatem ideo, quia non ex affectu Deum diligunt. Sed ne rursus fidei nos studiosos faciat, operũ negligentes, perfectionè fidelis viri breui sermone concludit, vt & fide & operibus approbetur, di-

Luc. 22. Ioan. 18.

Ioan. 15.

Tob. 12. Eccl. 29.

Heb. 11.

*Hęc autem oportuit facere, & illa non omittere.* Vae vobis Phariseis, quia diligitis primas cathedras in synagogis, & salutationes in foro. Vae vobis, quia estis vt monumenta quæ non apparent, & homines ambulantes supra, nesciunt. Respondens autem quidam ex legisperitis ait illi, Magister, hæc dicens etiam contumeliam nobis facis. At ille ait, Et vobis legisperitis vae; quia oneratis homines oneribus quæ portare non possunt, & ipsi vno digito vestro non tangitis sarcinas. Vae vobis, qui ædificatis monumenta prophetarum, patres autem vestri occiderunt illos. Profecto testificamini quod consentitis operibus patrum vestrorum: quoniam ipsi quidem eos occiderunt, vos autem ædificatis eorum sepulcra: Propterea & sapientia Dei dixit, Mittam ad illos prophetas & apostolos, & ex illis occident & persequentur: vt inquiritur sanguis omnium prophetarum, qui effusus est à constitutione mundi à generatione ista, à sanguine Abel, vsque ad sanguinem Zachariæ qui periit inter altare & ædem. Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione. Vae vobis legisperitis, qui abscondistis clauem scientiæ: ipsi non introistis, & introeuntes prohibuistis. Cum autem hæc ad illos diceret, cœperunt Pharisei & legisperiti grauius insistere, & os eius opprimere de multis, insidiantes ei, & quærentes aliquid capere de ore eius, vt accusarent eum.

*Vae vobis Phariseis, quia diligitis primas cathedras, &c.* Arrogantiam iactantiamque redarguit Iudæorum, dum primatus accubitionis in conuiujs appetunt. In ipsos quoque peritos legis damnationis sententia promulgatur: qui quasi sepulcra, quæ non apparent, specie fallunt visusque decipiunt: vt cum foris speciosa promittant, intus ossa plena fœtoris includant. Quod faciunt plerique doctores, qui ab aliis exigunt quæ ipsi non queant æmulari. Et ideo ipsi monumenta sunt, sicut & alibi dictum est, Sepulcrum patès est guttur eorum. Bonus etiam locus aduersus superstitionem vanissimam Iudæorum; qui ædificando sepulcra prophetarum, patrum suorum facta damnabant: æmulando autem paterna scelera, in seipos sententiam retorquebant. Etenim prophetarum ædificatione tumulorum, sceleris eos qui occiderant arguebant, & similibus æmulatione factorũ, se quoque declarabant paternæ iniquitatis hæredes. Non igitur ædificatio, sed æmulatio loco criminis æstimatur. Neque enim possunt hæreditariæ iniquitatis absolui, qui Dei filium crucifigendo, quod grauius est paternis cumulum sceleribus addiderunt. Et ideo bene alibi addidit; Implete mensurã patrũ vestrorũ: quia nihil est vltra Dei iniuriã, grauius peccare quod pos-

Psal. 5.

Math. 23.



ibid.

sint. Propterea mittit ad illos sapientia apostolos & prophetas. Quis est sapientia, nisi Christus? Denique in Matthæo habes, Ecce ego mitto ad vos prophetas & sapientes. Arguuntur adhuc sub nomine Iudæorum, & futuro supplicio statuuntur obnoxij, quia cum doctrinam sibi diuinæ cognitionis vsurpēt, & alios impediunt, nec ipsi quod profitentur agnoscant.

CAP. XII.

**M**ita ut se inuicem conculcarent, cœpit dicere ad discipulos suos, Attendite à fermento Phariseorum, quod est hypocrisis. Nihil enim opertum est quod non reueletur, neque absconditum quod non sciatur. Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur: & quod in aurem locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis, Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis. Timete eum qui postquam occiderit, habet potestatem mittere in gehennam. Ita dico vobis, hunc timeate.

*Nihil enim opertum est quod non reueletur, &c.* Pulcherrimum locum tenendæ simplicitatis, & æmulandæ fidei Saluator intexuit, ne Iudaicæ perfidiæ more, alia premamus affectu, alia voce simulemus, cum ultimo tempore occulta cogitationum accusantium, aut etiam defendentium, secretum nostræ mentis apertura videantur. Quæ enim maior est simplicitatis illecebra, quam ut vnusquisque cognoscat, latebram fraudis esse non posse? Sed quoniam gemina est causâ perfidiæ, quia aut ex inoleta malitia, aut ex accidenti metu nascitur: ne quis metu territus potestatis, Deum quem corde cognoscit, negare cogatur, pulchrè addidit animæ tantum formidabile esse supplicium, pœnam corporis non esse metuendam. Mors enim naturæ finis, non pœnæ est. Et ideo mortem supplicij corporalis esse defectum, pœnam verò animæ esse perpetuam: eòque Deum solum esse metuendum, cuius potestati non natura præscribat, sed eadem natura subiaceat. Mortem verò non esse terribilem, quam locupletiore fœnore sit immortalitas redemptura.

Nónne quinque passeres vencunt dipondio: & vnus ex illis non est in obliuione coram Deo? Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite timere, multis passeribus pluris estis vos.

Inspirauerat Dominus simplicitatis affectum, virtutem mentis crexerat, fides sola nutabat, bene eam de vilioribus roborauit. Nam si Deus obliuionem passerum non habet, hominum habere qui potest? Quòd si tanta est Dei & tam æterna maiestas, ut vnus ex passeribus, aut nostrorum numerus capillorum præter scientiam Dei non sit; quàm indignum est æstimare, quòd fidelium corda Dominus aut igno-

ret aut spernat, qui viliora cognoscat? Fortasse dicat aliquis: Quomodo Apostolus dixit, Numquid de bobus cura est Deo; cum vtique bos passere pretiosior sit? Sed aliud est cura, aliud scientia. Denique numerus capillorum non in actu computationis, sed in facilitate cognitionis accipitur. Non enim sollicitam Deus curæ numeratis intendit excubiam, sed cui cognita sunt omnia, quasi numerata sunt omnia. Bene tamen numerati dicuntur, quia illa quæ volumus seruare, numeramus. Possimus tamen hic discutere aliquod intelligentiæ spiritualis arcanum, præsertim cum hoc videatur absurdum, ut homines non potius hominibus quam passeribus comparentur. Videntur enim quinque isti passeres, quinque esse corporis sensus, tactus, odoratus, gustus, visus, auditus: qui modo passerum, si terrenarum sordium timentur illuuiem, atque ex incultis locis & fœtidis cibum querant, delictorum suorum laqueis occupati, ad superiorum operum fructus quibus epulantur animi, reuolare non possunt. Est enim lenocinantis quidam laqueus voluptatis, qui nostrorum vestigiis animorum quædam vincla subneecat, ut si igneum vigorem, puritatēque naturæ, terrenæ materiæ sensus hebetauerit, luxuriæ pretio secularis addictum, sub quadam vitiorum auctione constituat. Sunt etiam quædam nostrorum nundinæ delictorum. Itaque variarum capti illecebris voluptatum, aut venundamur sub peccato, aut redimimur à peccato. Christus nos redimit, aduersarius vendit; ille auctionatur ad mortem, hic redimit ad salutem. Vnde bene Matthæus duos passeres posuit, corpus animamque significans: quoniam caro quoque, si consentiens Dei legi, & exuens se lege peccari, in naturam animæ sensuum puritate transferit, alis ad cælum spiritalibus eleuatur. Itaque docemur quia volandi nobis gratiam natura dedit, voluptas abstulit, quæ malorum eis grauat animam, atque in naturam corporeæ molis inclinat. Meritoque posuit quia nemo illorum cadit sine voluntate Dei. Quod enim cadit, vergit in terram: & quod volat, ad fastigium immortalitatis euehitur. Ne cui autem dubium esset quod Matthæus dixit, Lucas euidenter absoluit: quia voluntas Dei, cognitio Dei. Non enim quicquam voluntate Dei cadit; sed qui delictorum suorum mole ruerit, Deum latere non poterit. Nam & Iob ex Dei voluntate tentatur. Dedit tibi aduersarium, sed proposuit præmium. Ne excuses fragilitatem, qui habes imaginem, accepisti munitionem: vnde & hoc proficit ad salutem, ut sine permissione Dei diabolus nocere non posse cognoscas, ne potentiam diaboli magis timeas, quam diuinitatis offensam. Iam illud non dubium est, animæ passerem comparari, cum legeris, Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Et alibi, Quomodo dicitis animæ meæ, transmigra in montem sicut passer? Ipsum quoque hominem legitimus comparari passeri, quia scriptum est, Ego autē quasi passer singularis in ardificio, scilicet ex duobus passeribus in vnum passerem; hoc est, spiritalis substantiæ subtilitatem concordans, vtriusque alæ compage formatus. Ergo passer bonus est, cui volandi natura suppeditat. Est etiam malus passer, qui volandi vsum terrenæ vitio labis aboluerit, quales sunt isti

1. Cor. 9.

Ecl. 4.8.

Rom. 7.

Matth. 10.

Ibid.

Iob. 1.

Psal. 12.3.

Psal. 10.

Psal. 101.

isti

Matth. 10.

Gen. 2.

1. Cor. 9.

1. Petr. 1.

Galat. 3.

Matth. 5.

isti passeres, qui dipondio vancunt. Alibi assere vncunt, alibi dipondio. Quanta vtilitas delictorum? Mors enim vilis, sed pretiosa virtus. Etenim aduersarius tamquam captiua mancipia vilioris pretio æstimationis addicit. At verò Dominus tamquam speciosa seruitia, quæ ad imaginem & similitudinem sui fecit, idoneus sui operis æstimator, magno pretio nos redemit, sicut sanctus Apostolus dixit, Empti enim estis pretio magno. Et bene magno, quod non æstimatur ære, sed sanguine; quia pro nobis mortuus est Christus, qui pretioso nos sanguine liberauit; sicut etiam sanctus Petrus in epistola commemorat sua, scribens ad nos, Quia non corruptibilibus argento & auro, inquit, redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni incontaminati & immaculati Christi Iesu. Et bene pretioso quia immaculati corporis sanguis est, quia sanguis est filij Dei, qui non solum de maledicto legis, sed etiam de impietatis morte perpetua nos redemit. In summa igitur hic sensus est: Si Dominus vilibus aibus & infidelibus hominibus vel in oriundo sole, vel in terrena fœcunditate prospexit, si misericordia suæ omnibus munus impartit, haud esse dubitandum, contemplationem apud illum fidelium valituram esse meritum. Præclarè autem & fidem acuendo intexuit, & fidei ipsi virtutum fundamenta subiecit. Nam ut fortitudinis incentiuum est fides, ita fidei firmamentum est fortitudo.

Dico autem vobis, Omnis quicumque confessus fuerit me coram hominibus, & filius hominis confitebitur illum coram angelis Dei. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur coram angelis Dei. Et omnis qui dicit verbum in filium hominis, remittetur ei: in Spiritum autem sanctum qui dixerit, non remittetur ei. Cum autē inducent vos in synagogas, & ad magistratus & potestates, nolite solliciti esse qualiter, aut quid respondēatis, aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus docebit vos in illa hora quæ oporteat dicere.

*Et omnis qui dicit verbum in filium hominis, remittetur ei, &c.* Vtique filium hominis Christum intelligimus, qui de Spiritu sancto generatus ex virgine est, quòd parens eius in terris sola sit virgo. Numquid ergo Spiritus sanctus præfertur Christo, ut in Christum peccantes veniam consequantur, in Spiritum sanctum delinquentes remissionem non mereantur adipisci? Sed ubi vnitas potestatis est, nulla comparationis est quæstio, neque controuersia magnitudinis, cum magnus sit Dominus, & magnitudinis eius finis esse non possit. Si igitur, quod credimus, vnitas Trinitatis est, indiscreta vtique magnitudo, sicut indiscreta operatio. Quod in sequentibus demonstratur. Nā cum alibi dictū sit, Pater vobis dat quid loquamini: hic subiecit, Spiritus enim sanctus docebit vos in illa hora quæ oporteat dicere. Ergo si operatio vna est, vna est & contumelia. Sed ad proposita

reuertamur. Hic videtur quibusdam vt eundem & filium hominis & Spiritum sanctum Christum intelligamus, salua distinctione personarum, & vnitate substantiæ, quia vnus & Deus & homo Christus, idem spiritus, sicut scriptū est, Spiritus ante faciem nostram Christus Dominus. Idem sanctus, quia sicut Deus pater, & filius Deus, Dominus pater, & filius Dominus: ita etiam & pater sanctus, & filius sanctus, & spiritus sanctus. Denique Cherubim & Seraphim indefessis vocibus clamāt, Sanctus, sanctus, sanctus, vt Trinitas repetita tertia appellatione signetur. Si ergo vtutrumque Christus est, quæ est diuersitas, nisi vt sciamus quia diuinitatē Christi nobis negare non liceat? Denique in persecutione quid queritur, nisi vt Deū Christū negemus? Itaque quicumque non confitetur in Christo Deū, & ex Deo atque in Deo Christum, veniam non meretur. Sed etiam quicumque non confitetur Christum in carne venisse, ex Deo non est. Qui enim hominē negauit, Deum negauit: quia Deus in homine, & homo in Deo Christus. Plerique tamen illud tenēt, vt eam blasphemiam dicant non esse veniabilem, si quis Christū dicat in Beelzebub eiicere dæmonia, non potestate diuina.

Et ait ei quidā de turba, Magister, dic fratri meo vt diuidat mecū hæreditatem. At ille dixit ei, Homo, quis me constituit iudicē aut diuiforem supra vos? Dixitque ad illos, Videte & caute ab omni auaritia: quia non in abundantia cuiusquæ vita eius est, ex his quæ possidet. Dixit autem similitudinem ad illos, dicens, Hominis cuiusdā diuitis vberes fructus possessio attulit: & cogitabat intra se, dicens, Quid faciā, quia non habeo quò congregem fructus meos? Et dixit, Hoc faciā: Destruam horrea mea, & maiora faciā: illò congregabo omnia quæ nata sunt mihi, & bona mea, & dicam animæ meæ, Anima, habes multa bona in annos multos posita: requiesce, manduca, bibe, epulare. Respondit autem illi Deus, Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te, quæ autem parasti, cuius crunt? Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues.

*Quis me constituit iudicem, &c.* Totus hic locus ad subeundam pro confessione Domini passionem, aut contemptu mortis, aut spe præmij, aut mansuri denuntiatione supplicij, cui nunquam venia laxetur, nos instruit. Et quoniam auaritia plerumque solet tentare virtutē, etiā huius abolendæ & præceptum subicitur & exemplum, dicente Domino, *Quis me constituit iudicem aut diuiforem supra vos?* Bene terrena declinat, qui propter diuina descenderat: nec iudex esse dignatur litium, & arbiter facultatum, viuum habēs mortuorumque iudicium, arbitriumque meritum. Non ergo quid petas, sed à quo postules, intuentum est; nec coram maioribus intento animo putes minoribus obstrependum. Vnde non immeritò refutatur hic frater, qui dispensatorem cælestium gestiebat corruptibilibus occupare,

H iij

*Psal. 96.*  
*Exod. 3.*

*Luc. 2. 4.*  
*2. Theff. 1.*

*Luc. 2. 2.*

*Matth. 26.*

*Hebr. 2.*

*1. Cor. 3.*

*Deut. 6.*

*Luc. 10.*

rum, sicut sanctus Hieremias dicit, Quia factus est sicut ignis ardens: flammigerans in ossibus meis. Est enim ignis Domini, de quo dictum est, Ignis autem ardebit. Est & idem Dominus ignis, sicut ipse dixit, Ego sum ignis ardens, & non consumens. Ignis enim Domini, lumen aeternum est. Quo igne illae accenduntur lucernae, de quibus supra dixit, *Sicut autem lumbi vestri praecincti & lucernae ardentes.* Et ideo quia nox est dies huius vitae, lucerna est necessaria. Hunc ignem in se etiam Amaon & Cleophas à Domino missum esse testantur, dicentes, Nonne cor nostrum ardens erat in via, cum aperiret nobis scripturas? Evidenter itaque docuerunt qualis istius ignis sit operatio, qui secreta cordis illuminat. Et ideo fortasse Dominus in igne venturus est, ut resurrectionis tempore vitia uniuersa consumat, sui que conspectu desideria compleat singulorum, meritorumque & mysteriorum lumen accendat. Tanta itaque Domini dignatio est, ut infundendae nobis deuotionis, & consummadae perfectionis in nobis, & maturandae pro nobis studium passionis sibi inesse testetur: qui cum in se nihil haberet quod doleret, nostris tamen angebatur ærumnis, & sub tempore mortis in celsitiam praeterebat, quam non ex metu mortis suae, sed ex mora nostrae redemptionis assumpserrat, iuxta quod scriptum est,

Baptismo etiam habeo baptizari: & quomodo angor usque dum perficiatur?

Vtique qui usque ad perfectionem angitur, de perfectione securus est. Sed etiam alibi, Tristis, inquit, est anima usque ad mortem. Non propter mortem, sed usque ad mortem tristis est Dominus: quia eum conditio corporalis affectus, non formido mortis offendit. Nam qui corpus suscepit, omnia debuit subire quae corporis sunt: ut esuriret, sitiret, angeretur, contristaretur. Diuinitas autem commutari per hos nescit affectus. Simul ostendit quod in certamine passionis mors corporis, absolutio anxietudinis, non coaceruatio sit doloris.

Puratis quod pacem veni dare in terram? Non, dico vobis, sed separationem.

Cum in omnibus ferè Euangelij locis spiritualis intellectus operetur, tamen in praesenti maxime: & ne quem duritia nuda expositionis offendar, spiritali altitudine sensus series temperanda est, praesertim cum sacrosancta religio moralibus disciplinis & mitibus pietatis exemplis etiam fidei exules ad reuerentiam tamen sui clementer inuiter, ut prauiam fidei disciplina, mansuetudine sui superstitionum dura dissoluat, & obnoxias erroribus mentes cogat etiam fide credere, quas potuit pietate mulcere. Etenim cum fidei alta pectoribus non capiuntur infirmis, per ea quae praecpta sunt, ea quae veneranda sunt estimantur, ut iusta de iusto, sancta de sancto, bonorum suorum bonum testentur auctorem. Ergo Dominum illum qui simul diuinitatis reuerentiam, & pietatis gratiam sua lege complexus est, dicens, Diliges Dominum Deum tuum, & diliges proximum tuum: ita nunc mutatum esse opinabimur, ut abolere necessitudinum nomina, collidere pietatis affectus, charissimorum pignorum diffidia man-

dasse credamus? Et quomodo ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum? Quomodo ipse dicit, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis, si parentes à filiis, filios à parentibus diffidio necessitudinis separaturus aduenit? Quomodo maledictus qui non honorat patrem, religiosus qui deserit? Sed si aduertamus quia prima causa religionis, secunda pietatis est, enodandam etiam hanc æstimabimus questionem. Oportet enim ut diuinis humana posthabeamus. Nam si officium parentibus exhibendum est; quanto magis auctori parentum, cui gratiam etiam pro paratibus tuis debes? Aut si illi omnino non recognoscunt parentem, quemadmodum tu recognoscas? Non igitur dicit renuntiandum esse pignoribus, sed Deum omnibus praefendum. Denique habes in alio libro: Qui diligit patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus. Non diligere parentes, sed Deo praefere prohiberis. etenim naturae pignora Domini beneficia sunt. Nec quisquam debet plus amare beneficium quod accepit, quam Deum à quo beneficium seruat acceptum. Ergo etiam secundum literam pie intelligentibus expositio religiosa non deest; subest tamen quo altius referendum putemus hunc sensum, quia addidit,

Erunt enim ex hoc quinque in domo vna diuisi, tres in duos, & duo in tres diuidentur: pater in filium, & filius in patrem suum: mater in filiam, & filia in matrem: socrus in nurum suam, & nurus in focrum suam.

Qui sunt enim quinque, cum sex personarum facta videatur subiectio, patris & filij, matris & filiae, socrus & nurus? Quamquam eadem mater quae socrus accipi possit. Quae enim mater est filij, socrus eius vxoris est: ut iuxta litteram quoque numeri non absurda sit ratio, liquidumque clareat fidem vinculis nexam non esse naturae, quia licet officio pietatis obnoxij, fide tamen liberi sunt. Non incongruum quoque videtur si mystica interpretatione enodemus hunc sensum. Domus vna, homo vnus est. Vnusquisque enim domus aut Dei est, aut diaboli. Itaque domus spiritalis, homo est spiritalis, sicut habemus in epistola Petri: Et vos tanquam lapides viui aedificamini domus spiritalis, in sacerdotium sanctum. In hac ergo domo duo in tres, tres in duos diuidentur. Duos legimus frequenter, animam & corpus. Quod si duobus in terra conuenerit, efficiuntur vtraque vnum. Et alibi, Castigo corpus meum, & seruituti redigo. Aliud est quod seruit, aliud cui subicitur. Si duos agnouimus, etiam tres agnoscamus: quod procliue ex illis duobus est intelligere. Tres enim animae in corpore affectiones sunt, vna rationalis, alia concupiscibilis, tertia irritabilis, hoc est, λογιστικὴ, ὁρμητικὴ, ὁρμητικὴ. Non ergo duo in duos, sed duo in tres, & tres in duos diuidentur. Etenim per aduentum Christi homo qui erat irrationabilis, rationalis factus est. Antè eram similes bestiarum, quae rationem nesciunt, eramus carnales, eramus terreni, iuxta Domini sententiam, Terra es, & in terram ibis. Venit Dei filius, misit spiritum suum in corda nostra, facti sumus filij spirituales. Possumus etiam dicere quia in hac domo sunt alij quinque, id est, odor, tactus,

*Ephes. 2.*  
*Ioan. 14.*  
*Deut. 27.*

*Matth. 19.*

*Matth. 10.*

*1. Petr. 2.*

*Matth. 18.*

*1. Cor. 9.*

*Ephes. 5.*

*Genes. 3.*

*Galat. 4.*

*Luc. 16.*

*S. August. 1. 7. lib. 2. contra Iul. Pelag. cap. 5.*

*Rom. 7.*

*Ephes. 2.*

*2. Cor. 5.*

*Rom. 7.*

*S. Aug. tom. 7. lib. 2. cont. Iul. Pelag. cap. 5.*

*Genes. 2.*

*Genes. 3.*

tactus, gustus, visus, auditus. Ergo si secundum ea quae audimus aut legimus, separato sensu visus atque auditus, excludamus superfluos corporis voluptates, quae gustu, tactuque, & odore pariuntur, duos in tres diuidemus, eo quod mentis habitus vitiorum non capiatur illecebris, sed aemulatione virtutis à lenociniis se voluptatis abducatur, ne fiat omnium vna consentio, quae precipitet in errorem, sed diuidendo se separent desideria cordis, & officia virtutis. Aut si quinque sensus accipimus corporales, vitia iam corporis & peccata se separant. Et fortasse quinque sunt quos fratres suos ille in Euangelio diues. luxuriosus appellat, qui cruciari describitur apud inferos, quibus mandari rogatur ut nouerint in hoc seculo delicias abdicandas, ut possint requiem habere post saeculum studio virtutis. Possunt etiam videri caro atque anima ab odore, tactu gustuque luxuriae separata, in vna domo se aduersus incurstantia vitia diuidentes, sed subijciētes se legi Dei, & remouētes se à lege peccati: quorum licet dissensio per prauaricationem primi hominis in naturam se verterit, ut nequaquam sibi paribus ad virtutum efficaciam studiis conuenirent; tamen per crucem Domini saluatoris, tam inimicitias, quam etiam mandatorum lege vacuatis, in societatis concordiam coaluerunt: posteaquam Christus è caelo pax nostra descendens, fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriae soluens, inimicitias in carne sua, legem mandatorum in decretis euacuans, ut duos conderet in vno nouo homine, faciens pacem, & reconciliaret vtroque in vno corpore Deo. Quis est vterque, nisi vnus interior, alter exterior? Alterum ad animae spectat vigorem, alterum refertur ad corporis sensum. Quamquam inseparabilis affectus inspiratione concordet, cum caro subiecta meliori, salutaribus obedit imperiis: non quod in naturam animae subtilitate materiae transfusa demigret, sed quia deliciis abdicatis ab omni defaecata labe vitiorum, caelestis conuersationis tramitem obedientiae affectione gradiatur, iam non ut antea legi mentis repugnans, sed per legem mentis & spiritum vitae liberata à lege peccati, ut animae caro fiat appendix, non iam lena vitiorum, sed amula quaedam, & quasi pedissequa virtutis. Et rursus quando anima corporis non conuiet illecebris, nec carnalium voluptatum delectatione vincitur, sed mens pura, mundique huius exuta famulatu, sensus corporis in suas illicet & attrahit voluptates, ut audiendi legendique vsu incrementa virtutis epuletur atque interioris succi spiritualibus nescit: iam famem satietur alimentis. Etenim ratio cibus mentis est, praeclearaque alimonia suauitatis quae membra non oneret, neque se in naturae pudenda, sed in ornamenta conuertat; cum libidinum volutabrum commutatur in Dei templum, diuersorumque vitiorum sacrarium incipit esse virtutum. Quod utique tunc sit, cum caro in naturam regressa, vigoris sui agnoscat atricem, atque ausu deposito contumacia, moderantis animae coniugatur arbitrio, qualis fuit cum inhabitanda paradisi secreta suscepit, antequam veneno pestiferi serpentis infecta, sacrilegam famem sciret, diuinorumque memoriam praecceptorum animae sensibus inherentem, edacitatis studio praeteriret. Hinc peccatum manasse proditur, tamquam corpore animaque ge-

nitoribus, dum corporis natura tentatur, anima male sana comparitur. Quae si appetentiam corporis refraxisset, in ipso ortu extincta esset origo peccati, quam velut virili infusam corporis motu, male facta anima etiam sui vigore corrupto alienis grauis oneribus parturiuit. Etenim ille valentior & fortior sexus quodam valido impetu velut virilis fertur affectus, haec molliorem quam vehementiorem studet tenere rationem. Ex his itaque diuersarum cupiditatum motus adoleuit. Sed vbi in se anima redit, deformis partus pudore conuenta, degeneres abiurat heredes abdicans motus, exosa peccatum. Caro quoque grauium laborum defœnerata forte, & vsura iniuriarum miserabilis fatigata, vbi se cupiditatibus suis, quas sibi ipsa generauit, tamquam sentibus mundi doluit esse confixam, veterem hominem festinat exuere, ut se sibi auferat, ne improvidam parentem successio peritura destituar. Rursus cupiditatum irrationabilis motus, quasi cuiusdam formae decore fucato, voluptatis lenociniis illectans, eam sibi tamquam in vsum societatis adsciuit; ita velut quaedam corporis atque animae nurus voluptas, mortui prauae cupiditatis innubet. Ergo quamdiu mansit in vna domo conspirantibus vitis individua inseparabilisque consensio, nulla videbatur esse diuisio. Vbi verò Christus ignem quo delicta cordis exureret, vel gladium qui significat exercitiae aciem potestatis, quod spiritus medullarumque secreta penetrantur, misit in terras: tunc caro atque anima regenerationis innoata mysteriis, oblita quod erat, incipit esse quod non erat: ac se à veteris vitij, quamuis sibi antè dilecti societate secernit, & quasi prodigae copulam posteritatis eliminat, ut diuidatur pariter in filios, dum intemperans motus temperantia corporis abdicatur, & anima declinat consortium culpae, nec extrariae illi & foris sumptae locus remanet voluptati. Filij quoque in parentes diuiduntur, dum renouati hominis censuram senilem vitia vetusta declinant, pietatisque normam voluptas adolescentior tanquam seric domus refugit disciplinam. Non incongruum quoque est, si putemus quod & isti ideo se diuidant, ut meliores fiant parentibus, maxime cum in posterioribus dixerit, Si quis venit ad me, & non odit patrem aut matrem, & filios, & fratres, & sorores, etiam animam suam, non potest meus esse discipulus. Et ideo secundum simplicem intelligēdi formam, gentilibus parentibus qui Christum sequitur filius antefertur. Religio enim praestat pietatis officii. Illud quoque secundum altiorē interpretationē, quia de carne peccatum nascitur, & velut in vtero carnis operatur, de quo ait Apostolus, Si autē quod nolo hoc ago, iam non ego illud operor, sed quod habitat in me peccatum. Cum enim pro vita mundi huius effusus Domini sanguis aboleuerit vitia, in gratiam ex offensione conuertitur. Superabundauit enim peccatum, ut superabundaret gratia: fitque ut ex peccato orta poenitentia ad conuersionem me propositi, & ad cupiditatem gratiae spiritalis impellat. Itaque quod erat mihi ad mortem, hoc erit in salutem. Ergo peccatum irriguo fontis ablutum, ab ea vnde generatum est carne secernitur: & dū vnusquisque cupit redimere delictum, fit ex serie culpae studium disciplinae: concupiscentia quoque rerum ma-

*Coloss. 3.*

*Hebr. 4.*

*1. Tim. 14.*

*Rom. 7.*

*Ioan. 6.*

*Rom. 5.*

*Rom. 7.*

larū, & quidā motus feruidior cupiditatis, Dei verbo in appetitum transfunditur diuinæ charitatis & amoris, atque in eadem natura fit varia disciplina; multo que meliorem quam antea voluptatem sibi mysteriorum cælestium ille corporis atque animæ appetitus acquirit. Alitur enim animus cognitione rerum; & comperta futurorum repromissione sublimior animæ opera vetusta fastidit. Animalis enim homo non percipit quæ sunt spiritus Dei. stultitia enim illi est. Spiritus autem diiudicat omnia, ipse autem à nemine diiudicatur.

1. Cor. 2.

Dicebat autem & ad turbas, Cùm videritis nubem orientem ab occasu, statim dicitis, Nimbis venit, & ita fit: & cùm austrum flantem, dicitis, Quia æstus erit, & fit. Hypocritæ, faciem cæli & terræ nostis probare: hoc autem tempus quomodo non probatis? Quid autem & à vobis ipsis non iudicatis quod iustum est? Dum vadis cum aduersario tuo ad magistratum in via, da operam liberari ab illo: ne forte condemnet te apud iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. Dico tibi, non exies inde, donec etiam nouissimum quadrantem reddas.

Matth. 5.

Dum vadis cum aduersario tuo ad magistratum in via, &c. Hoc etiam Matthæus posuit, sed ille specialiter, iste generaliter. Ille enim de reconcilianda pace dissidentium fratrum dicendum putauit, hic de penitentia, & omnis emendatione delicti. Discutiamus igitur qui sit aduersarius, qui magistratus, qui iudex, quiue exactor, quidve putemus esse quadrantem, quem nisi quis soluerit, mittatur in carcerem. Et iuxta Matthæum quidem aduersarius est, cum quo minimè tibi in hac vita conuenisse videatur, qui apud iudicem futurum viuorum atque mortuorum, manentis simultatis te crimine persequatur. Iuxta Lucam autem est aduersarius noster ille precipuè, qui serit illecebras delictorum, vt habeat in supplicio participes, quos habuit in errore confortes: atque ideo socios querit ad culpam, vt obnoxios prodat ad pœnam. Quem nobis cauendum Petrus Apostolus monet, dicens, Aduersarius vester diabolus tanquā leo rapiens & rugiēs querit quem deuoret. Est aduersarius noster, iuxta Matthæum, omnis virtutis vsus, & apostolicus & propheticus sermo, qui nos ad asperiora præcepta, & durioris vitæ documenta constringit. Cui consentire nos conuenit, vt eum operibus æmulemur, ne aliqua nostra contumacia ab eo desciuisse prodamur. Iuxta Lucam autem nemo nobis magis aduersarius quam noster est lapsus, qui nos vitæ nostræ accusat indicibus: non quod accusationis vllius iudex futurus querat officium, sed quod apud omnium cognitorem noster nos actus accusat, dñi ab vsu virtutis, apostolicisque præceptis inuenitur alienus. Itaque aduersarius nobis omnis vitiorum est vsus. Aduersaria nobis libido, aduersaria auaritia, aduersaria omnis improbitas, aduersaria omnis iniqua cogitatio, omnis denique mala conscientia, quæ nos & hinc afficit, & in

Act. 10.

1. Pet. 5.

G. futuro accusabit & prodet, sicut testatur Apostolus, dicens, Testimonium reddentē illis conscientia illorum, & inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiam excusantibus. Quod si conscientia vnūquemque prodit; quāto magis gestorum nostrorum opus ante Deum præsto est, quod expressum in nostro corpore vltimo tempore recensēbitur, & secretum cogitationis scriptum in cordibus nostris legetur? Demus igitur operam, vt dum in hoc sumus vitæ curriculo constituti, tanquam à malo aduersario, ita ab improbo liberemur actū, ne dum imus cum aduersario ad magistratum in via, nostrum condemnet errorem. Ideo & secundum Matthæum, Esto consentiens aduersario tuo dum es cum illo in via. *ἐπισημαίνω* autem Græcus dixit, hoc est, beneuolens. Si enim dum sumus in hac vita, exoluamus nos à vinculis diaboli, nec ille propter nos damnabitur, & nos à vinculis eius erimus alieni. Vnde & pro Assyrio Plalmus inscribitur septuagesimus nonus. Bene enim consulis aduersario, & pro illo Assyrio, hoc est vano, bene facis, si eius laqueis exutus præstes hanc beneuolentiam, vt pœnam tui lapsus euadat. Quod si vinculis eius inhæreas, trader te tanquam reum magistratui, idē accusator & proditor. Quis est magistratus, nisi penes quem omnis potestas est, & qui pleni & perfecti temporis sublimem sibi vendicat dignitatem? Ad quem bonorum operum fretus conscientia, non timens aduersarium, sanctus Propheta festinat, dicens, Sitiuit anima mea ad Deum viuum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Hic enim magistratus tradet reum iudici, ei scilicet, cui viuorum & mortuorum tribuit potestatem. Tribuit per naturam, non per gratiam. Non enim quam non habebat accepit, sed quam ex substantia patris cum generaretur assumpsit. Hunc magistratum tibi & iudicem monstrat, qui monstrat & accusatorem, & ostendit quando sit reuelandus. In die, inquit, qua iudicabit Deus occulta hominum secundum Euangelium meum per Iesum Christum Dominum nostrum. Hic igitur est iudex Iesus Christus, per quem occulta redarguuntur, & improbi operis pœna mādatur. Vis scire Christum esse iudicem qui exactori tradit, & in carcerem mittit? Ipsum interroga, immò ipsum lege in Euangelio, dicentem, Tollite & mittite illum in tenebras exteriores. Exactores quoque suos ipse monstrat alio loco, vbi dicit, Sic erit in consummatione sæculi. exhibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis: ibi erit fletus & stridor dentium. Superest nunc vt intelligamus quid sibi velit figura quadrantis. Et videtur vsualis rei expressum nomine intellectus spiritualis arcanū. Nam sicut qui pecuniam soluūt, debitum reddunt, nec prius euacuatur fœnoris nomen, quam totius fortis ad minimum vsque, quocumque solutionis genere quantitas vniuersa soluat: sic compensacione charitatis actuumque reliquorum vel satisfacione quacumque, peccati pœna dissoluitur. Non otiosum etiam, quia non æra (sicut alibi) duo, non assē, non denarium, sed quadrantem hoc posuit loco. Quadrantaria enim permutatio velut quædā est compensatio; cum aliud redditur, & aliud significatur solutum. Ita & hinc aut pretio charitatis redimitur iniuria,

Rom. 2.

Matth. 5.

Psal. 79.

Psal. 41.

Ioan. 17.

Rom. 2.

Matth. 22.

Matth. 13.

Luc. 21.

Matth. 10.

Matth. 20.

ria, aut iniuriæ æstimatione pœna laxatur. Quadrantem autem in balneis dari solere reminiscimur, cuius oblatione vt illic vnusquisque lauandi accipit facultatem, ita & hinc accipit eluendi: quia vnusquisque peccatum superscriptæ genere cōditionis eluitur, cum tamdiu exercetur noxius pœnis, vt commissi supplicia erroris expendat.

CAP. XII.

ADERANT autem quidam ipso in tempore, nuntiantes illi de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificiis eorum. Et respondens dixit illis, Putatis quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non, dico vobis: sed nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Sicut illi decem & octo, supra quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos: putatis quia & ipsi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Hierusalē? Non, dico vobis: sed si pœnitentiam non habueritis, omnes similiter peribitis.

De Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuit cum sacrificiis eorum, figura quædam videtur eos tangens, qui coactu diabolico non purè offerunt sacrificium, quorum oratio in peccatum, sicut de Iuda scriptum est proditore, qui prodicionem sanguinis dominici inter sacrificia positus cogitabat.

Psal. 108.

Act. 1.

Dicebat autem illis & hanc similitudinem: Arborem fici habebat quidam plantatam in vinea sua, & venit querens fructum in illa, & non inuenit.

Quid sibi vult quod in Euangelio suo Dominus fici parabolam frequenter inducit? Habes enim alibi, quod iussu Domini, viriditas omnis huius ligni frondētis aruerit. Vnde intelligimus omnium creatorem, qui potest imperare naturis, vt vel arescant subitò, vel virecant. Alibi ex teneritudine arboris huius & foliis commemorat cōiici solere æstatis aduentum, vtroque significans, & Iudaicæ plebis inanem quam prætendebat gloriam velut florem aduentu Domini decidisse, quia ab operibus infructuosa durabat: & iudicij diem velut æstatis aduentum, quo adulti fructus terrarum omnium reconduuntur, ex plenitudine Ecclesiæ in quā Iudæi quoque credituri sunt, esse metiedum. Hinc ergo altioris sensus aliquod etiam queramus arcanū. Ficus in vinea est. Erat autē vinea Domini Sabaoth, quam dedit in rapinam gētibus. Itaque qui vineam suam diripi fecit, hic etiam ficum iussit excidi. Aptā autē synagoga arboris istius comparatio est, quia sicut ista arbor foliis redundans fluentibus spem possessoris sui cassa speratorum prouentuum expectatione destituit: ita etiam in synagoga dum doctores eius operibus infœcundi, verbis tantum velut foliis redundantibus gloriantur, inanis vmbra legis exuberat, spes autem falsi expectata prouentus, populi vota credentis illudit. Est etiā in natura arboris quod magis credas synagoga speciem comparatione huius expres-

Matth. 21.

Matth. 24.

Rom. 11.

Esa. 40.

Esa. 5.

Hieron. 8.

Matth. 15.

A sam. Etenim si diligenter inquiras, discretam ab vsu arborum cæterarum consuetudinem naturæ huius inuenies. Namque alia florem ferūt antequam fructum, pomæque ventura prænuntio sui flore designant: hæc sola ab initio germinat poma pro floribus. In aliis flos decutitur, & poma nascuntur: in hac poma decidunt, vt poma succedant. Ergo priora illa cassa fructuum, vice floris emergunt. Ita præcoci quodam nascendi vsu, quæ ordinē naturæ nesciunt, beneficium naturæ seruare non possunt. Etenim quales medio trudere de cortice gemma consuevit, ea munitissima quæque huius generis poma prorumpunt. De quibus legimus in Canticis canticorum: Ficus produxit grossos suos. Itaque cæteris albenibus primo vere virgultis, sola ficus proprio nescit flore canescere, eo fortasse quod nullas istis maturior sit vsus in pomis. Namque succedentibus aliis hæc quasi degenerantia respuuntur, & arenti infirma radice, renouatis quibus sit succus vtilior exuruntur. Manent tamen aliqua perrara, nec decidunt, quibus hic prouentus arriuerit: vt de medio duarum virgarum clauiculo breui erumpente promergant, quo geminis tecta præfidiis tamquam naturæ parentis gremio, succi fotu plenioris inolescant. Ea elementioris auræ prouocata temperie, & prolixioribus adulta temporibus, vbi siluestrem animum succi prioris exuerint, specie cæteris & maturitatis gratia præferuntur. Specta nunc cultus & animos Iudæorum, qui quasi primi fructus malè feracis synagoga, grossi labētis similitudine corruerunt, vt mansura supra æuum nostri generis poma succederent. Etenim primus synagoga populus quasi radice operum infirmus arenti, vbertatem sapientiæ naturalis haurire non potuit. Et ideo velut inutilis decidit fructus, vt quasi ex iisdem clauiculis arboris fructuosæ de pinguedine religionis antiquæ, nouus Ecclesiæ populus emergeret. Ergo ille qui erat, esse desuit, vt iste inciperet qui non erat. Primi tamen ex Israel, quos naturæ validioris ramus extulerat, sub vmbra legis & crucis, in vtriusque sinu, succo gemino colorati, grossi maturescens exemplo, pulcherrimorum gratia fructuum cæteris præstiterunt, quibus dicitur, Sedebitis super duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Israel. Nec illud alienum quod Adam atque Eua primi illi nostri vt generis ita erroris parentes, qui huius arboris texere se foliis, paradisi exules esse meruerunt, cum Domini deambulantis præsentiam transgressionis suæ conscij declinarent; quod significarent futurum vt populus Iudæorum sub Domini saluatoris aduentu, qui eos vocaturus aduenit, exutum se virtutibus per diaboli tentamenta cognoscens, & intecta conscientiæ probra formidans, à religione deuius, præuaricatione confusus, esset à Domino recessurus, verborum fluentium velut foliorum velaminibus adopertus pudenda gestorum. Ergo illi qui ficulnea non poma carperunt, eliminati sunt à Dei regno. Erant enim in animam viuentem. Venit secundus Adam, & iam non folia sed poma quærebat. Erat enim in spiritu viuificantem. In spiritu autem fructus virtutis acquiritur, Dominus adoratur. Querebat autem Dominus, non quia fructum ficulneæ deesse nesciret, sed vt ostenderet in figura, quia fru-

Cantic. 2.

Matth. 19.

Genes. 3.

1. Cor. 15.

Ioan. 4.



Etum synagoga iam habere deberet. Denique ex sequentibus docet non se ante tempus venisse, qui post triennium venit. Sic enim habes,

Dixit autem ad cultorem vineæ, Ecce anni tres sunt ex quo veni quærens fructum in ficulnea hac, & non inuenio. Succide ergo illam: vt quid etiam terram occupat?

Venit ad Abraham, venit ad Moysen, venit ad Mariam, hoc est, venit in signaculo, venit in lege, venit in corpore. Aduentum eius ex beneficiis recognoscimus. Alibi purificatio, alibi sanctificatio, alibi iustificatio est. Circumcisio purificauit, sanctificauit lex, iustificauit gratia. Vnus in omnibus, & in vno omnia. Nemo enim mundari potest, nisi qui metuit Dominum. Nemo legem meretur accipere, nisi purificatus à culpa. Nemo accedit ad gratiam, nisi noverit legem. Ergo populus Iudæorum neque purificari potuit, quia circumcisio non animi sed corporis habuit; neque sanctificari, quia virtutem legis ignorauit, qui carnalia magis quam spiritalia sequebatur; (lex autem spiritalis est) neque iustificari, qui delictorum suorum pœnitentiam non gerebat, & ideo gratiam nesciebat. Meritò ergo nullus in synagoga fructus inuentus est, & ideo iubetur excidi. Sed bonus cultor, & fortasse ille in quo Ecclesiæ fundamentum est, præfagiens alterum ad gentes, se autem ad eos qui ex circumcisioe sunt esse mittendum, religiosè ne excidatur interuenit, fretus uocatione sua etiam populum Iudæorum in Ecclesia posse saluari.

At ille respondens dicit illi, Domine, dimitte illam & hoc anno, vsque dum fodiam circa illam, & mittam cophinum stercoris. & si quidem fecerit fructum; sin autem, in futurum succides eam.

Quàm citò durtiam Iudæorum superbiàmque causas esse sterilitatis agnouit. Itaque nouit excolere, qui nouit vitia deprehendere. Pollicetur dura cordis eorum Apostolicis ligonibus esse fodienda, vt longo incultu situm mentis obductum sermo bis acutus inuertat, & corde proscisso excitet sensum aërio spiramine iam vigentem, ne radicem sapientiæ terrarū acruus obruat & abscondat. Cophinum quoque stercoris dicit esse mittendum. Magna profectò vis stercoris, quæ tanta est, vt de infæcundis fœcunda, de arentibus virentia, de sterilibus faciat fructuosa. In quo sedit Iob cum tentaretur, & vinci nequiuisset. Et Paulus æstimat stercora, vt Christum lucrifaciat. Denique cum antè Iob plurima perdidisset, posteaquam sedit in stercore, non habuit quod ei diabolus posset auferre. Bona ergo terra quæ foditur, bonum stercus quod mittitur. Denique Dominus de terra suscitatur inopem, & de stercore erigit pauperem. Itaque per intellectus exercitium spiritalis, & humilitatis affectum, etiam Iudæos in Euangelium Christi cultor ille bonus fore æstimat fructuosos. Meminerat enim quia per Aggæum Dominus locutus est: Quarto & vicefimo noni mensis, à die quo fundatum est templum Domini, vineam,

& ficus, & malogranata, & ligna oliuæ, quæ non auferunt fructum, ex hac die benedicam, quo reuelatur sub ipsam anni vertentis occasum, hoc est sæculi iam senescentis, sanctum Dei templum (quod est Ecclesia) esse condendum, cuius gratia per sanctificationem lauari, Iudæorum nationumque populi fructum suorum possint habere meritorum. Ergo per huius naturam arboris synagoge species indicatur, secundis prouentibus fructuosa. Nos enim ex patrum semine. Metitòque Iudæi grossis labentibus comparantur, quòd incrassato corde & prædura ceruice ad perennitatem sui peruenire non possunt.

Qui si moriantur, & quasi decidant huic mundo, vt in interiori hominem per lauacri gratiam renascantur, erunt vtique fructuosi. Perfidia autem hominum pertinacium synagogam inutilem fecit, & ideo quasi sterilis iubetur excidi. Quod de Iudæis dictum, omnibus cauendum arbitror, & nobis maxime, ne fœcundum Ecclesiæ locum vacui meritis occupemus, qui quasi malogranata benedicti, fructus ferre debemus internos, fructus pudoris, fructus coniunctionis, fructus mutue charitatis & amoris, sub vno vtero Ecclesiæ matris inclusi, ne aura noccat, ne grando decutiat, ne æstus cupiditatis exurat, ne humoris imber elidat. Nonnulli tamen ficum istam per allegoriam non synagoge sed malitiæ & improbitatis figuram putant: hi tamen in nullo distant, nisi quòd pro specie genus eligunt. Id cauere se dicunt, quia Dominus dixit ad ficum, Numquam ex te fructus nascatur in sempiternum: cum vtique plurimos ex Iudæis credidisse, & credituros esse nouerimus. Sed qui credit, non synagoga iam fructus est, sed Ecclesiæ: nec ex synagoga nascitur qui renascitur in Ecclesia. Sicut enim sunt qui ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis; si enim ex nobis essent, nobiscum mansissent: sic de iis qui ex Iudæis credunt, dicimus; quia si ex synagoga essent, in synagoga manerent: sed propterea exierunt de synagoga, vt ex synagoga non fuisse credantur. Denique pro malitia interueniret aliquis, & diceret excelsam vt fructum afferret, cum ideo venerit Dominus, vt semina improbitatis aboleret.

Erat autem docens in synagoga eorum fabbatis. Et ecce mulier quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quam cum videret Iesus, vocauit eam ad se, & ait illi: Mulier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, & confestim erecta est, & glorificabat Deum.

Et ecce mulier quæ habebat spiritum infirmitatis, &c. Quàm citò quod de synagoga diceret indicauit. Ad ipsam vtique venisse se monstrat, qui in eadem prædicabat. Deinde in muliere infirma quasi Ecclesiæ figura succedit, quæ cum mensuram legis & resurrectionis impleuerit, in illa quiete perpetua in sublimi erecta fastigium, inclinationem nostræ infirmitatis sentire non poterit. Nec aliter curari potuisset hæc mulier, nisi quia legem impleuit & gratiam. Legem in præceptis, in lauacro gratiam, per

Rem. 4.

1. Cor. 1.

Exod. 19.

Coloss. 1.

Galat. 3.

Rem. 7.

Galat. 2.

Apostol. 1. 19.

Iob 2.

Philip. 3. Iob 2.

Psal. 112.

Agg. 2.

Act. 7.

Ioan. 3.

Agg. 2.

Matth. 21.

1. Ioan. 2.

1. Ioan. 3.

Matth. 15.

Rem. 6.

Deut. 4.

Apost. 21.

Exod. 19.

Genes. 2.

Ioan. 5.

Esa. 1.

Psal. 128.

Ioan. 6.

Luc. 13. supra.

per quam mortui sæculo resurgimus Christo. Nam in decem verbis, legis perfectio est: in octauo numero, resurrectionis est plenitudo. Opus ergo sabbati signum futuri est, quòd vnusquisque lege perfectus & gratia, per misericordiam Christi corporea fragilitatis molestiis exuetur. Et ideo in signo ante legi per Moysen præmissa est sanctificatio, vt esset exercitium futuræ sanctificationis, & obseruantia spiritalis, à secularibus operibus abstinendo. Denique & Deus ab operibus mundi quicuit, sed non ab operibus sanctis, cuius sempiterna & iugis operatio est, sicut filius ait, Pater meus vsque modo operatur, & ego operor: vt ad similitudinem Dei secularia nostra opera, non religiosa cessarent.

Respondens autem archisynagogus, indignans quòd sabbato curasset Iesus, dicebat turbæ, Sex dies sunt in quibus oportet operari: in his ergo venite, & curamini, & non in die sabbati.

Hoc autem non intelligens archisynagogus, prohibebat quemquam curari sabbato, cum sabbatum futurarum typus sit feriarum. Et ideo non operis boni sed mali feriæ sunt, eoque præscriptum sit vt nullam ferentes sarcinam delictorum, nec bonorum ieiuni operum sabbata post mortem futura celebremus. Vnde Dominus spiritaliter videtur respondere. Sic enim habes,

Respondens autem ad illum Dominus, dixit, Hypocritæ, vnusquisque vestrum sabbato non soluit bouem suum aut asinum, & ducit ad aquam? Hanc autem filiam Abraham, quam alligauit satanas, ecce decem & octo annis, non oportuit solui à vinculo isto die sabbati? Et cum hæc diceret, erubescabant omnes aduersarij eius: & omnis populus gaudebat in vniuersis quæ gloriose fiebant ab eo.

Non soluit bouem suum aut asinum, & ducit ad aquam? Cur non aliud animal indicauit, nisi vt ostenderet, aduersantibus licet synagoga principibus, futurum tamen vt Iudaicus & gentilis populus sitim corporis æstumque mundi istius dominici fontis vbertate deponat? Agnouit enim bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui. Itaque ille populus qui antea fœni vilis, quod priusquam euellatur rescit, alimonia pascebatur, panem illum qui è cælo descēdit, accepit. Et ideo per uocationem duorum populorum Ecclesiam dicit saluam futuram, quæ tempore legis impleto, & dominicæ resurrectionis ætate, tempus suæ abolitionis acceperat. Quàm clemēs ergo Dominus, quàm pius in vtroque, cum aut miseretur, aut vindicat! In synagoga typo arborem excidi iubet, in typo Ecclesiæ fœminam saluat. Quàm dulcis parabola: facilis autem solutio. Vinculum vinculo comparat, vt insimulatio Iudæorum actu ipsorum redarguatur. Nam cum ipsi animalibus sabbato soluant vincula, reprehendit Dominum qui homines à peccatorum vinculis liberauit.

Dicebat ergo, Cui simile est regnum Dei, S. Ambr. tom. 3.

& cui simile illud æstimabo? Simile est grano sinapis, quod acceptum homo misit in hortum suum; & creuit, & facta est arbor, & volucres cæli requieuerunt in ramis eius.

Docet nos præfens lectio, naturam comparationum spectandam esse, nō speciem. Itaque videamus cur sublimi regnum cælorum grano sinapis compararetur. Nam memini etiam alio loco granum sinapis lectum, vbi fidei confertur, dicente Domino, Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic monti, Tollere, & iactare in mare. Nec exigua hæc, sed magna est fides, quæ moti possit vt se transferat imperare. Neque enim mediocrē fidem Dominus exigit ab Apostolis, quibus aduersus altitudinē extollentem se nequitia spiritalis scit esse certandum. Vis scire magnam fidem? Lege in Apostolo, Et si habeam omnem fidem, ita vt montes transferam. Ergo si regnum cælorum sicut granum est sinapis, & fides sicut granum sinapis: fides vtique regnum cælorum, & regnum cælorum est fides. Itaque qui fidem habet, habet & regnum cælorum. Et regnum Dei intra nos, & fides intra nos est. Legimus enim, Regnum Dei intra vos est, & alibi, Habete fidē in vobis ipsis. Denique Petrus qui omnē habuit fidē, regni cælorum clauis vt & aliis referaret, accepit. Nunc ex natura sinapis, quæ virtus comparationis sit æstimemus. Granum eius certē res est vilis & simplex: si teri cœperit, vim suā fundit. Etiam fides primò simplex videtur: sed si teratur aduersis, gratiam suæ virtutis effundit, vt alios quoque qui vel audiunt, vel legunt, odore sui compleat. Granum sinapis martyres nostri sunt. Felix, Nabor, & Victor, habebant odore fidei, sed latebat.

Venit persecutio, arma posuerunt, colla flexerunt, contriti gladio per totius terminos mundi gratiam sui sparsere mysterij, vt iure dicatur, In omnem terram exiuit sonus eorum. Sed alias teritur fides, aliàs premitur, aliàs seminatur. Ipse Dominus granum est sinapis. Erat integer ab iniuria, sed eū velut granum sinapis qui non attriuerat populus nesciebat. Teri maluit, vt diceremus, Christi enim bonus odor sumus Deo. Comprimi maluit; vnde & Petrus dixit, Comprimum te turba. Seminari maluit, velut granum quod acceptum homo misit in hortum suum. In orto enim Christus & captus & sepultus est. In orto creuit, vbi etiam resurrexit, & factus est arbor, sicut scriptum est, Sicut arbor mali inter ligna siluæ, ita frater meus in medio filiorum. Ergo & tu femina in orto tuo Christum. Hortus vtique locus plenus est florum & fructuum diuersorum, in quo gratia tui operis floreat, & multiplex odor variæ virtutis exhalet. Ibi ergo sit Christus, vbi fructus est. Semina Dominum Iesum. Granum est cum comprehenditur, arbor est cum resurgit, arbor mundum obumbrans. Granum est cum sepelitur in terra, arbor est cum eleuatur ad cælum. Preme etiam cum Christo & femina fidem. Premitur fides, cum crucifixum credimus Christum. Præsit fidem Paulus cum diceret, Et ego veniens ad vos fratres, veni non cum eminentia sermonis aut sapientiæ, prædicans vobis mysterium Dei. Neque enim iudicavi me scire aliquid inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Et quia docuit premere fidem,

Matth. 17. 21.

2. Cor. 10. 1. Cor. 13.

Luc. 17. Marc. 11. Matth. 16.

Psal. 18.

2. Cor. 2.

Luc. 8.

Ioan. 18. et 19.

Cant. 2.

1. Cor. 1.

2. Cor. 5.

docuit & leuare, dicens, Nunc enim crucifixum iam non nouimus Christum. Seminamus autem fidem, cum ex euangelicis & apostolicis & propheticis lectionibus credimus in Domini passionem. Seminamus ergo fidem, cum eam velut mollito & subacto solo dominicæ carnis operimus, vt quasi vapore & cōpressu sacri corporis fides se ipsa disseminet. Qui enim crediderit factum hominem Dei filium; credit mortuum esse pro nobis, credit resurrexisse pro nobis, credit ascendisse pro nobis. Semino ergo fidem, cum sepulturā eius interfero. Vis scire granum Christum, & seminatum Christum? Nisi granū tritici cadens in terram moriatur, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructū affert. Ergo nō errauimus, quia diximus quod ipse iam dixerat. Est autem & granum tritici, quia confirmat cor hominis: & granū sinapis, quia cor hominis accendit. Et licet ad omnia vtrumque conueniat, videtur tamē granum tritici cum de eius resurrectione tractatur. Panis enim Dei est, qui de celo descendit, cō quod verbum Dei & resurrectionis exemplū mentem alat, spem acuat, firmet affectum. Granū autem sinapis, eo quod amarior & acrior sermo sit de Domini passione. Amarior ad flendum, acrior ad commouendum. Itaque cum audimus & legimus ieiunasse Dominum, sitisse Dominum, lacrymasse Dominum, vapulasse Dominū, dicentem Dominū sub tēpore passionis, Vigilate & orate, ne intretis in tērationē: velut succo amarioris sermonis increpati, dulciores iusto voluptatum suauitates corporaliū temperamus. Ergo qui seminat granū sinapis, seminat regnum cælorum. Ne despicias hoc granum sinapis, minimū quidem omnibus seminibus, sit autem cum creuerit, maius omnibus oleribus. Si granū sinapis Christus, quemadmodū Christus aut minimus est, aut crescit? Verūm nō per naturā, sed per speciem assumptam rursus excreuit. Vis scire minimum? Vidimus eum, & non habebat speciem neque decorē. Vis scire maximum? Speciosus forma præ filiis hominū. Etenim ille qui non habebat speciem neque decorem, excellētiōr factus est angelis, vltra omnem gloriā prophetarū, quos infirmus Israel velut olera māducauerat. Panē enim quo corda confirmantur, alterum refutauerat, alterū non acceperat. Semen autem Christus, quia semen Abraham. Abraham autem dicitur sunt promissiones, & semini eius. Non dicit, Et seminibus, tāquam in multis, sed sicut in vno, Et semini tuo, quod est Christus. Nec solum semen est Christus, sed etiam minimū omnibus seminibus: quia non venit in regno, non in diuitiis, non in istius mundi sapientia. Subitō autem velut arbor sublimem suā verticem potestatis effudit, vt dicamus, Sub vmbra eius cōcupiui & sedi. Et frequēter simul, vt arbitror, videbatur & arbor, & granū. Granū est, cum dicitur, Nōne hic est filius Ioseph fabri? Sed inter hæc verba creuit subitō, testātibz Iudæis, qui quia latæ arboris ramos nō poterant cōprehendere, dixerunt, Vnde huic ista sapientia? Granum igitur est figura, arbor est sapientia. In cuius frondentibus ramis ille nycticorax in domicilio, ille passer singularis in ædificio, ille raptus in paradysum, in aera rapiēdus & nubes, tuta iam sede requiescit. Requiescunt etiam potestates, & angeli

Ioan. 12.  
 Psal. 103.  
 Ioan. 6.  
 Matth. 4.  
 Ioan. 4.  
 Ioan. 11.  
 Ioan. 19.  
 Matth. 26.  
 Matth. 13.  
 Esa. 53.  
 Psal. 44.  
 Heb. 1.  
 Rom. 14.  
 Psal. 103.  
 Galat. 3.  
 Cant. 3.  
 Matth. 13.  
 Ibidem.  
 Psal. 101.  
 2. Cor. 12.  
 1. Thess. 4.  
 1oā. 13. et 21.  
 Philip. 3.

cælorum, & quicumque spiritalibus factis euolare meruerūt. Requieuit sanctus Ioannes cum recumberet super pectus Iesu, immō & ipse eius arboris succo velut ramus extenditur. Ramus est Petrus, ramus est Paulus, posteriora obliuiscēs, & ea quæ sunt priora appetens. In quorum sinus, & quosdam disputationum recessus, qui eramus lōgē, nos scilicet ex nationibus congregati, quos diu per mare mūdi procella & turbo nequitia spiritalis agitabat, assumptis virtutū remigiis aduolamus, vt nos vmbra sanctorum ab istius mundi ardore defendat, certæ stationis iam securitate vernantes, eo quod anima nostra grauius antē, sicut illa mulier, inclinata peccatis, vt passer erepta de laqueo venantium, in ramos Domini mōtēsq; migravit. Itaque antē superfluis obseruationibus vani, & inani leuitate volitantes; nunc iam per fidem Christi soluti manus, & liberi à vinculis sabbatorum, bonis operibus intendimus, & in ipsi epulis libertatem habemus, intēperatiam excludimus, ne liberi à lege cupiditatibus seruamus. Lex enim ligauit sibi, vt absolueret cupiditatibus. Gratia quæ minorem abstulit seruitutem, multo grauiora præcepit. Omnia nobis licent, sed non omnia expediunt. Graue est enim potestate vti, vt sub potestatem recidas. Desiste esse sub lege, vt virtute supra legem sis.

Et iterum dixit, Cui simile æstimabo regnum Dei? Simile est fermento, quod acceptū mulier abscondit in farina, donec fermentatū est totum. Et ibat per ciuitates & castella docens, & iter faciens in Hierusalē. Ait autem illi quidam, Domine, si pauci sunt qui saluantur? Ipse autem dixit ad illos, Cōtendite intrare per angustam portā: quia multi, dico vobis, querent intrare, & non poterunt. Cum autem intrauerit paterfamilias, & clauerit ostiū, & incipietis foris stare, & pulsare ostiū, dicētes, Domine, aperi nobis: & respondens dicet vobis, Nescio vos, vnde sitis: tūc incipietis dicere, Manducauimus coram te & bibimus, & in plateis nostris docuisti. Et dicet vobis, Nescio vos vnde sitis: recedite à me omnes operarij iniquitatis. Ibi erit fletus & stridor dētiū: cum videritis Abraham & Isaac & Iacob & omnes prophetas in regno Dei, vos autem expelli foras. Et venient ab oriēte & occidente & aquilone & austro, & accumbent in regno Dei. Et ecce sunt nouissimi qui erant primi; & sunt primi qui erant nouissimi. In ipsa die accesserunt quidā Pharisæorum, dicentes illi, Exi, & vade hinc, quia Herodes vult te occidere. Et ait illis, Ite, & dicite vulpi illi, Ecce, eiicio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras; & tertia die cōsummor. Verūtamen oportet me hodie & cras & sequēti die ambulare: quia nō capit prophetā perire extra Hierusalē. Hierusalem

Ephes. 2.  
 Matth. 14.  
 Luc. 13. (supra).  
 Psal. 123.  
 Psal. 10.  
 1. Cor. 10.  
 Matth. 13.  
 Eph. 4.  
 Ioan. 1.  
 Coloss. 1.  
 Philip. 1.  
 Matth. 7.  
 Luc. 14.  
 Eph. 2.  
 Ioan. 5.  
 Eph. 4.

salē, Hierusalē, quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te, quoties volui congregare filios tuos quemadmodum auis nidum suum sub pennis, & noluiti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico autem vobis, quia non videbitis me, donec veniat cum dicetis, Benedictus qui venit in nomine Domini.

Simile est fermento, quod acceptum mulier, &c. Hæc de requirendis comparationibus quæstio tantū ambiguitatis offundit, vt diuersas habeat sententias plurimorum. Oportunē itaque granum tritici supra diximus Christum, quia liberat nobis spiritale fermentum: eoque plerique fermentum Christum putant, quod virtutem atollat acceptam. Et quia fermentum ex farina, vi non specie generi suo præstat: Christus quoque ex patribus, æqualis corpore, sed diuinitate incomparabilis præminebat. Igitur sancta Ecclesia, quæ typo mulieris istius euangelicæ figuratur, cuius farina nos sumus, Dominum Iesum in interioribus nostræ mentis abscondit, donec animi nostri secreta penetrata color sapientia cælestis obducatur. Et quia in Matthæo legimus tribus mensuris absconditum esse fermentum, congruere visum est vt Dei filium crederemus absconditum in lege, ad opertum in prophetis, euangelicis prædicationibus adimpletum, vt perfectam fidem nobis acquirat ex omnibus, & scriptorum collatione formatus, in nobis qui sumus corpus ipsius, omnia & in omnibus impleatur. Ipse enim erat verbum Dei, atque mysterium quod absconditum est a sæculis & a generationibus: quo nihil potest ad expressiōnem perennitatis eius attestatus dici. Erat enim profectō, vt absconditus sacrilegis, manifestatus in sanctis, prædestinatus ante sæcula, seruaretur ad gloriam. Hæc est autem gloria, vt possimus fratres inuestigare mysteriū absconditum a sæculis in Deo. Quod in Deo, vtique & ex Deo. Neque enim Deus alienæ capax potest esse naturæ. Nec sum dubius animi, quod aliqui de hoc mundo dictum putent, donec fermentetur in lege, prophetis, & Euangelio, vt Dominum omnis lingua fateatur. Itaque discutiamus omnia, & diligentius requiramus, Nemo inuenit, nisi qui antē quæserit. Adificemus turrim, computemus sumptus scripturarum, conferamus impensas, ne quis etiam de nostrum aliquo dicat: Hic voluit adificare, & non potuit consummare. Qui adificat, bonum debet iacere fundamentum. Bonum fundamentum est fides, bonum fundamentum est Apostolorum & prophetarū. Duobus enim testamentis fides nostra confurgit: nec iniuriam facit qui parem dixerit in vtroque perfectæ fidei esse mensuram, cum dicat ipse Dominus, Si crederetis Moysi, crederetis & mihi: quia & in Moyse Dominus est locutus. Bene ergo in vtroque perfectæ mensura, quia perfectus in vtroque: & fides vtriusque vna, quia vnus est virtutis & sensus oraculum atque responsum. Me tamen sequi iuvat quod ipse Dominus docuit, fermentum Ecclesie spiritalem esse doctrinam. Nam cum scriptum sit, Cauete à fermento Pharisæorum: & cum Apostolus dixerit,

Non in fermento nequitia & malitia: ostenditur quia doctrina fermentum est. Sed aliud est fermentum zizania, aliud tritici. Vnde & bonis auctoribus acquiescimus, vt dicamus quia Ecclesia renatum hominem qui est in corpore & anima & spiritu, fermento sanctificat spiritali. Sanctificatur enim corpus atque anima per gratiam spiritalem, & accipit sanctificationis augmentum, cum per Ecclesie velut quoddam fermentantis officium, scripturarūque doctrinam, quæ velut cælestium collatione sermonum & vbertate concreuit, infusus toto homini atque permixtus vsus inoleuerit, vt fiant vni etiam ipsa fermentum. Quod vtique tunc fit, cum sibi tria hæc pari quadam cupiditatum lance consentiunt, & æqualis aspirat concordia voluntatum. Hoc igitur Ecclesie opus non tumultuarium, nec fortuitum, sed diuturna meditatione collatum, vt hæc tria vnū sint, integra à lege peccati. Cuius sententia assertorem habemus Apostolum dicentem, Ipse autem Dominus sanctificet vos per omnia, vt integer spiritus vester, & anima & corpus, sine querela in die Domini nostri Iesu Christi seruetur. Quod per sæcularia quidem tentamenta non prouenit, nisi fermentum illud cui comparatur regnum cælorum, mulier illa euangelica abscondat in farina mensuris tribus, donec fermentetur totum. Tres enim mensuræ sunt, vt dixi, carnis, animæ, & spiritus. Sed spiritus quo viuimus omnes in hoc corpore siti, hoc verius quando carnis lasciuia non redundat, & anima corporalibus non incuruatur erroribus, ac mensura viuendi in toto homine inoffensa seruetur. Sed quia mensurarum æqualitas sine adiumento Ecclesie atque doctrinae difficilē perseuerat, idcirco mulier illa quæ figuram Ecclesie gerit, tamdiu virtutem illis doctrinae spiritalis admiscet, donec fermentetur totus ille interior homo cordis absconditus, & in gratiam panis cælestis assurgat. Bene enim fermentum doctrina dicitur Christi, quia panis est Christus. & Apostolus ait, Quia vnus panis, vnū corpus multi sumus. Fit ergo vnū fermentū, quando caro non concupiscit aduersus spiritū, nec spiritus aduersus carnē: sed facta carnis mortificamus, & anima ex afflatu Dei flatur vitæ sumpsisse se conscia, sæcularis necessitudinis contagia terrena declinat. Vnde & Apostolus non in carne, sed in spiritu ambulare nos præcipit: vt sanctificati per lauacrū regenerationis, veterem hominē cum suis desideriis exuentes, induti nouum qui secundū Christū creatus est, non iam in vetustate litteræ, sed in nouitate spiritus gradiamur, quod possit nobis etiā resurrectionis tempore incorrupta corporis & animæ & spiritus manere cōmunio: & tūc omnia quæ petierimus, impetremus. Quod plerisque videtur etiā Dominus significasse, cum dicit, Si duo ex vobis conuenerint super terram, de omni re quamcūque petieritis, fiet vobis à patre meo qui in cælis est. Itaq; alij duos, animā & corpus accipiunt, alij animā & spiritū: vt si in terra, hoc est, in corpore sibi anima spiritūsq; cōsentiant, nec se impugnet inuicem diuersis cupiditatibus, omnia in effectum videantur orata posse deduci. Quod ita fit cum fuerint vtraque vnū, si subtractis inimicitis vel solutis, duo condantur in vnū nouum hominem, id est, anima

1. Thess. 5.  
 1. Cor. 5.  
 1. Thess. 5.  
 Matth. 13.  
 1. Petr. 3.  
 Ioan. 6.  
 1. Cor. 10.  
 Galat. 5.  
 Rom. 8.  
 Galat. 5.  
 Coloss. 3.  
 Eph. 4.  
 Rom. 6.  
 Matth. 18.  
 Eph. 2.  
 1. Cor. 14.

1. Cor. 13. & spiritus, vt oremus spiritu, oremus & mēte. Licet plerique duos populos accipiant, ex Israël & ex gentibus, in vnum resurrectionis tempore congregandos, vt fiat in æternum mansura perfectio, & id quod ex parte est destruat. Plerique autem virum & vxorem consentientes sibi studio charitatis accipiunt. Itaque si in hac vita tres mensuræ in eodem fermento manserint, donec fermententur & fiant vnum, vt aequalitatem nulla distantia sit, nec compositi ex triū diuersitate videamur, erit in futurum diligentibus Christum incorrupta communio, nec compositi manebimus. Nam & qui compositi nunc sumus, vnum erimus, & in vnam substantiam transformabimur. Neque enim in resurrectione aliud erit alio inferius, sicut nunc fragilis in nobis est carnis infirmitas, & corporalis habitudo naturæ vel vulneribus patet, vel iniuriis subiacet, vel sui oneris mole depressa supra terras nequit extollere altius atque eleuare vestigium: sed in simplicis creaturæ gratiam figurabimur, cum completum fuerit quod dictum est à Ioanne: Charissimi, nunc filij Dei sumus, & nondum reuelatum est quid erimus. Sed scimus quia cum reuelatus fuerit, similes ei erimus. Itaque cum Dei natura sit simplex, (spiritus enim Deus est;) nos quoque in eandem imaginem figurabimur, vt qualis cælestis, tales & cælestes. Igitur sicut portauimus imaginem illius terreni, portemus & imaginem huius cælestis, quam animus nostrer debet induere.

CAP. XIII.

ET factū est, cum intraret Iesus in domum cuiusdam principis Pharisaorum sabbato manducare panem, & ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et respondēs Iesus dixit ad legisperitos & Pharisaeos, dicens, Si licet sabbato curare? At illi tacuerunt. Ipse verò apprehensum sanauit eum, ac dimisit. Et respondēs ad illos, dixit, Cuius vestrum asinus aut bos in puteum caderet, & non continuo extrahet illum die sabbati? Et non poterant ad hæc respondere illi. Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos, Cum inuitatus fueris ad nuptias, non discumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo: & veniens is qui te & illum vocauit, dicat tibi, Da huic locum: & tunc incipias cum rubore nouissimum locū tenere. Sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in nouissimo loco: vt cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi, Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discubentibus: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Dicebat autem & ei qui se inuitauerat: Cum facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neque fratres tuos, neque co-

gnatos, neque vicinos, neque diuites: ne forte te & ipsi reuinent, & fiat tibi retributio. sed cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione iustorum.

Et ecce homo hydropicus, &c. Ideo primo abhinc lo- lo curatur hydropicus, in quo fluxus carnis exuberans, animæ grauabat officia, spiritus extinguebat ardorem. Deinde docetur humilitas, dum in illo conuiuio nuptiali appetentia loci superioris arceatur: clemēter tamen, vt persuasio humanitatis asperitatem coercitionis excluderet, ratio proficeret ad persuasionis effectum, & correctio emendaret affectum. Huic quasi proximo limine humanitas copulatur, quæ ita Dominicæ sententiæ definitione distinguitur, si in pauperes & debiles conferatur: nam hospitalem esse remuneraturis, affectus auaritiæ est.

Hæc cum audisset quidam de simul discumbentibus, dixit illi, Beatus qui manducabit panem in regno Dei. At ipse dixit ei, Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos. Et misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent, quia iam parata sunt omnia. Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei, Villam emi, & necesse habeo exire, & videre illam; rogo te habe me excusatum. Et alter dixit, Iuga bouū emi quinque, & eo probare illa; rogo te habe me excusatum. Et alius dixit, Vxorem duxi, & ideo non possum venire. Et reuersus seruus, nuntiavit hæc domino suo.

Postremò iam quasi emeritæ militiæ viro contemnendarum stipēdium præscribitur facultatum: quod neque ille qui studiis intentus inferioribus possessiones sibi terrenas coëmit, regnum cæli possit adipisci, cum Dominus dicat, Vende omnia tua, & sequere me: nec ille qui emit boues, cum Elifæus occiderit, & populo diuiserit quos habebat: & ille qui duxit vxorem, cogitet quæ mūdi sunt, non quæ Dei. Non quò coniugium reprehendatur, sed quia ad maiorem honorem vocetur integritas: quoniam mulier innupta & vidua cogitat quæ sunt Domini, vt sit sancta corpore & spiritu. Nam quæ nupta est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat viro. Sed vt in gratiā, vt supra cum viduis, ita nunc etiam eum coniugibus reuertamur, non refugimus opinionem quam sequuntur plerique, vt tria genera hominum à consortio magnæ illius cœnæ æstitemus excludi, gentiliū, Iudæorum, hæreticorum. Et ideo Apostolus auaritiā dicit esse fugiendam, ne impediti more gentili, iniquitate, malitia, impudicitia, auaritia, ad regnum Christi peruenire nequeamus. Omnis enim immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi & Dei. Iudæi autem corporali ministerio iuga sibi legis imponunt, & ideo se-

Matth. 19.

3. Reg. 19.

1. Cor. 7.

ibid.

Rom. 1.

Eph. 5.

Act. 15.

Psal. 2. Matth. 11.

Deut. 4.

Ioan. 4.

Luc. 17.

Esa. 65.

2. Cor. 11.

Prov. 1.

Matth. 7.

Matth. 21.

Ephes. 2.

Prov. 5.

Matth. 22.

ibid.

cundum Prophetam, Dirumpamus vincula eorum, & proiciamus à nobis iugum ipsorum. Christum enim recepimus, qui ceruicibus nostris pietatis suæ iugum mite suspendit. Quinque autē iuga sunt verborum decē, vel quinque libri veteris legis, de quibus in euāgelio videtur Samaritanæ dici, Quinque enim viros habuisti. At verò hæresis velut Eua fœmineo rigore fidei tentat affectum, & lubrica facilitate prolapsa, lenocinia falsi decoris affectat, intemeratam negligens pulchritudinem veritatis. Ideo igitur excusant, quia nemini intercluditur regnum, nisi ei quem suæ professio vocis excluderit. Dominus autem omnes clemēter inuitat, sed nos aut desidia nostra aut error auertit. Ergo & ille qui villam emit, alienus à regno est (ementes enim atque vendentes, Loth, vt legisti, tempore, incendio perierūt, & ille qui iugū potius legis quàm gratiæ munus elegerit, & ille qui propter ducendam excusat vxorem.

Tunc iratus paterfamilias dixit seruo suo, Exi citò in plateas & vicos ciuitatis, & pauperes ac debiles, & cæcos & claudos introduce huc. Et ait seruus, Domine, factum est vt imperasti; & adhuc locus est. Et ait Dominus seruo, Exi in vias & sepes, & compelle intrare, vt impleatur domus mea. Dico autem vobis, quòd nemo virorum illorū qui vocati sunt, gustabit cœnam meam.

Et pauperes ac debiles, & cæcos & claudos introduce, &c. Post diuitum resupina fastidia contulit se ad gētes: iubet bonos & malos introire, vt bonos auceat, malorum affectum in meliora commutet, vt completeretur illud quod hodie lectum est, Tunc lupi & agni simul pascentur. Inuitat pauperes, debiles, cæcos: quo ostenditur nobis, vel quòd nullum debilitas corporis excludat à regno, rariūque delinquant cui illecebra desit peccandi: vel quòd infirmitas peccatorum per misericordiam Domini remittatur, vt non ex operibus, sed ex fide redemptus à crimine, si gloriatur, in Domino gloriatur. Mittit itaque ad exitus viarum, prudentia enim in exitu canitur. Mittit ad plateas, quia misit ad peccatores, vt de latioribus viis ad angustam venirent quæ ducit ad vitam. Mittit ad vias, & circa sepes, quòd hi videlicet apti sint regno cælorū, qui nullis præsentium cupiditatibus occupati ad futura festinent, in quodam bonæ voluntatis tramite constituti: & qui modo sepius quæ ab incultis culta fecernat, & incurtus arceat bestiarum, norint bona malæque distinguere, & aduersus tentamenta nequitia spiritualis fidei munimen obtēdere. Denique Dominus vt vineam suam ostenderet fuisse munitam, Et sepem, inquit, circumdedi, & circumfodi eam. Et Apostolus medium parietem sepius dicit esse sublatum, qui continuationem munitiois irruerat. Fides igitur & ratio quærunt, & quæruntur in plateis, hoc est, in meatibus interioris affectus, quia scriptum est, In plateis tuis diffundantur aquæ tuæ. Nec hoc tamen plenum est, vt aliquis vocatus adueniat, nisi vestem habeat nuptialem, hoc est, fidem habeat & charitatem. Et ideo qui pacem & charitatem non derulerit ad Christi altaria, tolletur pedibus & manibus, &

mittetur in tenebras exteriores: Ibi erit fletus, & stridor dentium. Quæ sunt tenebræ exteriores? Numquid illic quoque carcer aliquis latuit: & que subeunda sunt? Minimè. Sed quicumque extra promissa sunt cælestium mandatorum, in tenebris exterioribus sunt, quia mandata Dei lumen sunt. Et quicumque sine Christo est, in tenebris est, quia lumen in tenebris est Christus. Ergo neque corporalium stridor aliquis dentium, neque ignis aliquis perpetuus flammarum corporalium, neque vermis est corporalis. Sed hæc ideo, quia sicut ex multa cruditate & febres nascuntur & vermes: ita si quis non decoquat peccata sua velut quadam interposita sobrietate abstinentiæ, sed miscendo peccata peccatis, tamquā cruditatem quandam contrahat veterum & recentium delictorum, igne aduretur proprio, & suis vermibus consumetur. Vnde & Esaias ait, Ambulate in lumine ignis vestri, & flamma quam accendistis. Ignis est quem generat mœstitia delictorum. Vermis est, eo quòd irrationabilia animæ peccata mentem rei sensumque compungant, & quædam exedant viscera conscientia: quæ tamquam vermes ex vnoquoque nascuntur, tamquam ex corpore peccatoris. Denique Dominus id per Esaiam declarauit dicens, Et videbunt membra hominum præuaricantium in me, & vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Stridor quoque dentium prodit indignantis affectum, eo quòd serò vnūquemque perniteat, serò ingemiscat, serò irascatur sibi, quòd tam peruicaci improbitate deliquerit.

Ibant autem turbæ multæ cum eo: & conuersus dixit ad illos, Si quis venit ad me, & non odit patrem suum & matrē, & vxorem & filios, & fratres & sorores, adhuc autē & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et qui non baiulat crucem suam, & venit post me, non potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, non prius sedens computat sumptus qui necessarij sunt, si habeat ad perficiendum: ne postea quàm posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident, incipiant illudere ei, dicentes, Quia hic homo cœpit ædificare, & non potuit cōsummare? Aut quis rex iturus committere bellum aduersus alium regem, non sedens prius cogitat, si possit cū decem millibus occurrere ei, qui cū viginti millibus venit ad se? alioquin adhuc illo longè agente, legationem mittens, rogat ea quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Bonum est sal. Si autem sal quoque euauerit, in quo condietur? Neque in terram, neque in sterquilinum vtile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat.

Psal. 138. Ioan. 1.

Matth. 9.

Esa. 50.

Esa. 66.



M. t. h. 12.

CAP. XV.

Scriptum est, si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & matrem, & uxorem, non potest meus discipulus esse. Etenim si propter te Dominus suae renuntiat matri, dicens, Quae est mater mea, aut qui fratres mei? cur te Domino tuos cupias anteferre? Sed neque ignorare naturam, neque seruire naturae Dominus iubet, sed ita indulgere naturae, ut veneris auctorem, nec ab eo parentum amore descendas.

FRANT autem appropinquantes ei publicani & peccatores, ut audirent illum. Et murmurabant Pharisei & Scribae, dicentes, Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam, dicens, Quis ex vobis homo qui habet centum oves, & si errauerit vna ex illis, nonne dimittit nonagintanouem in deserto, & vadit ad illam quae errauit donec inueniat eam? Et cum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens; & veniens domum conuocat amicos & vicinos, dicens illis, Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quae perierat? Dico vobis quod ita gaudium erit in caelo super vno peccatore poenitentiam agente, quam super nonagintanouem iustis qui non indigent poenitentia. Aut quae mulier habens drachmas decem, si perdidit drachmam vnam, nonne accendit lucernam, & euertit domum, & quaerit diligenter donec inueniat eam? Et cum inuenerit, conuocat amicas & vicinas, dicens, Congratulamini mihi, quia inueni drachmam quam perdideram. Ita, dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei super vno peccatore poenitentiam agente.

Quis ex vobis homo qui habet centum oves, &c. Didiceras in superioribus abdicare negligentiam, vitare arrogantiam, deuotionem sumere, saecularibus occupationibus non teneri, caduca non praeferre perpetuis: sed quia fragilitas humana firmum nequit in tanto saeculi lubrico tenere vestigium, etiam aduersus errorem remedia tibi bonus medicus demonstraui, spem veniae iudex misericors non negauit. Itaque non otiose sanctus Lucas ex ordine tres parabolas posuit, ouis quae perierat, & inuenta est; drachmae quae perierat, & inuenta est; filij qui erat mortuus, & reuixit: ut triplici remedio prouocati, vulnera nostra curemus. Spartum enim triplex non rumpitur. Qui sunt isti, pater, pastor, & mulier? Nonne Deus pater, Christus pastor, mulier Ecclesia? Christus te suo corpore vehit, qui tua in se peccata suscepit; quaerit Ecclesia, recipit pater. Quasi pastor reuocit, quasi mater inquirat, quasi pater vestit. Prima misericordia, secunda suffragatio, tertia reconciliatio. Singula singulis quadrant: Redemptor subuenit, Ecclesia suffragatur, auctor reconciliatur. Eadem diuini operis misericordia, sed diuersa pro meritis nostris gratia. Ouis a pastore lassam reuocatur, drachma quae perierat inuenitur, ad patrem filius suis ve-

Ecd. 4. 1. Petr. 2.

ligiis redit, & plena condemnati erroris regreditur poenitentia. Vnde bene scriptum est, Homines & iumenta saluos facies Domine. Quae sunt ista iumenta? Dixit Propheta, Semen Israel in semine hominum, & Iuda in semine animalium. Itaque Israel quasi homo saluatur, quasi ouis Iuda colligitur. Malo ergo filius esse quam ouis. Ouis enim a pastore reperitur, a patre filius honoratur. Gaudeamus igitur, quoniam ouis illa quae perierat in Adam, leuatur in Christo. Humeri Christi, crucis brachia sunt. Illic peccata mea deposui, in illa patibuli nobilis ceruice requieui. Ouis illa genere est vna, non specie. Omnes enim vnum corpus sumus, sed multa membra, & ideo scriptum est, Vos autem corpus estis Christi, & membra ex membris eius. Venit itaque filius hominis saluum facere quod perierat; omnes scilicet: Quia sicut in Adā omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Diues igitur pastor, cuius omnes nos centesima portio sumus: habet angelorum, habet archangelorum, dominationum, potestatum, thronorum, aliorumque innumerabiles greges, quos in motibus dereliquit. Qui quoniam sunt rationabiles, non immerito hominum redemptione latantur. Quamquam hoc quoque proficiat ad incentiuam probitatis, si vnusquisque conuersionem suam gratam fore credat coetibus angelorum, quorum aut affectare patrocinium, aut vereri debet offensam. Et tu igitur esto angelis laetitiae, gaudeant de reditu tuo. Non otiosum etiam quod mulier illa drachma laetatur inuenta. Non mediocri haec drachma est, in qua principis est figura. Et ideo imago regis, census Ecclesiae est. Oves sumus, oramus ut super aquam refectionis nos collocare dignetur. Oves, inquam, sumus, petamus pasca: drachmae sumus, habeamus pretium: filij sumus, festinamus ad patrem. Nec vereamur quod pater in filium quem habebat thesaurum contulit. Fidei enim census numquam exinanitur, licet totum dederit, totum habet, quia quod donauit, non amittit. Nec vereare quia acceptum spiritualis patrimonium dignitatis terrenis prodegeris voluptatibus, ne te non recipiat, non enim delectatur Deus perditione viuorum: etiam occurrens venienti tibi cadet supra colulum. Dominus enim erigit elisos. Osculum dabit, quod est pignus amoris & pietatis. Stola, annulum, calcamenta proferri iubebit. Tu adhuc iniuriam me tuis, ille restituit dignitatem. Tu supplicium vereris, ille osculum defert. Tu conuicium times, adornat ille conuiuium. Sed iam ipsam parabolam discutiamus.

Ait autem, Homo quidam habuit duos filios; & dixit illi adolescentior, Da mihi portionem substantiae quae me contigit. Et diuisit illis substantiam,

Vides quod diuinum patrimonium petentibus datur. Nec putes culpam patris, quod adolescentiori dedit: nulla Dei regno infirma aetas, nec fides grauat annis. Ipse certe se iudicauit idoneum qui poposcit. Atque vti nam non recessisset a patre, impedimentum nescisset aetatis. Sed postquam domum patriam derelinquens peregre profectus est, cepit egere. Merito ergo prodegit patrimonium, qui recessit ab Ecclesia.

Et post

Pf. l. 35.

Hierem. 32.

1. Cor. 12.

Ibidem. Luc. 19.

1. Cor. 15.

Pfal. 22.

Sap. 1. Pfal. 146.

Et post non multos dies, congregatis omnibus, adolescentior filius peregre profectus est in regionem longinquam, & ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose.

Peregre profectus est in regionem longinquam. Quid longinquius quam a se recedere; nec regionibus sed moribus separari; studiis discretum esse, non terris; & quasi interfuso luxuriae saecularis aestu, diuortia habere sanctorum? Etenim qui se a Christo separat, exul est patriae, cuius est mundi. Sed nos non sumus aduena atque peregrini, sed ciues sumus sanctorum & domestici Dei. Qui enim eramus longae, facti sumus propere in sanguine Christi. Non inuideamus de longinqua regione remeantibus, quia & nos fuimus in regione longinqua, sicut Esaias docet. Sic enim habes, Qui sedebant in regione umbrae mortis, lux orta est illis. Regio ergo longinqua, umbra est mortis: nos autem, quibus spiritus ante faciem Christus est Dominus, in umbra viuimus Christi. Et ideo dicit Ecclesia, In umbra eius concupiui, & sedi. Ille igitur viuendo luxuriose consumpsit omnia ornamenta naturae. Vnde tu qui accepisti imaginem Dei, qui habes similitudinem eius, noli eam irratiouabili foeditate consumere. Opus Dei es, noli ligno dicere, Pater meus es tu; ne accipias similitudinem ligni, quia scriptum est, Similes illis fiant qui faciunt ea.

Et postquam omnia consumpsisset, facta est fames per regionem illam, & ipse cepit egere.

Facta est fames non epularum, sed bonorum operum atque virtutum, quae sunt miserabiliora ieiunia. Etenim qui cecidit a verbo Dei, esurit: quia non in solo pane viuunt homo, sed in omni verbo Dei. Qui recedit a fonte, sitit: qui recedit a thesauro, eget: qui recedit a sapientia, hebetatur, qui recedit a virtute, dissoluitur. Merito ergo iste egere cepit, qui thesauros sapientiae & scientiae Dei, diuitiarumque caelestium altitudinem dereliquit. Egere ergo ideo cepit, & famem pati, quia nihil prodigae satis est voluptati. Semper famem patitur sui, qui alimentis perpetuis nescit impleri.

Abiit itaque, & haesit vni ciuium regionis illius, Qui misit illum in villam suam, ut pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrem suum siliquis quas porci manducabant: & nemo illi dabat.

Abiit itaque, & haesit vni ciuium, &c. Qui haeret, in laqueo est. Et videtur cuius iste princeps esse istius mundi. Denique ad villam eius mittitur quae emit, qui se excusat a regno: Et pascit porcos. Illos utique in quos petit diabolus introire, quos praecipitat in mare istius mundi, in sordibus ac foetore viuentes. Et cupiebat implere ventrem suum siliquis. Neque enim alia cura est luxuriosis, nisi ut ventrem suum impleant, quorum Deus venter est. Qui autem aptior huic modum hominibus cibis, quam is qui siliqua modo intus inanis, foris mollis est, quo corpus non reficitur, sed impletur, ut sit magis oneri quam vni: Sunt qui porcos accipiant pro gregibus demonum, siliquas pro exili virtute inanum hominum,

Ephes. 2.

Ibidem.

Esai. 9.

Thren. 4. Cant. 2.

Genes. 2.

Hierem. 2.

Pfal. 113.

Matth. 4.

Coloss. 2.

Rom. 11.

Iean. 14.

Luc. 14.

Luc. 8.

Philipp. 3.

A sermonumque iactantia, qui nihil prodesse possunt, inani quadam philosophiae seductione, & quodam sonoro facundiae plausu, pompam magis quam utilitatem aliquam demonstrantes. Sed haec diuturna oblectamenta esse non possunt. Et ideo, nemo illi dabat. Erat enim in regione illius qui neminem habet: quia eos qui sunt, non habet. Omnes quippe gentes in nihilum aestimantur: solus autem Deus est qui viuificat mortuos, & vocat quae non sunt, tamquam quae sunt.

Esai. 40.

Rom. 4.

In se autem reuersus dixit, Quantis panibus mercenarij patris mei abundant, ego autem hic fame pereor? Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei, Pater, peccaui in caelum & coram te; iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum mercenariorum tuorum.

In se autem reuersus, &c. Bene in se reuertitur, qui a se recessit. Etenim qui ad Dominum regreditur, se sibi reddit: & qui recedit a Christo se sibi abdicat. Mercenarij autem qui sunt, nisi qui ad mercedem seruiunt, non id quod bonum est probitatis studio persequentes, nec virtutis gratia, sed utilitatis studio prouocati? At verò filius qui habet Spiritus sancti pignus in corde, saecularis mercedis lucella non quaerit, quia ius seruat haereditis. Sunt etiam mercenarij qui conducuntur. Bonus mercenarius Petrus, Ioannes, & Iacobus, quibus dicitur, Venite, faciam vos piscatores hominum. Isti non siliquis, sed panibus abundant. Nam & collegerunt fragmentorum cophinos duodecim. O Domine Iesu, si nobis auferas siliquas, & panes tribuas! Tu enim dispensator in domo es patris. O si nos quoque mercenarios digneris conducere, licet sero venientes! Nam & vndecima conducis hora, & aequalem dignaris mercedem soluere; aequalem mercedem vitae, non gloriae. Neque enim omnibus reposita est corona iustitiae, sed ei qui potest dicere, Certamen bonum certavi. Quod ideo non praetermittendum arbitratum sum, quia scio quosdam dicere quod ad mortem sibi lauacri gratiam, vel poenitentiam referunt. Primum, qui scis an nocte proxima tua te anima repositur? Deinde, cur putas otioso tibi omnia posse deferri? Pone, vnam gratiam, vnam esse mercedem: diuersum tamen brauium victoriae est. Ad quod se non frustra Paulus extendit, qui post mercedem gratiae, brauium tamen ut apprehenderet sequebatur: quia sciebat etsi par esset merces gratiae, palmam tamen esse paucorum. Et quoniam in vineam Domini venimus, non vacui recedamus. Iuuat enim fructus legere, mercenarios eius videre. Quid enim sibi vult quod vna die diuersis horis conductur operarij, nisi quia mille anni in oculis Domini sicut dies hesternae quae praeteriit, & hora in nocte? Quae est nox, nisi quae praecessit, ut dies appropinquaret? Et bene hora in nocte, quia mille anni sicut dies vna. Nouit vim diei huius ille qui dixit, Iesus Christus heri & hodie ipse est, & in saecula. Sciuit & ille diem esse multiplicem, qui scripsit, Hic liber generationis caeli & terrae cum facta sunt, qua die fecit Deus caelum & terram, & omne viri-

2. Cor. 5.

Matth. 20. Matth. 4.

Luc. 9.

Luc. 22.

Matth. 20.

2. Tim. 4.

Luc. 12.

1. Cor. 9.

Philipp. 3.

Matth. 20. Pfal. 89.

Rom. 13.

2. Petr. 3.

Heb. 13.

Genes. 2.

de agri. Cùm enim suprâ septem descripsisset dies, postea vno die omnia facta esse complexus est: totum mundi tempus ostendens in conspectu Domini tamquam diem vnum, eo quod ex incompositis atque tenebrosis forma istius mundi diuini operis claritate pro cesserit. Ergo si dies totum tempus est mundi, habet vtiq; etiam in sæculis horas suas: aut ipsa sæcula horæ sunt. Horæ autem diei duodecim sunt. Vnde bene in mysterio dies Christus, cuius Apostoli duodecim, qui cælesti lumine distinctis in se gratiæ vicibus resulerunt. Venit ergo paterfamilias, & prima hora conduxit operarios, fortassis eos qui à principio mundi vsque ad diluuium iusti esse meruerunt, de quibus dicit, Et locutus sum ad vos ante lucem, & misi ad vos seruos meos prophetas ante lucem. Tertia post diluuium incipit, Noë cæterorumque tempora comprehendens, qui quasi boni operarij in vineam destinantur. Ideo quasi in prandio inebriatus est Noë. Sexta & reliquis, Abrahæ, Isaac, & Iacob patriarcharum merita distinguuntur. Nona inclinante iam sæculo, & tamquam pallecente luce virtutis, lex & propheta decolores mores hominum notauerunt. Vndecimam, & quod superest diei, sacer producit aduentus. Vnde & ipse in Euangelio dicit, Ambulate dum lucem habetis. Sed iam redeamus ad patrem: nam licet non verear ne istis pœnitentiam gerentis exemplo diu abfuisse videamur: (nunquam enim abfuimus, qui versabamur in vinea; in qua si & iste mansisset, nunquam recessisset à patre,) cauendum tamen est, ne nos ei reconciliationis faciamus moram, quam non fecit pater. Facile reconciliatur, quando impensè rogatur. Et ideo discamus quali pater obsecratione sit ambiendus.

Et surgens venit ad patrem suum. Cùm autem adhuc longè esset, vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est: & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Dixitque illi filius, Pater, peccavi in cælum & coram te.

Pater, inquit. Quàm misericors, quàm pius, qui nec offensus patrium dedignatur nomen audire. Pater, (inquit) peccavi in cælum, & coram te. Hæc est prima confessio apud auctorem naturæ, præfulem misericordiæ, arbitrum culpæ. Sed et si Deus nouit omnia, vocem tamen tuæ confessionis expectat. Ore enim confessio fit ad salutem: quia allevat pondus erroris quisquis ipse se oneret: & accusationis excludit inuidiam, qui accusatorem præuenit confitendo. Iustus enim in primordio sermonis accusator est sui. Frustra autem velis occultare quem nihil fallas: & sine periculo prodas quod scias esse iam cognitum. Confitere magis, vt interueniat pro te Christus, quem aduocatum habemus apud patrem. Roget pro te Ecclesia & illacrymet populus. Nec vereare ne non impetres. Aduocatus spondet veniam, patronus promittit gratiam, reconciliationem tibi paternæ pietatis pollicetur assertor. Crede, quia veritas est: acquiesce, quia virtus est. Habet causam vt pro te interueniat, ne pro te gratis mortuus sit. Habet & causam ignoscendi pater, quia quod vult filius, vult & pater. Peccavi in cælum & coram te.

ram te. Non vtiq; elementum exprimitur, sed peccato animæ cælestia significantur dona spiritus immunita: vel quia ab illius gremio matris Hierusalem quæ in cælo est, non debuit deuigare.

Iam non sum dignus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos: Citò proferte stolam primam, & induite illum: & date anulum in manum eius, & calceamenta in pedes eius, & adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur: quia filius perierat, & inuentus est; mortuus fuerat, & reuixit. Et cœperunt epulari.

Iam non sum dignus vocari filius tuus. Deiectus se exaltare non debet, vt merito suæ possit humilitatis at tolli. Dicens autem, Fac me sicut vnum mercenariorum tuorum: nouit esse distantiam inter filios, amicos, mercenarios, & seruos. Filius per lauacrum, amicus per virtutem, mercenarius per laborem, seruus per timorem. Sed etiam ex seruis & mercenariis fiunt amici, iuxta quod scriptum est, Vos amici mei estis, si feceritis quæ ego præcipio vobis: iam non dicam vos seruos. Hæc apud se dixit. Sed non satis est dicere, nisi ad patrem venias. Vbi illū requiras? vbi inuenias? Exurge primò, qui sedens ante dormiebas. Et ideo dicit Apostolus, Surge qui dormis, & exurge à mortuis. Iniquitas in talento plumbeo sedet. Moyse dicitur, Tu autem hinc sta. Stâtes elegit Christus. Exurge ergo, curre ad Ecclesiâ: hinc est pater, hinc est filius, hinc est spiritus sanctus. Occurrit tibi, qui audit te intra mentis secreta tractâtem. Et cùm adhuc longè sis, videt & accurrit. Videt in pectore tuo, accurrit ne quis impediatur, complectitur quoque in occurfu præsentia est, in complexu clementia. Et quasi quodâ patrij amoris affectu supra collum cadit, vt iacentem erigat, & oneratum peccatis atque in terrena deslexum reflectat ad cælum, in quo suum quærat auctorem. Cadit in collum tuum Christus, vt ceruicem iugo exuat seruitutis, & collo tuo iugum suauè suspendat. Nónne tibi videtur cecidisse in collum Ioannis, quando erat Ioannes in sinu Iesu, ceruice recubens reflexa? Et ideo verbum apud Deum vidit, quia erectus est ad superna. Cadit in collum, cùm dicit, Venite ad me qui laboratis, & ego vos reficiam, tollite iugum meum super vos. Cadit ergo hoc modo, si conuertaris. Et iubet proferri stolam, anulum, calceamenta. Stola amictus est sapientiæ, quo nuda corporis Apostoli tegunt, eo quod se vnusquisq; conuoluat. Et ideo stolas accipiunt, vt corporis infirmitatem sapientiæ spiritualis virtute conuectiant. De sapientia enim dictum est, Lauabit in vino stolam suam. Ergo stola spirituale indumentum, & vestimentum est nuptiale. Anulus quid est aliud, nisi sinceræ fidei signaculum, & expressio veritatis? Calceamentum autem, Euangelij prædicatio est, & ideo accepit sapientiam primam. Est enim & alia quæ mysterium nescit, quæ accepit dictorum suorum factorumque signaculum, & quoddam monumentum bonæ intètionis & cursus, necubi offendant ad lapidem pedè suū, & supplâ-tatus à diabolo, dominica prædicationis officium derelinquat. Hæc est prædicatio Euangelij, ad cælestè cursum

Galat. 4.

Ioan. 15.

Matth. 11.

Ioan. 13.

Ioan. 1.

Gen. 49.

Ephes. 6.

Psal. 90.

Ephes. 6.

Genes. 1.

Ioan. 11.

Matth. 20.

Hiere. 7.

Gen. 9.

Luc. 16.

Ioan. 12.

Dan. 12.

Rom. 10.

Prout. 18.

1. Ioan. 2.

Ioan. 14.

Galat. 2.

cursum dirigens præparatos, vt non in carne ambulemus, sed in spiritu. Occiditur & vitulus saginatus, vt carnem Domini spiritali opimam virtute, per gratiam sacramenti mysteriorum consortio restitutus epuletur. Nemo enim nisi qui timuerit Deū (quod est initium sapientiæ) nisi signaculum spiritale vel custodierit vel receperit, nisi Dominum prædicauerit, sacramentis debet interesse cælestibus. Qui autem anulum habet, & patrem habet, & filium, & spiritum sanctum: quia signauit nos Deus, cuius imago Christus: & dedit spiritum pignus in cordibus nostris, vt sciamus hoc anuli istius qui in manu datur, esse signaculum, quo cordis interiora factorumque nostrorum ministeria signantur. Ergo signati sumus, sicut & legimus, Credentes, inquit, signati estis Spiritu sancto. Bene autem vituli, quia sacerdotalis est victima, quæ pro peccatis fiebat. Epulantem patrem inducit, vt ostenderet quoniam paternum cibis est salus nostra, & patris gaudium, nostrorum redemptio peccatorum est. Et hic quidem si ad patrem referas, quia hostia pro peccatis filius est, delectatur pater reditu peccatoris, supra delectatur filius inuicta oue: vt scias quia vna est patris & filij delectatio, vna operatio in Ecclesiæ fundamento. Latatur autem pater, quia filius perierat, & inuentus est, mortuus fuerat, & reuixit. Ille perit qui fuit, non enim potest perire qui non fuit. Itaque gentes non sunt; Christianus est, iuxta quod supra dictum est, Quia elegit Deus quæ non sunt, vt quæ sunt destrueret. Potest tamen & hic in vno accipi species generis humani. Fuit Adâ, & in illo fuimus omnes. Perit Adam, & in illo omnes perierunt. Homo igitur in illo homine qui perierat reformatur, & ille ad similitudinem Dei factus & imaginem, diuina patientia & magnanimitate reparatur. Quid est ergo, Elegit Deus quæ non sunt, vt quæ sunt destrueret? Id est, elegit populum gentium qui non erat, vt destrueret populum Iudæorum. Potest & de agente pœnitentiam dictum videri, quia non moritur nisi qui aliquando vixit. Et ideo gentes non moriuntur, sed mortuæ sunt. Etenim qui in Christum non credit, semper est mortuus. Et gentes quidem cùm crederint, per gratiam viuificantur. Qui verò lapsus fuerit, per pœnitentiam reuiuificat.

Erat autem filius eius senior in agro. Et cùm veniret & appropinquaret domui, audiuit symphoniam & chorum: & vocauit vnum de seruis, & interrogauit quid hæc essent. Isque dixit illi, Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum saginatum, quia saluum illum recepit. Indignatus est autem, & volebat introire. Pater ergo illius egressus cœpit rogare illum. At ille respondens, dixit patri suo, Ecce tot annis seruo tibi, & nunquam mandatum præteriuui, & nunquam dedisti mihi hœdum, vt cum amicis meis epularer: sed postquam filius tuus hic, qui deuorauit substantiã tuam cum meretricibus, venit, occidisti illi vitulum saginatum.

Indignatus est autem, & volebat introire, &c. Congruus locus, vt remittendis post pœnitentiam debeamus fauere peccatis: ne dum veniã alterius inuidemus, ipsi eam non mereamur à Domino. Quis enim tu es qui Domino contradicas, ne cui velit culpam relaxet, cùm tu cui volueris ignoscas? Vult rogari, vult obsecrari. Si omnium iustitia, vbi Dei gratia? Quis tu es, qui inuideas Deo? Et ideo notatur hic frater vsque adeo, vt de villa venire dicatur, hæc est, terrenis operibus occupatus, ignorans quæ sunt spiritus Dei, vt denique nunquam pro se vel hœdum queratur occisum. Non enim pro inuidia, sed pro veniã mundi agnus est immolatus. Inuidus hœdum quærit, innocens agnum pro se desiderat immolari. Ideo & senior dicitur, eo quod citò aliquis per inuidiam consenescat. Ideo & foris stat, eo quod maleuolentia cum animi liuentis excludat. Ideo chorum & symphoniam audire non potest, hoc est, non plebis concordiam concinentis, quæ de peccatore saluato dulcem refert lætitiæ suauitatem, sed theatralis illa in centum lasciuia, vel aulicorum concentus sonorum. Constitue mihi aliquem ex his qui sibi iusti videntur, qui trabem in oculo suo non vident, & alieni festucam vitij ferre non possunt. Quomodo indignatur quando alicui peccatum fatenti, & diu indulgentiam deplo-ranti veniã relaxatur? Quomodo aures eius symphoniam populi spiritalem ferre non possunt? Hæc est enim symphonia, quando concinit in Ecclesia diuersarum aratum atque virtutum velut variarum chordarum indiscreta concordia; Psalmus respondetur, Amen dicitur. Hæc est symphonia quam sciuit & Paulus: & ideo ait, Psallam spiritu, psallam & mente. Hæc de parabola præsentis putauimus esse tractanda.

Nec inuidemus si quis duos fratres istos velit referre ad populos duos: vt sit adolescentior populus ex gentibus tanquam Israël, qui frater maior beneficium paternæ benedictionis inuidit. Quod faciebant Iudæi cùm quererentur quia Christus cum gentibus epularetur: & ideo hœdum mali odoris sacrificium requisierunt. Iudæus hœdum requirit, Christianus agnum: & ideo illis Barabbas soluitur, nobis agnus immolatur. Vnde apud illos foetor est criminum, apud nos remissio peccatorum, dulcis in spe, suavis in fructu. Qui hœdum quærit, expectat Antichristum. Christus enim boni odoris est victima. Quæ res etiam in hœdum videtur, vel quia Iudæi ritum veteris sacrificij perdididerunt: vel quia nullius sanguis his profuit, sicut Christi sanguis Ecclesiæ. Non enim redimere eos sanguis potuit prophetarum. Impudens autem & similis illius Pharisei iustificatis se arroganti prece, qui putabat quod nunquam præterierit mandatum Dei, quia legem seruabat in littera. Impius, qui accusabat fratrem quod cum meretricibus paternam substantiam prodesset, cùm debuisset aduertere quia sibi dictum est, Meretricibus & publicani præcedunt vos in regno cælorum. Stat autem foris, neq; excluditur, sed non ingreditur, ignorans voluntatem Dei de vocatione gentium; seruus iam factus ex filio. Seruus enim nescit quid dominus agat. Vbi cognouit, inuidet, & torquetur Ecclesiæ bonis, & foris stat. Foris enim

Rom. 3.

1. Cor. 2.

Matth. 25.

Num. 28.

Matth. 7.

1. Cor. 14.

Gen. 27.

Luc. 19.

Luc. 23.

Ephes. 5.

Luc. 18.

Matth. 22.

Ioan. 15.

Iracl audit chorum & symphoniam, & irascitur, quia hic concinit plebis gratia, & consonat populi iubilatio. Sed bonus pater etiam hunc saluare cupiebat, ideo sequitur,

At ipse dixit illi, Fili, tu semper mecum fuisti, & omnia mea tua sunt: epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, & reuixit, perierat, & inuentus est.

Tu semper mecum fuisti. Vel quasi Iudæus in lege, vel quasi iustus in cōmuniōe: & es, si desinas inuidere. Et omnia mea tua sunt. Vel Iudæus sacramēta veteris testamēti, vel baptizatus noui sacramēta tenēs.

CAPVT XVI.

**D**ICEBAT autem & ad discipulos suos: Homo quidam erat diues, qui habebat villicum: & hic diffamatus est apud illum, quasi dissipasset bona ipsius. Et vocauit illum, & ait illi, Quid hoc audio de te? redde rationem villicationis tuæ? iam enim non poteris villicare. Ait autem villicus intra se, Quid faciam, quia dominus meus aufert à me villicationem? fodere non valeo, mendicare erubescō. Scio quid faciā, vt cum amotus fuero à villicatione, recipiant me in domos suas. Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui, dicebat primo, Quantum debes domino meo? At ille dixit, Centum batos olei. Dixitque illi, Accipe cautionem tuam, & sede, citò scribe quinquaginta. Deinde alij dixit, Tu verò quantum debes? Qui ait, Centum coros tritici. Ait illi, Accipe litteras tuas, & scribe octoginta. Et laudauit dominus villicum iniquitatis, quia prudenter fecisset, quia filij huius sæculi, prudentiores filiis lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico, Facite vobis amicos de iniquo mammona, vt cum defeceritis, recipiant vos in aterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est: & qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles non fuistis, quod verum est quis credet vobis? Et si in alieno fideles non fuistis; quod vestrum est quis dabit vobis? Nemo seruus potest duobus dominis seruire: aut enim vnum odiet, & alterum diliget: aut vni adhærebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire, & mammonæ.

Nemo seruus potest duobus dominis seruire. Quia non duo, sed vnus est dominus. Nam et si sunt qui mammonæ seruiunt, tamen non ille nouit aliqua iura dominatus, sed ipsi sibi iugum seruitutis imponunt. Neque enim iusta potestas, sed iniusta est seruitus. Et ideo ait, Facite vobis amicos de iniquo mammona.

1. Cor. 8.

vt largiendo pauperibus, angelorum nobis cætorumque sanctorum gratiam comparemus. Nec reprehenditur villicus: in quo discimus non ipsi esse domini, sed potius alienarum villici facultatum. Et ideo licet peccauerit, tamen quia sibi in posterum ex indulgentia domini quasiuit auxilia, prædicatur. Pulchrè autem iniquum mammona dixit, quia variis diuitiarum illecebris nos auaritia tentat affectus, vt velimus seruire diuitiis. Vnde ait, si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est quis dabit vobis? Alienæ nobis diuitiæ sunt, quia præter naturam sunt: neque nobiscum nascuntur, neque nobiscum transiunt. Christus autem noster est, quia vita est. Denique in sua propria venit, & sui eum non receperunt. Ergo nemo dabit quod vestrum est, quia vestrum non credidistis, vestrum non recepistis. Argui igitur videtur Iudæi & fraudis & auaritiæ. Et ideo qui in facultatibus fideles non fuerunt, quas cum alienas scirent, (communem enim ad vsum fructus terrarum à Domino Deo datus est omnibus) debuerunt vtique participare pauperibus: nec Christum accipere meruerunt, quem Zachæus vt acquireret, dimidiam partem bonorum suorum obtulit. Ergo non seruiamus alienis, qui nullum dominum debemus scire nisi Christum. Vnus enim Deus pater, ex quo omnia, & nos in ipso: & vnus Dominus Iesus, per quem omnia. Quid ergo? Pater Dominus, aut filius Deus non est? Sed & pater Dominus, quia verbo Domini cæli firmati sunt: & filius Deus, qui est super omnes Deus benedictus in sæcula. Quomodo ergo nemo potest duobus dominis seruire? Vnus enim Dominus, quia vnus Deus. Denique Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruiēs. Vnde claret vnum patris & filij esse dominatum. Vnus autem est si non diuidatur, sed totus in patre, totus in filio sit. Itaq; qui vni deitatis atque dominatus asserimus Trinitatem, vnum Deum & vnum Dominum constitemur. Qui autem aliam patris, aliam filij, aliam Spiritus sancti memorant potestatem; plures Deos, & plures Dominos in Ecclesiam gentilis vitio erroris inducunt.

SANCTI AMBROSII COMMENTARIORVM IN EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM, LIBER OCTAVVS.

**V**diebant autem omnia hæc Pharisei qui erant auari, & deridebant illum. Et ait illis, Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus, Deus autem nouit corda vestra, quia quod hominibus altum est, abominatio est ante Deū. Lex & propheta vsque ad Ioannem, ex eo autem regnum Dei euangelizatur & omnes in illud vim faciunt.

**E**x & propheta vsque ad Ioannem. Non quia lex deficit, sed quia incipit Euangelij prædicatio. Videntur enim minora compleri; cum potiora succedunt. Et ideo vim faciamus regno cælorum. Omnis

1. Tim. 6.

Ioan. 14.

Ioan. 1.

Luc. 19.

1. Cor. 8.

Psal. 32.

Rom. 9.

Ephes. 4.

Matth. 4.

1. Ioan. 5.

1. Cor. 8.

Matth. 5.

1. Cor. 7.

Rom. 7.

Rom. 3.

33. q. 2. cap. an quod.

Omnis enim qui vim facit, vehementi studio proferat, non torpenti lentescit affectu. Est ergo fidei violentia religiosa, segnitias criminosa. Lex multa secundum naturam, vt naturalibus indulgentior desiderijs ad iustitiæ studium nos reuocaret; Christus naturā incidit, quia naturales quoq; amputat voluptates: & ideo vim faciamus naturam, vt non ad terrena demergat, sed ad superna se subrigat.

Facilius est autem cælum & terram prætereire, quàm de lege vnum apicem cadere. Omnis qui dimittit vxorem suam, & ducit alteram, mœchatur; & qui dimissam à viro ducit, mœchatur.

Præter dicendum arbitror de lege coniugij, vt postea de prohibendo diuortio disputemus. Quidam enim putant omne coniugium à Deo esse, maxime quia scriptum est, Quæ Deus coniunxit, homo non separet. Ergo si omne coniugium à Deo est, omne coniugium non licet solui. Et quomodo Apostolus dixit, Quod si infidelis discedit, discedat? In quo mirabiliter & noluit apud Christianos causam residere diuortij, & ostendit non à Deo omne coniugium. Neque enim Christianæ gentilibus Dei iudicio copulantur, quum lex prohibeat. Sed occurrit illud quod ait Salomon: Domum & substantiam patres partiuntur filiis, à Deo autem præparatur viro vxor. Quod qui in Græco legit, non putat esse contrarium. Bene enim dixit Græcus ἀποδοτέων. Harmonia enim, conueniens & apta rerum omnium dicitur commissa connexio. Harmonia est quum fistulæ organi per ordinem copulata, legitimæ tenent gratiam cantilenæ, chordarumque aptus seruat ordo concordiam. Itaque non habent harmoniam suam nuptiæ quando Christiano viro gentilis mulier non legitime copulatur. Ergo vbi nuptiæ, harmonia: vbi harmonia, Deus iungit. Vbi harmonia non est, pugna atque dissensio est, quæ non est à Deo, quia Deus charitas est. Noli ergo vxorem dimittere, ne Deum tuæ copulæ diffitearis auctorem. Etenim si alienos, multo magis vxorios debes tolerare & emendare mores. Audi quid dixerit Dominus, Qui dimittit vxorē, facit eam mœchari. Etenim cui non licet viuente viro mutare coniugium, potest obrepere libido peccandi. Itaque qui auctor erroris, etiam reus culpæ est. Quò cum paruulis facta dimittitur? Quò titubanti vestigio grandæua detruditur? Durum si excludas parentem, pignora tencas, vt ad contumeliam charitatis addas etiā pietatis iniuriā. Durius si propter matrem etiā filios simul pellas, quum magis redimere à patre liberi debeant culpam parentis. Quàm periculosum si fragilem adolescentulæ ætatem errori offeras? Quàm impium si eius destitutas senectutem, cuius defloraueris iuuentutē? Ergo inhonoratum stipendiis & veteranū imperator dimittat inglorium, atque imperij sui possessione detrudat; & rusticū laboris effectum agro suo propulset agricola? An quod in subditos nefas est, in comparē fas est? Dimittis ergo vxorem quasi iure sine crimine, & putas id tibi licere, quia lex humana non prohibet, sed diuina prohibet. Qui hominibus obsequeris, Deum verere. Audi legē Domini, cui ob-

Marc. 19.

1. Cor. 7.

Prout. 19.

1. Ioan. 4.

Matth. 5.

1. Cor. 7.

Rom. 7.

sequuntur etiā qui leges ferunt: Quæ Deus coniunxit, homo non separet. Sed non solum hic cæleste præceptū, sed quoddam etiā opus Dei soluitur. Pater sine oro liberos tuos viuente te esse sub vitrico? aut incolumi matre degere sub nouerca? Pone, si repudiata non nubat. Et hæc viro tibi potuit displicere cui adultero fidem seruat? Pone, si nubat: necessitas illius tuū crimen est; & coniugium quod putas, adulteriū est. Quid enim refert, vtrum aperta criminis cōfessione, an mariti specie adulteriū admittas? nisi quòd grauius est, legem criminis fecisse, quàm furtum. Sed fortasse dicit aliquis, Quomodo Moyse mandauit dare libellū repudij, & dimittere vxorem? Qui hoc dicit, Iudæus est: qui hoc dicit, Christianus non est. Et ideo qui hoc obiicit quod obiectū est Domino, respōdeat ei Dominus. Ad duritiā, inquit, cor dis vestri permisit vobis Moyse dare libellum repudij, & dimittere vxores; ab initio autem non fuit sic. Moyse permisit, inquit, non Deus iussit. Ab initio autem Dei lex est. Quæ est lex Dei? Relinquet homo patrē & matrē, & adhærebit vxori suæ, & erunt ambo in carne vna. Ergo qui dimittit vxorē, carnē suam scindit, diuidit corpus. Ostendit autem hic locus, quæ propter fragilitatem humanā scripta sunt, non à Deo scripta. Vnde & Apostolus, Denuntio, inquit, non ego, sed Dominus, vxorem à viro non discedere. Et infra, Cæteris, inquit, ego dico, non Dominus: Si quis frater infidelē habet vxorem, &c. Itaque vbi est impar cōiugium, lex Dei nō est. Et addidit, Quòd si infidelis discedit, discedat. Simul idem Apostolus negauit, legis esse diuinā, vt coniugium qualecumq; solatur: nec ipse præcepit, nec dedit deserendi auctoritatē, sed culpā abstulit destituto. Hæc moraliter. Tamē quia supra proposuit regnum Dei euangelizari, & cum dixisset de lege vnū apicem non posse cadere, subiicit, Omnis qui dimittit vxorem suā, & ducit alteram, mœchatur. Rectè admonet Apostolus dicens, Sacramentum hoc magnum est, sed de Christo & Ecclesia. Inuenis igitur coniugium quod nemo dubitet à Deo iunctū, cum ipse dicat, Nemo venit ad me, nisi pater meus qui misit me, attraxerit eum. Ille enim solus potuit has nuptias copulare. Et ideo mysticè Salomon dixit, A Deo præparatur viro vxor. Vir Christus, vxor Ecclesia est. Charitate vxor, integritate virgo. Ergo quem Deus traxit ad filium, nō separet persecutio, non auertat luxuria, non philosophia deprædetur, non Manichæus contaminet, non Arianus auertat, non Sabellianus inficiat. Deus iunxit, Iudæus non separet. Adulteri sunt omnes qui adulterare cupiunt fidei & sapientiæ veritatē. Quis libellus, inquit, iste est repudij matris vestræ, quò dimissi eā? Audisti repudium, crede coniugij. Audisti quid Iudæorū plebi ipse vir dicat: Ecce in iniquitatibus vestris vediti estis, & in peccatis vestris dimissi matrē vestrā. Mane ego tu in domo patris, mane cū sponso, enitere vt placeas viro. Mens quæ credidisti Deo, esto fortis mulier, qualis illa vel anima, vel Ecclesia, de qua dicit Salomon, Mulierem fortem quis inueniet? Pretiosior autem est lapidibus pretiosis, quæ talis est: confidit in ea vir suus. Videamus quid hæc viro faciat suo, quod opus eius, quod sit obsequium, cur cōfidat in ea Christus. Rona vxor virum

Matth. 19.

Deut. 24.

Matth. 19.

Gen. 2.

1. Cor. 7.

Ibid.

Ibid.

Matth. 5.

Ephes. 5.

Ioan. 6.

Prout. 12.

Rom. 8.

Coloss. 2.

Esa. 50.

Ibid.

Prout. 31.



Ibid.

Math. 25.

Cant. 3.

Psal. 103.

suum vestit. Vestiat Iesum fides nostra corpore suo, vestiat carnē eius diuinitatis suā gloria, sicut & illa bina vestimenta fecit viro suo: vt & in præfenti & in futuro sæculo honorificet eū. Non mediocri hæc fœmina, cuius tale texturinum est; quā non mollia lanæ fila carpentē, sed pretiosæ virtutis pensā tractantem vir eius inueniat, quæ manus extollat in noctibus, & ad librā dirigat opus, morūque suorū pondus examinet, gestorū quoque nouerit seruare mēsuram, gloriosi subtegmen laboris intexens; sollicita quādo vir redeat, anxia atque suspirans, & iam cum viro suo esse desiderās, dicens, Moras facit vir meus venire, festinabo ipsa ad eum, occurram ei facie ad faciē, quū venire cœperit in gloria sua. Veni Domine Iesū, vt inuenias spōsam tuā, non contaminatam, non adulteratam; quæ non violauerit domū tuam, non mandata neglexerit. Dicat tibi, Inueni quem dilexit anima mea, introducat te in domū vini, (vini enim lætificabat cor hominis,) inebrietur spiritu, agnoscat mysterium, loquatur oraculum.

Homo autem quidam diues inducitur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendidē. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius, vlceribus plenus, cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat. Sed & canes veniebant, & lambebant vlcera eius. Factum est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinum Abraham. Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos, cum esset in tormentis, vidit Abraham à longē, & Lazarū in sinu eius: & ipse clamans dixit, Pater Abraham, miserere mei; & mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam, & refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham, Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nunc autem hic consolationem habet, tu verò cruciaris. Et in his omnibus, inter nos & vos chaos magnum firmatum est, vt ij qui volunt hinc transire ad vos, non possint; neque inde huc transire. Et ait, Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domum patris mei; habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorū. Et ait illi Abraham, Habent Moysem & Prophetas; audiant illos. At ille dixit, Non, pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. Ait autem illi, Si Moysem & Prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis ad illos abiierit, credent.

Narratio hæc magis quā parabola videtur, quādo etiā nomen exprimitur. Non otiosē autē hīc diuitē

<sup>G</sup> Dominus perfunctum deliciis sæcularibus, in perpetua famis apud inferos constitutum significauit ærumna. Cui non immeritò quinque fratres, id est, quinque sensus corporis naturali quadam germanitate videntur fuisse sociati, qui immodicis atque innumeris cupiditatibus æstuabant. Lazarus verò in Abraham gremio quasi in quodā sinu quietis, & sanctitatis recessu locauit: ne illecti præsentium voluptate maneamus in vitiis, vel tædio victi, laborum dura fugiamus. Siue itaque Lazarus pauper in sæculo, sed Deo diues; siue apostolicus aliquis pauper in verbo, locuples in fide (neque enim sancta omnis paupertas, aut diuitiæ criminosa: sed vt luxuria infamat diuitias, ita paupertatem commendat sanctitas) siue ergo apostolicus qui veram teneat fidem, verborum infulas, fucum argumentorum, ambitiosa sententiarum velamina non requirat; fœneratam mercedē accipit impugnās hereticos, Manichæum; Marcionem, Sabellium, Arium, Photinūque. Isti enim non aliud quā fratres sunt Iudæorum, quibus perfidiæ germanitate nectuntur. Reprimens quoque carnis cupiditates, quæ illis, vt dixi, quinque sensibus vaporantur, fœneratam, inquam, mercedem accipit, cui compensatio exuberantium copiarum, & perpetuitatis vsura est. Nec alienū putamus, vt de fide quoque opinetur hūc esse tractatum, quam Lazarus abiectam de mensa diuitis colligit: cuius vtique vlcera secundum litteram diues fastidiosus horreret, nec inter pretiosas epulas vnguentatōsque conuiuas fœtorem vlcerum lambentibus canibus sustineret, cui odor acris, & ipsa esset natura fastidio: quam quā insolentia & tumor diuitum indicibus competētibz exprimitur, quòd ita conditionis immemores humanæ sint, vt tamquā supra naturā siti, de mi seriis pauperum incentiua suarum capiant voluptatum, rideant inopem, insultent egenti, & quorum misereri deceat, his auferrant. Vtrumque ergo qui volet, tamquā Lazarus colligat. Cui similem illum puto, qui casus sapius à Iudæis, ad patientiam credentium, & vocationem gentium vlcera sui corporis lambenda quibusdam velut canibus offerebat, quia scriptum est, Conuertentur ad vesperam, & famem patientur vt canes. Quòd agnouit Chananitis illa mysterium, cui dicitur, Nemo tollit panem filiorum, & mittit canibus. Agnouit hunc panem, non panem esse qui videtur, sed illum qui intelligitur; & ideo respondit, Vtique Domine: nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Micæ istæ de illo pane sunt. Et quia panis verbum est, & fides verbi est, micæ velut quædam dogmata fidei sunt. Vnde respondit Dominus, vt ostenderet fideliter dictum: O mulier, magna est fides tua! O felicia vlcera; quæ perpetuum excludunt dolorem! O vbres micæ, quæ repellitis ieiunium sempiternum, quæ colligentem pauperem æternis expletis alimentis! Abiiciebat vos de mensa sua archisynagogus, quum prophetarum scripturarum & legis interna mysteria refutaret. Micæ enim sermones sunt scripturarum, de quibus dicitur, Et proiecisti sermones meos post te. Abiiciebat vos scriba, sed Paulus diligentissimè colligebat, iniuriis suis colligens plebem. Lambebant vlcera

Ait. 16.

1. Cor. 4.

Math. 16.

Esa. 12.

Luc. 13.

Heb. 5.

CAP. XVII.

cera eius, qui motu serpentis intrepidum excusso serpente viderunt, & crediderunt. Lambebat ille carceris custos, qui vulnera Pauli lauit, & credidit. Beati canes, in quos vlcerum talium distillat humor, vt adimpleat cor, & impinguet fauces eorum: qui custodire domū, seruare gregē, cauere affluecāt lupos. Pone nunc ante cōspectum sæcularibus Arianos studiis intentos, qui societatē potētiae regalis affectāt, vt armis militaribus impugnet Ecclesiæ veritatem. Nōne tibi videntur in quadam purpura & bysso stratis iacentes thoris, qui pro veris fucata defendant, ditibus abundare sermonibus, cum iactant dominico terrā tremuisse sub corpore, cælum tenebris obductū, excita verbo maria vel sedata, verumtamen Dei filium denegantes? Constituē & illū pauperem, qui sciens non in sermone, sed in virtute regnum Dei esse, paucis quid sentiret expressit, dicēs, Tu es filius Dei viui. Nōne illæ tibi videntur egere diuitiæ, hæc redundare paupertas? Diues hæresis Euāgelia multa composuit, pauper fides hoc solum Euāgelium tenuit quod accepit. Diues philosophia plures sibi deos fecit, pauper Ecclesia vnum Deum nouit. Inter hunc igitur diuitem & pauperem chaos magnum est, quia post mortē nequeunt merita mutari, eoque in inferno diues inducitur cupiens aliquid spiritus à paupere refrigerantis haurire. Aqua enim refectio est animæ in doloribus constitutæ, de qua dicit Esaias, Et saliet aqua cum delectatione de fontibus saluatoris. Cur autem cruciatur ante iudicium? Quia luxurioso carere deliciis, pœna est. Nam & Dominus dicit, Ibi erit fletus & stridor dentium, cum videritis Abraham, Isaac, & Iacob, & omnes prophetas in regno cælorum. Serus autē diues iste magister esse incipit, cum iā nec discendi tēpus habeat, nec docendi. Quo loco euidentissimè declarat Dominus, vetus testamentum esse fidei firmitatem, reuertens perfidiam Iudæorum, & excludens nequitiæ hæreticorum, à quibus mens supplantatur infirmior. Ipsi enim pusilli sunt, qui adhuc nesciunt incrementa virtutis. Licet autem aduertere quòd in villici illius superiore, & istius diuitis præfenti comparatione incentiuum misericordiæ sit. Et ibi fortasse sanctis quos amicos dicit, & quibus tabernacula tribuit; hīc verò docet pauperibus conferendum.

**E**T ait ad discipulos suos: Impossibile est vt non veniant scandala: vā autem illi per quem veniunt. Vtilius est illi si lapis molaris imponatur circa collum eius, & proiciatur in mare, quā vt scandalizet vnum de pusillis istis. Attendite vobis. Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum: & si pœnitentiam egerit, dimitte illi. Et si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens, Pœnitet me; dimitte illi.

*Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum: &c.* Quā benè post diuitem qui cruciatur in pœnis, subiecit præceptum veniæ largiendæ, his vtique qui se ab errore conuertunt, ne quem desperatio non reuocet à culpa! Quā verò moderatus esse, vt neque difficilis

venia, nec remissa sit indulgētia, ne quem vel austeritate percellat inuēctio, vel conuientia inuitet ad culpam: Sic & alibi: Si peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum. Plus enim proficit amica correptio, quā accusatio turbulēta. Illa pudorem incutit, hæc indignationem mouet. Seruetur potius quòd prodi metuat qui monetur. Bonum quippe est vt amicū magis te qui corripitur credat, quā inimicum. Facilius enim cōsiliis acquiescitur, quā iniuriæ succūbitur. Vnde & Apostolus, Corripite, inquit, fratrem vt erubescat, nō vt inimicum cum existimetis. Infirmus enim custos diurnæ bonitatis est timor: pudor autem bonus magister officij. Qui enim metuit, reprimitur, non emendatur: quem pudet facere, in naturā vertit. Pulchrè autem posuit, *Si peccauerit in te*. non enim æqua conditio, in Deum, hominēque peccare. Denique Apostolus, qui diuini est verus interpret oraculi: Hæreticum, inquit, post vnam correptionem deuota, quia nō est æquē perfidia vt culpa veniabilis. Et quoniam plerumque per imperitiā error obrepat, corripēdum præcipit: vt aut pertinacia vitetur, aut prolapsio corrigatur. Verū quid est, *si septies in die conuersus fuerit ad te dicens, Pœnitet me; dimitte illi?* Num venia numerus præfinitur? An verò quia cum septimo die requiescit Deus ab omnibus operibus suis, post hebdomadam istius mundi quies nobis diuturna promittitur, vt quemadmodum mala istius mundi cessabunt, ita etiam vindictæ seueritas conuiescat? Sabbatum autem non solum dierum, sed etiam mensium est; & ideo septimi mensis decima die sabbata sabbatorū: nec solum mensium, sed annorum quoque: neque annorum tantum, sed etiam generationum: postremò ipsius mundi, cuius typus est sabbatū magnum; sicut in lege est hebdomada septima, post quam celebratur annus Iubilæus. Quod mysterium nobis Dominus voluit reuclare cum dixit, Non solum septies, sed etiam septuagies septies. Quia septima generatione Enoch secundum Lucam ponitur, qui raptus est, ne malitia mutaret cor eius; & in eo aculeus doloris quiescit. Septuagesima autem & septima generatione Dominus natus ex Maria, humani generis in se peccata suscipiens, remissionem tribuit omnium delictorum. Ergo quamuis secundum litteram discas frequēter ignoscere, nec indignationem tenere, (nihil enim est quo possit offendi, cui ignoscendi est consuetudo;) tamen agnosce mysterium. Neque enim otiosè sabbato dixit Dominus mulieri: Dimissa es ab infirmitate tua; ostendēs plebi suæ, quæ sicut mulier illa vocata sequeretur, aduentu suo se remissis peccata. Septuagesima itaque & septies Lamech condemnatur, quia grauius delinquit qui scelus dum punit, admittit. Omnem autē enormitatem sceleris baptismi sacramēta dimittit. Discite ergo donare iniurias tuas, quia persecutoribus suis Christus ignouit. Nec illud otiosum quòd sabbato sepultus est, magnū significans fore sabbatum, quo mors destrueretur à Christo, Quòd si Iudæi sabbatū ita celebrāt, vt & mensē & annū totum quasi sabbatū habeant: quanto magis nos resurrectionem Domini celebrare debemus? Et ideo maiores tradidere nobis Pentecostes omnes quinquaginta dies vt pascha celebrādos, quia octauæ hebdomadis initium Pen-

tecoften facit. Vnde & Apostolus quasi Christi discipulus, qui sciret diuersitatem temporum, scribens ad Corinthios, Apud vos, inquit, forsitan manebo & hyemabo. Et infra, Manebo autem Ephesi vsque ad Pentecosten. Ostium enim mihi apertum est magnum. Itaque apud Corinthios hyemem agit, quorum erroribus angebatur, quod eorum circa Deum cultum frigeret affectus. Cum Ephesi Pentecosten celebrat, atque his tradit mysteria: relaxat animum, quia fidei cernebat ardore feruentes. Ergo per hos quinquaginta dies ieiunium nescit Ecclesia, sicut dominica qua Dominus resurrexit, & sunt omnes dies tamquam dominica. Erit & alia dominica qua dominicum corpus resurgat. Nouit hanc Paulus qui ait, Vos autem estis corpus Christi, & membra ex membris. Hoc enim corpus Domini, & ossa de ossibus eius capiti cohærebunt; caput autem Ecclesie Christus. Tunc ergo cessabit ieiunium, quoniam in perpetua iucunditate fatigatio, cura, lassitudo cessabit. Tunc mors destruetur. Nouissima enim mors destruetur. Nam etsi cessauit in Enoch, & non est inuenta in eo, destructa tamen non est. Ille enim raptus est, ut euaderet eam: Christus ut destrueret, immolatus est. Et ideo bene dixit, Vbi est mors victoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Ergo in hac resurrectione iterum Christus tamquam suo resurgit in corpore. Beatus itaque qui habuerit partem in prima resurrectione. Sicut enim primitiæ dormientium Christus, sic tunc primitiæ resurgentium sancti eius. Hoc mysterium Petrus scire non potuit. Fortasse scierit de Enoch: quis tamen potuit mysterium absconditum in Deo humana mente comprehendere? Veniat ergo Dominus in animam meam, in mentem meam, atque eam subiiciat sibi, ut cum subiecta mens fuerit mea, dicam, Non timebo mala, quoniam tu mecum es.

Et dixerunt Apostoli Domino, Adauge nobis fidem. Dixit autem Dominus, Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro, Eradicare, & iactare in mare; & obaudiet vobis.

*Si habueritis fidem sicut granum sinapis, &c.* De grano sinapis supra dictum est, nunc de arbore moro est disputandum. Arborem lego, non tamen arborem credo. Nam quæ ratio, qui profectus hic noster, ut arbor quæ laborantibus agricolis ferat fructus, eradicetur, & mittatur in mare? Licet hoc per virtutem fidei possibile iudicemus, ut sensibilibus imperiis natura insensibilis obsequatur: quid sibi vult tamen etiam ipsa arboris species? Legi quidem, Pastor eram caprarum vellicans mora. & puto prophetam significasse nobis, quod ex peccatorum grege peccator ipse conuersus sit: licet conueniat ut futurus gentium propheta fructum quæsiisse videatur in sentibus, cibum ex sentibus eruisse, decolores & foetidos greges gentium, populos nationum, in suorum scriptorum pascuis locaturus, ut spiritali refectione pinguesceret, ipse autem de peccatore conuerso lac spiritale mulgeret. Sed cum in alio Euangelij libro de monte sit dictum, cuius species nuda gignentium, vitium olearumque ieiuna, infœcunda mensibus, apra latibus bestiarum, fera-

rumque cursibus inquieta, extollentem se altitudinem nequitia spiritalis videatur exprimere, sicut scriptum est, Ecce ego ad te mons corrupte, qui corrumpis omnem terram: congruit ut hoc quoque loco opinemur id dictum, quoniam fides spiritum excludit immundum, maxime cum arboris natura huic opinioni concurrat. Nam fructus eius primum albet in flore, deinde iam formatus irrutilat, maturitate nigrescit. Diabolus quoque ex albeni angelicæ flore naturæ & potestate rutilante præuacatione deiectus, tetro inhorrui odore peccati. En tibi illum arbori moro dicentem, *Eradicare*, & *iactare in mare*. Cum legionem eicit ex homine, in porcos transire permittit: qui exagitati diabolico spiritu se in maria demerserunt. Hic igitur locus hortatorius ad fidem, docens moraliter etiam ea quæ solida sunt, fide posse dissolui. Ex fide autem charitas, ex charitate spes, & rursus in se sancto quodam circuitu refunduntur.

Quis autem vestrum habens seruum arantem aut pascentem oues, qui regresso de agro dicat illi, Statim transi, recumbe; & non dicat ei, Para quod cœnem, & præcinge te, & ministra mihi donec manducem & bibam, & post hæc tu manducabis & bibes? Numquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? Non puto. Sic & vos cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. Et factum est, dum iret in Hierusalem, transibat per mediam Samariam, & Galilæam. Et cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt à longè, & leuauerunt vocem, dicentes, Iesu præceptor, miserere nostri. Quos ut vidit, dixit, Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et factum est dum irent, mundati sunt. Vnus autem ex illis, ut vidit quia mundatus est, regressus est, cum magna voce magnificans Deum, & cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens. Et hic erat Samaritanus. Respondens autem Iesus dixit, Nónne decem mundati sunt, & nouem vbi sunt? Non fuit ex illis qui rediret, & gratias ageret Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi, Surge, vade; quia fides tua te saluum fecit.

*Quis autem vestrum habens seruum arantem, &c.* Hoc ideo, ut nemo in operibus gloriatur, quia iure Domino debemus obsequium. Nam si tu non dicis seruo aranti, aut oues pascenti, *Transi, recumbe*, (vbi intelligitur quia nullus recumbit, nisi antè transierit. Denique & Moyses antè transiuit, ut magnum visum videret.) Sicut ergo tu non solum non dicis seruo tuo, *Recumbe*, sed exigis ab eo aliud ministerium, & gratias ei non agis: ita nec in te patitur Dominus vnus vsus esse operis aut laboris, quia dum viuimus,

1. Cor. 16. *Ibid.*

1. Cor. 12.

Ephes. 5.

1. Cor. 15.

Gen. 5.

1. Cor. 15.

Apo. 20.

1. Cor. 15.

Coloss. 1.

Psal. 22.

Luc. 13.

Amos 7.

Matth. 17.

2. Cor. 10.

Hierem. 51.

Marc. 16.

Luc. 8.

1. Cor. 7.

Matth. 24.

Ioan. 13.

Ioan. 5.

Ioan. 14.

1. Cor. 2.

Rom. 11.

Act. 1.

Exod. 3.

Galat. 6. viuimus, debemus semper operari. Ergo agnosce te esse seruum plurimis obsequiis desceneratum. Non te præferas quia filius Dei diceris: agnosce natura gratia, sed non ignoranda natura. Neque te iactes si bene seruisti, quod facere debuisti. Obsequitur sol, obtemperat luna, seruiunt angeli. Vas gentium electus à Domino: Non sum, inquit, dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei. Deinde alibi nullius se ostendens cōscium culpæ, subiecit, Sed non in hoc iustificatus sum. Et nos ergo non à nobis laudem exigamus, nec præcipiamus iudicium Dei, & præueniamus sententiam iudicis, sed suo tempore, suo iudici referuamus. Post hæc reprehenduntur ingrati: atque ita demum ad tractatum futuri veniunt iudicij.

Interrogatus autem à Phariseis quando veniret regnum Dei, respondit eis, & dixit, Non veniet regnum Dei cum obseruatione, neque dicent, Ecce hinc, aut ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos est. Et ait ad discipulos suos, Venient dies, quando desideretis videre vnum diem filij hominis, & non videbitis. Et dicent vobis, Ecce hinc, & ecce illic. Nolite ire, neque sectemini.

*Interrogatus à Phariseis Dominus quādo veniret regnum Dei, ait: Regnum Dei intra vos est: utique per libertatem gratiæ, non per seruitutem culpæ.* Itaque qui vult esse liber, sit seruus in Domino. Ea enim parte qua participamus seruitute, participamus & regno. Ait ergo, *Regnum Dei intra vos est.* Quando autem veniret, noluit dicere, sed dixit iudicij diem esse venturum, ut terrorem omnibus iudicij imminentis incuteret, nec securitatem dilationis afferret. Et ne videretur contristare discipulos, si eos aliquid celauerit, subiungitur, *Et ait ad discipulos suos, Venient dies.* & in alio libro: De die autem & hora nemo scit, neque angeli cælorum, neque filius. Bene interposuit filium. Est enim idem filius hominis, filius Dei: ut magis dictum secundum filium hominis æstimemus, quia temporum finem non per naturam hominis, sed per naturam Dei nouit. Nec alienum tamen à fide est, si filium accipias Dei. Quid enim est quod bonus pater filium celauerit, cui omnia dedit? Aut quomodo non dedit cognitionem temporis, cui dedit ipsius iudicij potestatem? Quomodo autem filius nescire potest quod pater nouit, cum in patre filius sit, & spiritus scrutetur etiam alta Dei, cum ipse filius altitudo sit diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei? Sed cur nolit dicere, ostendit alio loco: Non est vestrum, scire tempora & annos, quæ pater posuit in sua potestate. Videtis quò tēdat qui Trinitatem negat vnus potestatis, ut sit aliquid quod nesciat filius? Cur enim celaret filium proprium pater? Aut enim inuidiæ causa nolimus aliis intimare quod scimus, aut ne fortè prodamur. Sed nec inuidi in patrem, nec proditoris in filium suspicio cadit. Ergo vnus sunt cognitionis, quia vnus sunt potestatis. Denique qui signa nouit futuri iudicij, utique nouit & finem.

Nam sicut fulgur coruscans de sub cælo,

in ea quæ sub cælo sunt, fulget; ita erit filius hominis in die sua. Primum autem oportet illum multa pati, & reprobari à generatione hac. Et sicut factum est in diebus Noe, ita erit & in diebus filij hominis. Edebant & bibebant, vxores ducebant, & nubebant vsque in diem qua intrauit Noe in arcam: & venit diluuium, & perdidit omnes. Similiter sicut factum est in diebus Lot. Edebant & bibebant, emebant & vendebant, plantabant & ædificabant: qua die autem exiit Lot à Sodomis, pluit ignem & sulphur de cælo, & omnes perdidit: secundum hæc erit, qua die filius hominis reuelabitur.

*Nam sicut fulgur coruscans de sub cælo, &c.* Quid est quod nesciat ille sicut fulgur coruscans, eo quod lux, Dei filius interna mysterij cælestis illuminet? De die autem & hora dixit Mattheus. Ergo & horam nouit: sed nouit sibi, mihi autem nescit. Bene autem causam diluuij & incendij, & iudicij de nostris asserit prodisse peccatis, quia Deus malum non creauit, sed nostra sibi merita repererunt. Edebant enim & bibebant, vxores ducebant, & nubebant. Non quia coniugia, neque alimenta damnentur; cum in illis successiones, in istis naturæ subsidia sint: alioquin de hoc mundo est exeundum. Sed in omnibus modus quæritur: quidquid enim abundantius, à malo est. Sit aliquis consensus ad tempus, ut vacet orationi, sit aliqua inter sollicitudines mundi & intemperantiæ crapulam sobrietas religionis, & induciæ castitatis. Ergo quia propter improbos necesse est probi in hoc sæculo cōtritionem cordis animique patiantur, quò vberiore mercedem accipiāt in futurum, remediis instruuntur: ut qui in Iudæa sunt, fugiant in montes. Quæ est ista Iudæa? Noui enim & aliam Iudæam secundum spiritum, non secundum litteram. Notus in Iudæa Deus. Quales autem isti montes qui possunt metum futuri cohibere iudicij, cum scriptum sit, Tremor ante te montes occupabit: & Cælum & terra transibunt? Quomodo terrarum portio manebit immunis, aut tueri me poterit, quæ nec ipsa se seruat? Vbi igitur me ab ira eius abscondam, qui conturbat profundum maris? Si ascendero in cælum, ibi est: si descendero in infernum, adest. Non ergo falli potest qui vbique est, sed placari. Adest itaque iudicij dies: si vis non comprehendi, quotidie time, quotidie fuge. Quæris quomodo fugias? Ascende in montem qui euangelizas Sion, ut excelsorum vertice possis eminere meritorum. Deus enim montium, & non vallium est. Ascende eò vbi Christus sedet ad dexteram Dei, cuius fundamentum in montibus sanctis; & Montes in circuitu eius. Mons tuus Paulus, mons tuus Petrus est. Supra illorum fidem mentis tuæ locatis vestigium. In lege Dei atque hæreditate fidei constitutos iudicij dies non ad pœnam inuenit, sed ad gloriam.

In illa hora qui fuerit in tecto, & vasa eius in domo, ne descendat tollere illa: & qui in

agro, similiter non redeat retrò.

*Matth. 24.* Si quis in tecto est positus, hoc est, superiora iam domus suæ eminētiumque virtutum culmen ascendit, ad terrena mundi huius opera non recidat. *Iosue 2.* Ni enim tectum in quo Rhaab illa typo meretrix, mysterio Ecclesiæ, sacramentorum consortio populis copulata gentilibus, exploratores quos Iesus direxit, abscondit: qui si ad inferiora descendissent domus, ab exploratoribus qui ad corripandos eos missi fuerant, occisi essent. Tectum ergo sublime est mentis officium, animæque fastigium, quo nuda corporis operitur infirmitas. *Matth. 2.* Vnde mihi videtur etiam paralyticus ille idcirco esse sanatus, qui à quatuor iuuenibus dimissus è tecto est: quia quatuor adminiculo virtutum, Prudētia, Fortitudinis, Temperatiæ atque Iustitiæ ad pedes Christi alta quadam se ratione subiecit. Nihil enim excelsius humilitate, quæ tamquam superior nescit extolli: quia nemo id affectat, quod infra se iudicat. Sed quoniam in iudicio versamur, non digrediamur à tecto; ne dum vasa quæ in domo sunt auferre cupimus, capiamur. *2. Tim. 2.* Non enim in omni domo sunt vasa aurea & argentea, sed in plerisque sunt lignea: nec omnes domus plena; sunt enim & vacua, quas nouit propheta qui dixit, Quid factum est tibi nunc quia ascendisti in domos vacuas, impleta est ciuitas clamantium? Et subiecit, Omnes principes tui fugerunt, quicumque in te vulnerati sunt, id est, ad perfidiã de fide lapsi sunt. Vulneratus est Sabellius, vulneratus est Valentinus, vulneratus est Arius. in domo enim vacua sunt reperi. *Matth. 10.* Vis domum videre plenam? Sequere Petrum, cum esuriret ad domus superiora gradientem. ibi agnouit mysterium Ecclesiæ congregandæ, vt gentilem populum non iudicaret immundum, quem fides postea ab omni mundare contagio. Vasa autem de luto sunt. Ergo vas corpus est. Et ideo caue ne desiderio corporis, præclara mentis studia derelinquas. Si Petrus non accepit mysterium in inferioribus situs, tu quemadmodum accipies? Ille accepit, quia ascendit vt euangelizaret Dominum, passionem corporis nõ timeret. Ergo qui in tecto est, non descendat: & qui in agro est, non reuertatur retrò. *Luc. 9.* Vnde intelligam qui sit ager, nisi ipse me doceat Iesus, dicens, Nemo mittens manum in aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno cælorum? Otiosus in villa sedet, laboriosus in agro seminat: debilis ad focum, fortis ad aratrum. Bonus odor agri, odor enim Iacob, odor agri pleni. Ager plenus est florum, plenus est fructuum diuersorum. Ara igitur agrum tuum, si vis dirigi ad Dei regnum. Floreat tibi bonorum seges fecunda meritorum. Sit vitis abundans in lateribus domus tuæ, & nouella oliuarum in circuiu mensæ tuæ. Dicat anima tua Christo, fertilitatis suæ conscia, & feminata Dei verbo, spiritalibus quoque inarata culturis: Veni frater meus, exeamus in agrum. Ille respondeat, Introiui in hortum meum foror mea spõla, vindemiaui myrrham meam. Quæ enim melior quam fidei vindemia, qua resurrectionis fructus reconditur, qua perpetuæ lætitiæ fons libatur? Itaque cum respicere prohibearis, multo magis redire prohiberis, & tollere tunicam. *Matth. 24.* Comperisti enim quòd ei qui tunicam te petierit, remittere

*Coloss. 3.* debeas & pallium. Ergo directus ad Dei regnum, opes & patrimonium non requiras. Nouit & aliam scriptura tunicam, de qua nos hortatur Apostolus dicens, Vt expoliates veterem hominem cum actibus eius, induti nouum, superioris tunicam non requiramus erroris. Vnde & illa ait, Nocte exui me tunicam meam, quomodo induam eam? Quòd non solum renuntiare peccatis, sed etiam memoriam omnem debeas actus superioris abolere. Denique Paulus superiora obliuiscens, culpam exuit, poenitentiam non omisit. Ideo Dominus ait,

**H** Memores estote vxoris Lot. Quicumque quæserit animam suam saluam facere, perdet illam: & quicumque perdiderit illam, viuificabit eam.

*Gen. 19.* Memores estote vxoris Lot. Quæ ideo quia respexit retrò perdidit naturæ suæ munus. Retrò enim fatanas, retrò Sodoma. Quapropter fuge intemperantiam, declinato luxuriam. Et vt cognoscas quia non omnes possumus fugere in montem, recordare quia ille qui se ad vetera studia non reflexit (Sodomam enim antè delegerat,) ideo euasit, quia peruenit ad montem: Illa quæ infirmior fuit, quoniam ad posteriora respexit, nec mariti adiuta suffragio ad montem peruenire potuit, sed remansit.

Dico vobis, in illa nocte erunt duo in lecto vno, vnus assumetur, & alter relinquetur.

*Luc. 22.* Benè noctem dixit, quia Antichristus hora tenebrarum est: eo quòd pectoribus hominum tenebras offundat, cum dicat se esse Christum, exurgentibus pseudopphetis qui asserat nunc in desertis Iesum degere, vt vagæ errore opinionis illudant: nunc in penetralibus, vt qui audierint, præcellæ nomine potestatis artentur. Christus autem sicut fulgur coruscans per vniuersum mundum luminis sui globos spargit. Et ideo nec in desertis vagatur, nec aliquibus locis clauditur, quia cælum & terram ego impleo, dicit Dominus. Sed luce fulgoris sui fulget, vt in illa nocte resurrectionis gloriã videre possimus.

*Luc. 12.* Quid igitur sibi vult quod ait, Duo in lecto vno, vnus assumetur, & alter relinquetur? Nūquid iniquus Deus, vt pares studiis & societate viuendi, atque indiscreta actuum qualitate, meritorum remuneratione discernat? Non ita est, sed pro actibus hominis, remunerationis est qualitas. Non ergo merita hominum copulæ vsus exæquat. Nam & pater in filium, & filius in patrem studio religionis insurgunt: quia non omnes quod adoriuntur efficiunt: sed qui perseuerauerit in finem, hic saluus erit. Tum deinde non forensè obsequium, sed interiorē Dominus rimatur affectum. Neque enim si iuste offeras, & non iuste diuidas, acceptum est sacrificium Deo. Ergo ex vno strato (est enim stratum infirmitatis humanæ, quia scriptum est, Vniuersum stratum eius verasti in infirmitate eius) vnus relinquetur, alter assumetur. Qui assumitur, rapitur obuiam Christo in aëra: qui autem relinquitur, improbatur.

Duæ molentes in pistrino; vna assumetur, & altera relinquetur. duo in agro vno; vnus assumetur, & alter relinquetur.

Duæ

*Luc. 12.* Duæ molentes in pistrino. Sensus quidem est quòd hi significari videantur, qui ex occultis alimenta quarant, & in apertum ex interioribus proferant. Sed tamen quid molant istæ mulieres, requirendum est. Nisi fortè quod legimus in Esaia, Si offeratis similaginem, vanum est, vt similago sit, quæ à molentibus offeratur. Discutiamus ergo quæ molant, quidve molant, quidve pistrinum sit. Et fortasse mundus iste pistrinum est, quod aptius reor, quòd in eo humani corporis forma referatur, in quo anima nostra velut quodã carcere includitur, panem, si consulat boni, operatura cælestem. In hoc ergo pistrino vel synagoga, vel anima obnoxia delictis triticum molendo madefactum, & graui humore corruptum, non potest interiora ab exterioribus separare: & ideo relinquitur, quia eius similago displicuit. At verò sancta Ecclesia, vel anima nullis maculata contagiis delictorum, quæ tale molit triticum quod Solis æterni calore sit torridum, quod Deus quemadmodũ voluit sic vestiuit, & angeli ab omni purgamentorum labe mundarunt, bonam similaginem de penetralibus hominum Deo offerens, sacrificij sui liba commendat. Nec solum molentes duæ, sed etiam operantes duo erunt in agro vno, è quibus assumetur vnus. Bonus seminator, qui non supra vias seminauerit, sed supra aratum & cultum solum, vt fructum humilitate pressum, non iactatione dispersum, terra multiplicet. Relinquitur autem seminator zizaniorum, ex quibus refutabilis similago conficitur. Qui sint autem isti agricolæ differentes possumus reperire, si aduertamus qua ratione duos vnus, hoc est, duas mentes esse in nobis Apostolus dixerit. Fortasse enim ideo, quia altera exterioris est hominis, qui corrumpitur; altera interioris, qui per sacramenta renouatur. Et eo ille fortasse deterior, qui extollitur frustra inflatus mente carnis suæ, & non tenens caput, quia à Domini nostri Iesu Christi salutarium præceptorum obseruatione declinat. Ipse enim caput omnium, qui auctor est omnium. Alter est ille præstabilior, qui humilitatem diligit, sapientiam querit, misericordiam non omittit: bonus scilicet seminator. Dispersit enim, dedit pauperibus, iustitia eius manet in æternum. Hic igitur spiritalis est, ille carnalis. Nam sicut verbis apostolicis comprehendimus, illum extollētem se tumido animo seductorem mente carnis inflari, ita etiam sanctum virum renouari spiritu mentis ostendimus, dicente eodem, Renouamini autem spiritu mentis vestræ. Duas ergo mentes esse demonstrat: vnã, quæ mens carnis efficitur iuncta peccato: alteram, quæ spiritui copulata carnis abiurat illecebras. Nec solum duæ mentes, sed etiam duæ leges in nobis sunt, quarum vtramque nobis Apostolus explicauit, dicens, Cõdelector enim legi Dei secundum interiorē hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantē legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in mēbris meis. Est ergo lex interioris hominis, est etiam exterioris. Illa quæ peccatum prohibet, ista quæ suadet. Illa quæ damnat errorem, ista quæ suggerit. Illa quæ mētem instruit, ista quæ tentat. Sunt etiam duæ aliæ vehementiores in nobis leges, vna Dei, altera peccati, secundum eundem magistrum qui ait, Igitur ego ipse

mente serui legi Dei, carne autem legi peccati. Et ostenditur quòd si mentē tantum dicas, contrariam carni ostendas. Cum enim dicit Paulus se legi Dei mente seruire, vtique mentem per seipsam, nisi carne vincatur, bonam esse demonstrat, & natura ita creatam, vt resistat errori. Itaque cum vincitur, mēs carnis est, non ex natura habens, sed ex carne quod labitur; & quasi in nomen proprietatēque victricis victa succedit. Natura autem aduersa carni est. Denique mente Deo seruiamus, carne peccato. Melior autem mens erit, si cooperaria sancto Spiritui religiosum non intermittat officium. Istæ sunt igitur operantes in agro nostro, quarum altera bonum fructum diligentia dat, altera amittit incuria; quam sanguinem legislator appellat, dicens, Anima omnis carnis, sanguis eius. Quò plerique referunt etiam illud quod scriptum est, Non manducabis carnem in sanguine: ne vulneribus animæ cruentatas corporis voluptates, refectionis potius loco quàm reatu sanguinis astimemus, quos oportet Dei verbo refici. Est ergo cibus refectionis, est cibus sanguinis. Sicut enim caro Domini verè est cibus, ita sanguis verè noster est potus. Bonam ergo de nostris operibus escam Domino suggeramus, ne rursus cum venerit, & sicut in illa ficu, pomum non inuenerit, nostrorum meritorum infecunditate ieiunium propositum pietatis auertat, dicens ad illam animam quam nudam pomorum repererit, & sanguine cruentatam: Numquam ex te fructus nascatur in sempiternum. Est ergo anima carnis omnis, sanguis eius. Est etiam præstabilior anima, de qua dixit Deus, Omnes animæ meæ sunt. sicut anima patris, ita etiam anima filij mea est. Nec illud prætereat, vt duos populos interpretemur, id est, quòd in hoc mundo, qui agro frequentissimè comparatur, duo populi sint, vnus credentium, alter qui nõ credit, relaturi meritorum vicem suorum: & ideo alter qui fidelis est, assumatur; alter qui infidelis, relinquetur. Duæ autem illæ molentes, duæ animæ, vel certè Ecclesia atque synagoga. Non enim vna tantum figura, sed multiplex in diuinis scripturis esse consuevit, vt vnus sermo plures species comprehendat. Itaque mens carnis, & anima carnis, & synagoga id triticum colligunt, & eam similaginem molunt, quæ offerunt in vanum. Mens autem quæ iuncta est animæ, & anima quæ receptra est salutaris verbi, vel Ecclesia Dei excollunt & molunt veræ legis similaginem spiritalem, vnde etiam panes propositionis fiunt, quos soli sacerdotes edunt, quibus puriorem panem manducare præscriptum est, illum vtique qui descendit de cælo. Omnes autem sumus, si merita nostra patiantur, iustitiæ sacerdotes, qui vncti one lætitiæ in regnum & sacerdotium cõsecramur. Ergo ita exerceamus & colamus agrum nostrum in istius culturæ munere constituti, vt in illa superiore Hierusalem vbi legis custodia vera celebratur, habeamus similaginem de manipulis nostris, quos beati qui potuerint congregare, vt venientes veniant in exultatione, tollentes manipulos suos. Isti igitur fructus sunt spirituales, & felices veri prouentus laboris, qui nullo inutili imbore madefiãt. Fructus autem carnis corruptelæ obnoxius: & ideo qui carnalia seminauerit, carnalia metet. De agro verò quid dicam, cum manifestum

K iij





bonus vnus in vtroque est. Nam quomodo non bonus, ex bono natus? Arbor enim bona bonos fructus facit. Quomodo non bonus, cum bonitatis substantia assumpta ex patre non degenerarit in filio, quæ non degenerauit in spiritu? Et ideo, Spiritus tuus bonus deducet me in viam rectam. Quod si bonus spiritus qui accepit ex filio, bonus vtiq; & ille qui tradidit. Et cum bonus pater, vtiq; & ille bonus qui omnia habet quæ pater habet. Aut si negatis filium habere bonitatem, negatis & patrem. Ratio euidentis exemplis non eget, tamen vel auctoritatem sequimini scripturarum. Scriptum est enim, Dominus Iudex bonus domui Israël. De filio an de patre dicitur? Sed pater non iudicat quemquam, quia omne iudicium dedit filio. Ergo Dominus bonus, filius. Accipe aliud. Trinitatem vtiq; cōfitemur qui ad baptismum veniunt, quia baptizantur in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: ergo & Patri & Filio & Spiritui sancto confitentur. Cum ergo dicitur, Confitemini Domino quoniam bonus: bonus vtiq; Pater, bonus & Filius, bonus & Spiritus sanctus, sed Deus vnus est. Et quia bonus Dominus expectantibus eum. Annon bonus, qui bona tribuit animæ quærenti eum? Annon bonus, qui faciat in bonis animam tuam? Annon bonus, qui ait, Ego sum pater bonus? Sed putatis ideo Deum bonum, quia iudicium non habet, in quo est necessitas vindicandi. Quamquam iam præmissum sit iudicem bonum esse domui Israël; tamen alibi habes, Quam bonus Deus Israël rectis corde! De quo igitur putatis dictum? de patre, an de filio? Si de patre, ergo non omnibus bonus. Cur ergo filio derogatis? Si de filio, ergo bonum Deum & filium confitemini. Ipse enim benedictus Deus Israël, quia visitauit & fecit redemptionem plebi suæ. Ipse est rex & Deus Israël, cui dicitur, Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Israël. Sic igitur huic dicit, Quoniam tu bonum me non potes sentire qui tentas, quid me dicis bonum? Bonus quidem ego, sed iis qui recto sunt corde: cui bonum esse ex natura suppetat, non ex versutia. Bonus ergo filius. Candor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Quomodo ergo non bonus, qui est imago bonitatis? Sicut enim imago Dei Deus, sed vnus Deus: ita & diuinæ imago bonitatis bona, sed vna bonitas. Mihi certè vrile est, bonum Deum credere, quem meorum habiturus sum iudicem delictorum. illi viderint qui credere bonum nolunt. Itaque quia legisperitus est iste qui tentat, sicut in libro alio demonstratur, bene dixit, *Nemo bonus, nisi vnus Deus*: vt admoneret quia scriptum est, Non tentabis Dominum Deum tuum: sed magis confiteretur Domino, quoniam bonus. Denique cum sæpe perstringit. nam gloriantur in lege quod ad iuuentute sua omnia custodisset, vt inanem iactantiam eius exponeret, ostendit ei adhuc deesse quod legis est. Et ideo ad misericordiæ præceptum tristis inducitur, vt in cum naturalis quædam detur forma sententiæ.

Mandata nosti, Non homicidium facies, Non adulterabis, Non furtum facies, Non falsum testimonium dices: Honora patrem tuum & matrem. Qui ait, Hæc omnia custodiui à

iuuentute mea. Quo audito, Iesus ait ei, Adhuc vnum tibi deest: omnia quæcumque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo: & veni, sequere me. His ille auditis; contristatus est, quia diues erat valdè.

Pulchrè mihi hodie legitur legis exordium, quando mei natalis est sacerdotij. Quotannis enim quasi de integro videtur incipere sacerdotium, quando temporum renouatur ætate. Bonum etiam quod legitur, *Honora patrem & matrem*. Vos enim mihi estis parentes, qui sacerdotium detulistis. vos, inquam, filij, vel parentes; filij singuli, vniuersi parentes. Libenter enim meos dixerim vos vel liberos, vel parentes, qui verbum Dei auditis & facitis. Filios, quia scriptum est, Venite filij, audite me. Parentes, quia ipse Dominus dixit, Quæ mihi mater aut fratres? Mater & fratres mei hi sunt, qui audiunt verbum Dei & faciunt. Benè ergo quia lex iusserat, Diliges Dominum Deum tuum, & diliges proximum tuum, subiicit, *Honora patrem tuum & matrem tuam*. Primus enim gradus iste pietatis est. Namque hos auctores tibi esse voluit Deus. Honora obsequiis, vt abstineas à cōtumeliis: quia ne vultu quidem ledenda pietas est parentum. Sed parum est non lædere, quia lex prospexit ne patiantur iniuriam. Qui enim maledixerit patri vel matri, morte morietur: tu honora, vt bonus sis. Aliud est legis beneficium, aliud pietatis officium. Honora tuos, quia suos Dei filius honorauit. Legisti enim, Et erat subditus illis. Si Deus seruulis, quemadmodum tu parētibus? Honorabat igitur Ioseph & Mariam Christus, non naturæ debito, sed pietatis officio. Honorabat & patrem Deum, quātum nemo potuit honorare, vt esset obediens vsque ad mortem. Honora ergo & tu parentes. Est autem honor non solum honorificentia, sed etiam largitatis. Viduas honora, quæ veræ viduæ sunt. Honor enim est deferre pro meritis. Pasce patrem tuum, pasce matrem tuam. Et si pauperis matrem, adhuc non reddidisti dolores, non reddidisti cruciatum quos pro te passa est, non reddidisti obsequia quibus te illa gestauit, non reddidisti alimenta quæ tribuit tenero pietatis affectu, immulgens labris tuis vbera: non reddidisti famem quam pro te illa tolerauit, ne quid quod tibi noxiū esset, ederet, ne quid quod lacti noceret, hauriret. Tibi illa ieiunauit, tibi manducauit, tibi illa quem voluit cibum non accepit, tibi quem noluit cibum sumpsit, tibi vigilauit, tibi fleuit, & tu illam egere pateris? O fili, quantum tibi sumis iudicium, si non pascas parentem! Illi debes quod habes, ubi debes quod es. Quantum iudicium, si pascat Ecclesia quos tu nolis pascere. Si quis fidelis, inquit, aut si qua fidelis habet viduas, subministret illis, & non grauetur Ecclesia, vt his quæ veræ viduæ sunt, sufficiat. Hoc de extraneis. Quid de parentibus? Non otiosè diximus proximè, quia nos matris querela perstrinxit: sed maluimus eum qui talis est, publicè monere, quàm domesticè coercere. Et si nostra voce non proditur, vel suo tamen erubescat affectu. Ne commiseris fili, vt parentes tuos aliorum famas pascat: ne commiseris fili, vt ieiunia pauperum parentibus tuis cibum quærant. Si

non

non propter gratiam & salutem, propter vercediam pasce. Vel tu filia, non pudet si te ingrediente in ecclesiam, alienis manus suas anus mater extendat, & prætermissa filia de extraneis stipem poscat, cum tu transeas sublimi collo, & nutibus oculorum, trahens vestem, habens in aures & dextralia & anulos, & reliqua quæ Esaias dicit? Quid si in te sermonem suum vertat, repositens naturæ debitum, nutrimentorum pretium, manus tuæ quod genitrici debetur officium? quid respondebis? Dabisne aliis? Quid si tibi obiiciat, Vade, prius matrem tuam pasce? Nam etsi pauperes sunt, impiam tamen non querunt collationem. Nonne audisti supra, quia diues ille in bysso & purpura recubans, cuius de mensa micas Lazarus colligebat, pennis cruciatur æternis, quia pauperi non impartiuit alimenta? Si non donasse extraneis, graue est: quanto grauius excludere parentes? Sed dicis, quod eras parentibus collaturus, ecclesiæ malle conferre. Non querit donum Deus de fame parentum. Vnde reprehendentibus Iudæis quia discipuli Domini manus non lauarent, respondit Iesus, Quicumque dixerit, Munus quodcumque est ex me, tibi proderit, non honorificabit patrem aut matrem. Quod propter obscuritatem sensus non imprudenter defleximus. nam Iudæi dum hominum traditionem sequuntur, Dei negligunt: discipuli traditionem Dei præferentes, hominum negligebant, vt manus non lauarent cum panem manducarent: quoniam qui lotus est torus, non habet necesse vt manus lauet. Lauerat eos Iesus, lauacrum aliud non quærebant. Vno enim Christus baptismate omnia soluit. Itaque quem lauerit Ecclesia, non habet necesse iterum lauare. Ergo mysterio intendebant discipuli, non sui munditiam corporis, sed animæ requirentes. Hoc reprehendebant Iudæi: sed argutè redarguuntur à Domino, quod inania obseruent, profutura despiciant. Et ideo illis dicit, Vos quare dicitis patri aut matri, quos lex præcipit honorari: Munus quodcumque est ex me, tibi proderit? id est, cum petit aliquid ad sumptum egenus pater aut mater à filio, filius quia legem timens excusationem non dandi requirit, dicere solet, Munus quod est ex me, tibi proderit, vt dicatam Deo pecuniam pater religiosus accipere reformidet. Sed hæc traditio hominum est excusationes obtentium avaritiæ suæ. Cæterum Dei traditio est, vt prius pascas parentes. Nam si iuxta diuinum oraculum contumelia parentis morte luitur, quanto magis famas quæ morte grauior est? Quo loco insolentem Dominus infrenat iactantiam. Multi enim, vt prædicentur ab hominibus, ecclesiæ conferunt quæ suis auferunt: cum misericordia à domestico progressi debeat pietatis officio. Da ergo prius parenti, da etiam pauperi, da illi presbytero quod tibi abundat terrenum, vt ab illo accipias spiritale quod tibi deest. Etenim qui honorat, honorabitur. Vide ergo quia ille cum accipit, tradit; & accipit non quasi inops, sed quasi remuneraturus maiore mensura. Da pauperi in requiem eius, vt & tu communicans de tuo inopi, requiem consequaris. Sed vt pasceos scriptura dicit parentes, ita propter Deum relinquendos, si impediunt deuotæ mentis affectum.

Videns autem Iesus illum tristem factum, dixit, Quam difficile qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt! Facilius est enim camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum Dei. Et dixerunt qui audiebant, Et quis potest saluus fieri? Ait illis, Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum. Ait autem Petrus, Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Qui dixit eis, Amen dico vobis, nemo est qui reliquit domum, aut parētes, aut fratres, aut uxorem, aut filios propter regnum Dei, & non recipiat multo plura in hoc tempore, & in sæculo venturo, vitam æternam. Assumpsit autem Iesus duodecim, & ait illis, Ecce ascendimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur: & postquam flagellauerint, occident eum, & tertia die resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt: & erat verbum istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebantur.

Facilius est camelum per foramen acus transire, quam diuitem, &c. Magna vis, magnum pondus in verbis. Quibus enim verbis aliis vehementius exprimeret, non debere iactare se diuitem in diuitiis suis, quam talibus quibus definitur contra naturam esse diues misericors? Aufer mihi lenocinia fucumque verborum, quæ solent eneruare sententias. Lactari iste non debuit, sed frangi, qui misericordiam respuebat. Tamen si quos verborum magis ornamenta quam sensus virilis, naturalisque quidam habitus & forma delectant, quod boni faciunt petitores in vxore ducenda, vt mores discant, non decorem, nec aspectus offensione reuocentur, cum virtute animi prouocantur: hi quoque in verbis mysterium quærant, quod est mens quædam & anima verborum, nec in mysterio verba discant. Camelus ergo in typo populis gentilis accipitur, quem leo ille quærens quem deuoret, onustum thesauro prophetis agit affatibus in desertum. In tribulatione enim & angustia leo & catulus leonis, aspides & progenies aspides volantium ferebant in asinis & camelis diuitias suas. Et benè camelus pro gentili figuratus est populo, quia superstitionis deformitate degenerans prius quam crederet populus nationum, beluina specie feciditatis, absurda vestigia, ora turpia præferebat. Facilius igitur iste peccator per viam intrauit angustam, quæ est via Christi qui proprii corporis passione mortis penetrans viam, velut acu redintegrait scissa quædam nostræ vestimenta naturæ, quam populus Iudæorum diues in lege, egenus in fide, præruptus in furore, probrosus in crimine. Potest etiam moraliter de omni intelligi peccatore, & de arrogante diuite. Nonne tibi videtur publicanus ille oneratus suorum conscientia delictorum, cum

Exod. 20.

Matth. 10.

Deut. 6.  
Psalm. 135.

Sap. 7.

Psalm. 72.

Ioan. 1.

Luc. 1.

Psalm. 72.

Esai. 63.

Ioan. 10.

Psalm. 102.

Thren. 3.

Psalm. 135.

Matth. 16.

Ioan. 5.

Esai. 63.

Ioan. 17.

Psalm. 142.  
Ioan. 16.

Matth. 7.

Exod. 20.

Psalm. 33.

Luc. 8.

Deut. 6.

Leuit. 19.

Exod. 21.

Luc. 2.

Philip. 2.

1. Tim. 5.

Tob. 4.

Ecc. 7.

1. Tim. 5.

Exod. 20.

Luc. 14.

Esai. 5.

Luc. 16.

Matth. 15.

Ioan. 13.

Ephes. 4.

Exod. 20.

Matth. 15.

86. dist. cap. ceteram.

Exod. 21.

1. Cor. 9.

Exod. 20.

Luc. 14.

1. Petr. 5.

Esai. 30.

Matth. 7.

Luc. 18. supra.

oculos ad Deum non auferet attollere, velut quidam camelus in foramen acus confessionis suae remediis facilius introire, quam Phariseus ille arrogans in prece, iactans innocentiae, praesumptor gloriae, exprobrator misericordiae, praedicator sui, criminatorem alieni, qui magis conueniret Dominum quam rogaret? Si quis igitur horret camelum, horrescat eum qui factis foedior sit camelo.

Factum est autem, cum appropinquaret Hiericho, quidam caecus sedebat secus viam mendicans. Et cum audiret turbam praetercuntem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei, quod Iesus Nazarenus transiret. Et clamauit dicens, Iesu fili Dauid miserere mei. Et qui praebant, increpabant eum vt taceret. Ipse vero multo magis clamabat, Fili Dauid miserere mei. Stans autem Iesus, iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogauit illum, dicens, Quid tibi vis faciam? At ille dixit, Domine, vt videam. Et Iesus dixit illi, Respice, fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit, & sequebatur illum magnificans Dominum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

*Matth. 20.* *Quidam caecus sedebat secus viam, &c.* In libro secundum Matthaeum duo caeci inducuntur, hic vnus. Ibi egrediente Hiericho, hic appropinquant. Sed nulla distantia. Nam cum in hoc vno typus populi gentilis sit, qui sacramento dominico recepit amissi luminis claritatem, nihil interest vtrum in vno medicinam, an in duobus accipiat, quoniam ex Cham & Iaphet Noe filii originem ducens, in duobus caecis duos generis sui praetendebat auctores. Quod videtur etiam Lucas non omisisse, cum Zachaeum subicit. Verum ne caecum istum tamquam fastidiosum pauperum cito reliquisse videamur, & transisse ad diuitem; expectemus eum, quia expectauit & Dominus; interrogemus eum, quia interrogauit & Christus. Nos interrogemus, quia nescimus: ille, quia nouerat. Nos interrogemus, vt sciamus vnde iste curatus sit: ille interrogauit, vt in vno plures disceremus vnde Dominum videre mereamur. Interrogauit enim, vt crederemus neminem nisi confidentem posse sanari. *Et confestim vidit, & sequebatur illum magnificans Dominum.* Aliter enim non videret, nisi sequeretur Christum, nisi Dominum praedicaret, nisi saeculum praeteriret. Cum diuitibus quoque in gratiam reuertamur, nolimus enim offendere diuites, qui volumus, si fieri potest, sanare omnes; ne in cameli comparatione praestrici, & in Zachaeo citius quam oportuit derelicti, iuste habeant commotionis offensam. Sequitur ergo,

**CAP. XIX.** **E**T ingressus perambulabat Hiericho. Et ecce vir nomine Zachaeus, & hic princeps erat publicanorum, & ipse diues: & quarebat videre Iesum quis esset, & non poterat praeturbam, quia statura pusillus erat. Et praecurrens

ascendit in arborem ficomorum, vt videret eum; quia illa parte erat transiturus Dominus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eum, Zachae, festinans descende, quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes, murmurabant, dicentes quod ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autem Zachaeus dixit ad Iesum: Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus; & si cui quidquam abstuli, reddo quadruplum. Ait Iesus ad eum, Quia hodie salus domui huic facta est, eo quod & ipse filius sit Abrahae. Venit enim filius hominis quaerere & saluum facere quod perierat.

*Et hic princeps erat publicanorum, &c.* Quis iam de se desperet, quando & ille cui census ex fraude, ad salutem peruenit? *Et ipse diues.* Vt scias non omnes diuites auaros: & discant diuites, non in facultatibus crimen haerere, sed in iis qui vti nesciant facultatibus. Nam diuitiae vt impedimenta improbis, ita bonis sunt adiumenta virtutis. Diues certe Zachaeus, & electus a Christo; sed dimidium bonorum suorum pauperibus largiendo, reddendo etiam in quadruplum quae fraude sustulerat (alterum enim non fat est; nec habet gratiam liberalitas, si iniuria perseuerat, quia non spolia, sed dona quaeruntur,) vberiorum mercedem quam conferebat, accepit. *Et quarebat videre Iesum quis esset, & non poterat praeturbam.* Quae autem turba, nisi imperitiae confusio multitudinis, quae verticem nequit videre sapientiae? *Quia statura pusillus erat.* Quid sibi vult quod nullius alterius staturam scriptura, nisi huius expressit? Vide ne forte malitia pusillus, aut adhuc pusillus fide. Nondum enim reddere promiserat, nondum viderat Christum, merito adhuc pusillus. Ioanes autem magnus, quia & Christum vidit, & spiritum sicut columbam super Christum manentem, sicut ipse ait, Vidi spiritum descendentem sicut columbam, & manentem super eum. *Et ascendit in arborem ficomorum, vt videret eum.* Ergo Zachaeus quamdiu in turba est, non videt Christum: supra turbam ascendit, & vidit; hoc est, plebem iam transgressus, in scientiam meruit quam desiderabat aspicere. In quo & mysterium licet aduertere. Nam statura pusillus, hoc est, nulla nobilitatis ingenitae dignitate sublimis, exiguus meritis, sicut populus nationum, audito Domini saluatoris aduentu, quem sui non receperant, videre cupiebat. Sed nemo facile Iesum videt: nemo potest Iesum videre constitutus in terra. Et quia non prophetas, non legem habebat, tamquam formae gratiam naturalis ascendit in ficomorum, vanitatem scilicet Iudaeorum vestigio suo proterens, errata quoque corrigens superioris aetatis: & ideo Iesum in interioris domus recepit hospitio. Et bene ascendit in arborem, vt arbor bona bonos fructus faceret, ac naturali excelsus oleastro, & contra naturam infertus in bonam oliuam, fructum possit legis afferre. Radix enim sancta, et si

*Matth. 7.  
Rom. 11.*

cta, et si rami inutiles: quorum infructuosam gloriam plebs gentium fide resurrectionis quasi quadam corporis eleuatione transcendit. Zachaeus ergo in ficomoro, caecus in via. Quorum alterum Dominus miseraturus expectat, alterum mansionis suae claritate nobilitat. Alterum sanaturus interrogat, apud alterum se non inuitatus inuitat. Sciebat enim vberem hospitij sui esse mercedem. Sed tamen et si nondum vocem inuitantis audierat, iam viderat affectum. Pulchre autem addidit, *Quia illa parte erat transiturus Dominus.* Sic enim venerat, vt per Iudaeos transiret ad gentes: vt & mysterium seruaret, & gratiam seminaret. *Et cum venisset ad locum, suspiciens Iesus vidit illum.* Vidit itaque Zachaeum sursum. Iam enim sublimitate fidei inter fructus nouorum operum velut foecundae altitudine arboris eminebat. Et quoniam de typo ad moralia defleximus, inter tot credentium voluptates dominica die relaxare animum, festiuitatem admiscere delectat. Zachaeus in ficomoro, nouum videlicet noui temporis pomum, vt in hoc quoque compleretur illud, Arbor fici produxit grossos suos. Ad hoc enim Christus aduenit, vt ex lignis non poma, sed homines nascerentur. Legimus alibi, Cum esses sub arbore fici, vidi te. Ergo Nathanael sub arbore, hoc est, supra radicem, quia iustus. Radix enim sancta. Sub arbore tamen Nathanael, quia sub lege: Zachaeus supra arborem, quia supra legem. Ille adhuc Christum ex lege quaerebat, iste iam supra legem relinquebat sua, & Dominum sequebatur.

*Can. 2.  
Ioan. 1.  
Rom. 11.*

Hac illis audientibus, adiciens dixit parabola, eo quod esset prope Hierusalem; & quia existimarent quod confestim regnum Dei manifestaretur. Dixit ergo, Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuerti. Vocatis autem decem seruis suis, dedit eis decem mnas, & ait ad illos, Negotiamini dum venio. Ciues autem eius oderant eum; & miserunt legationem post illum, dicentes, Nolumus hunc regnare supra nos. Et factum est, vt rediret accepto regno, iussit vocari seruos quibus dedit pecuniam; vt sciret quantum quisque negotiatus esset. Venit autem primus dicens, Domine, ecce mna tua decem mnas acquisiuit. Et ait illi, Euge bone serue, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem ciuitates.

*Luc. 15.*

Bonus ordo, vt vocaturus gentes, & Iudaeos iussurus interfici, qui noluerunt regnare supra se Christum, hanc praemitteret comparationem, ne diceretur, Nihil dederat populo Iudaeorum, vnde poterat melior fieri? vt quid ab eo qui nihil recepit, exigitur? Non mediocris ista est mna, quam supra mulier euangelica quia non inuenit, lucernam accendit, lumine quaerit admoto, gratulatur inuentam. Denique ex vna decem mnas alius fecit, alius quinque. Fortasse iste moralia habet, quia quinque sunt cor-

poris sensus: ille duplicia, id est, mystica legis, & moralia probitatis. Vnde & Matthaeus quinque talenta & duo talenta posuit. In quinque talentis vt sint moralia, in duobus vtrumque, mysticum atque morale. Ita quod numero inferius, re vberius. Et hic possumus decem mnas, decem verba intelligere, id est, legis doctrinam; quinque autem mnas, magisteria disciplinae. Sed legisperitum in omnibus volo esse perfectum. Non enim in sermone, sed in virtute est regnum Dei. Bene autem quia de Iudaeis dicit, duo soli multiplicatam pecuniam deferunt; non vtrique aris, sed dispensationis vsuris. Alia est enim pecuniae foenerbris, alia doctrinae caelestis vsura.

*Matth. 25.  
Exod. 34.  
1. Cor. 4.*

Et alter venit dicens, Domine mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait, Et tu esto super quinque ciuitates. Et alter venit dicens, Domine, ecce mna tua quam habui repositam in sudario. timui enim te, quia homo austerus es: tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti. Dicit ei, De ore tuo te iudico serue nequam. Sciebas quod ego homo austerus sum, tollens quod non posui, & metens quod non seminavi; & quare non dedisti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cum vsuris vtrique exegissem illam? Et astantibus dixit, Aufer te ab illo mnam, & date illi qui decem mnas habet. Et dixerunt ei, Domine, habet decem mnas. Dico autem vobis, quia omni habenti dabitur: ab eo autem qui non habet, & quod habet auferetur ab eo. Verumtamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se, adducite huc, & interficite ante me.

Cum dicit Dominus, *Quare non dedisti pecuniam meam ad mensam?* non nostrae, sed suae pecuniae quaerit vsuram. Vnus in terra abscondisse se dicit, quod rationem, quae ad imaginem & similitudinem Dei data est nobis studio voluptatis obruit, & tamquam in fouea carnis abscondit. De aliis filetur, qui quasi prodigi debitorum quae acceperat perdidit. In duobus illi pauci sunt, qui per duas vices ad cultores vineae destinati sunt, in reliquis omnes Iudaei; Quam comparationem Matthaeus etiam nobis voluit aptare, quod similiter vt diues qui pecuniam suam non impartit pauperibus, ita etiam qui doctrinae suae gratiam non diuidit imperitis, docere cum possit, haud mediocris reus est culpae. De quo, quoniam in libris de Fide scriptis diximus, transcurrere melius fuerit. Ciuitates autem quinque esse quae possunt, nisi forte animae, quibus iure praepositur qui pecuniam Domini, & illa eloquia casta probata sicut argutum, mentibus hominum foenerauerit? Nam sicut Hierusalem dicitur aedificata sicut ciuitas, ita sunt animae pacificae. Et sicut angeli praesunt, ita & hi qui vitam meruerint angelorum.

*Matth. 25.  
Luc. 20.  
Matth. 21.  
Lib. 5. de Fide, cap. 1.  
Psal. 11.  
Psal. 111.  
Dan. 10.*



S. AMBROSII COMMENTARIORVM IN EVANGELIVM SECVNDVM LVCAM,

LIBER NONVS.

ET his dictis, procedebat ascendens Hierosolymam. Et factum est, cum appropinquasset ad Bethphage & Bethaniam, venit ad montem qui vocatur Oliueti, misitque duos discipulos suos, dicens, Ite in castellum quod contra vos est, in quod introeuntes, inuenietis pullum asinae alligatum, in quo nemo sedet; soluite illum, & adducite. Et si quis vos interrogauerit, Quare soluitis? sic dicetis ei, Quia Dominus operam eius desiderat. Abierunt autem qui missi erant, & inuenierunt, sicut dixit illis, stantem pullum. Soluentibus autem illis pullum, dixerunt domini eius ad illos, Quid soluitis pullum? At illi dixerunt, Quia Dominus eum necessarium habet. Et duxerunt illum ad Iesum. Et iactantes vestimenta sua supra pullum, imposuerunt Iesum. Eunte autem illo substernebant vestimenta sua in via.



VLCHRE relinquitur Iudaeis, habitaturus in affectibus gentium, templum Dominus ascendit. Hoc enim templum est verum, in quo non in littera sed in spiritu Dominus adoratur. Hoc Dei templum est, quod fidei series, non lapidum structura fundauit. Deseruntur ergo qui oderant, eliguntur qui amantur erant. Et ideo ad motem venit Oliueti, ut nouellas oleas in sublimi virtute plantaret, quarum mater est illa quae sursum est Hierusalem. In hoc monte est ille caelestis agricola, ut plantati omnes in domo Dei, possint viritim dicere, Ego autem sicut oliua fructifera in domo Domini. Et fortasse ipse mons Christus est. Quis enim alius tales fructus ferret olearum, non curuescentium vbertate baccharum, sed spiritus plenitudine gentium foecundarum? Ipse est per quem ascendimus, & ad quem ascendimus. Ipse est ianua, ipse est via, qui aperitur, & qui aperit, qui pulsatur ab ingredientibus, & ab emeritis adoratur. Ergo in castello erat, & ligatus erat pullus cum asina: non poterat solui, nisi iussu Domini. Soluit eum manus apostolica. talis actus, talis vita, talis gratia. Esto talis & tu, ut possis ligatos soluere. Nunc consideremus qui fuerint illi quod errore detecto de paradiso eieci, in castellum sint relegati. Et vides quemadmodum quos mors expulerat, vita reuocauerit. Et ideo secundum Matthaeum & asinam & pullum legimus, ut quia in duobus hominibus vterque fuerat sexus expulsus, in duobus animalibus se-

gus vterque reuocetur. Ergo illic in asina matre quasi Euam figurauit erroris: hic autem in pullo generalitatem populi gentilis expressit; & ideo pullo sedetur asinae. Et bene in quo nemo sedet, quia nullus antequam Christus, nationum populos vocauit ad Ecclesiam. Denique secundum Marcum sic habes: Quae nemo adhuc sedet hominum. Alligatus autem perfidiae vinculis tenebatur, iniquo addictus domino, errori famulatus: & dominatum sibi vdicare non poterat, quae reum fecerat non natura, sed culpa. Et ideo cum Dominus dicitur, vnus agnoscitur. Nam & multi dii, & multi domini, sed generaliter; nobis tamen vnus Deus, & vnus Dominus. Itaque et si non exprimitur, Dominus definitur non iam per adiunctionem personae, sed per vnitatem naturae. Marcus autem induxit ligatum ante ianuam in transitu, quia extra Christum quicumque est, foris est: qui autem in Christo est, foris non est. In transitu addidit, ubi nullius certa possessio, non praesepa, non alimeta, non stabulum. Misera seruitus, cui vagum ius est. Plures enim dominos habet, qui vnum non habet. Alij alligant ut possideant, iste soluit ut teneat. Vehementiora enim iura nouit esse, quam vincula. Nec illud otiosum quod duo discipuli dirigitur, Petrus ad Cornelium, Paulus ad reliquos. Et ideo non personas designauit, sed numerum definiuit. Tamen si quis est qui personas exigit, potest aestimare de Philippo quae spiritus misit in Gazam, quando Candacis reginae baptizauit Eunuchum, & ab Azoto in Caesaream per omnes ciuitates verbum Domini seminavit. Nec illud praetereundum quod mox remittendos asserit, quia dirigendi erant qui Dominum Iesum in finibus gentium praedicarent. Illi ergo directi cum soluerent pullum, nunquid suis verbis vsi sunt? Minimè; sed dixerunt sicut dixerat illis Iesus: ut agnoscas quod non suo sermone, sed Dei verbo; nec proprio, sed Christi nomine fidem populis infundere gentilibus; atque aduersariae potestates quae sibi nationum obsequia vendicabant, mandato cessere diuino. Vnde & Apostoli propria Christo vestimenta substernebant, quo facti gloriam euangelicae praedicationis praerferrent. In scripturis enim diuinis plerumque vestimenta virtutes sunt, quae gentium duritiam aliquantulum propria quodque virtute mollirent, ut inoffensa vecturae felicitis obsequia sedulis affectibus exhiberent. Non enim mundi Dominum forensi specie gestari dorso asinae delectauit, sed ut latente mysterio penetrata nostrae mentis infirmitate, & in secretis animorum interiore confesso mysticus vector insideret, quasi quodam corpore diuinitatis infusus, regens mentis vestigia, lasciuia carnis infrenans, ut ductu pietatis assuetum populi gentilis edomaret affectum. Felices illos, qui talem internis renibus receperunt vectorem. Felices plane illos, quorum ora ne multiloquio soluerentur, verbi caelestis habena restrinxit. Quae est ista habena, fratres? Quis me doceat quemadmodum ora hominum aut restringat, aut soluat? Monstrauit mihi habenam ille qui dixit, Ut detur mihi sermo in apertione oris mei. Sermo ergo habena est, sermo stimulus est, & ideo durum est tibi aduersus stimulum calces mittere. Docuit igitur hic nos aperire ora, stimulum perpeti, iugum ducere. Doccat & alius lingua retinacula pati. Rarior enim tacendi virtus est, quam

Ioan. 4.

Galat. 4.

Psal. 91.

Psal. 51.

Ioan. 14.

Gen. 3.

Matth. 21.

Genes. 3.

quam loquendi. Doccat plane ille, qui velut mutus aduersus dolum non aperuit os suum, paratus in flagella, & verbera non recusans, ut esset pia sessio Dei. Disce a domestico Dei gestare Christum, quoniam prius te ille gestabat, cum pastor errantem reduceret ouem. Disce sedula mentis tuae dorsa substernere, disce esse sub Christo, ut possis esse supra mundum. Non quicumque facile vehit Christum, sed ille qui potest dicere, Incuruatus & humiliatus sum nimis; rugiebam a gemitu cordis mei. Quod si desideras non moueri, super illa vestimenta sanctorum elutum fige vestigium. Caue enim ne lutulentis pedibus incedas, caue ne transuerfis gressibus perstrata tibi propheticarum viarum itinera derelinquas. Namque ut tutior venturis gentibus esset inaccessus, propriis indumentis vsque ad Dei templum qui praebant Iesum semitam munierunt. Ut tu sine offensione gradiaris, discipuli Domini amictu se proprii corporis exuentes, inter aduersa barbarum viam tibi suo strauere martyrio. Si quis tamen ita vult accipere, non renititur, quod pullus iste iam supra Iudaeorum vestimenta graderetur. Quid autem sibi velint ramorum fragmina, quae vtique incendunt gressus implicare consueuerunt, dubitarem profecto nisi me in superioribus bonus mundi totius docuisset agricola, quia iam securis ad radices arborum posita est, quae sub aduentu Domini saluatoris infocunda succidat, & infructuosarum inanem gloriam gentium solo sternat, fidelium pedibus protegendam, ut renouatae mentis spiritu nationes, velut nouellarum arborum stirpes de vetustis possint geminare caudicibus. Ne ergo despicias hunc asellum. Nam sicut in vestitu ouium sunt lupi rapaces, ita contra inest homo cordis absconditus sub specie bestialitatis: quia sub exuuiis corporis, quod nobis est commune cum beluis, mens Deo plena vegetatur. Quod ad figuram hominum pertinere sanctus Ioannes euidentius declarauit, addendo, Quia acceperunt sibi ramos palmarum. Iustus enim ut palma floret. Et ideo aduentante Christo erigebantur iam supra humeros hominum vexilla iustitiae, & insignia triumphorum. Quid miratur turba, quod operatur mysterium? Etsi nesciat quid miretur, miratur tamen, quia in illo pullo sapientia sedet, virtus inhabitat, haeret iustitia. Ne despicias asinam quoque istam, quae quondam angelum Dei vidit, quem homo videre non potuit. Et vidit, & detulit, & locuta est, ut agnosceres posterioribus temporibus sub aduentu magni angeli gentiles illos ante asinos locuturos.

Et cum appropinquaret iam ad descensum montis Oliueti, coeperunt omnes turbae descenduntium gaudentes laudare Deum voce magna super omnibus quas viderant virtutibus, dicentes, Benedictus qui venit rex in nomine Domini. Pax in caelo, & gloria in excelsis. Et quidam Phariseorum de turbis dixerunt ad illum, Magister, increpa discipulos tuos. Quibus ipse ait, Dico vobis, quia si hi tacuerint, lapides clamabunt. Et ut appropinquauit, videns ciuitatem, fleuit super illam. S. Ambr. tom. 3.

lam, dicens, Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quae ad pacem tibi, nunc autem abscondita sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te, & circumdabunt te inimici tui vallo, & circumdabunt te, & coangustabunt te vndique, & ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt: & non relinquent in te lapidem super lapidem, eo quod non cognoueris tempus visitationis tuae.

Et cum appropinquaret iam ad descensum montis Oliueti, &c. Pulchre secundum Lucam turbas laudantes Deum ad descensum montis occurrisse legimus, ut operatorem mysterij spiritualis significarent sibi venisse de caelo. Turba igitur agnoscit Deum, regem appellat, prophetiam repetit, Olfanna filio Dauid, hoc est, redemptorem domus Dauid, expectatum quoque secundum carnem Dauid filium venisse declarat: & hoc turba illum post exiguum crucifixura momentum. Verè memorabile diuinæ operationis insigne, ut aduersum se testimonium extorqueatur inuitis; cum Deum negant affectibus, quem vocibus confitentur. Vnde & dominicum illud, *Sihitauerunt lapides clamabunt*. Neque enim mirum si laudes Domini contra naturam suam saxa respondeant quem scopulis duriores praedicant peremptores. Aut fortasse quia obmutescuntibus Iudaeis post Domini passionem viui erant, secundum Petrum, lapides clamaturi. Ergo compugnantibus licet affectibus suis, turba tamen Deum ad templum suum cum laude deducit. Sed Deus templum suum non mercatoris vult esse diuersorium, sed domicilium sanctitatis: nec vendibili religionis officio, sed obsequio gratuito vsu ministerij sacerdotalis informat. Considera igitur quid tibi ad exemplum viuendi dominica gesta praescribant. Sequitur enim.

Et ingressus in templum, coepit eiicere vendentes in illo & ementes, dicens illis, Scriptum est, Quia domus mea domus orationis est: vos autem fecistis illam speluncam latronum. Et erat docens quotidie in templo. Principes autem sacerdotum & Scribae & principes plebis querebant illum perdere, & non inueniebant quid facerent illi. Omnis enim populus suspensus erat audiens illum.

Et ingressus in templum, coepit eiicere vendentes, &c. Generaliter supra docuit saeculares a Dei templo abesse debere contractus, specialiter autem nummularios pepulit. Qui sunt nummularij, nisi qui de pecunia Domini lucrum quaerunt, nec bona malaque discernunt? Pecunia enim Domini scriptura diuina est. nam & denarios seruis distribuit profecturus, & talenta diuisit, & pro sanitate hominis vulnerati duo aera stabulario dereliquit. Duobus enim testamentis vulnera nostra curantur. Sed tu quasi bonus nummularius eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum reconde, purga-

Marc. 11.

1. Cor. 8.

Marc. 11.

Act. 10.

Act. 13.

Act. 8.

Marc. 11.

Ibid.

Matth. 21.

Luc. 3.

Luc. 3.

Ephes. 4.

Matth. 7.

1. Cor. 3.

Ioan. 12.

Psal. 91.

Num. 22.

Esa. 9.

Psal. 117.

Matth. 21.

1. Tim. 2.

1. Pet. 2.

Esa. 56.

Matth. 21.

Matth. 25.

Luc. 10.

Psal. 11.

Et quarebant principes sacerdotum & Scribæ mittere in illum manus illa hora, & timuerunt populum. cognouerunt enim quod ad ipsos dixerit similitudinem hanc. Et obseruantes, miserunt insidiatōres qui se iustos simularent, vt caperent eum in sermone, & traderent illum principatui & potestati præsidi. Et interrogauerunt eum, dicentes, Magister, scimus quia rectè dicis & doces, & non accipis personam, sed viam Dei in veritate doces: licet nobis tributum dare Cæsari, an non? Considerans autem dolum illorum, dixit ad eos, Quid me tentatis? Ostendite mihi denarium. Cuius habet imaginem & inscriptionem? Respondentes dixerunt, Cæsaris. Et ait illis, Reddite ergo quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe: & mirati in responso eius tacuerunt.

Cuius habet imaginem & inscriptionem? &c. Docet hoc loco Dominus circūspectos nos in respōdendo aduersus hæreticos vel Iudæos esse debere. Alibi dixit, Estote astuti sicut serpentes. Quem locum plerique accipiunt, vt quia serpente suspensio Christi crux annuntiata est, quo serpentinum nequitie spiritalis virus aboleret, videatur astutus ita esse debere sicut Christus, simplex sicut Spiritus. Imitare & tu serpente illum qui caput semper custodiat, letale vulnus excludat. Interrogatus à Iudæis vtrum de cælo accepisset potestatem, respondit, Baptismus Ioannis vnde est: de cælo, an ex hominibus? Vt dum illud de cælo esse negare non auderent, ipsi se amentie confutarent, qui eius auctorem negarent esse de cælo. Postulatus didrachma, quærit de imagine. Alia enim imago Dei, alia imago mundi. Vnde & ille nos admonet: Sicut portauimus imaginem terreni illius, portemus & imaginem huius cælestis. Imaginem Cæsaris non habet Christus, quia imago est Dei. Imaginem Cæsaris non habet Petrus, quia dixit, Reliquimus omnia, & secuti sumus te. Imago Cæsaris non reperitur in Iacobo vel Ioanne, quia filij tonitruui sunt: sed reperitur in mari, vbi dracones illi contritis capitibus super aquam, & ipse draco maior comminutus caput, datus est in escam populis Æthiopum. Si ergo non habuit imaginem Cæsaris, cur dedit censum? Non de suo dedit, sed reddidit mundo quod erat mundi. Et si tu vis non esse obnoxius Cæsari, noli habere quæ mundi sunt. Sed si habes diuitias, obnoxius es Cæsari. Si vis nihil regi debere terreno, relinque omnia & sequere Christum. Et bene prius quæ Cæsaris sunt, Cæsari reddenda decernit. Neq; enim potest esse quis Domini, nisi prius renuntiauerit mūdo. Sed omnes renuntiamus verbo, non omnes renuntiamus affectu. nam cum sacramenta suscipimus, renuntiamus. Quam graua vincula promittere Deo, & non soluere. Melius est, inquit, non vouere, quam

vouere, & non reddere. Maior est contractus fidei, quam pecuniæ. Redde promissum dum in hoc corpore es, prius quam veniat exactor, & mittat te in carcerem. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas nouissimum quadrantem.

Accesserunt autem quidam Sadducæorum, qui negant esse resurrectionem, & interrogauerunt eum, dicentes, Magister, Moyses scripsit nobis: Si frater alicuius mortuus fuerit habens vxorem, & hic sine liberis fuerit, vt accipiat eam frater eius vxorem, & suscitet semen fratri suo. Septem ergo fratres erant: & primus accepit vxorem, & mortuus est sine filijs. Et sequens accepit illam, & ipse mortuus est sine filio: & tertius accepit illam: similiter & omnes septem, & non reliquerunt semen, & mortui sunt. Nouissimè omnium mortua est & mulier. In resurrectione ergo cuius eorum erit vxor? Siquidem septem habuerunt eam vxorem. Et ait illis Iesus, Filij huius sæculi nubunt, & traduntur ad nuptias: illi verò qui digni habebuntur sæculo illo & resurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducent vxores; neque enim vltra mori poterunt: æquales enim angelis sunt, & filij sunt Dei, cum sint filij resurrectionis. Quia verò resurgant mortui, & Moyses ostendit fecus rubum, sicut dicit Dominum Deum Abraham, & Deum Isaac, & Deum Iacob. Deus autem non est mortuorum, sed viuentium. omnes enim viuunt ei. Respondentes autem quidam Scribarum, dixerunt ei, Magister, bene dixisti. Et amplius non audebant eum quidquam interrogare.

Accesserunt autem quidam Sadducæorum, &c. Sadducæi (hoc est, detestabilior portio Iudæorum) hoc loco Dominum tentant: quorum aperte stultitia reprehenditur, quia excluderunt de se castitatis exemplum, dum secundum litteram nubere mulier cogitur & inuita, vt defuncti semen excitet frater. Ergo littera occidit quasi lena vitiorum, spiritus autem magister est castitatis. Mysticè autem sententia retorquetur. Videamus itaque ne hæc mulier synagoga sit, quæ septem viros habuit, sicut Samaritanæ dicitur, quinque enim viros habuisti: quia Samaritana quinque tantum libros Moyfi, synagoga septem sequitur principaliter: & de nullo propter perfidiam suam hæreditariæ posteritatis semen accepit. Et ideo partem cum viris suis in resurrectione habere non poterit, quia spiritale præceptum secundum sensum carnis inuertit. Non enim frater carnalis aliquis denuntiatus est, qui semen suscitaret defuncti: sed frater ille qui de mortuo populo Iudæorum sapientiam sibi diuini cultus adscisceret in vxorem, atque ex ea semen in Apostolis suscitaret: qui quasi

Rem. 11.  
Eph. 50.  
Hierem. 3.

Math. 5.

Deut. 25.

Exod. 3.

Deut. 25.

2. Cor. 3.

Ioan. 4.

Apo. 20.

Deut. 25.

quasi defunctorum reliquæ Iudæorum, informes adhuc in synagoga vtero derelicti, secundum electionem gratiæ referuari noui seminis admixtio meruerunt. Synagoga enim frequenter stolam accipit, quod est insigne coniugij, quasi auctor fidelium. Repudiata quoque frequenter inducitur, quia mater est perfidorum: cui lex occidit corporalis, vt spiritalis resurgeret. Ergo sancta plebs Dei si septem libros legis quadam coniugij charitate dilexerit, & quasi maritalibus obsecundarit imperijs, habebit in resurrectione cæleste consortium, non corporeæ colluuiōis pudore confusa, sed diuinæ gratiæ dotata muneribus.

Psal. 109.

Ioan. 14.

Luc. 18.

Math. 21.

SANCTI AMBROSII  
COMMENTARIORVM IN  
EVANGELIVM SECVN-  
DVM LVCAM,  
LIBER DECIMVS.

Dixit autem ad illos, Quomodo dicunt Christum filium esse Dauid: & ipse Dauid dicit in libro Psalmorum: Dixit Dominus domino meo, Sede à dextris meis, donec ponā inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Dauid ergo Dominum illum vocat; & quomodo filius eius est? Audiente autem omni populo, dixit discipulis suis: Attendite à Scribis, qui volunt ambulare in stolis, & amant salutationes in foro, & primas cathedras in synagogis, & primos discubitus in conuiujs: qui deuorant domos viduarum, simulantes longam orationem. Hic accipient damnationem maiorem.

**D**ixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis, &c. Consummaturus præcepta Dominus, etiam præuā passioni fidem ac misericordiam testamenti sui sine concludit. Fidem in eo, vt Christum & Dominum & Deum nostrum, & ad dexteram Dei sedere credamus: non quod corporaliter sedeat, qui vbique est. Denique ipse in patre est, quia in substantia Dei; quia vna virtus, vna maiestas. Ipse ergo in patre, & in ipso pater: quia verbum in Deo, Deus in verbo. Ipse in patre, quia verbum: ipse ad dexteram patris, quia patri consors, nulli secundus. Ipse missus à patre, qui descendit de cælo paternum impletur arbitrium. Tolle hinc perfidiæ quæstiones, & plena est religio. Nec præfertur filius quia ad dexteram sedet: nec iniuriam patitur, quia mittitur. Gradus non quæritur dignitatis, vbi plenitudo est diuinitatis. Illud quoque considerandum, quia reprehendit eos qui Christum filium Dauid dicunt. Et quomodo cæcus ille Dauid filium consentendo meruit sanitatem? Quomodo pueri dicentes: Osanna filio Dauid; præcelsæ prædicationis Deo

gloriam deferebant? Sed non reprehenduntur hoc loco quia Dauid filium consentunt, sed quia non credunt filium Dei. Non enim alterutrum in fide vera est. Nam etsi in principio iudicauimus nihil nos scire nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum; nunc tamen, vt pote iudicio proximi, crucifixum iam non nouimus Christum, sed venientem in nubibus operimur. Incredulus vulnera aspicit, fidelis obuiam Christo in aera raptus occurrit. Ergo & Deum Christum & hominem esse credamus: vnum in vtroque, non alterum, cui à patre subiiciuntur inimici, nō per infirmitatem potestatis suæ, sed per vnitatem naturæ, quia in altero alter operatur. Nam & filius subiicit inimicos patri, qui patrem clarificat super terram: & dedit pater filio nomen, quod est super omne nomen, vt in nomine Iesu omne genu flectatur. Sed & filius patri dicit, Nomen tuum manifestaui hominibus quos dedisti mihi. Dando autem nomen quod est super omne nomen, non plus dedit quàm habuit; sed totum quod habuit, dedit. Dedit autem hoc nomen, vt omnis lingua confiteatur Deo: quoniam Dominus Iesus in gloria est Dei patris. Vide ergo singula. Pater subiicit filio, filius subiicit patri: Pater suscitatur filium, filius ipse se suscitatur. Vnde ait, Soluite hoc templum, & in triduo illud refuscitabo. Et pater Dominus, & filius Dominus. Dixit Dominus Domino meo: sed non duo Domini, sed vnus Dominus: quia & pater Deus, & filius Deus, sed vnus Deus: quia pater in filio, & filius in patre. Vnus Deus, quia vna deitas. Sedes tua Deus in sæculum sæculi: virga recta est, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus. Sed vnus Deus, in quo & noui & veteri testamenti doctrina cōcordat. Nam & in veteri testamento scriptū est, Diliges Dominū Deum tuum: & Dominum Deum tuum adorabis, & ipsi soli seruias. In nouo, Vnus Deus & pater omnium. Sic & pater Dominus, & filius Dominus, sed vnus Dominus. Vnde scriptum est, Nolite duobus dominis seruire. Hoc in nouo. In veteri autem scriptum est, Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus vnus est. Vnde mirabiliter Apostolus, ne duos Deos diceret, aut duos Dominos nominaret, aut derogaret vel filio, vel patri: Vnus, inquit, Deus pater, ex quo omnia: & vnus Dominus Iesus, per quem omnia. Nam qui Deus, & Dominus: & qui Dominus, Deus. Denique scriptum est, Scitote quia Dominus ipse est Deus noster. Omnia ergo quæ pater habet, & filius habet. Deus pater secundum generationis rationem: Deus filius secundum imaginis vnitatem. Dominus filius, quia omnia sibi quæ potest pater, subiicit: Dominus pater, quia radix est filij. Sic nobis pater in filio personarum definitione distinguitur, potestatis vnitatem connectitur. Itaque alter in altero, & vnus in alterutro. Nam sicut patris gloria est, si non degenerauit in filio: ita & filij gratia, si pater videtur in filio. Ergo non degener, in quo vnitatis summa maiestas: non alienus, in quo proprietatis generationis expressio veritatis est.

1. Cor. 2.

2. Cor. 5.

Math. 26.

1. Thess. 4.

Ioan. 17.

Philip. 2.

Ioan. 17.

Philip. 2.

Ioan. 2.

Ioan. 14.

Psal. 44.

Deut. 6.

10.

Ephes. 4.

Math. 6.

Deut. 6.

1. Cor. 8.

Psal. 99.

Ioan. 17.

Math. 8.

mittētem ara minuta duo, & dixit, Verē dico vobis, quia vidua hęc pauper plusquam omnes misit. Nam omnes hi ex abundantia sibi miserunt in munera Dei: hęc autem ex eo quod deest illi, omnem victum suum quem habuit, misit. Et quibusdam dicentibus de templo, quod bonis lapidibus & donis ornatum esset, dixit, Ex his quę videtis, venient dies in quibus non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruat.

*Lib. de Vid.* Vidit & quandam viduam pauperulam, &c. Sequitur iam de vidua locus: quem quoniā in libro quem de Viduis perscripsimus, prædicauimus; nunc sequeremur. Verum licet dictū iuxta proposita de templo quod Salomon condidit intelligatur, idque primum ab hoste iudicij esse tēpore subuertendum; nihil est enim opere & manu factum, quod non aut vultus conficiat, aut vis subruat, aut ignis tādē exurat: ) est tamen & aliud templum constructum ex pretiosis lapidibus, & ornatum donis, cuius euerfionē Dominus significare videatur; synagoga scilicet Iudæorum, cuius structura vetus Ecclesia surgente dissoluitur. Est etiam templum in vnoquoque, quod deficiēte fide labitur: & maximē si quis falsō Christi nomen obtendat, quo interiorem expugnet affectū. Potest etiam ea esse expositio, quę mihi plus proffit. Quid enim mihi prodest diem scire iudicij? Quid mihi prodest tantorum conscio peccatorum, si Dominus veniat, nisi veniat in meum animū, redeat in meam mētem, nisi viuat in me Christus, in me Christus loquatur? Ergo mihi Christus debet venire, mihi debet aduentus eius fieri. Fit autem Domini secundus aduentus in defectione mundi, quando possumus dicere, Mihi autem mūdus crucifixus est, & ego mundo. Sed hunc virum talis mundi defectus si in superioribus domus inueniat, vt conuersario huius in cælis sit; tunc destruetur tēplum corporale atque visibile; lex corporalis, pascha corporale, & pascha visibile, azyma corporalia, & azyma visibilia: audeo dicere, Christus temporalis, vt fuit Paulo antequam crederet; quia in eo cui mundus deficit, Christus æternus est. Huic spiritale templum, lex spiritalis, pascha etiam spiritale: quoniā semel Christus occiditur. Hic epulatur azyma, non ex fruge terrena, sed ex fruge iustitię. Fit ergo huic præsentia virtutis atque iustitię, præsentia redemptionis: Christus enim semel quidem pro peccatis populi mortuus est, sed quotidie peccata populi redempturus.

*Galat. 2.*  
*2. Cor. 13.*  
*Galat. 6.*  
*Matth. 24.*  
*Philip. 3.*  
*Act. 9.*  
*Hebr. 9.*  
*1. Cor. 5.*  
*1. Petr. 3.*

Interrogauerunt autem illum, dicentes, Præceptor, quando igitur hęc erunt: & quod signum, cum fieri incipient? Qui dixit, Videte ne seducamini, multi enim venient in nomine meo, dicentes, Quia ego sum: & tempus appropinquauit; nolite ergo ire post eos. Cum autem audieritis prælia & seditiones, nolite terreri: oportet primum hęc fieri, sed nōdum

statim finis. Tunc dicebat illis, Surget gens contra gentem, & regnum aduersus regnum: & terrę motus magni erunt per loca, & pestilentię, & fames, & terroresque de cælo, & signa magna erunt. Sed ante hęc omnia injicient vobis manus suas, & persequentur, tradentes in synagogas & custodias, trahentes ad reges & præsidēs propter nomen meū. continget autem vobis in testimonium. Ponite ergo in cordibus vestris non præmeditari quemadmodum respōdeatis, ego enim dabo vobis os & sapientiam, cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij vestri. Trademini autem a parentibus & fratribus & cognatis & amicis: & morte afficient ex vobis, & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum: & capillus de capite vestro non peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras.

*Matth. 24.* Cum audieritis prælia & seditiones, &c. Interrogatus Dominus quando templi esset futura destructio, & quod signum esset aduentus eius, de signis docet, de tempore non putat intimandum. Sed Matthæus interrogationem tertiam addidit, vt & templi tempora destruendi, & signum aduentus, & consummatio sæculi a discipulis quaeretur. Lucas satis putauit de cōsummatione sæculi cognitū, si de aduentu Domini disceretur. Verborum autem cælestium nulli magis quam nos testes sumus, quos mundi finis inuenit. Quanta enim prælia, & quas opiniones accipimus præliorum? Hunni in Alanos, Alani in Gotthos, Gotthi in Taifalos & Sarmatas insurrexerunt. Nos quoque in Illyrico exules patria, Gotthorum exilia fecerunt; & nōdum est finis. Quę omnium fames, lues pariter boum atq; hominum, ceterique pecoris, vt etiam nos qui bellum non perulimus, debellatis tamen pares fecerit pestilentia. Ergo quia in occasu sæculi sumus, præcedunt quædam ægritudines mundi. Ægritudo mundi est fames, ægritudo mundi est pestilentia, ægritudo mundi est persecutio. Sunt autem & alia bella quę vir sustinet Christianus; diuersarum prælia cupiditatum, studiorumque conflictus: multo que grauiores domesticos hostes, quam extranei. Nunc auaritia stimulat, nunc accendit libido, nunc metus terret, nunc iracūdia exagitat, nunc ambitio mouet, nunc terrores tentant spiritalia nequitia, quę sunt in cælestibus. Itaque quasi quibusdam vrgetur præliis, & quibusdam terramotibus quatitur mobilis animi nutantis affectus. Sed fortior dicit, Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum: Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo. Stat in acie ferēs hosti obuuium pectus, etiam si quis Goliath exurgat immitis atq; præcelsus, timētibus tamen cæteris exurgit humilis quasi David, regis abiiciens arma terreni, sumēs fidei tela leuiora, & triplici sparto iaculum purę cōfessionis intorquēs, persecutoris vulnerat impudentiam, cōtemptor minarum, neglig-

*Matth. 24.*  
*1. Cor. 10.*  
*Eph. 6.*  
*Psal. 26.*  
*1. Reg. 17.*

negligens potestatum, etiam idoneus in quo Christus loquatur. Alibi Christus, alibi pater, alibi spiritus loquitur patris. Non discordant ista, sed congruūt. Quod vnus loquitur, tres loquuntur, quia vox vna est Trinitatis. Huic victori, qui suo Goliath gladio peremerit, dum mortem pro Christo excipit, fugatis allophylis occurrunt iuenculæ, illæ scilicet sicut aquilæ, dicentes, Percussit Saul in milibus, Dauid in decem milibus. Quod indicio est, victores sæculi principibus anteferrī. Denique mortuis regibus in perpetuum martyres regnum cælestis gratiæ honore succedunt: & illi sunt supplices, hi patroni. Est & alius Goliath gladius, aliud diaboli telum, sermo scilicet hæreticorum, quem vir psallere sciens arripit, vt aduersarium vincat; audiens hęc bella, nō patiens, nec alicuius vērō doctrinæ mobilis inquietus; nesciens famem verbi, & scripturæ cælestis vbertate satiatus, qui vanis hæreticum vocibus personantem laceffere non reformidet. Tunc qui est infirmus, expectet, ne præiudicium cæteris faciat congressu impari. Veniat David, cui Christus os aperiat ad eloquenda mysteria: veniat ille Nazareus, cuius capillus non cadat, vel nihil habens superfluum quod amissurus, integer sobrietate, fortis in pace, qui sensus omnes vsque in finem & verba custodiat. Prædicetur Euangelium, vt sæculū destruat. Sicut enim præcessit in orbem terrę Euangelij prædicatio, cui iam & Gothi & Armenij crediderunt, & ideo mūdi finem videmus: ita & a viro spiritali Euangelij prædicatur, quando omnes sapientiæ progressus, & omnes formas virtutis exequitur, psallenti mente & spiritu, nouissimam destruens mortem. Tunc enim finis, cum tradiderit in eo Christus regnum Deo & patri, fueritque iste subiectus ei, qui sibi subiecit omnia, vt sit Deus omnia in omnibus. Et prædicabitur Euangelium per omnes ciuitates Iudææ. Notus est enim in Iudæa Deus. Tunc enim ciuitates ædificantur Iudææ, quando virtutū fundamēta ponuntur.

*Ecl. 4.*  
*1. Iuan. 5.*  
*Psal. 102.*  
*1. Reg. 13.*  
*1. Reg. 21.*  
*1. Reg. 19.*  
*Eph. 6. 4.*  
*Amos. 8.*  
*Psal. 80.*  
*Iudic. 16.*  
*Matth. 24.*  
*1. Cor. 14.*  
*1. Cor. 15.*  
*Matth. 24.*  
*Psal. 75.*  
*Dan. 9.*  
*Dan. 9.*  
*Matth. 24.*

erit Domini dies, quod etiam Apostolus euidenter exposuit, dicens, non timendum esse nobis quasi infestet dies Domini, ne quis nos seducat vilo modo: quia nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur, & ex tollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in tēplo Dei sedeat ostēdens se tāquam sit Deus. Ergo sedebit in tēplo, & in templo interiore Iudæorū, qui Christū negabant: in tēplo non inuiolabili, sed corruptelæ obnoxio, quod aut perfidię inuoluit ruina, aut iracundię vis subruat, aut cupiditatum ignis exurat. Et bene tunc veniet dies Domini, & breuiabitur dies propter electos: quoniā sicut primus aduentus Domini propter redimēda peccata, ita & secūndus propter redimēda delicta, ne plures perfidiæ errore labantur. Tunc pseudopropheta, tunc fames. Repete mihi Elię tempora, & inuenies tūc prophetas cōfusions, tunc Iezabel, tūc famem, tunc ariditatē terrę. Qua ratione? Quia abūdauerat iniquitas, refrixerat charitas. Denique iustus in deserto, iniquus in regno. Est & alius Antichristus auctor huius, diabolus scilicet, qui meam Hierusalem, meam animam, certē animam Dei, animam pacificam obfidere nititur suę legionis exercitu. Non est enim colluctatio nobis aduersus carnem & sanguinē, sed aduersus principatus & potestates, aduersus mundi huius rectores tēnebrarum harum. Tunc est discessio, cum anima a seipsa desciscit. Et rursus cum Dominum cogitat, tremat atque turbatur. Tunc Antichristus tenet: dū iustitia exulat, iniquitas regnat. Tunc fides rara; vt ipse quasi addubitans Dominus dixerit, Veniens filius hominis, numquid inueniet fidem in terra: vel in nostra vtiq; terra, vel in orbe terrarum. Sic & alibi, Dominus respexit super filios hominum, si est intelligens, aut requirens Deum. Non quia dubitet Deus, sed quia ita rara in hominibus fides, vt secundum opinionem hominum videretur esse dubitandum. Ergo quando in medio templi est diabolus, desolatio abominationis est, secundum Danielem prophetam. Cum autem vniciquę laboranti Christi præsentia spiritalis illuxerit, tollitur iniquus ē medio, & incipit regnare iustitia, quæ omnem fidelium mentibus euacuat principatum. Est etiam tertius Antichristus, aut Arius, aut Sabellius: immō omnes sunt Antichristi, qui praua nos interpretatione seducunt. Et ideo qui legit, intelligat. Qui intelligit, non seducitur vt credat falsā pro veris, in ore vtiq; Iudæorum, qui verum Christum negauerunt: vnde consequens erit vt credāt verum esse qui falsus est. Sic & Ariani quod negāt Christo, Antichristo non negabunt.

Væ illis quę in vtero habent, & vbera dantibus in illis diebus. erit enim pressura magna super terram, & ira populo huic. Et cadent in ore gladij, & captiui ducentur in omnes gentes: & Hierusalem calcabitur a gētibus, donec impleantur tempora nationum.

Væ illis quę in vtero habent, &c. Ergo conceptio criminosa est? At qui liberi præmia nuptiarum sunt. Et quomodo Saram Dominus benedixit, & peperit? Quomodo Anna orauit, & genuit? Quomodo Ra-



Gen. 30. Hebr. 1. chel filios benedicta suscepit? Numquid errauerunt prophetae, quoniam Dominus errare non potuit? Sed in prophetis quoque Dominus est locutus, & ideo nec illi errare poterunt. Quid ergo? Errare poterit discordia litterarum? Sed quia ibi bellum est, conuertamur ad spiritum pacis. Pax enim dixit, Mulier cum parturit, tristitiam habet, quia venit hora eius: cum autem pepererit, iam non meminit pressuræ. & subiecit, Et vos modo quidem tristitiam habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum: ut ostenderet perfectorum esse letari, nutare infirmorum, quasi adhuc incerta metuentium. Sed & hic in superioribus dixit, Edebant & bibebant, nubebat, & uxores ducebant, ligantes scilicet se in hanc vitam, & sollicitudinibus secularibus vincientes. Hæ sunt itaque prægnantes quibus vix dicitur, quæ animam suæ carnis extendant, & quibus intimorum gressus pigrescant animorum, effectæ virtutum, foetæque vitiorum. Sed nec illæ prægnantes condemnationis exortes sunt, quæ in bonorum actuum molimine constitutæ, nec dum aliquos suscepti operis dedere processus. Sunt enim & quæ de Dei timore concipiunt, quæ dicunt, De timore tuo concepimus & parturimus. Sed non omnes pariunt, non omnes perfecti, non omnes possunt dicere, Peperimus spiritum salutis in terra. Non omnes Mariæ, quæ de Spiritu sancto Christum concipiunt, verbum pariant. Sicut enim quæ abortiuum excludant verbum antequam pariant. Sunt quæ in vtero Christum habeant, sed eum nondum formauerunt; quibus dicitur, Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Ergo qui adhuc in vtero sunt, parturiuntur quasi imperfecti: iam illi perfectiores, quibus dicitur, Ego vos per Euangelium genui. Multi patres per Euangelium, & multæ matres quæ Christum pariunt. Quis mihi igitur Christi monstret parentes? Ipse monstravit, dicens, Quæ mihi est mater, aut qui fratres? Qui fecerit voluntatem patris mei qui in cælis est, ipse mihi & frater, & soror, & mater est. Fac voluntatem patris, ut Christi mater sis. Multæ conceperunt Christum, & non genuerunt. Ergo quæ parit iustitiam, Christum parit: quæ parit sapientiam, Christum parit: quæ parit verbum, Christum parturit. Est etiam quæ parturiuit iniustitiam, & peperit iniquitatem. Istis vix prægnantibus, quæ corpore graues, ad euadendum periculum pigrescentes sunt. Istis vix, quibus futuri partus, quo corpus omne concutitur, dolor integer. His futuri signa iudicij initia sunt dolorum. Docuit etiam Moyses esse prægnantem, quam si duo conculcauerint litigantes, abortiuum citò inducât. Et ideo bona femina litem fugiat, pacem sequatur, ut partum possit absolueret: nec nouem mensium tempus expectet: verbi partus non in temporis sed diligentæ plenitudine est. Consummatus enim in breui impleuit tempora multa. At contra citò anima imperfecta calcatur, & verbum quod concepit, amittit. Sed vix illi qui scandalizauerit vnum de pusillis istis; vix illi qui prægnantem calcauerit, nam si in forme adhuc pignus excusserit, pecuniæ iactura est: si verò formatum, reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu. Sed cur oculum aut manum, cum abor-

grius & manum habeat, & oculum habeat, qui iam formatus excussus est? Vnde apparet pro eo modo quo nocuit, vnumquemque damnandum. Si enim catechumenus quis, vel hereticus vel schismaticus tamquam de vtero vel animæ vel Ecclesiæ parturientis excusserit, leuius punitur: si fidelem, grauius. Et ideo cauendum ne cum talibus litigando Ecclesiam calcet. Stultas enim pugnas, & sine disciplina quæstiones deuita, sciens quia generant lites, quibus Ecclesia quasi parturiens totius corporis conculcatione vexatur. Ergo citò reple ventrem tuum, ut citius possis partum edere. Audi quomodo repleas, & quibus repleas. Ex fructibus, inquit, oris sui vir impleuit ventrem suum; fructibus autem labiorum suorum satiabitur. De nutrientibus quoque docuit me illud Salomonis sublime iudicium, & illa duarum contentio feminarum, quod etiam si iam partus dolore sint absolutæ, adhuc tamen confirmatorum pignorum metu nutent: quia per temulentiam nutriendi somnus obrepat, paruulum mater opprimat, neget suum, querat alienum. Sed & illa quæ filium non peremit, periclitatur suo, quia iudicij hæret incerto. Ergo & nos, ne quasi imperfectorum parentes operum aut iudicij dies aut mortis inueniam, paruulos nostros ab lactare properemus. Ablactatus Isaac non fuit somno matris obnoxius, & ideo epulum magnum exhibuit Abraham quando ab lactauit filium. Ablactatus David retributionem animæ suæ sperat. Non enim ut Corinthius in primordio fidei, cæcæ adhuc inualidus fortiori, lacte potatur, sed iam pane solido firmatus in plenitudine perfectæ ætatis adoleuerat. Ergo non satis est cura generandi, nisi superpetat efficacia nutriendi. Itaque & tibi tamquam Mariæ verbum Dei crescat, sapientia & ætate proficiat. Quod ita fit, si omnia dicta iustitiæ in corde custodias, nec senectutis tempus expectes: sed in prima ætate desponsatam viro iusto sapientiam sine corruptela corporis tui citò concipias, citò parias, citò nutrias. Vide mihi Paulum hesternum persequentem, hodie credentem, die crastina prædicantem.

(Ex verbis Evangelij secundum Matthæum.)

Orate ne fiat fuga vestra hyeme, vel sabbato.

Cum iudicij die vêturus sit Dominus, ante quem ignis ardebit; ignis autem vis aut semper eadem, aut citius adurat ætate; quomodo orandum dicit ne fuga nostra hyeme fiat? nisi forte quia is qui in montes fugit, frigus & glaciem, procellas & grandinem delictorum timere debet, & optare æstiuæ lucis serenitatem, ne lubrico corporis vestigia infirma labantur? Vnde & illa iam secuta processu, iam firmis radicibus nixa lætatur, dicens, Hyems abiit, tempus secandi aduenit. Hyeme enim arbores ventus suo honore despoliat, & asperitas frigoris teneras frondes in speciem mortis interficit. Verè autè resurgit femina & tamquam noua æstas naturæ viridantis adolescit. Verè Pascha est, quando seruatus sum: æstas est Pentecoste, quâdo resurrectionis gloriam celebramus ad instar futuri. Orandum etiam ne sabbato te, hoc est, ab operibus otiantè veniēs Dominus deprehendat. Et ideo iuxta legem operare minus

diem in die, & esto spiritu feruenti, & labore perui-gili. Nec otiosum illud, quia scriptum est, Sabbato humiliabis animam tuam. Et quia septuaginta annis populus in captiuitate durauit, tunc violata religio, obtrita libertas, pudicitia vulnerata. Ergo tunc tibi emigrandum ex hac vita, quando virtutes vigent, vitia captiua sunt: non quando captiua est anima, & vigor eius & virtus vacat, & corporis peccata dominantur.

Et erunt signa in sole & luna & stellis, & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi.

Et erunt signa in sole & luna & stellis, &c. Et prophetiæ vera series, & integra causa mysterij, quod & captiui Iudæi secundo in Babyloniam Assyriamque ducentur, captiui in toto erunt orbe, quia negauerunt Christum: & Hierusalem quæ videtur, ab hostili exercitu calcabitur, cadentibus Iudæis in ore gladij. Et Iudæa omnia nationibus credituris subiicietur in ore gladij spiritualis, qui est sermo bis acutus & sicut signa diuersa in sole & luna & stellis. Quæ signa secundum Matthæum euidētius exprimitur. Tunc (inquit) sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent. Plurimum enim à religione deficientibus, clara fides obscurabitur nube perfidie: quia mihi sol ille iustitiæ meæ fide vel minuitur, vel augetur. Et quemadmodum si plurimi radios mundani solis aspiciant, pro captu videntis aut pallidior sol videtur, aut clarior: ita pro deuotione credentis vnicuique spirituale lumen infunditur. Et quæ admodum mensuris cursibus luna, vel terræ oppositu, cum fuerit è regione solis, vanescit: sic & sancta Ecclesia, cum lumini cælesti vitia carnis obsistit, fulgorè diuini luminis de Christi radiis non potest mutuari. Namque in persecutionibus lucem Dei plerumque amor vitæ huius excludit. Stellæ cadent, illi vti que resurrectionis gloria iam micantes, illi viri sicut luminaria in sæculo verbū vitæ cōtinētēs, illi viri de quibus Abraham dictum est, quia sicut cælum fulget & stellæ, sic & semen eius. Excident ergo hominibus patriarche, excidēt prophetae, si persecutionis acerbitas conualescat. Quæ oportet fieri, donec Ecclesiæ in omnibus virtutibus in singulis plenitudo cumuletur. Sic enim probantur boni, sic produntur infirmi. Ergo varij animorum æstus ita graues erūt, ut delictorum multitudinè malè conscis, futuri iudicij metu, sacri in nobis ros fontis arescat. Aret enim perfidia, fides rorat.

Nam virtutes cælorum mouebuntur, & tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum potestate magna & maiestate. His autem fieri incipientibus, respicite, & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.

Nam virtutes cælorum mouebuntur, &c. Fortasse quemadmodum Domini expectatur aduentus, ut eius præsentia in toto fiat vel hominis orbe, vel

mundi, quæ fit vti que in singulis, cum omnibus affectibus receperit Christum, sic etiam virtutes cælorum aduentu Domini saluatoris ac reditu (est enim virtutum Dominus) augmentum gratiæ consequantur necesse est, & plenitudine diuinitatis propius se infundente moueantur. Sunt etiam virtutes cælorum quæ enarrant gloriā Dei, & quæ pleniore Christi infusione moueantur, virtutes spirituales, quæ videt Christum. Docuit nos David quemadmodum hæ moueatur virtutes, dicens, Accedite ad eum, & illuminamini. Docuit etiam Paulus quemadmodum Christum videas. Cum enim cōuerus fueris ad Dominum, auferetur velamen, & vides Christum. Vides illum in nubibus. Non equidem puto quod in caligine tenebrosa & horrore pluuiali Christus adueniat. Nubes enim quæ videtur, cælū vti que caligati horrore subtexit. Et quomodo in sole posuit tabernaculum suum, si pluuialis erit eius aduentus? Sed sunt nubes quæ, quia sic oportet, cælestis obtexunt mysterij claritatem. Sunt nubes quæ rore gratiæ spiritualis humescant. Aspice nubem in veteri testamento: In columna, inquit, nubis loquebatur ad eos. Per Moysen vti que loquebatur, per Iesum Naue, qui solè statuit, ut plenioris luminis acciperet claritatem. Ergo Moses & Iesus nubes sunt. Aspice quia viri sancti nubes sunt, qui sicut nubes volant, & quasi columbæ cum pullis. Super me nubes sunt Esaias, Ezechiel, qui mihi per Cherubim & Seraphim sanctitatem diuinæ Trinitatis ostendunt. Nubes sunt omnes. In his nubibus venit Christus. Venit in nube in Cæticis canticorum, serena nube, & sponsi resurgens lætitia. Venit & in nube leui, incarnatus ex virgine. Vidit enim propheta sicut nubem, venire ab oriente. Et bene leuem nubem dixit, quæ terrena vitia non grauent. Vide nubem, in quam Spiritus sanctus superuenit, & virtus Altissimi obumbravit. Cum ergo apparuerit Christus in nubibus, concident se tribus terræ. Est enim quidam ordo criminum, & series peccatorum, quæ Christi dirimatur aduentu.

Et dixit illis similitudinē: Videte ficulneæ & omnes arbores, cum producunt iā ex se fructū, scitis quia propè est æstas. Ita & vos cum videritis hæc fieri, scitote quoniam propè est regnū Dei. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant. Cælū & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. Attendite autem vobis, ne fortè grauetur corda vestra in crapula & ebrietate & curis huius vitæ: & superueniat in vos repentina dies illa: tamquam laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciē omnis terræ. Vigilate itaque, omni tempore orantes, ut digni habeamini fugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante filium hominis. Erat autem diebus docens in templo, noctibus verò exiēs morabatur in monte qui vocatur Oliueti. Et omnis populus manicabat ad eum in templo audire eum.

Matth. 24.

Rom. 14.

2. Thess. 2.

Luc. 13.

Gen. 3.

CAPVT XXII.

*Videte ficulneam, & omnes arbores, &c.* Diuerso quidem modo, in vnum tamen concurrere videtur Euangelistarum sententia. Matthæus enim de sola dixit ficulnea, cum ramus eius tener fuerit: hinc & de arboribus omnibus. Verum siue cum fructus in omnibus virefcit arboribus, & ficulnea fecunda iam floret, vt omnis lingua confiteatur iam Deo, confitente etiam populo Iudæorum, sperare Domini debemus aduentum, quo tamquam temporibus æstiuis resurrectionis fructus metentur: siue cum leuem fragilemque iactantiam homo iniquitatis tamquam folia synagogæ ramos induerit, conuicere debemus appropinquare iudicium. Nam remunerare fidem Dominus, & delinquendi finem afferre festinat. Duplicem igitur habet figuram hæc ficulnea; vel cum dura mitescunt, vel cum pacata luxuriant. Nam per fidem credentium quæ arebant antè, florebut: & per gratiam dimissorum peccatores gloriabuntur. Ibi fructus est fidei, hinc perfidiæ lasciuiæ. Fructum mihi ficulneæ agricolæ euangelicæ cultura promittit; desperare non debemus. foliis ficulneæ peccatores se tamquam fraudis veste texerunt, vt conscientiam velaret. Ergo folia suspecta sine fructu. Tales vestes paradisi exules habet.

**A**PPROPINQVABAT autem dies festus azymorum qui dicitur Pascha: & quærebant principes sacerdotum & Scribæ quomodo eum interficerent; timebant verò plebè. Intrauit autem Satanas in Iudá qui cognominabatur Iscariotes, vnum de duodecim: & abiit, & locutus est cum principibus sacerdotum & magistratibus, quæadmodum illum traderet eis. Et gauisi sunt, & pacti sunt pecuniam illi dare. Et spondit. Et quærebat oportunitatem vt traderet illum sine turbis. Venit autem dies azymorum, in qua necesse erat pascha immolari. Et misit Petrum & Ioannem, dicens, Euntes, parate nobis pascha, vt manducemus. At illi dixerunt, Vbi vis paremus? Et dixit ad illos, Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret homo amphoram aquæ portans, sequimini eum in domum in qua intrat, & dicetis patrifamilias domus, Dicit tibi Magister, Vbi est diuerforium, vbi pascha cum discipulis meis manducet. Et ipse vobis ostendet in superioribus stratum magnum, ibi parate. Euntes autem, inuenerunt sicut dixit illis, & parauerunt pascha. Et cum facta esset hora, discubuit, & duodecim Apostoli cum eo. Et ait illis, Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum, antequam patiar. Dico enim vobis, quia ex hoc non manducabo illud donec impleatur in regno Dei. Et accepto calice gratias egit, & dixit, Accipite, & diuidite inter vos. dico enim vobis quod non bibam

de generatione vitis donec regnum Dei veniat. Et accepto pane, gratias egit, & fregit, & dedit eis, dicens, Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem postquam cœnauit, dicens, Hic est calix nouum testamentum in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. Verumtamen ecce manus tradentis me, mecum est in mensa. Et quidem filius hominis secundum quod definitum est vadit: verumtamen vix homini illi per quem traditur. Et ipsi cœperunt querere inter se, quis esset ex eis qui hoc facturum esset.

*Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem, occurret homo amphoram aquæ portans, &c.* Bonum est considerare vbi Dominus pascha faciat. Secundum Matthæum habes, Ite in ciuitatem ad quendam. Primum maiestatem diuinitatis aduerte. Cum discipulis loquitur, & iam nouit quid alibi sit futurum. Deinde dignationem eius intueri, quia non persona diuitis aut potentis eligitur, sed pauper ambitur, & angustum hospitium pauperis amplis nobilium ædibus antefertur. Ite, inquit, ad quendam. Sciebas Domine nomē eius cuius sciebas ministerium, cuius sciebas occursum. Sed ideo sine nomine designatur, vt ignobilis æstimetur. Nihil hic compositum, vbi non exprimitur persona, sed causa. Secundum Marcum autem, lagenam aquæ portans. Hic ergo Apostolis mādatur sequendus. Et quomodo paterfamilias? Vt agnoscas sanctitatis definitionem esse, nō census. Quomodo in superioribus habens stratum magnum? Vt meritum eius aduertat, in quo Dominus cum discipulis sublimium virtutum eius delectatione requiesceret. Vtinam ergo mihi contingat amphoram aquæ portare, contingat lagenam aquæ portare, quæ portat paterfamilias, habens in superioribus stratum magnum. Quid est enim amphora, nisi mensura perfectior? Non mediocres qui mensuram habent. Denique Dominus, Mensuram, inquit, bonam; cumulatam, supereffluentem dabunt vobis. Nam de aqua quid loquar? Super aquam ante ipsos mundi natales sanctus, vt legis, Spiritus ferebatur. O aqua, quæ humano aspersum sanguine, vt præsentium lauacrorum figura præcederet, orbem terrarum lauisti! O aqua, quæ sacramentum Christi esse meruisti, quæ lauas omnia, nec lauaris! Tu incipis prima, tu completes perfecta mysteria. A te principium, in te finis: vel potius tu facis vt finem nesciamus. Per te foetor tabidæ carnis aboletur, & pereuntia situ viscera asperso sale in multam seruantur ætatem. Per te arenibus estu corporibus dulcis ad gratiam, salutaris ad vitam, suaui ad voluptatem potus infunditur. Tu nomen prophetis & Apostolis, tu nomen Saluatori dedisti. Illi nubes cæli, illi sal mundi, iste fons vitæ est. Quæ montibus pressa non clauderis, quæ scopulis illisa non frangeris, quæ terris infusa non deficit, sed intimis scaturiens venis, aut spiritum inclusa vitalem inhalas, aut succum diffusa fertilem præstas, aut rigatum superfusa commodum subministras, ne

Matth. 26.

Marc. 14.

Luc. 6.

Gen. 1.

Gen. 4.

Gen. 7.

Ioan. 3.

Esai. 60.

Matth. 5.

Ioan. 7.

ne

Psalm. 1.

Exod. 17.

Ioan. 19.

1. Ioan. 5.

Ioan. 18.

Coloss. 1. et 2.

Coloss. 3.

De consecr. dist. 2. c. in quibus. S. cor. 1. m.

ne siccatis exanimata vitalibus solemnes neget terræ prouentus. Omnium elementorum substantia, cæli, aer, mare, & terra te reddunt. Te propheticum percussum tactu, vt sitientium rigares corda populorum, vomuit petra: te, cum de latere Saluatoris erumpere, percussores viderunt, & crediderunt: & ideo regenerationis nostræ de tribus vna es testibus. Tres enim testes sunt, aqua, sanguis, & spiritus. Aqua ad lauacrum, sanguis ad pretium, spiritus ad resurrectionem.

Facta est autem contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior. Dixit autem eis, Reges gentium dominantur eorum; & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autem non sic; sed qui maior est in vobis, fiat sicut iunior: & qui præcessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est, qui recumbit, an qui ministrat? Nonne qui recumbit? Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat; vos autem estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego quidem dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus, regnum: vt edatis & bibatis super mensam meam in regno meo, & sedetis super thronos, iudicantes duodecim tribus Israel. Ait autem Dominus Simoni, Simon, ecce satanas expostulauit vos, vt ventilet sicut triticum: ego autem rogavi pro te, ne deficiat fides tua: & tu tandem conuersus, confirma fratres tuos. Qui dixit ei, Domine, tecum paratus sum & in carcerem & in mortem ire. Et ille dixit, Dico tibi Petre, non cantabit hodie gallus, donec ter abneges nosse me.

*Et ideo quidem dispono vobis, sicut disposuit mihi pater meus regnum, &c.* Regnum Dei non est de hoc mundo. Non ergo æqualitatis homini ad Deum, sed similitudinis æmulatio est. Solus enim Christus est plena imago Dei, propter expressam in se paternæ claritudinis vnitatem. Iustus autem homo ad imaginem Dei est, si propter imitandam diuinæ conuersionis similitudinem mundam hunc Dei cognitione contemnat, voluptatēque terrenas verbi perceptione despiciat, quo alimur in vitâ: vnde & corpus Christi edimus, vt vitæ æternæ possimus esse participes. Non enim victus & potus nobis præmiū loco spondetur & honoris, sed communicatio gratiæ cælestis & vitæ. Neque duodecim throni tamquam aliqua corporalis sunt receptacula sessionis: sed quia sicut secundum diuinam similitudinē iudicat Christus cognitione cordium, non interrogatione factorum, virtutem remunerans, impietatemque condemnans; ita & Apostoli in iudicium spiritale formantur remuneratione fidei, & execratione perfidiæ, virtute errorem redarguentes, sacrilegos odio persequentes. Conuertantur igitur, & caueamus ne in perditionem aliqua inter nos de prælatione possit esse contentio. Si enim cōtendebant Apostoli, non excusationi obtenditur, sed cautioni proponitur. Si

Petrus aliquando conuertitur, qui ad primam Domini secutus est vocem, quis potest dicere citò se esse conuersum? Caue ergo iactantiam, caue sæculum. Ille enim confirmare iubetur: fratres suos, qui dixit, Omnia dimisimus, & secuti sumus te. Deinde contuendum est quia non omnis honorificentiæ studium humilitas definitur, potes enim deferre alicui propter sæculi gratiam, potentiæ metum, vtilitatis contutum. Tua ædificatio quæritur, non alterius honor: & ideo vna datur omnibus forma sententiæ, vt non de prælatione iactantia sit, sed de humilitate contentio, eoque se Dominus proponit imitandum. Egebamus omnium, ipse nullius: & tamen præbuit se humilitatis auctorem, quum discipulis ministraret. Quod vtique non faciebat studio vtilitatis, sed exercitatione virtutis. Petrus autem etsi spiritu promptus, corporis tamē adhuc infirmus affectu denuntiatur Dominum negaturus. Neque enim poterat diuinæ constantiam intentionis æquare. Passio Domini æmulus habet, pares non habet. Ita non reprehendo quod negauit, laudo quod fleuit. Aliud commune conditionis est, aliud speciale virtutis. Et ideo instruitur ad cauendum, non cogitur ad negandum.

Et dixit eis, Quando misi vos sine sacco & pera & calceamentis, numquid aliquid defuit vobis? At illi dixerunt, Nihil. Dixit ergo eis, Nunc qui habet sacco, tollat, similiter & peram; & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat sibi gladium. Dico enim vobis, quoniam hoc quod scriptum est, oportet impleri de me; quod, Et cum iniustis deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me, finem habent. At illi dixerunt, Domine, ecce duo gladij hinc. At ille dixit eis, Sat est.

*Nunc qui habet sacco, &c. vendat tunicam suam, & emat sibi gladium, &c.* O Domine, cur emere me iubes gladium, qui ferire me prohibes? Cur haberi præcipis, quem vetas promi? Nisi fortè vt sit parata defensio, non vltio necessaria; & videat potuisse vindicari, sed noluisse? Lex tamen referre non vetat, & ideo fortasse Petro duos gladios offerenti, Sat est, dicit, quasi licuerit vsque ad Euangelium: vt sit in lege æquitatis eruditio, in Euangelio bonitatis perfectio. Multis hoc iniquum videtur, sed non iniquus Dominus: qui cum se posset vlcisci, maluit immolari. Est enim gladius spiritualis, vt vendas patrimonium, emas verbum, quo nuda mentis penetralia vestiuntur. Est etiam gladius passionis, vt exuas corpus, & immolata carnis exuiis ematur tibi sacri corona martyrij, quod ex benedictionibus dominicis colligere potes, qui summam omnium coronarum, si quis persecutionem patiat pro iustitia, prædicauit. Denique vt scias quia de passione locutus est, ne turbaret discipulorum animos, de se exemplum protulit, dicens, Quoniam hoc quod scriptum est, oportet impleri de me, quod, Et cum iniustis deputatus est. Mouet tamen adhuc quod duos gladios discipuli protulerunt: num fortè vnum noui, alterum veteris intelligamus testamenti, quibus aduersus diaboli armamur infir-

Matth. 4.

Luc. 18.

Psalm. 15.

Matth. 26.

Esai. 53.

Matth. 5.

Matth. 26.

Leuit. 24.

Matth. 5.

Esai. 53.

Phes. 6.

dias? Denique dicit Dominus, *Sat est*, quasi nihil de-  
fit ei quem vtriusque testamenti doctrina munierit.

Et egressus ibat secundum consuetudinem  
in montem Oliuarum. Secuti sunt autem  
illum & discipuli. Et cum peruenisset ad lo-  
cum, dixit illis, *Orate*, ne intretis in tentatio-  
nem. Et ipse auulsus est ab eis quantum iactus  
est lapidis, & positus genibus orabat, dicens,  
*Pater*, si vis, transfer à me calicem hunc.  
Verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat.  
Apparuit autem illi angelus de celo, confor-  
tans eum. Et factus in agonia, prolixius ora-  
bat. Et factus est sudor eius sicut guttæ san-  
guinis decurrentis in terram. Et cum sur-  
rexisset ab oratione, & venisset ad discipulos  
suos, inuenit eos dormientes præ tristitia. Et  
ait illis, *Quid dormitis?* Surgite, orate, ne in-  
tretis in tentationem.

*Pater, si vis, transfer à me calicem hunc, &c.* Hæ-  
rent plerique hoc loco, qui tristitiam Saluatoris ad  
argumentum inolitæ potius à principio, quam sus-  
ceptæ ad tempus infirmitatis inclinant, & naturalis  
sensum cupiunt retorquere sententiæ. Ego autem  
non solum excusandum non puto, sed etiam nus-  
quam magis pietatem eius maiestatemque demiror.  
Minus enim contulerat mihi, nisi meum suscep-  
isset affectum. Ergo pro me doluit, qui pro se nihil  
habuit quod doleret: & sequestrata delectatione  
diuinitatis æternæ, tædio meæ infirmitatis afficitur.  
Suscepit enim tristitiam meam, vt mihi suam læti-  
tiam largiretur: & vestigiis nostris descendit vsque  
ad mortis erumnam, vt nos suis vestigiis reuocaret  
ad vitam. Confidenter ergo tristitiam nomino, quia  
crucem prædico. Neque enim speciem incarnationis  
fuisse suscepit, sed veritatem. Debit ergo & dolorem  
suscipere, vt vinceret tristitiam, non excluderet. Ne-  
que enim habent fortitudinis laudem, qui stuporem  
magis vulnerum tulerint quam dolorem. Homo  
enim in plaga, & sciens, inquit, ferre infirmitates,  
nos vult erudire: vt quia in Ioseph didiceramus car-  
cerem non timere, mortem vincere disceremus in  
Christo, & quod est amplius, quemadmodum fu-  
ruræ mortis mœstitiam vinceremus. Quomodo  
enim te imitaremur Domine Iesu, nisi sequeremur  
vt hominem, nisi mortuum crederemus, nisi vulne-  
ra vidissemus? Quemadmodum discipuli crederent  
fuisse moriturum, nisi morituri tristitiam comperis-  
sent? Sic adhuc dormiunt, & nesciunt dolere, pro  
quibus Christus dolebat. Ita enim legimus, *Qui pec-*  
*cata nostra portat, & pro nobis dolet.* Dolens ergo  
Domine, non tua, sed mea vulnera, non tuam mor-  
tem, sed nostram infirmitatem: & nos æstimauim-  
us te esse in doloribus, cum tu non pro te, sed  
pro me doleres. Infirmatus enim es, sed propter pec-  
cata nostra; non quia illa tibi infirmitas erat ex pa-  
tre assumpta, sed pro me suscepta: quia mihi prode-  
rat vt eruditio pacis nostræ esset in te, & liuore tuo  
vulnera nostra sanares. Sed quid mirum si pro o-

mnibus doluit, qui pro vno fleuit? Et quid mirum si  
moriturus pro omnibus tædiat, qui Lazarum resu-  
scitatus illacrymat? Sed & ibi piæ fororis lacrymis  
commouetur, quia mentem humana tangebant: &  
hic alto operatur affectu, vt quia in carne sua pecca-  
ta nostra perimebat, mœrorem quoque animæ nos-  
træ suæ animæ mœrore aboleret. Et fortasse ideo  
tristis est, quia post Adæ lapsum tali transitu nobis  
erat ex hoc sæculo recedendum, vt mori esset ne-  
cessè. Deus enim mortem non fecit, nec latatur in  
perditione viuorum, & ideo fastidit quod ipse non  
fecit. Denique ait, *Transfer à me calicem hunc.* Quasi  
homo mortem recusans, quasi Deus sententiã suam  
seruans. Oportet enim mori nos sæculo, vt corpo-  
re, iuxta diuinam sententiam, in terræ limus nature  
sine resolutio, spiritu resurgamus Deo. Quod autem  
ait, *Non mea voluntas, sed tua fiat*, suam ad hominem re-  
tulit, patris, ad diuinitatem. Voluntas enim hominis  
temporalis, voluntas diuinitatis æterna. Non alia  
voluntas patris, alia filij: vna enim voluntas, vbi vna  
diuinitas. Disce tamen Deo esse subiectus, vt non  
quod ipse vis eligas, sed quod Deo scias esse placi-  
turum. Deinde verborum ipsorum proprietatem  
consideremus. Tristis est, inquit, anima mea. Et ali-  
bi, *Nunc anima mea turbata est valde.* Non ergo sus-  
cipiens, sed suscepta turbatur. Anima enim obnoxia  
passionibus, diuinitas libera. Etenim, Spiritus prom-  
ptus, caro autem infirma. Tristis autem est non ipse,  
sed anima. Non est tristis sapientia, non diuina sub-  
stantia, sed anima. Suscepit enim animam meam,  
suscepit corpus meum. Non me fecellit, vt aliud ef-  
ficeret, & aliud videretur. Tristis videbatur, & tristis erat,  
non pro sua passione, sed pro nostra dispersione. De-  
nique ait, *Percutiam pastorem, & dispergentur oues*  
*gregis.* Tristis erat, quia nos paruulos relinquebat.  
Cæterum quàm constanter se morti obtulerit, con-  
nexa declarant: quandoquidem quærentibus oc-  
currit, turbatos confirmauit, trepidos prouocauit,  
proditorem osculi dignatione suscepit. Nec illud di-  
stat à vero si tristis erat pro persecutoribus suis, quos  
sciebat immanis sacrilegij pœnas duros. Et ideo  
dixit, *Transfer hunc calicem a me.* Non quia Dei filius  
mortem timebat, sed quia nec malos perire volebat.  
Vnde & dixit, *Pater*, dimitte illis hoc peccatum; ne  
exitialis esset populo passio sua, futura omnibus sa-  
lutaris.

Adhuc eo loquente, ecce turba: & qui vo-  
cabatur Iudas, vnus de duodecim, antecedebat  
eos; & appropinquauit Iesu vt oscularetur  
eum. Iesus autem dixit illi, *Iuda, osculo filium*  
*hominis tradis?* Videntes autem hi qui circa  
ipsum erant, quod futurum erat, dixerunt  
ei, *Domine*, si percutimus in gladio? Et  
percutsit vnus ex illis seruum principis sa-  
cerdotum, & amputauit auriculam eius dex-  
teram. Respondens autem Iesus, ait, *Sinite*  
*vsque huc.* Et cum tetigisset auriculam eius,  
sanauit eum. Dixit autem Iesus ad eos qui  
venerant ad se, principes sacerdotum &  
magi-

Ioan. 11.

1. Petr. 2.

Heb. 9.  
Sap. 1.

Rom. 6.  
Gen. 3.  
Cōc. Cōstanti-  
nop. 3. act. 10.

Matth. 26.

Psal. 6.  
Matth. 26.  
Cōc. Hyspalē.  
2. cap. 13.

Matth. 26.

Ioan. 18.

Luc. 23.

Esai. 53.  
Gen. 39.

Esai. 53.  
Cōc. Cōstanti-  
nop. 3. act. 10.

Esai. 53.

magistratus templi & seniores: Quasi ad la-  
tronem existis cum gladiis & fustibus? Cum  
quotidie vobiscum fuerim in templo, non ex-  
tendistis manus in me, sed hæc est hora vestra  
& potestas tenebrarum.

*Iuda, osculo filium hominis tradis?* &c. Magna diuinæ  
significatio potestatis, magna disciplina virtutis. Et  
consilium proditoris aperitur, & adhuc patientia  
non negatur. Ostendisti Domine quem proderet,  
dum occulta manifestas. Ostendisti etiam quem tra-  
deret, dum dicis, *filium hominis*: quia caro, non diui-  
nitas comprehenditur. Illud tamen plus confutat  
ingratum, quod eum tradiderit, qui cum esset Dei  
filius, propter nos tamen filius hominis esse voluif-  
set. Quasi dicat, Propter te suscepi ingratis quod tra-  
dis in hypocrisi. Ergo per interrogationem pronun-  
tandum puto, quasi amantis affectu corripiat pro-  
ditorē: *Iuda, osculo filium hominis tradis?* hoc est, amo-  
ris pignore vulnus infligis? & charitatis officio san-  
guinem fundis? & pacis instrumento mortem irro-  
gas? Seruus dominum, discipulus prodis magistrum,  
electus auctorē: Hoc est illud: Vtiliora vulnera ami-  
ci, quàm voluntaria oscula inimici. Proditori hoc:  
pacifico verò quid dicitur? Osculetur me ab osculis  
oris sui. Et osculatus est, inquit, eum. Non quod simu-  
laris nos doceat, sed vt ne proditorem refugere vi-  
deretur, & plus afficeret proditorem, cui amoris of-  
ficia non negaret, quia scriptum est, Cum odienti-  
bus pacem eram pacificus. Et signo dato, inquit, ab  
iis qui cum fustibus venerant comprehenditur. Sed  
Dominum omnium mysteria non arma tenuerunt.  
Denique locutus est, & ceciderunt retrorsum. Quò  
mihi legiones angelorum? Quò mihi caelestem exer-  
citus? vox Domini sola plus terret. Hanc ille ad de-  
monstrandum diuinæ maiestatis indicium, qui in  
pectore Christi recumbebat, elegit. Volenti ergo ini-  
icit manus turba, ne tunc vincula. O amentes, o  
perfidii! non sic comprehenditur sapientia, non sic  
tenetur iustitia. Nec discipulorum studia defuerunt.  
Vnde Perus eruditus in lege, promptus affectu, qui  
sciret Phineæ reputatum ad iustitiam quòd sacrile-  
gos peremisset, percussit principis seruum. Sed Do-  
minus vulnera cruēta deterfit, mysteria diuina sub-  
iecit, vt seruus principis mundi, hoc est, non naturæ  
conditione, sed culpæ, secularium famulus potesta-  
tum, auris suæ vulnus exciperet, quia non audisset  
verba sapiētiae. Omnis denique qui facit peccatum,  
seruus est peccati. Peccatis, inquit, vestris venditi  
estis. Venditio propter peccata nostra, propter boni-  
tatem autem Dei redemptionis peccatorum. Aut  
si Petrus volēs percussit aurem, docuit quòd aurem  
habere in specie non deberent, quã in mysterio non  
habebant. Sed bonus Dominus & ipsi refundit au-  
ditum, secundum prophetica dicta demonstrans &  
ipsum, si conuertantur, posse sanari, qui in passione  
Domini vulnerati sunt, eo quòd omne peccatum fi-  
dei mysteriis abluatur. Tollit ergo Petrus aurem.  
Quare Petrus? Quia ipse est qui accepit clausas regni  
caelorum. Ille enim condemnat qui & absoluit, quo-  
niam idem & ligandi & soluendi adeptus est pote-  
statem. Tollit aurem malè audientis, tollit autem  
S. Ambr. tom. 3.

gladio spiritali aurem interiorē malè intelligen-  
tis. Cauemus ne cui tollatur auricula. Legitur pas-  
sio Domini, si ad diuinitatem eius referimus infir-  
mitatem corporeæ passionis, exciditur auricula, &  
exciditur à Petro, qui non passus est Christum Pro-  
phetam æstimari, sed Dei filiū docuit fideli cōfessio-  
ne signari. Ergo cum legimus teneri Iesum, caue-  
mus ne ab aliquo audiamus, & putemus eum secun-  
dū diuinitatem teneri, teneri inuiti, teneri quasi in-  
firmum. Tenetur quidem, & vt dixit Ioannes, liga-  
tur secundum corporis veritatem. Sed vae illis qui  
ligant verbum. Ligant autē, qui tantummodo Chri-  
stum hominem putant. Ligant qui præscium non  
putant, qui omnipotentem non consentunt. Mala  
vincula Iudæorū quibus non Christum ligant, sed  
seipsos alligant. Ligatur autem in domo non pij ali-  
cuius & iusti, sed in domo Caiphæ, hoc est in impia  
domo, vbi etiam moriturus pro omnibus propheta-  
tur. Quàm amentes igitur qui beneficia diuina con-  
fidentur, & beneficiorum auctorem persequuntur.  
Ideo aurem perdunt, quia perdidērunt auditus pro-  
fectum. Auditum multi non habent, qui habere se  
credunt. In Ecclesia omnes habent, extra Ecclesiam  
non habent. Aut fortasse ideo aurem tulit, ne am-  
plius delinquerent audientes, qui audita seruare non  
possent. Sic & aliquādo confudit Deus linguas ex-  
truentium turrem, ne se audirent, & opus suæ im-  
pietatis auerent. Comprehende, si potes, quomodo  
ad dexteræ salutaris attachum fugiat dolor, &  
vulnera non medicamento compressa, sed tactu ob-  
ducta sanentur. Operatorem suum limus agnoscit,  
& operatricem suam Domini manum sequitur caro.  
Quomodo enim vult, opus suum creator instauro.  
Sic & alibi cæco illi visus, luto supra oculos illi-  
to, quasi in naturam redierit, reformatur. Iubere po-  
tuit, sed operari maluit: vt cognoscamus ipsum esse  
qui è limo terræ corporis membra nostri variis apta  
formauit officiis, & infuso vigore mentis animauit.  
Venerunt ergo & comprehenderunt eum, grauius  
perituri studij sui fructu. nec intellexerunt infelices  
mysterium, nec venerati sunt tam clementem piae-  
tatis affectum, quòd etiam hostes suos non passus  
est vulnerari. Illi iusto mortem inferebant, perse-  
cutorum vulnera iste sanabat.

Comprehendentes autē eum, duxerunt ad  
domum principis sacerdotum: Petrus verò  
sequebatur à longè. Accenso autem igne in  
medio atrij, & circumfidentibus illis, erat Pe-  
trus in medio eorum. Quem cum vidisset an-  
cilla quædam sedentem ad lumen, & eum  
fuisset intuita, dixit, Et hic cum illo erat. At  
ille negauit eum, dicens, Mulier, non noui il-  
lum. Et post pusillum alius videns eum, dixit,  
Et tu de illis es: Petrus verò ait, O homo, non  
sum. Et interuallo facto quasi horæ vnus,  
alius quidam affirmabat, dicens, Verè & hic  
cum illo erat: nam & Galilæus est. Et ait Pe-  
trus, Homo, nescio quid dicas. Et continuò  
adhuc illo loquente cantauit gallus. Et con-  
M

Ioan. 11.

1. Petr. 2.

Heb. 9.  
Sap. 1.

Rom. 6.  
Gen. 3.  
Cōc. Cōstanti-  
nop. 3. act. 10.

Matth. 26.

Psal. 6.  
Matth. 26.  
Cōc. Hyspalē.  
2. cap. 13.

Matth. 26.

Ioan. 18.

Luc. 23.

Ioan. 8.

Esai. 50.

24. q. 1. c. 5f.

petrus.

Esai. 35.

Matth. 16.



uerfus Dominus respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixerat, Quia prius quam gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus fleuit amarè. Et viri qui tenebant Iesum, illudebant ei, cadentes. Et velauerunt eum, & percutiebant faciè eius: & interrogabant eum, dicentes, Prophetiza, quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Et vt factus est dies, conuenerunt Seniores plebis & principes sacerdotum & Scribæ, & duxerunt eum in concilium suum, dicentes, Si tu es Christus, dic nobis. Et ait illis, Si vobis dixerò, non crederis mihi: si autem & interrogauerò, non respondebitis mihi, neque dimittetis. Ex hoc autem erit filius hominis sedès à dextris virtutis Dei. Dixerunt autem omnes, Tu ergo es filius Dei? Qui ait, Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt, Quid adhuc desideramus testimonium? ipsi enim audiuius de ore eius.

*Petrus verò sequebatur à longè, &c.* Et bene à longè sequebatur, iam proximè negaturus. Neque enim negare potuisset, si Christo proximus adhæsisset. Sed fortasse & in hoc nobis maxima sit admiratione reuerendus, quòd Dominum non reliquit etiam cum timeret. Merus naturæ est, cura pietatis. Alienum, quòd timeret: suum, quòd non fugit. Quòd sequitur, deuotionis: quòd negat, obreptionis. Commune, quòd labitur: fidei, quòd pœnitet. Iam in domo principis sacerdotum ignis ardebat. Accessit Petrus, vt calefaceret se; quia clauso Domino calor mentis etiam in ipso refruxerat. Quid sibi vult quòd prima eū prodit ancilla, cum viri vtrique magis eum potuerint recognoscere; nisi vt & iste sexus peccasse in necem Domini videretur, vt & iste sexus redimeretur per Domini passionem? Et ideo mulier resurrectionis accipit prima mysterium, & mandata custodit, vt veterem præuarcationis aboleret errorem. Petrus autem proditus negat. Ponamus enim negasse Petrum, quia dixit Dominus, Ter me negabis. Et malo negasse Petrum, quàm Dominum fessellisse. Quid negauit? Quod promissit incautè. Deuotionem considerauit, non respexit conditionem. Multatus quia dixit se animam ponere: quod non humanæ infirmitatis, sed diuinæ est potestatis. Cum tam grauem imprudentis sermonis multam luerit, quanta est pœna perfidiæ? Vbi tamen negat Petrus? Non in monte, non in templo, non in sua domo, sed in prætorio Iudæorum, in domo principis sacerdotum. Ibi negat, vbi veritas non est. Ibi negat, vbi Christus captus, vbi Christus ligatus est. Quomodo enim non erraret, quem intromissit ostiaria, & interrogauit ostiaria, & ostiaria Iudæorum? Malè Eua induxit Adam, malè Petrum introduxit formina. Sed ille in paradiso labitur, vbi non veniabilis culpa: hic in prætorio Iudæorum, vbi difficilis innocentia. Illi interdictus lapsus, huic prædictus error. Ille commissus huic præiudicauit, hic illum resoluit. Confitemur etiam quo in statu neget. Frigus (inquit) erat. Si tempus consideremus, frigus esse non poterat. Sed frigus erat vbi Iesus non agnoscebatur, vbi nõ erat qui lucem videret, vbi negabatur ignis consumens. Frigus ergo erat mentis, non corporis. Denique ad carbones stabat Petrus, quia algebat affectu. Mala flamma Iudaica: vrit, non calefacit. Malus focus, qui quandam etiam sanctorum mentibus fuliginem erroris aspergit, iuxta quem etiam Petri interiores oculi caligarunt. Illi oculi non carnis & sanguinis, sed oculi mentis, quibus Christum videbat. Dicit aliquis, Tu Iudæorum etiam elementa condemnas? Non condemno elementa, quia non sunt Iudæorū, sed Christi. Sed alia est, quam condemno, flamma perfidiæ. Hanc flammam condemno Iudæorum, diuina secutus oracula. Dicit enim Dominus, Argentum vestrum reprobum est. Si argentum reprobum est Iudæorum, & focus reprobus Iudæorum est. Denique foco & auro Iudæorum caput vituli figuratum est, hoc est, sacrilegij principatus.

DE NEGATIONE PETRI.

Sed videamus negandi tenorè, quem inter Euangelistas video esse diuersum. Ita nouum fuit Petrum potuisse peccare, vt peccatum eius nec ab Euangelistis potuerit comprehendi. Itaque Petrum prodenti ancillæ quòd ex illis esset qui cum Iesu Galilæo erant, prima voce Matthæus posuit respondisse, Nescio quid dicas. Hoc etiam Marcus, qui secutus est Petrum, & ex ipso potuit verius cognoscere. Prima vox negantis est Petri: qua tamen non negare Dominum, sed à prodicione se separasse mulieris videtur. Quid tamen negauerit, considera. Ex illis vtrique se esse, qui cum Iesu Galilæo erant. Vel, vt Marcus posuit, cum Iesu Nazareno. Numquid negauit cum Dei fuisse se filio? Hoc est dicere, Nescio Galilæum; nescio Nazarenum, quem Dei filium noui. Habeant homines locorum vocabula, Dei filium patria non potest nuncupare, cuius maiestatem locus nullus includit. Et vt scias hoc verum esse, etiam ex iplo probatur. Nam alibi eum interrogaret Dominus discipulos, Quem dicunt esse homines filium hominis: alij Eliam, alij Hieremiã dixerūt, aut vnum de Prophetis: Petrus autem ait, Tu es Christus filius Dei viui. Numquid & ibi negauit, quia Christū non hominis filium, sed Dei maluit confiteri? Certè quid hinc putamus ambiguum, quod etiam Christus probauit? Et aliud accipe. Interrogatus Petrus, Et tu ex illis es, qui cum Iesu Galilæo erant? verbum æternitatis refugit, non enim erant, qui esse cœperunt, hoc est dicere, Ille solus erat, qui in principio erat. Denique ait, Non sum. Illius est enim esse, qui semper est. Vnde & Moyfes ait, Qui est, misit me. Rursus cum vrgeretur quòd ex illis esset, secundum Marcum negauit, vt scias Euangelistam veritati quàm gratiæ plus dedisse. Sed tamen negauit ex illis se esse, non Christum negauit. Negauit hominum cõsortia, non Dei gratiam. Negauerat ex illis se esse, qui cum Galilæo erant, non negauit cum Dei filio. Denique secundum Matthæum proditus quòd cum Iesu Nazareno fuisset, ait, Nescio hominem. Hoc idem & tertia voce vterque de quibus proposuimus Euangelistæ cum iuramento eum respondisse posuerunt, quia nesciret

Ioan. 18.

Deut. 4.

Marc. 16.

Hierem. 6.

Exod. 32.

Matth. 26.

Marc. 14.

Matth. 16.

Matth. 26.

Ioan. 1.

Exod. 3.

Marc. 14.

Matth. 26.

nesciret hominem. Et bene negauit hominè, quem sciebat Deum. Denique vbi iusiurandum est, cauta responsio est. Nam etsi negauit Petrus, non tamen peierauit, quia nec Dominus peieraturum esse memorauerat. Quòd si in Petro dubium est, quàm periculosum est iusiurandum? Ioannes autem sic posuit, quoniam interrogatus ab ancilla Petrus, vtrum ex discipulis esset illius hominis, prima voce responderit, Non sum. Nõ enim erat hominis Apostolus, qui erat Christi. Denique & Paulus hominis Apostolum se esse negauit, dicens, Paulus Apostolus nõ ab hominibus, neque per hominè, sed per Iesum Christum, & Deum patrem. Sed ne videretur ambiguum aliquod incarnationis afferre, subiicit, Qui sulcavit eum à mortuis: vt & hominè credas, cum Deum antè credideris. Quod alibi quoque eodem tenore custodit, vbi dicit, Vnus enim Deus, & vnus mediator Dei & hominū homo Christus Iesus. Prius vtrique mediatorem Dei quàm hominum nuncupauit. Non enim fat est vtrumque credere, nisi fidei ordo seruetur. Concordat igitur vbi que responsio. Nam qui dixit, Nescio hominem: æquum erat vt interrogatus vtrū esset ex discipulis hominis, diceret, Non sum. Itaque non Christi discipulum se negauit, sed hominis negauit esse discipulum. Denique & Petrus & Paulus hominem negauerunt, quem Dei filium fatebantur. Quod sensit Petrus, Paulus expressit, hinc & ille profecit. Error Petri, doctrina iustorum est: & titubatio Petri, omnium petra est. Denique super vndas titubat, sed dexteram porrigit Christus: in mōte cadit, sed leuatur à Christo. Titubauit quidem Petrus in mari, sed ambulauit firmior. Titubatio Petri, nostra est firmitudo. Ibi cadit, quò nullus ascendit: ibi nutat, vbi nemo ambulat. Et tamen inter vndas licet titubat, non labitur; nutat, non cadit; fluitat, non præcipitatur. Etsi cecidit, in monte tamen cecidit. Sed felicius ille cecidit quàm alij steterunt; felicius cecidit, què Christus leuauit. Iterum autem interrogatum num ex discipulis eius esset, Ioannes scripsit negasse. Et bene negauit, quia ex eius dicebatur esse discipulis, quem hominem in superioribus sunt locuti. Nam quòd tertiò cum illo se fuisse negauit, & hoc de superioribus deriuatur. Cum illo quem hominem nuncupatis, non fui, sed à Dei filio non recessi. Lucas quoque scripsit Petrum interrogatum vtrum ex illis esset, respondisse prima voce, Non noui illum. Et bene dixit. Temerarium quippe erat, vt diceret quia nouerat eum, quem mens humana non potest comprehendere. Nemo enim nouit filium, nisi pater. Rursus secunda voce, secundum Lucam, idem Petrus ait, Non sum. Maluit videlicet se negare, quàm Christum. Aut quia videbatur negare Christi societate, yti que se negauit. Certè cum de homine negat, in filium peccauit hominis, vt remitteretur ei; non in Spiritu sanctum. Tertiò quoque interrogatus, ait, Nescio quid dicas: hoc est, sacrilegia vestra nescio. Sed nos excusamus, Dominus ipse non excusauit. Non enim satis est inuoluta responsio contentis Iesum, sed aperta cõfessio. Quid prodest verba inuoluere, si videri vis denegasse? Et ideo Petrus non de industria sic respondisse inducitur, quia postea recordatus est, & amarè fleuit. Maluit enim ipse suum accusare peccatum, vt iustificaretur

Luc. 22. sup.

Ioan. 18.

Galat. 3.

ibid.

1. Tim. 2.

Matth. 14.

Matth. 17.

Matth. 14.

Matth. 17.

Ioan. 18.

Matth. 11.

Matth. 12.

A fatendo, quàm grauareretur negando. Iustus enim in principio accusator est sui: & ideo fleuit. Quare fleuit? Quia culpa obreplevit ei. Et ego soleo flere si culpa mihi desit, hoc est, si non me vindicem, si non obtineam quod improbè cupio. Petrus doluit & fleuit, qui errauit vt homo. Non inuenio quid dixerit, inuenio quòd fleuerit. Lacrymas eius lego, satisfactionem non lego. Sed quod defendi non potest, abluui potest. Lauant lacrymæ delictum, quod voce pudor est confiteri. Et veniæ fletus consulunt, & verecundia. Lacrymæ sine horrore culpam loquuntur. Lacrymæ crimen sine offensione verecundia confitentur. Lacrymæ veniam non postulant, & merentur. Inueni cur tacuit Petrus, ne tam citò veniæ petitio plus offenderet. Antè stendum est, sic precandum. Bonæ lacrymæ, quæ lauant culpam. Denique quos Iesus respicit, plorant delictum. Negauit primò Petrus, & non fleuit, quia non respexerat Dominus. Negauit secundò, non fleuit, quia adhuc non respexerat Dominus. Negauit & tertiò, respexit Iesus, & ille amarissimè fleuit. Respice Domine Iesu, vt sciamus nostrum deslere peccatum, lauare delictū. Vnde etiam lapsus sanctorum utilis. Nihil mihi nocuit quòd negauit Petrus, profuit quòd emendauit. Didici cauere alloquia perfidorū. Petrus inter Iudæos negauit; Salomon cõtubernio gentili deceptus errauit. Fleuit ergo amarissimè Petrus, fleuit vt lacrymis suum posset lauare delictum. Et tu si veniam vis mereri, dilue culpā lacrymis tuam, eodem momento, eodem tempore respicit te Christus. Si in aliquo fortasse laberis; quia secretorum tuorum afflitis tectis, respicit vt recorderis, & fatearis errorem. Imitare Petrum dicentem alibi tertiò, Domine, tu scis quia diligo te. Etenim quia tertiò negauerat, tertiò confitetur. Sed negauit in nocte, confitetur in die. Hæc autem ideo scripta sunt, vt sciamus neminem iactare se debere. Nam si Petrus lapsus est qui dixit, Etsi alij scandalizati fuerint in te, ego non scādalizabor: quis alius iure de se præsumat? Denique & David quia dixerat, Ego dixi in mea abundantia, non mouebor in æternum: eam sibi iactantiam obfuisse proficitur, dicens, Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Vnde te euocem Petre, vt doceas me quid flēs cogitaueris: Vnde, inquam, te euocem? De cælo, vbi iam choro insertus es angelorum; an etiam de tumulo: quia non putas iniuriam & ibi esse, vnde Dominus resurrexit. Doce nos quid tibi profuerint lacrymæ tuæ. Sed docuisti illico. Nā qui lapsus es, antequàm fleres, postquàm fleuisti erectus es, vt alios erigeres, qui te ipse antè non erexeras. Habebat ergo lacrymas Petrus, pio quas fundebat affectu: non habebat proditor fletus quibus culpam ablueret, sed tormenta conscientia quibus sacrilegium fateretur; quando proiectis argenteis abiens laqueo se suspendit: vt dum suo reus iudicio damnatur, & spontaneo supplicio facinus expiatur, pietas Domini, qui se ipse nollit vlcisci, & diuinitas probaretur, qui conscientiam mentis inuisibili potestate interrogaret. Vnde dixerat, Peccaui, quòd tradiderim sanguinem iustum. Etsi cassa est pœnitentia proditoris, quia peccauit in Spiritum sanctum: est tamen nonnullus in scelere pudor culpam agnoscere. Et quamuis ille non absoluitur, Iudæorū tamen im-

Preb. 18.

Lib. 4. senten.

dist. 17. §. 2. u.

secundum.

De pen. dist.

1. c. Petrus.

Ead. dist. c. 1a.

oyma.

S. Aug. lib.

1. de gratia

Christi. c. 45.

3. Reg. 11.

6. q. 1. c. imi-

tare Petrum.

S. Aug. lib. 1.

de gratia

Christi. c. 45.

Psal. 29.

ibid.

Matth. 28.

Matth. 27.

ibid.

Matth. 12.

Matth. 27.

Ibid.

Hierem. 32. Zachar. 11. Matth. 13.

Genes. 2.

Hierem. 18. Act. 1. 1. Cor. 7. Ioan. 3. Rom. 6.

Eph. 2.

Ibid.

CAPVT XXIII.

Matth. 27.

prudencia confutatur, quos cum professio redarguat G venditoris, scelerati tamen sibi vendicant iura contractus, & exortes reatus esse se credunt, dum dicunt, Quid ad nos? tu videris. Amentes plane, qui putent solui se magis auctoris scelere quam teneri. In pecuniariis causis refuso pretio ius soluitur: hi pretium recipiunt, & sacrilegium prosequuntur, ac pertinacibus studiis funesta sibi vendicant sanguinis auctorem, cum refunderet venditor sacrilegij mercedem. Evidenter itaque dum pretium sanguinis à Iudæorū gazophylaciis separatur, & ager figuli ea qua venditur Christus, cōparatur pecunia; dum is locus humanus peregrinorū reliquiis dicatur, & prophetiæ impletur oraculum, & surgentis Ecclesiæ mysterium reuelatur. Ager enim secundum diuina præcepta mundus hic omnis: Figulus autē ille, qui nos formauit è limo; de quo habes in veteri testamento, Quia finxit Deus hominem de limo terræ: formandi per naturam, reformandi per gratiā habens pro suo arbitrio potestatem. Nam etsi propriis vitiis corruamus, per illius tamē misericordiam resumpto mentis spiritu secundū Hieremiæ oracula reformamur. Pretium quoque sanguinis est pretium Dominicæ passionis. Ergo pretio sanguinis emittitur mundus à Christo. Venit enim vt saluetur mundus per ipsum: in quo iuxta vt opus auctoris & ius est. Venit ergo vt consepultos per baptismum & commortuos Christo, ad perpetuitatis gratiam referuaret. Sed nō passim omnibus ad sepeliendū est locus. Nā etsi omnes mundus includat, non omnes referuat. Etsi cōmunis habitatio, tamen legitima sepultura est eorum scilicet qui nunc sunt per fidem domestici Dei, sed fuerunt in lege peregrini. Qui sunt isti nisi de quibus dicitur, Memores estote quod aliquando vos gentes quæ eratis in carne, alienati à conuersatione Israel, & peregrini promissionis testamentorū: Sed hi nūc iam non sunt aduenæ atque peregrini, quoniam ciues sanctorum esse fidei iure meruerunt.

ET surgens omnis multitudo eorum, du-  
xerunt illum ad Pilatum. Cœperunt autem  
illum accusare, dicētes, Hunc inuenimus sub-  
uertentem gentem nostram, & prohibentem  
tributa dari Cæsari, & dicentem se Christum  
regem esse. Pilatus autem interrogauit eum,  
dicens, Tu es rex Iudæorum? At ille respōdens  
ait, Tu dicis. Ait autē Pilatus ad principes sa-  
cerdotū & turbas: Nihil inuenio causæ in hoc  
homine. At illi inualescebant, dicentes, Com-  
mouet populum docens per vniuersam Iu-  
dæam, incipiens à Galilæa vsque huc.

Pilatus autem interrogauit eum, &c. Secundum Mat-  
thæum cum accusaretur à principibus sacerdotum,  
& interrogaretur à Pilato, non respondit ad vllum  
verbum. Admirabilis locus, quo subcundæ æquani-  
miter iniuriæ moralis infunditur patientia peccatori-  
bus humanis. Accusatur Dominus, & tacet. Et bene  
tacet, qui defensione non indiget. Ambient de-  
fendi, qui timent vinci. Non ergo accusationem ra-  
cendo confirmat, sed despicit non refellendo. Quid  
enim timeret qui non ambiret salutem? Salus ipsa se

prodit, vt acquireret omnium. Sed quid de Deo lo-  
quar? Susanna tacuit, & vicit. Melior enim causa, quæ  
non defenditur, & probatur. Et hinc Pilatus absoluit,  
sed absoluit iudicio, crucifixit mysterio. Verum hoc  
speciale Christi, illud humanum, vt apud iniquos iu-  
dices magis videatur noluisse, quam non potuisse  
defendi. Cur autem Dominus tacuerit, ipse præmi-  
sit, dicens, Si vobis dixerō, non credetis mihi: si vos  
interrogauerō, non respondebitis mihi. Illud tamen  
præstantissimum, quod maluit regē se probare quam  
dicere, vt condemnādi causam habere non possent,  
qui quod obiiciunt, hoc fatentur.

Pilatus autem audiens Galilæam, interro-  
gauit si homo Galilæus esset. Et vt cognouit  
quod de Herodis potestate esset, misit eum ad  
Herodem, qui & ipse Hierosolymis erat illis  
diebus. Herodes autem viso Iesu, gauisus est  
valde: erat enim cupiēs ex multo tempore vi-  
dere eum, eo quod audiret multa de eo, & spe-  
rabat signum aliquod videre ab eo fieri. Inter-  
rogabat ergo eum multis sermonibus: at ipse  
nihil illi respondebat. Stabant verò principes  
sacerdotum & Scribæ constanter accusantes  
eum. Spreuit autem illum Herodes cum exer-  
citu suo & illudit: & indutum illum veste alba,  
remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Hero-  
des & Pilatus ex ipsa die: nam antea inimici  
erant adinuicem.

At ipse nihil illi respondebat. Herode cupiente aliqua  
Christi miracula videre, ipse tacuit, & nihil fecit:  
quia nec illius crudelitas merebatur videre diuina,  
& Dominus iactantiam declinabat. Et foras se in He-  
rode omnes impij typicē significātur: qui si legi non  
crediderint & Prophetis, mirabilia Christi opera in  
Euangelio quoque videre non possint. Et indutum veste  
alba. Non otiosum quod veste alba induitur ab He-  
rode, immaculatæ tribuens indicia passionis, quod  
agnus Dei sine macula peccata mundi susciperet.  
Remisit ad Pilatum. Ad Herodem mittitur, ad Pilatum  
remitteritur. Et si vterque reum non pronūntiant, alie-  
næ tamē crudelitatis studiis obsequuntur. Et facti sunt  
amici Herodes & Pilatus. In typo etiā Herodis atque  
Pilati, qui amici ex inimicis per Iesum Christum fa-  
cti sunt, plebis Israel & populi gentilis figura serua-  
tur, quod per Domini passionem vtriusque sit futu-  
ra concordia, ita tamen vt prius populus nationum  
capiat Dei verbum, & ad populum Iudæorum fidei  
sua deuotionem transmittat, vt illi quoque gloria  
maiestatis suæ corpus vestiant Christi, quem antē  
despexerant.

Pilatus autem conuocatis principibus sa-  
cerdotum, & magistratibus, & plebe, dixit ad  
illos, Obtulistis mihi hunc hominem quasi  
auertentem populum: & ecce ego coram vo-  
bis interrogans nullam causam inuenio in eo  
ex his in quibus eum accusatis. Sed neque He-  
rodes: nam misi vos ad illum, & ecce nihil di-  
gnum

Dan. 13.

Luc. 22.

Ioan. 5.

Esa. 53. Ioan. 1. Psalm. 2.

Eph. 2. Rom. 11.

Ioan. 19.

Esa. 53.

Marc. 15.

Matth. 27. Eph. 4.

Marc. 15.

Matth. 27.

Ibid.

1. Cor. 2.

gnum morte actum est ei. Emendatum ergo  
illum dimittam. Necessē autē habebat dimitte-  
tere eis per diem festū, vnum. Exclamauit au-  
tem simul vniuersa turba dicens, Tolle hunc,  
& dimitte nobis Barabbam: qui erat propter  
seditionem quandā factam in ciuitate, & ho-  
micidium missus in carcerem. Iterum autē Pi-  
latus locutus est ad eos, volens dimittere Ie-  
sum. At illi succlamabant, dicentes, Crucifige,  
crucifige eum. Ille autem terriō dixit ad illos,  
Quid enim mali fecit iste? nullā causam mor-  
tis inuenio in eo. Corripiam ergo illum, & di-  
mittam. At illi instabant vocibus magnis, po-  
stulantes vt crucifigeretur: & inualescebāt vo-  
ces eorū. Et Pilatus iudicauit fieri petitionem.  
Dimisit autem illis eum qui propter homici-  
diū & seditionem missus fuerat in carcerem  
quem petebant; Iesum verò tradidit volūtati  
eorum.

Emendatum ergo illum dimittam. Tunc secundum  
Ioannem, Pilatus flagellauit Iesum. Nec flagella my-  
sterio vacant: quia flagellatus est ipse, ne nos flagel-  
laremur. Homo enim in plaga constitutus, & sciens  
ferre iufirmitates pro nobis dolet, à nobis qui Deum  
antē fugiebamus, flagella detorquens: tam patiens  
Dominus, vt fugitiuorum vinculis proprias manus,  
fugitiuorū flagellis suum corpus offerret. Secundum  
Marcum autem inde milites plectentes coronā spi-  
neam imponunt eius capiti, & salutant eum, dicen-  
tes, Aue Rex Iudæorum. Et ponentes genua adora-  
bant eum. Quod detestabili licet mentis operentur  
affectu, honoratum tamen exitū produnt, cum pun-  
gentes coronant & illudentes adorant. Et si corde  
non credunt, quæ perimunt, consentunt. Illis defue-  
rit boni operis affectus, Deo tamen suus non defuit  
honor, qui salutatur vt rex, coronatur vt victor, qua-  
si Deus & Dominus adoratur. Arundo quoque vel  
secundum Matthæum, comprehenditur manu eius,  
vt humana fragilitas iam nō sicut arundo moueatur  
à vento, sed operibus Christi corroborata firmitur:  
vel secundum Marcū, caput eius percutit, vt solida-  
ta diuinitatis attactu nostra cōditio nutare non pos-  
sit. Et Pilatus iudicauit fieri petitionem. Tunc secundum  
Matthæum, lauit Pilatus coram populo manus, di-  
cens, Innocens ego sum à sanguine iusti huius. Lauit  
quidem manus Pilatus, sed facta non diluit. Iudex  
enim nec inuidiæ cedere debuit, nec timori, vt san-  
guinem innocentem addiceret. Monuit vxor, luce-  
bat in nocte gratia, diuinitas eminebat; nec sic à fa-  
cilega sententiā temperauit. Similiter in hoc typum  
omniū iudicū arbitror esse præmissum, qui damna-  
turi essent eos quos innoxios æstimarent. Tolerabi-  
liores tamen gentiles esse quam Iudæos, coniuncta  
Pilato persona demonstrat, & magis eos posse diu-  
inis ad fidem operibus admoneri. Quales autem illi  
qui Dominum maiestatis crucifixerūt? Dimisit autem  
illis eum qui propter homicidium, &c. Nec immeritō ho-  
micidæ absolutionem petunt, qui flagitabant inno-

centis exitium. Tales leges iniquitas habet, vt oderit  
innocentiam, scelus diligit. In quo & nominis inter-  
pretatio speciem dat figuræ. Barabbas enim, patris  
filius Latine dicitur. Illi ergo quibus dicitur, Vos ex  
patre diabolo estis: vero Dei filio patris sui filiū An-  
tichristum prælaturi esse produntur. Inde secūdm  
Matthæū, chlamyde coccinea induitur à militibus:  
& secundum Ioannem veste purpurea circumdatur.  
In altera designās martyrum palmas, in altera regie  
potestatis insignia: quod caro eius fufum toto orbe  
terrarum sanguinem esset susceptura pro nobis, &  
passio regnū paritura pro nobis. Denique secundum  
Matthæum, corona de spinis capiti eius imponitur.  
Hoc quid aliud quam diuini operis munus ostēdit,  
quod de peccatoribus mundi tamquam sæculi pœ-  
nis triumphalis Deo gloria quereretur?

Et cum ducerent eum, apprehenderunt Si-  
monem quendam Cyrenensem venientē de  
villa: & imposuerunt illi crucem portare post  
Iesum. Sequebatur autem illū multa turba po-  
puli & mulierum, quæ plangebant & lamēta-  
bātur eū. Conuersus autē ad illas Iesus, dixit,  
Filiæ Hierusalem, nolite flere super me, sed su-  
per vos ipsas flete, & super filios vestros. Quo-  
niam ecce venient dies, in quibus dicent, Bea-  
tæ steriles, & ventres quæ non genuerunt, &  
vbera quæ non lactauerūt. Tunc incipient di-  
cere montibus, Cadite super nos: & collibus,  
Operite nos. Quia si in humido hoc faciunt,  
in arido quid facient? Ducebantur autē & alij  
duo nequam cum eo vt interficerentur.

Apprehenderunt Simonem quendam, &c. & imposuerūt  
illi crucem portare, &c. Secundum Ioannem Christus  
baulauit sibi crucem: secundum Lucam imponitur  
Simoni. Sed siue Simon, siue ipse portauerit, crux ta-  
men super humeros imponitur, vt trophæū & Chri-  
stus in homine & homo portaret in Christo. Nec di-  
scordāt Euangelistarū sententiæ, quando cōcordat  
mysteriū. Et bonus ordo nostri profectus est, vt prius  
ipse crucis suæ trophæum erigeret, deinde martyri-  
bus traderet erigendū. Cōuenit enim vt trophæum  
suum prius ipse victor attollat. Denique nō Iudæus  
est qui crucem portat, sed alienigena atque peregrini-  
nus: nec præcedit, sed sequitur; iuxta quod scriptum  
est, Tollat crucem suam, & sequatur me. Non enim  
suam, sed nostram crucem Christus ascendit: nec  
mors illa quasi diuinitatis, sed quasi hominis fuit.  
Vnde & ipse ait, Deus Deus meus respice in me,  
quare me dereliquisti? Denique secūdm Marcum,  
milites exuerunt eum purpura: quod nec mysterio  
vacat. Christus enim ascensurus crucem regalia ve-  
stimenta deposuit, vt scias quasi hominem passum  
esse, non quasi Deum: etsi vtrumque Christus, quasi  
hominē tamen, non quasi Deum cruci esse suffixum.  
Sed milites, non Iudæi, sciunt quo tempore, qualia  
Christo vestimēta conueniant. Iudicio enim in pur-  
pura quasi victor assistit, ad passionem verò in suis  
vestimentis quasi reus humilis venit.

Ioan. 8.

Matth. 27. Ioan. 19.

Matth. 27.

Ioan. 19.

Matth. 16. Conc. Hispal. 2. c. 13. Matth. 27. & Psalm. 21. Marc. 15.

Esa. 53.

Et postquam venerunt in locum, qui vocatur Caluarie; ibi crucifixerunt eum: & latrones, vnum a dextris, & alterum a sinistris.

Qui vocatur Caluarie; ibi crucifixerunt eum. Ipse crucis locus, vel in medio terrae, vt conspicuus omnibus: vel supra Adæ, vt Hebræi disputant, sepulturâ. Congruerat quippe vt ibi vitæ nostræ primitiæ locarentur, vbi fuerant mortis exordia. Refert verò cõsiderare, (quia secundum Marcum, crucifigentes eum diuiserunt vestimenta eius,) qualis crucem ascendat. Nudus ascendit. Nudû ecce video. Talis ergo ascendat qui sæculum vincere parat, vt faculi adiuumenta non quærat. Victus est Adam qui vestimenta quæsiuit, vicit ille qui tegimenta deposuit. Et talis ascendit, quales auctore Deo nos natura formauit. Qualis in paradiso homo primus habitauerat, talis ad paradysum homo secundus intrauit. Et vt non sibi soli, sed omnibus vinceret, manus in cruce extendit, quo omnia ad se traheret: vt nodo mortis exuta, iugo fidei suspensa, cælestibus ea quæ prius erant terrena sociaret. Et latrones, vnum a dextris, & alterum a sinistris. Mystice duo latrones duos populos peccatores significant per baptismum crucifigendos esse cum Christo: quorum dissensio, diuersitatem pariter credentium signat. Denique vnus a dextris, & alter a sinistris, quia sic erit in die iudicii. Inrepatio quoque futurum crucis scandalum etiam circa credentes reuelat. Denique licet in cruce erat Dominus Iesus, supra crucem tamen regis maiestate radiabat. Vermis in cruce, scarabæus in cruce. Et bonus vermis, qui hæsit in ligno. Bonus scarabæus, qui clamauit è ligno. Quid clamauit? sequitur.

Iesus autè dicebat, Pater, dimitte illis: non enim sciunt quid faciunt.

Pater, dimitte illis: hoc est, ne statuas illis hoc peccatum. Clamauit latroni, Hodie mecum eris in paradiso. Clamauit quasi scarabæus, Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti? Et bonus scarabæus, qui lutum corporis nostri ante informe atque pigrum, virtutū verfabat vestigiis. Bonus scarabæus, qui de stercore erigit pauperem. Erexit Paulum, qui propter Christum æstimatus est vt stercorea. Erexit Iob, qui sedebat in stercore.

Diuidentes verò vestimenta eius, miserunt fortes. Et stabat populus spectans: & deridebant eum principes cum eis dicentes, Alios saluos fecit, se saluum faciat, si hic est Christus Dei electus. Illudebant autem ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei, & dicentes, Si tu es Rex Iudæorum, saluum te fac.

Diuidentes vestimenta eius, miserunt fortes. Quod nec mysterio vacat. Alij enim aliud forte defertur. Dei namque spiritus non humana opinione comprehenditur, sed quasi quodam euentu inopinatus illabitur. Propter nos ergo diuiduntur vestimenta eius, quia nõ possunt singuli habere omnia. Et per fortes; quia

non pro hominis volutate diuisio fit Spiritus sancti. Diuisiones enim gratiarum sunt, sed omnia operatus est spiritus, diuidens singulis prout vult. Fecerunt autem milites quatuor partes, vnicuique militi partem, secundum Ioannem. Et fortasse milites isti, quatuor Euangelistarum habent typum, qui scripserunt Euangelium. Intuere nunc Christi vestimenta diuisa. Vbi illa quæram? Quære in Matthæo, inuenies penes ipsum solam chlamydè coccineam, penes Ioannem vestem purpuream, penes Marcum purpuram tantum, penes Lucam vestem albam. Hac enim sola pro sua fuit portione contentus. Quantos verò Christus sua veste vestiuit? Puto autem quòd non quatuor tantum, sed omnes vestiuit milites, & omnibus abundauit. Accipe & aliud. Ista quatuor partes non partes vestium, sed qualitates mihi videntur esse virtutum. Alius enim de regno sublimius scripsit, alius de hominis institutione diffusus. Lucas nitorem sibi sacerdotalis vestis elegit. Marcus verborum textum non desiderauit. Ioannes verò quasi quasdam intexit sententias, quibus vestiatur fidem nostram. Nonne tibi videtur intextum grande illud. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deum: omnia per ipsum facta sunt: At verò Marcus, tamquam purpure fulgore contentus, sine vlla intextione verborum: Initium, inquit, Euangelij Iesu Christi filij Dei. Ergo cætera vestimenta Christi diuisa sunt, nempe vel gesta vel gratia: tunica vero non potuit diuidi. Et ideo, secundum Ioannem, super illa fors agitur, quia fides nõ pro portione singulorū, sed pro iure est omnium. Quod enim nõ diuiditur, singulis manet integrum. Et bene desuper texta in Ioanē legitur. Sic enim textur fides Christi, vt de diuinis ad humana descendat: eo quòd ante sæcula ex Deo genitus, posteriore tempore susceptionem carnis assumpsit. Per hoc ergo significatur nobis, quòd non debeat fides scindi, sed solida permanere.

Erat autem & superscriptio scripta super eum litteris Græcis, & Latinis, & Hebraicis: Hic est Rex Iudæorum.

Erat autem superscriptio. Scribitur autè titulus etiam secundum Ioannem, & super crucem ponitur: vt affixo cruci chirographo, quod erat contrarium nobis, sententia vetusta cessaret: non infra crucem, quia principium super humerū eius. Principium autè quid est, nisi sempiterna virtus eius atque diuinitas? Vnde & ipse interrogatus, Tu quis es? respondit, Principiū, quod & loquor vobis. Meritò supra crucem titulus, quia non humani corporis, sed diuinæ potestatis est regnum quod habet Christus. Titulus autè erat secundum Ioannem: Iesus Nazarenus Rex Iudæorum: quem multi Iudæorum legerunt. Legamus igitur & nos. Lego titulū Regis Iudæorū, cum lego, Regnum meum non est de hoc mundo. Lego causam Christi super caput eius scriptam, cum lego, Et Deus erat verbum. Caput enim Christi Deus. Et secundum Matthæum, sedentes seruabant eum, & dicebant, Si Rex Israel est, descendat nunc de cruce. Isti ergo seruabant Iesum, & hodie seruant, ne cui fortè labatur, ne cui de passione descendat

1. Cor. 15. Gen. 3. Marc. 15.

Gen. 3. Job 1. Gen. 2. Esa. 65.

Ioan. 12. Coloss. 1. Eph. 2.

Matth. 25. Matth. 24.

Psal. 21. Abac. 2.

Matth. 7. Abac. 2. Psal. 21.

Psal. 112. Philip. 3. Iob 2.

Ioan. 3.

scendat, quod petebat populus Iudæorum. Mihi planè Christus in passione moriatur, vt post passionem mihi resurgat. Noluì descendere, ne descenderet sibi, sed moreretur mihi. Nobis ergo iam Christus seruatur.

Vnus autem de his qui pendebant latronibus, blasphemabat eum, dicens, Si tu es Christus, saluum fac te ipsum & nos. Respondens autem alter increpabat eum, dicens, Neque tu times Deum, qui in eadem damnatione es? Et nos quidem iustè, nam digna factis recipimus: hic verò nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum, Domine, memento mei, cum veneris in regnum tuum. Et dixit illi Iesus, Amen dico tibi, Hodie mecum eris in paradiso.

Hodie mecum eris in paradiso. Pulcherrimum affectandæ conuersionis exemplum, quòd tam citò latroni venia relaxatur, & vberior est gratia quàm precatio. Semper enim Dominus plus tribuit quàm rogatur. Ille enim rogabat vt memor esset sui Dominus cum venisset in regnum suum. Dominus autem ait illi, Amen dico tibi, Hodie mecum eris in paradiso. Vita est enim esse cum Christo: ideo vbi Christus, ibi vita, ibi regnum. Citò verò ignoscit Dominus, quia citò ille conuertitur. Inde & illud solui videtur, quia alij duos conuiciantes inducunt latrones, iste vnum conuiciatum, & vnum rogantem. Fortasse & iste prius conuiciatus est, sed repenti conuersus. Nec mirum si conuerso culpam ignoscebat qui insulenter dicere, sicut illud est, Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum. Solus tamen Herodes rex, & princeps Pilatus in Apostolorum actibus conspirasse aduersus Christum Petri voce produntur. Sic & ad Hebræos habes, In caprinis pellibus ambulabant, sedti sunt, & leonum molas obstruxerunt: cum solus Elias meloten habuisset, Esaias seclusus esse, Daniel a leonibus intactus mansisse deoatur. Quàm execrabilis in facto iniquitas Iudæorum, vt quasi latronem crucifigerent omnium redemptorem! Bonus tamen in mysterio latro, qui insidiatus est diabolo, vt vasa eius auferret. Inde secundum Matthæum, currens vnus spongiam impleuit aceto, & dabat ei bibere: quod & bibit. Sic enim habes secundum Ioannem, Cum ergo accepisset Iesus acetum. Vinum verò cum felle mixtum non bibit. Sic enim habetur in Matthæo, Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum: & cum gustasset, noluit bibere. Acetum itaque bibit, vinum cum felle non bibit: non quia fel, sed quia admixta vino amaritudines recusantur. Nam amaritudines vitæ nostræ pro corporis vtique conditione suscepit. Denique ipse ait, Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto. Sinceritati namque non debuit amaritudo misceri, vt ostenderetur sine amaritudine immortalitas resurgentium futura. Quæ quoniam in vase coaceruat humano, edulcatur in Christo. Ergo acetum bibit, quod erat arundini impositum, hoc est, vitium cor-

Ibid.

Matth. 27. Ioan. 19. Marc. 15.

Ioan. 1. Matth. 27. Lucas. Marcus.

Ioan. 1.

Marc. 1.

Ioan. 19. Eph. 4. Ioan. 19.

Psal. 109.

Eph. 4.

Ioan. 19. Coloss. 2.

Esa. 9. Rem. 1.

Ioan. 8.

Ioan. 19.

Ioan. 18. Ioan. 1. 1. Cor. 11. Matth. 27.

Ephes. 3.

Ioan. 11. Matth. 27. Marc. 15.

Psal. 2.

Act. 4.

Hebr. 11.

4. Reg. 1. Dan. 6.

Marc. 15. Luc. 11. Matth. 27.

Ioan. 19.

Matth. 27.

Esa. 53. Psal. 68.

Matth. 27.

rupta per Adam immortalitatis absorbetur in calamo, vt de corpore aboleretur humano. Nos ergo vitia nostra per incuriam mentis corporisque concreta transfundamus in Christum, transfundamus per baptismum, vt crucifigamur in Christo, transfundamus per penitentiam, vt ab illo nobis vini sanguinisque cælestis incorrupta sinceritas refundatur. Denique vbi acetum bibit, secundum Ioannem dixit, Consummatum est: hoc est, consummata sunt omnia eo quòd assumptæ mortalitatis impletum esset omne mysteriū, & exhaustis omnibus vitiis, immortalitatis sola lætitia remansisset. Bene ergo ad consummata omnia, acetum bibitur, corruptio sinceritatis hauritur, vt omnia quæ vitata fuerant cruci affigerentur.

Erat autem hora ferè sexta: & tenebræ factæ sunt in vniuersam terram vsque in horam nonam. Et obscuratus est sol: & velum templi scissum est in medium. Et clamans voce magna Iesus, ait, Pater, in manus tuas commendo spiritum meum.

Pater, in manus tuas commendo spiritum meum. Et bene commendatur spiritus, qui seruatur. Quod enim commendatur, vtique non amittitur. Bonum ergo pignus est spiritus, bonum depositum. Vnde & ille ait, O Timothee bonum depositum custodi. Commendatur ergo patri spiritus. Et ideo ait, Quoniam nõ dereliques in inferno animam meam. Vide autem magnum mysterium. Nunc commendat in manibus patris spiritum suum, nunc in patris sinu sedet, quia totum alius non capit Christum. Denique ego, inquit, in patre, & pater in me. Commendatur ergo patri spiritus: sed cum sit in superioribus illuminat & inferna, vt vniuersa redimantur. Etenim Christus omnia, & in Christo omnia, licet in singulis operetur. Caro moritur vt resurgat, spiritus patri commendatur, vt cælestia quoque ab iniquitatis vinculo soluerentur, & pax fieret in cælo, quam terrena sequerentur.

Et hæc dicens, expirauit. Videns autem Centurio quod factum fuerat, glorificauit Deum, dicens, Verè hic homo iustus erat. Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua reuertebantur.

Et hæc dicens, expirauit. Et bene expirauit, qui non inuitus spiritum emisit. Vnde Matthæus ait, Emisit spiritum. Quod enim emittitur, voluntariū est: quod amittitur, necessarium. Propterea præmisit, Voce magna. In qua Dei professio gloriosa, vsque ad mortem se pro nostris descendisse peccatis annuntiat: (ergo nec ego etubescā fateri quod Christus nõ erubuit voce magna profiteri) vel euident manifestatio cõtestatis Dei secessionē diuinitatis & corporis. Sic enim habes alibi, Clamauit Iesus voce magna, dicens, Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti? Clamauit homo diuinitatis separatione mo-

Psal. 50.

2. Cor. 1.

2. Tim. 1.

Psal. 15.

Ioan. 1. Ioan. 14. Conc. Hispan. 2. c. 13.

Coloss. 3.

Matth. 27.

Ibid. Lib. 3. sentent. dist. 21. §. 1. pr. i. pr. i. d. i. a.



Matth. 27.

Hierem. 16.  
Matth. 27.

Hebr. 12.

2. Cor. 3.  
Matth. 27.

Eph. 4.  
Eph. 6.  
Eph. 1.  
1. Cor. 15.  
Coloss. 2.

Matth. 27.  
Ioan. 19.

1. Cor. 15.

Matth. 27.

riturus. Nam cum diuinitas mortis libera sit, utique mors esse non poterat, nisi vita discederet, quia vita diuinitas est. Quæ vero sequitur ex Matthæo, ostendunt quia propter impietatem hominum finis sæculi sit futurus. Itaque significatur per Domini passionem occasura præsentia, ut oriatur futura. Tenebræ igitur offusæ sunt oculis perfidorum, ut fidei lumen resfulgeret. Sol occidit sacrilegis vel refugit, ut funesti spectaculū sceleris obumbraret. Petræ scissæ sunt, ut per prærupta saxorum ostenderetur futurū, quoniam verbi vis pectorum dura penetraret, quò facilius ex cauis petrarū illi venatores quos Hieremias prædixit, Domino venarentur. Monumentorū autem resurrectioem significat mortuorum: quorū in aspectu fides, in processu typus, quòd in sanctā procedendo ciuitatem præsentium specie, declarabat in illa Hierusalem quæ in cælo est, futurum perenne diuerforium resurrectioem. Etiam velum scinditur, quo vel duorū populorum diuisio, vel mysteriorū synagogæ profanatio declaratur. Scinditur ergo velum vetus, ut Ecclesia noua fidei suæ vela suspendat. Synagogæ velamen aufertur, ut religionis interna mysteria reuelato mētis cernamus obtutu. Nos autem, quoniam trophæum iam videmus, & quòd currum suum triumphator ascendit; cōsideremus quòd non arborum trūcis, non quadriugis plaustrū manubias de mortali hoste quasitas, sed patibulo triumphali captiua de sæculo spolia suspendit. Non hīc gentes brachiis post terga reuinctis, nec excisarum vrbium imagines, oppidorūque captorum simulacra cernimus, aut submissa captiuorum regum colla miramur, qualis humanorū solet esse species triumphorum, nec victoriæ terminos regionis sine distinctos: sed ouantes populos nationum, quasitas nō ad supplicium, sed ad præmium, reges liberis affectibus adorantes, voluntariis vrbes studiis deditas, & in melius reformatas imagines oppidorum, quas nō fucus expresserit, sed deuotio colorarit; fidei arma, victoriarūque iura toto orbe currentia, captiuum principem mundi, & spiritalia nequitia: quæ sunt in cælestibus, obedientia imperio vocis humanæ; subditas dominationes, variarūque virtutum species non fericis sed moribus emicantes. fulget castitas, fides splēdet, & induta mortis exuuiis deuotio fortitudinis iam resurgit. Vnius Dei triumphus fecit omnes propè iam homines triumphatores. Solet quoque præcedere pompa victores: at verò currum Domini triumphalem præit bona pompa resurgentium defunctorū. Solet demum titulus subiugatarū gētium numerum designare. Scribitur autem & hic titulus. Sit in illis triumphis ordine quodā digesta miserabili deuictarum præuentium contumeliosa captiuitas nationum: hīc redēptarum gentium vernet gratia. Digni tanto triumpho iugales, ut cælum, terra, maria, inferna, corruptela mutantur in gratiā. Videns autem Centurio quod factum fuerat, glorificauit Deum. Centurio secundum Matthæum, Dei etiam filium quem crucifixeraut, cōfiteatur. O duriora saxis pectora Iudæorum! Finduntur petræ, sed illorum corda obdurantur. Iudex arguit, credit minister, proditor scelus suum voluntaria morte condemnat, elemēta fugiunt, terra concutitur, monumenta referantur:

Iudæorum tamen duritia toto orbe concusso manet immobilis. Stabant autem omnes noti eius à longè, & mulieres quæ securæ eum erant à Galilæa hæc videntes. Stabant autem & mulieres hæc videntes. Stabat & mater secundum Ioannem, quæ studio pietatis sua pericula posthabebat. Sed & Dominus pēdens in cruce, qui sua pericula contemnebat, pio matrem cōmendabat affectu. Quod non otiose Ioannes pluribus profecutus est. Alij enim mundū descripsere cōcūsum, cælum tenebris obductū, refugisse solem. Addiderūt Matthæus & Marcus, qui humana atque mortalia vberius profecuti sunt: Deus Deus meus respice in me, quare me dereliquisti? ut ad crucē Christi susceptionē peruenisse crederemus conditionis humanæ. Lucas autē competenter afferuit latroni veniam sacerdotali intercessione donatam, & Iudæis persequētibus eodē munere indulgentiā postulatā. Ioānes verò qui plenius diuina penetrauit mysteria, non immeritò laborauit, ut quæ Deū generauerat, mansisse eam virginē declararet. Solus ergo me docet, quod alij non docuerunt, quemadmodū in cruce positus appellauerit matrē, pluris putās quòd victor suppliciorum atq; pœnarū, victor diaboli, pietatis officia diuidebat, quā quòd d. regnū cælestē donabat. Nā si religiosum est quòd latroni venia donatur à Domino, multo religiosus quòd mater honoratur à filio. Nec præpostērū iudicetur, quòd prius latronis absolutioem quā matris appellationē scripsit. Qui enim venerat saluos facere peccatores, non absurdū si prius in meis scriptis susceptū munus in redimenda salute peccatoris impleuit. Denique ipse ait, Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Quia non venerat vocare iustos, sed peccatores. Sed ibi pro loco, hīc & in cruce nō immemor matris, appellat eam, dicens, Ecce filius tuus. Et Ioanni, Ecce mater tua. Testabatur de cruce Christus, & testamētum eius signabat Ioannes; dignus tanto testatore testis. Bonum testamētū nō pecuniæ, sed vitæ; quod non atramētō scribitur, sed spiritu Dei viuī. Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. Sed nec Maria minor quā ut matrē Christi decebat, fugientibus Apostolis ante crucē stabat, & piis spectabat oculis filij vulnera, quia expectabat nō pignoris mortem, sed mundi salutē. Aut fortasse quia cognouerat per filij mortē mundi redemptionem, aula regalis putabat se & sua morte publico muneri aliquid addituram. Sed Iesus non egebat adiutore ad omnium redemptionem, qui dixit, Factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber. Suscepit quidē matris affectū, sed nō quæsiuit hominis auxiliū. Habemus igitur pietatis magisterium. Doceat lectio quid maternus debeat affectus imitari, quid sequi reuerētia filiorum: ut illē se offerant in filiorū periculis, illis amplius sollicitudo materna quā suæ mortis mœstitia sit dolori. Quo loco vberimū testimoniū Mariæ virginitatis perhibetur. Neque enim abrogaretur vxor marito, cum scriptum sit, Quod Deus coniūxit, homo nō separet, sed quæ pro mysterio cōiugii prætexuit, cōpletis mysteriis iā cōiugio nō egebat. Aut si moralia sequimur, in mœrore castitas imperatur.

Ioan. 19.

Ibid.

Matth. 27.

Mar. 15.

Psalm. 21.

Luc. 23. sup.

Ioan. 19.

1. Tim. 1.

Matth. 12.

Luc. 5.

Ioan. 19.

2. Cor. 3.

Psalm. 44.

Matth. 26.

Ioan. 19.

Psalm. 87.

Matth. 19.

1. Tim. 5.

Ioan. 19.

Psalm. 15.

Ioan. 19.

1. Cor. 10.

Ioan. 19.

Ioan. 3.

Matth. 28.

Ioan. 19.

Coloss. 2.

2. Cor. 2.

Act. 10.

Ioan. 12.

Ioan. 19.

peratur. Mysticum tamen est quòd commendatur Ioanni inter ceteros iuniori: quod non otiosis auribus debemus accipere. Periculosa est enim mulieribus copula adolescentis, & species iuuetutis, ne qua fortasse curiosa exempli, incuriosa mysterij, quæ luxuriari in Christo cupiens, Mariam specie prætedat, non imitetur affectu, sicut vulgus nunc malè audit mulierum, relicto seniore marito ut iuniorem sequatur. Discat ergo Ecclesiæ hīc esse mysteriū, quæ populo seniori specie antè copulata, non vsu, posteaquam peperit verbum, & in corporibus ac mētibus hominum per fidem crucis & sepulturam Domini corporis seminavit, ex præcepto Dei societate populū iunioris elegit. Denique secundum Ioannē, Ad Iesum autem cum venissent, ut viderat eum iā mortuum, nō fregerunt eius crura, sed vnus militū lācea latus eius aperuit. Quæro ergo cur ante mortē non inueniamus esse percussum, post mortē inueniamus: nisi forte ut volutarius magis quam necessarius exitus eius fuisse doceatur, & ordinē mysticum nouerimus, quia non ante altaris sacramenta, quā bap-tismum, sed baptismum ante, sic poculum. Deinde ut aduertamus, quia licet corporis eius fuerit natura mortalis, licet qualitas similis, dissimilis tamen gratia. Nam vtique post mortem sanguis in nostris corporibus congelascit: de illo verò inquit Ioannes, Et continuo exiuit sanguis & aqua. Ex illo enim incorrupto licet corpore, sed defuncto, omnium vita manabat. Aqua enim & sanguis exiuit: illa quæ diluat, iste qui redimat. Bibamus ergo pretium nostrum, ut bibendo redimamur. Et ecce vir nomine Ioseph, qui erat decurio, vir bonus & iustus, hic non cōsenserat cō-filio & actibus eorum, ab Arimathæa ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipse regnū Dei. Hic accessit ad Pilatum, & petit corpus Iesu: & depositum inuoluit in sindone, & posuit eum in monumento exciso, in quo nondum quisquam positus fuerat. Et ecce vir nomine Ioseph, &c. Quid sibi etiam vult, quòd nō Apostoli, sed Ioseph & Nicodemus, ut Ioānes dicit, Christū sepeliunt: vnus iustus & constans, alter qui erat magister in Israël? Talis enim Christi est sepultura, quæ iustitiam magisteriūque habeat. Obstruitur igitur tergiuersandi locus, & domestico Iudæi testimonio reuincuntur. Nam si Apostoli sepelissent, dicerent vtique non sepultū, quem sepulcrum raptum esse dixerunt. Iustus autem Christi corpus operit sindone, innocens vngit vnguēto. Namque hæc non otiose distincta reperimus, quia iustitia vestit Ecclesiam, innocentia gratiā subministrat. Vestit ergo & tu Domini corpus gloria sua, ut & ipse sis iustus. Et si mortuum credis, operi tamen diuinitatis propriæ plenitudine. Vnge illud myrrina & aloë, ut bonus odor Christi sis. Bonū linteū misit Ioseph ille vir iustus, & fortasse illud quod Petrus vidit è cælo ad se esse demissum, in quo erāt genera quadrupedū & ferarum & volucrū, ad similitudinem gentiū figurata. Mystico igitur vnguēto illo pistico cōsepelitur Ecclesia, quæ diuersitate populorum fidei suæ communionē sociavit. De hoc Ioseph in Ioanne solo in-

uenio quòd occultus venerit ad Pilatū propter metum Iudæorū. Quomodo iustus latebrā periculi timore quæsiuit? Ego puto quòd ideo occultè petierit, ut corpus imperraret, non ut periculum caueret. Et tamen quid mirum si occultabatur iustus, quādo occultabantur & Apostoli iustorum magistrū? Veni & tu vel serò, vel nocte, vel quacumque hora: quandoquēque veneris, inuenies Iesum ad suscipiendum paratum, nec minorē serius venientibus mercedem pia largitate soluetem. Nam & qui sexta hora venit, non est mercede fraudatus: & qui vndecima, plenitudinem mercedis accepit. Sed etiā Nicodemus nocte venit. Nox erat, quia adhuc non erat resurrectio. Denique resurrexit Christus, & iustus ait, Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Hunc Ioseph iustum Lucas dixit, Matthæus diuitē. Et merito diues hoc loco dicitur, vbi corpus suscipit Christi. Suscipiendo enim diuitem, nesciuit fidei paupertatē. Diuites est ergo qui iustus est, iustus igitur sindone inuoluit, Israelita verò & diuersos miscet virtutū odores, & aloes mittit quasi libras centum, hoc est, perfectæ fidei quantitate. Et ligauerūt corpus Iesu iuxta consuetudinem specialem Iudæorum; non vtique nodis perfidiæ, sed fidei ligaturis. Et posuerit in orto: cui frequenter Ecclesia comparatur, quæ diuersorum habet poma meritorū, florēque virtutū. Nec otiosè alius monumentum nouum dixit, alius monumentum Ioseph. Non habebat igitur Christus tumulum suum. Etenim tumulus his paratur qui sub lege sunt mortis, victor mortis tumulū suum non habet. Quæ enim communi tumulo & Deo? Denique Ecclesiastes ait de eo qui meditatur in bonis: Et sepultura nō est illi. Specialis igitur præter communem omnium mortem mors Christi est, & ideo non cum aliis sepelitur, sed solus tumulo includitur. Omnia enim in similitudine hominū habuit incarnatio Domini, sed similitudo erat cum differentia. Natus est ex virgine similitudine generationis, dissimilitudine cōceptionis. Curabat ægros, sed imperabat. Aqua Ioānes baptizabat, hic spiritu. Et mors ergo Christi cōmunis secundū naturā corporis, specialis secundū virtutem. Quis autem est Ioseph, cuius in tumulo ponitur? Vtique ille iustus. Bene ergo Christus in monumento ponitur iusti, ut habeat filius hominis vbi caput suū reclinet, & iustitiæ habitatione requiescat. Bene autem nouo, secundum litteram quidē, ne alius suscitatus à perfidis diceretur. Mysticè verò quid possumus intelligere, nisi forte quia legimus, Sepulcrum patēs est guttur eorum? Ergo sepulcrum patens est guttur hominis, in quo perfidia letalis & mortua verba cōduntur, quod per vetustatem & incurionē aliquam bestiarū fatiscit & soluitur. Est ergo è contrario monumentum in secretis hominum, quod sibi in pectoribus duritiæ gentilis, penetrabili verbo iustus excidit, fidei atque doctrinæ operibus expoliti, ut prætenderet in nationibus virtus Christi. Cui pulcherrimè lapis admotus est, ne pateret. Quicumque enim in se bene humauerit Christum, diligenter custodiat, ne eum perdat, neve perfidiæ sit ingressus. Vides enim quia Petrus & Ioannes priores intrare meruerunt. Denique Ioannes ipse non antequam crederet, introiuit. Et bene in petra excisum dicitur, hoc est, in fidei firmamento, de qua veri

Ioan. 20.

Matth. 20.

Ioan. 3.

Rom. 13.

Matth. 27.

Ioan. 19.

Ibid.

Cant. 2. & 3.

Ioan. 19.

Matth. 27.

Ecl. 6.

Phil. 2.

Luc. 3.

Matth. 27.

Luc. 9.

Ioan. 19.

Psalm. 5.

Matth. 27.

Ioan. 20.

Matth. 27.

Deut. 32.

Israëlita dulcedinem mellis & oleum spiritale fuxerunt. Sepelierunt autem Christum iustus, & qui Deum videt. Non enim sepeliunt Christum, nisi qui Deum credunt.

Et dies erat Parasceues, & sabbatum illucescebat. Subsecuta autem mulieres quæ cum eo venerant de Galilæa, iuerunt ad monumentum, & viderunt quemadmodum positum erat corpus eius. & reuertentes parauerunt aromata & vnguenta, & sabbato quidem siluerunt secundum mandatum.

Deut. 5.

Luc. 23. sup. Luc. 4.

Quamuis mulieres à longè starent; sed quia religiosæ, locum diligenter obseruant, vt vnguenta afferant, & superfundant. Sollicitæ tamen & à monumento posteriores recedunt, & ad monumentum priores reuertuntur. Et si deest constantia, non deest diligentia. Sexus natat, deuotio calet.

CAPVT XXIII.

**M**ANE autè sabbati venerunt valdè tempore ad monumentum, portantes quæ parauerant aromata: & inuenerunt lapidem reuolutum à monumento. Et ingressæ, nõ inuenerunt corpus Domini Iesu. Et factum est, dum mente consternatæ essent de isto, ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. Cùm timerent autem, & declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas, Quid quæritis viuentem cum mortuis? Non est hîc, sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est vobis, cùm adhuc in Galilæa esset, dicēs, Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi, & die tertia resurgere. Et recordatæ sunt verborum eius. Et regressæ à monumento nuntiauerunt hæc omnia illis vndecim, & cæteris omnibus. Erat autem Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iacobi, & cæteræ quæ cum eis erant, quæ dicebant ad Apostolos hæc. Et visæ sunt ante illos sicut deliramentum verba ista, & non crediderunt illis. Petrus autè surgēs cucurrit ad monumentum, & procumbens vidit linteamina sola posita, & abiit, secū mirans quod factum fuerat.

Matth. 17.

Matth. 28. Ioan. 20. Matth. 16. Marc. 16.

Mane autem sabbati venerunt valdè tempore, &c. Denique resurrectionis tempore præstò sunt, & cùm viri fugerent, solæ tamen ab angelo ne timeant admonentur. Petrum euocat studio priores, sed posteriores fiducia. Denique ille sine metu aduenit, & constâter qui posterior venerat, primus ingreditur, quasi qui clausus regni vt aliis aperiret, acceperat. Terramotus autem fidelibus resurrectio est, imperitis metus. His, quia pigrum corpus à mortis sopore se commouet: illis, quia tremore corporis & terrena mobilitate turbati, à resurrectionis fide & credulitate desciscunt. Mane autem sabbati venerunt valdè tempore ad monumentum. Magna oritur hoc loco dubitatio. Nam et si non videntur Euangelistæ dixisse cõtraria,

tamen diuersa dixerunt. Siquidem hîc, Mane valdè tempore. Marcus, Valdè mane. Matthæus, Vespere sabbati. Ioannes, Prima sabbati cùm adhuc tenebræ essent, mulieres ad monumentum venisse dixerunt. Deinde hic duos viros, Marcus vnum iuuenem in albis sedentem, Matthæus vnum angelum, Ioannes duos angelos in albis sedentes viros esse memorant. Postremò, quod vix enodabile videatur, Ioannes scripsit dictum Mariæ Magdalene, Noli me tangere. nondum enim ascendi ad patrem meum: Matthæus occurrisse Dominum scripsit Mariæ Magdalene, & alteri Mariæ, & illas accessisse & tenuisse pedes eius, & adorasse, euidentissima descriptione digessit. Quomodo ergo soluendū, nisi quatuor Euangelistas de diuersis quatuor puteis dixisse tēporibus, vt & personas alias mulierum, & alias conuicias visiones? Denique alia cum vnguento prima sabbati veniunt, alia sine vnguento vespere sabbati. Istarum nomē exprimitur, illæ de Galilæa secuta Dominum designantur. Quo loco ne quem spinosæ interpretationis in fine offendat asperitas, vbi fauua fortè præsumpta sunt, æstimare iam nos complendi sermonis vela submittere, quoniam ad portū venimus: & nauis quæ cursu concito maria transiecit, vbi littori cœperit appropinquare, latentia cautium cursu perstringit infractò. Ergo ne tamquã inerti gubernatori in arenis littoris mihi hæreat sermo, tamquã vada cæca legã, tentandum prius iter quàm præcipitandū arbitror, quo minus rimosa nobis fatiscat oratio.

Ibid. Matth. 28. Ioan. 20.

Ibid. Matth. 28.

Ibid.

Deut. 5.

Ibid.

Ioan. 20.

Primum igitur illud spectandū, quid est quod scriptum est, Vespere autem sabbati quæ lucefcit in prima sabbati, resurrexisset Dominum? Sic enim habes, quia vespere sabbati venit Maria Magdalene & altera Maria videte sepulcrū. Et ecce terramotus factus est magnus. Non enim die sabbati, (nam siluerunt sabbato secundum mādaturum,) sed post sabbati diem, nocte vtique resurrexit. Denique quæ manè venerunt, licet valdè tempore, tamè iam Dominum resurrexisset cognouerūt. Sic igitur temperādum est, vt neq; manè dominica quæ est prima post sabbatū, neq; sabbato resurrectio facta credatur. Nā quomodo tridū cõpleretur? Nō ergo vespere scēte die, sed noctis vespere resurrexit. Denique Græcus serō dixit, hoc est, serō. Serò autem & horã in occasum diei, & cuiusque rei significat tarditatem: quomodo si dicas, Serò mihi suggestum est; id est, tardè. Serò venit is qui post præstitutum tempus aduenit; & licet manè venerit, serò est tamen, vbi agendi tempus emensum est. Est & serò tempus noctis profundæ: vt si dicas, Serò ad lucubrandum surrexi, id est, non vespertino tempore, sed profunda nocte surrexi. Vnde & mulieres ad monumentū accedendi habēt facultatem, iam vtique custodibus quiescētibus: & ipsi custodes terrētur amplius, quod vsuuenit somno excitis. Postremò etiã principes sacerdotū congregati cū senioribus, nocte id factū esse confirmāt, dicētes custodibus, Dicite, quia discipuli eius nocte venerūt, & furati sunt eū nobis dormiētibus. Ex tēpore enim quod à custodibus cõpererūt, argumentū fraudis arripit. Nā & Ioannes manè, cū adhuc tenebræ essent, Mariã Magdalena ad se & ad Petrū venisse significat, & tamè ignarã factę resurrectionis inducit. Nā vtique, si ad vespere scēte die facta esset, statim potuit

tuit innotescere. Manè est, & adhuc Petrus nescit, nescit Ioannes. Numquid patiebatur Dominus diutius torqueri discipulos suæ resurrectionis incertos, ad quos statim angelus Domini gestæ rei nuntias mulieres destinauit: Et vt scias nocte factum, mulieres alia nesciunt, alia sciunt: sciunt quæ obseruarunt noctibus & diebus, nesciunt quæ recesserunt. Nescit vna Maria Magdalene, secundum Ioannem; scit altera Maria Magdalene, secundum Matthæum. Nam eadem & antè scire, & postea nescire non potuit. Ergo si plures Mariæ, plures fortasse etiam Magdalene: cū illud personæ nomen sit, hoc locorum. Denique alteram esse cognosce. Illa permittitur pedes Domini tenere; tangere Dominum ista prohibetur. Illa angelum videre meruit, hæc primò quum venit, neminem vidit. Illa discipulis Dominum resurrexisset nūciauit, ista raptum esse significat. Illa gaudet, hæc plorat. Illi in gloria sua iam Christus occurrit, hæc adhuc mortuum quærit. Illa Dominum vidit & credidit, hæc non potuit agnoscere cū videret. Illa fideli adorabat spiritu, hæc dubio mœstificabatur affectu. Meritò nimirum prohibetur tangere Dominum. Non enim corporali tactu Christum, sed fide tangimus. Nondum enim, inquit, ascendi ad patrem meum: hoc est, nondum tibi ascendi, quæ viuentem cum mortuis quæris: & ideo ad fortiores mittitur, quorum credere discat exemplo, vt illi resurrectionem prædicent.

Ibid. Matth. 28.

Ibid. Ioan. 20. Matth. 28. Ioan. 20. Matth. 28.

Ioan. 20.

Ibid.

Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Hierusalem, nomine Emmaus. Et ipsi loquebantur adinuicem de his omnibus quæ acciderant. Et factum est, dum fabularentur & secum quærerent, & ipse Iesus appropinquans ibat cum illis: oculi autem illorum tenebantur ne eum agnoscerent. Et ait ad illos, Qui sunt hi sermones quos confertis adinuicem ambulantes, & estis tristes? Et respondens vnus cui nomen Cleophas, dixit ei, Tu solus peregrinus es in Hierusalem, & non cognouisti quæ facta sunt in illa his diebus? Quibus ille dixit, Quæ? Et dixerunt, De Iesu Nazareno, qui fuit vir Propheta, potens in opere & sermone coram Deo & omni populo. Et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum: nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel: & nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie quod hæc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex nostris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & non inuento corpore eius, venerunt dicētes se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicunt eum viuere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum, & ita inuenerunt, sicut mulieres dixerunt,

ipsum verò non inuenerunt. Sed & mulieres quædam ex nostris, &c. Sicut in principio mulier auctor culpæ viro fuit, vir executor erroris: ita nunc quæ mortem prior gustauerat, resurrectione prior vidit, culpæ ordine, & remedio prior. Et ne perpetui reatus apud viros opprobrium sustineret: quæ culpam viro transfuderat, transfudit & gratiam; veterisque lapsus compenfat ærumnam resurrectionis indicio. Per os mulieris mors antè processerat, per os mulieris vita reparatur. Sed quia constantia ad prædicandum inferior sexus, ad exequendum infirmior, viris euangelizandi mandatur officium. Nam sicut mulierum per Iesum non solum culpa soluitur, sed etiam multiplicatur gratia, vt pluribus suadeat quæ vnum antè deceperat: ita & vir, qui temerè antè crediderat, foeneratum munus recuperare debuit: vt qui sibi ipse fuerat ad credendum lubricus, fieret aliis ad prædicandum idoneus. Sed ad Ioanem reuertamur, & aduertamus ipsa verba mandati. Noli me tangere. nondum enim ascendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos, & dic eis, Ascendo ad patrem meum, & patrē vestrum: Deum meum, & Deum vestrum. Quomodo non ascendas Domine Iesu? Quemadmodum aberas, qui in manus patris commendaueras spiritum? Aut quando abesse potes, qui semper in patre es, cum patre semper? Denique ipse dixisti, Si descendero in infernum, ades. Si sumpsero pennas meas ante lucem, & habitē in extremo maris: etenim illuc manus tua deducet me. Aut quomodo ascēdis, qui vbique semper es? Descendisti quidem filius hominis, nec patri cū descenderes, abfuit: sed descendisti nobis, vt te oculis ac mentibus videremus, vt in te crederemus. Ergo & ascendisti nobis, vt te sequamur mētribus, quem oculis videre non possumus. Ascendisti Apostolis, quibus dixisti, Qui me videt, videt & patrem. Denique Ioanēs vbi te quæreret, sciuit. Apud patrem quæsiuit & reperit, & ideo ait, Et verbū erat apud Deum. Ascendisti & Paulo, qui non contētus solus te sequi, nos quoque docuit, quemadmodum te sequamur, & vbi te reperire possumus, dicens, Si ergo confurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est ad dexteram Dei sedens. Et ne oculorum magis hoc quàm animorum putarem officium, addidit, Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Ergo nõ supra terram, nec in terra, nec secundum carnem te quærere debemus, si volumus inuenire. Nunc enim secundum carnem iam non nouimus Christum. Denique Stephanus non supra terram quæsiuit, qui stantem te ad dexteram Dei vidit: Maria autem quæ quærebat in terra, tangere non potuit; Stephanus tetigit, quia quæsiuit in cælo. Stephanus inter Iudæos vidit absentem, Maria inter angelos non vidit præsentem. Sed quare non potuerit illa tangere, Euangelista ipse nos docuit; quia cū te videret, nesciebat quia tu esses. Sic enim habes, Conuersa est retrorsum, & vidit Iesum stantem, & nesciebat quia Iesus est. Meritò tangere non potuit, quæ videre non poterat: nam qui videt, tangit. Itaque quid interfit inter illam & hanc Mariam, scriptura distinguit. Illa occurrit, vt Iesum videat, hæc retrorsum conuertitur: illa salutatur, hæc redarguitur. Denique sic habes, Dicit ei Iesus,

Genes. 3.

Ecl. 25.

Gen. 3.

Ioan. 20.

Luc. 23. Ioan. 14.

Psal. 138.

Ioan. 14.

Ioan. 1.

Coloss. 3.

Ibid.

2. Cor. 5. Act. 7. Ioan. 20.

Ibid.

Matth. 27. Ioan. 20.

Ephes. 4.

Ioan. 20.

Ibid.

Ibid.

Coloss. 2.

Matth. 28.

Luc. 7.

Coloss. 3.

Ioan. 20.

Matth. 12.

1. Cor. 14.

1. Tim. 2.

Ioan. 20.

Mulier. Quæ non credit, mulier est, & adhuc corpo-  
rei sexus appellatione signatur. Nam quæ credit,  
occurrit in virum perfectum, in mensuram ætatis  
plenitudinis Christi, carens iam nomine sæculi, cor-  
poris sexu, lubrico iuuentutis, multiloquio senectutis.  
Dicit ergo Iesus, Mulier, quid ploras? Quasi dicat,  
Non lacrymas nudas Deus, sed fidem exigit.  
Bonæ lacrymæ, si Christum agnoscas. Quem quæris?  
inquit. Molimina enim sera Dominus damnat.  
Sed benè addidit, Quem quæris? non quòd iste dubitet  
quem requirat, sed quia illa quæ quærat, ignoret.  
Non enim Christum quærit, quæ putat raptum. H  
Adest Christum quemadmodum quæritur. Nescitur ergo  
qui quæritur, quando non agnoscitur cum videtur.  
Denique Christum videbat, & hortulanum putabat.  
Sic enim habes, Illa existimans quia hortulanus esset,  
dixit ei, Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi  
ubi posuisti eum, & ego eum tollam. Et si si fide  
incerta, tamen sermone non lubrica: & si hortulanum  
putauit, tamen Dei filium designauit: & si adhuc non  
credat, tamen affectat vt credat. Ipse enim corpus  
tulit, qui suscitauit. Ergo veniabilis error mulieris,  
quæ licet dubitare non debuit Christi corpus per  
gloriam resurrectionis assumptum, doceri tamen  
gestit à Christo, & fidem suam iam deuota promittit,  
vt & ipsa illud iā tollat è terris, & ad dexteram  
Dei quærat. Denique post hæc verba non mulier,  
sed iam Maria vocatur. Aliud est enim commune  
vulgi nomen, aliud speciale personæ Christi sequentis.  
Et ad discipulos, licet nondum arbitra, plenæ tamen  
fidei nuntia destinatur. Prohibetur autem tangere,  
quia nondum inhabitare in Christo corporaliter  
plenitudinem diuinitatis, sicut Paulus, acceperat  
nondum euacuauerat lubricum sæculi, carnis  
ambiguum: nondum vitam vixerat Christi. Denique  
ista nec adorat Dominum, nec pedes tenet, sicut  
illa Maria: in qua vtique non tam obsequium  
corporale, quàm plenæ fidei designatur affectus,  
quòd Christum & hominem & Deum credit. Deus  
est enim qui adoratur, homo autem qui tenetur.  
Non igitur tangi Dominus fastidit à femina,  
cuius & Maria pedes vnxit vnguento: nec tactum  
dedignatur, sed profectum docet: quia non omnes  
Christum possunt tangere resurgentem, quem teti-  
gerunt in hac vita & corpore commorantem. Qui  
vult Christum tangere, sua membra mortificet,  
& resurrecturo similis induat viscera misericordie,  
non ambigat renuntiare terrenis. Quid est igitur,  
Noli me tangere? Noli manum adhibere maioribus:  
sed vade ad fratres meos, hoc est, ad perfectiores.  
Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei qui  
in caelis est, ipse meus & frater, & soror, & mater  
est. Quia resurrectio non facile nisi à perfectioribus  
capi potest, fundatoribus huius fidei prerogatiua  
seruatur. Mulieribus autem docere in Ecclesia non  
permittitur, domi viros suos interroget. Ad eos ergo  
mittitur, qui domestici sunt: & accepit præscripta  
mandata. Nec fugit hoc loco sensisse quosdam ideo  
Christum noluisse tangi, quia nondum receperat  
typum quem commendauerat patri, quasi adhuc  
eum tangere non deberet. Ascendo ad patrem meum,  
& patrem vestrum; Deum meum, & Deum vestrum.  
Benè distinxit, quia mulieri loquebatur. Non enim

communis nobis natura cum Christo, nisi conditionis  
humanæ. Illi pater generatione propria, nobis  
adoptio voluntaria: illi per naturam, nobis per  
gratiam: illi Deus vnitate mysterij, nobis potestate  
caelesti. Dicit aliquis, Quomodo ergo Thomas cum  
adhuc non crederet, tetigit tamen Christum? Sed ille  
non de resurrectione Domini, sed de resurrectionis  
videtur qualitate dubitasse: & tactu suo debuit  
me docere, sicut docuit & Paulus. Oportet enim  
hoc corruptibile induere incorruptelâ, & hoc mor-  
tale induere immortalitatem, vt incredulus credat,  
& cunctator dubitare non possit. Facilius enim  
credimus quod videmus. Habuit autem admirandi  
causam Thomas, cum videret clausis omnibus per  
inuia septa corporibus inoffensa compage corpus  
insectum. Et ideo mirum quomodo se natura corporea  
per impenetrabile corpus infuderit, inuisibili aditu,  
visibili conspectu, tangi facilis, difficilis æstimari.

Et ipse dixit ad eos, O stulti & tardi corde  
ad credendum in omnibus quæ locuti sunt  
Propheta! Nónne hæc oportuit pati Christum,  
& ita intrare in gloriam suam? Et incipiens à  
Moysè & omnibus Prophetis, interpretabatur  
illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant.  
Et appropinquauerunt castello quòd ibant: &  
ipse se finxit longius ire. Et coegerunt illum,  
dicentes, Mane nobiscum, quoniam aduersperascit,  
& inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis.  
Et factum est, dum recumberet cum eis, accepit  
panem, & benedixit ac fregit, & porrigebat  
illis. Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt  
eum: & ipse euauit ex oculis eorum. Et dixerunt  
adinuicem, Nónne cor nostrum ardens erat in nobis,  
dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas?  
Et surgentes eadem hora regressi sunt in Hierusalem:  
& inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui  
cum illis erant, dicentes, Quòd surrexit Dominus  
verè, & apparuit Simoni. Et ipsi narrabant  
quæ gesta erant in via, & quomodo cognouerunt  
eum in fractione panis. Dum autem hæc loquuntur,  
ipse Iesus stetit in medio eorum, & dicit eis,  
Pax vobis: ego sum, nolite timere. Conturbati  
verò & conterriti æstimabant se spiritum videre.  
Et dixit eis, Quid turbati estis, & cogitationes  
ascendunt in corda vestra? Videte, ecce manus  
meas & pedes meos, quia ego sum ipse. Palpate,  
& videte, quia spiritus carnis & ossa non habet,  
sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset,  
ostendit eis manus & pedes. Adhuc autem illis  
non credentibus, & mirantibus præ gaudio,  
dixit, Habetis hîc aliquid quod manducetur?  
At illi obtulerunt ei partem piscis assi, & fauam  
mellis.

Ibid.

1. Cor. 15.

1. Cor. 15.

Ioan. 20.

Ephes. 1.

Ioan. 20.

Luc. 24. infr.

Ioan. 19.

Ioan. 20.

Ioan. 20.

Et cum manducasset coram eis, su-  
mens reliquias dedit eis, & dixit ad eos, Hæc  
sunt verba quæ locutus sum ad vos cum ad-  
huc essem vobiscum, quoniam necesse est im-  
pleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi,  
& Prophetis, & Psalmis de me.

Denique conturbati discipuli æstimabant se spi-  
ritum videre. Et ideo Dominus, vt speciem nobis  
resurrectionis ostenderet, Palpate (inquit) & videte,  
quia spiritus carnis & ossa non habet, sicut me videtis ha-  
bere. Non ergo per incorpoream naturam, sed per  
resurrectionis qualitatem, imperuia, vsu clausa pe-  
netrauit. Nam quod tangitur, corpus est, quod  
palpatur, corpus est: in corpore autem resurgemus.  
Semnatur enim corpus animale, surgit corpus spi-  
ritale. Sed illud subtilius, hoc crassius, vt pote ad-  
huc terrenæ labis qualitate concretum. Nam quo-  
modo non corpus, in quo manebant insignia vul-  
nerum, vestigia cicatricum, quæ Dominus palpan-  
da obtulit? In quo non solum fidè firmat, sed etiam  
deuotionem acuit, quòd vulnera suscepta pro  
nobis cælo inferre maluit, abolere noluit, vt Deo  
patri nostræ pretia libertatis ostenderet. Talem sibi  
pater ad dexteram locat, trophæum nostræ salutis  
amplectens, tales illic martyres nobis cicatricis suæ  
corona monstrauit. Et quoniam sermo huc noster  
euasit, consideremus qua gratia secundum Ioan-  
nem crediderint Apostoli, qui gauisi sunt: secundum  
Lucam quasi increduli redarguantur: ibi spiritum  
sanctum acceperint, hîc sedere in ciuitate iubeantur,  
quoadusque induantur virtute ex alto. Et videtur  
mihi ille quasi Apostolus maiora & altiora tetigisse,  
hic sequentia, & humanis proxima: hic historico  
vsu circuitu, ille compendio: quia & de illo dubi-  
tari non potest, qui testimonium perhibet de his  
quibus ipse interfuit, & verum est testimonium  
eius. Et ab hoc quoque, qui Euangelista esse me-  
ruit, vel negligentia, vel mendacij suspicionem  
æquum est propulsari. Et ideo verum putamus  
vtrumque, non sententiarum varietate, nec per-  
sonarum diuersitate distinctum. Nam etsi pri-  
mò Lucas eos non credidisse dicat, postea tamen  
credidisse demonstrat: & si prima consideremus,  
contraria sunt, si sequentia, certum est conuenire.  
Ipsa igitur scripturæ verba consideremus. Sic ait  
Ioannes, Et gauisi sunt discipuli viso Domino. Di-  
cit ergo his iterum, Pax vobis. sicut misit me pater,  
& ego mitto vos. Et cum hoc dixisset, insufflauit &  
dicit eis, Accipite spiritum sanctum. quorum remi-  
seritis peccata, remittuntur his, & quorum retine-  
ritis, retenta sunt. Lucas autem dicit, Et quomodo  
cognouerunt eum in fractione panis. Dum autem hæc loquun-  
tur, ipse stetit in medio eorum, & dicit eis, Pax  
vobis: ego sum, nolite timere. Conturbati verò &  
conterriti æstimabant se spiritum videre. Potest  
videri & hic plures fuisse: sed quia & resurrectionis  
die & serò, (nam aduersperascente iam die hi duo  
qui fuerant ingressi in castellum cum Domino, vbi  
ille se repente subduxit, eadem hora ad discipulos  
recessit produntur, quando Dominus palpandum se  
præbuit;) & secundum Ioannem serò die illa, vna  
sabbatorum in-

ducitur apparuisse discipulis, & vulnera obtulisse  
palpanda: ne quid ambiguitatis afferret, putauimus  
diligentius requirendum. Videtur enim separati-  
m se istis vndecim demonstrasse, sicut se Am-  
maoni & Cleopha seorsum iam vespere demon-  
strauerat: & quemadmodum isti duo, ita etiam vi-  
dentur illi vndecim ad confirmandos reliquos con-  
uenire potuisse. Denique conturbati sunt, vt habes  
secundum Lucam. Et ideo aperuit eis sensum, vt in-  
telligerent ea quæ scripta sunt. Hunc autem latius,  
illum succinctius scripsisse non dubium est. Quo-  
modo enim soli Cephæ visum dicerent, si ab omni-  
bus erat visus? Sed sicut ex mulieribus Maria, &  
alij Maria Magdalene, ita ex viris Petrus visus est  
primo mane. Et Paulus sic ait, Tradidi enim vobis in  
primis, quia Christus pro peccatis nostris mortuus  
est secundum scripturas, & quia sepultus est, & quia  
resurrexit tertia die secundum scripturas, & visus est  
Cephæ. Et ideo Marcus specialiter induxit iuuenem  
mandantem vt Petro & discipulis dicerent mulie-  
res, quia surrexit Dominus. Petrus ergo vidit  
solum Dominum. Deuotio enim parata semper &  
prompta credebat, & ideo studebat frequentiora  
fidei signa colligere. Alibi cum Ioanne, alibi solus,  
vbique tamen impiger currit, vbique aut solus, aut  
primus: non contentus vidisse quæ viderat, reperit  
intuenda: & quærendi Domini amore succensus, non  
satiatur videndo. Vidit solus, vidit cum vndecim,  
vidit cum septuaginta, vidit & quando Thomas  
credidit, vidit cum piscaretur: sed non vidisse  
contentus, impatiens desiderij, negligens captio-  
nis, immemor periculi, non tamen immemor reuerentia,  
vbi Dominum vidit in litore, veste se texit, serum  
æstimans si cum ceteris nauigio perueniret. Sic  
cum in mari Dominus ambularet, super vndas ma-  
ris naturæ suæ oblitus occurrit. Sic cum à ludæis  
Dominus teneretur, aduersum turbas gladium so-  
lus exeruit. Sic & nunc cum Dominus steterit in  
litore, periculoso compendio religiosum matura-  
uit obsequium. Non est igitur dubium credidisse  
Petrum, & credidisse quia dilexit, dilexisse quia  
credidit. Vnde & cõtristatur quia tertio interroga-  
tur, Amas me? Is enim interrogatur, de quo dubi-  
tatur: sed Dominus non dubitabat, qui interroga-  
bat non vt disceret, sed vt doceret quem eleuandum  
in cælum, amoris sui nobis velut vicarium relin-  
quebat. Sic enim habes, Simon Ioannis diligis me?  
Vtique tu scis Domine, quia amo te. Dicit ei Iesus,  
Pasce agnos meos. Bene conscius sui non ad tem-  
pus assumptum, sed iam dudum Deo cognitum Pe-  
trus testificatur affectum. Quis est enim alius, qui  
de se hoc facile profiteri possit? Et ideo quia so-  
lus profiteretur ex omnibus, omnibus antefertur.  
Maior enim omnibus charitas. Illud quoque dili-  
gentius intuendum, cur cum Dominus dixerit, Di-  
ligis me? ille responderit, Tu scis Domine, quia amo  
te. In quo videtur mihi dilectio habere animi cha-  
ritatem, amor quendam æstum conceptum corpo-  
ris ac mentis ardore: & Petrum opinor non solum  
animi, sed etiam corporis sui circa Dei cultum  
signare flagrantiam. Denique tertio Dominus non iâ,  
Diligis me? sed, Amas me? interrogauit: & iam non  
agnos, vt primò, quodam lacte pascendos, nec ouiculas,

1. Cor. 15.

Mar. 16.

Ioan. 20.

Ioan. 21.

Ibid.

Matth. 14.

Matth. 26.

Ioan. 21.

Ibid.

Ibid.

1. Cor. 13.

Ioan. 21.



Ibidem.

Galat. 5.

Luc. 22.

Matth. 26.

Ioan. 20.

Ioan. 20.

Esa. 55.

Psal. 15. & Osee. 6.

Esa. 62.

vt fecundò, sed oues pascere iubetur, perfectiores vt perfectior gubernaret. Et ideo quasi perfectò in omnibus, quem caro iam reuocare non posset à gloria passionis, corona decernitur. Cùm esses, inquit, iunior, cingebas te, & ambulabas vbi volebas: cùm autem senueris, extendes manus tuas, & alius te præcinget, & ducet quò tu non vis. Bona senectus, non vitæ longæuitate imbecilla ad vsum, sed maturitate virtutis ad martyrium præparata, quæ lasciuiam corporalium reprimat voluptatum, nec indulgeat cupiditatibus, dulcia quæque declinet, speciosa non appetat. Caro enim concupiscit aduersum spiritum, & transuersarios tramites gradiendi quæ velit, diuersarum sibi inuenit voluptatum. Bona verò mentis senectus, quæ non id quod suaue corpori, sed quod menti vtile putat, eligit: nec voluptario corporis rapitur appetitu, sed repugnandi moderamine quasi inuita reuocatur. Ergo & Petrus etsi paratus erat animo subire martyrium, tamen vbi periculum aduenit, constantiam mentis inflexit. Capit enim nos suauitate sui caelestis vñs muneris. Nam quis martyrium non eligeret, si libenter mori posset? Ergo & Petrus videtur nolle, sed parat vincere. Et quid mirum si Petrus nolit, cùm Dominus dicat, Pater, si fieri potest transfer à me calicem hunc: verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat? Denique post tentationem præsumptionis suæ Petrus iam non audet voluntatis perseverantiam polliceri, sed quasi ad solatium sui consortium quærì alterius. Tot igitur adducti virtutis exemplis Petrum credimus non potuisse dubitare. Ioannem quoque credidisse manifestum est, dum Saluatorem videret: qui iam tunc credit, posteaquam vacuè corporis vidit sepulcrum. Cur ergo Lucas inducit plures fuisse turbatos? Primò omnium, qui paucorum opinionem sententia maioris partis includit. Deinde quia etsi Petrus de resurrectione crediderat, turbari tamen potuit, cùm videret quòd se Dominus cū corpore in ea quæ vestibus obseratis & obstructis erant septa parietibus, prouisus infunderet. Lucas ergo historicè singula profecutus est: & ille sinè spectauit, hic feriem.

Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent ea quæ scripta sunt. & dixit eis, Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die: & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierosolyma. Vos autem testes estis horum. Et ego mittam promissum patris mei in vos: vos autem sedete in ciuitate quoadusque induamini virtute ex alto. Eduxit autem eos foras in Bethaniam: & eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cælum. Et ipsi adorantes regressi sunt in Hierusalem cum gaudio magno: & erant semper in tēplo laudates & benedicentes Deū. Amē.

Dicendo, Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent ea

quæ scripta sunt: & ipsi adorantes regressi sunt in Hierusalem cum gaudio: etiam Lucas discipulos credidisse proficitur. Spiritum autem sanctum vel illis vndecim quasi perfectioribus insufflauit, & reliquis postea tribuendum esse promittit: vel iisdem ibi insufflauit, hic spondet. Nec videtur esse contrarium, cùm diuisiones gratiarum sint. Alij enim datur sermo sapientiæ, alij autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alij fides in eodem spiritu, alij gratia curationum, alij genera linguarum. Ergo aliam insufflauit ibi operationem, hic aliam pollicetur. Ibi enim remittendorum gratia tributa est peccatorum, quod esse videtur augustius: & ideo insufflatur à Christo, vt credas spiritum Christi, & credas de Deo spiritum. Deus enim solus peccata dimittit. Lucas autem linguarum gratiam descripsit effusam. Denique ibi habes, Accipite spiritum sanctum: quorum remisistis peccata, remissa erunt. At verò in Actibus Apostolorum sic habes, Et repleti sunt omnes spiritu sancto, & cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis, Diuersitas autem visionum, frequentiam famulantium significat angelorum, iuxta quod Dominus ipse promiserat, dicens, Et videbitis Angelos descendentes & ascendentes ad filium hominis. Atque vtinam cùm Euangelij fine noster quoque sermo claudatur. Cur secundum Matthæum & Marcum mādāt discipulis, Præcedam vos in Galilæam, ibi me videbitis: secundum Lucam verò & Ioannem etiam intra conclaue obtulit se videndum? Et quidem quòd se videndum frequenter obtulerit, & plusquam quingentis fratribus, & Petro, & Iacobo, etiam apostolico probauimus testimonio. Et Lucas in Actibus Apostolorum docuit quòd discipulis manifestauerit se viuere post passionem suam, in multis argumentis apparens his, & disputans de regno Dei. Ergo quia sapius & diuersis apparuit, cùm in Galilæa quando sit visus, nequaquam præscriptum ac definitum tempus scriptura signauerit; in Hierusalem quando se obtulerit, & diem & horam expresserit, timidiore intra conclaue visitatur, fortiores ad montem conuenerunt. Denique intra conclaue ostiis clausis inducit Ioannes discipulos congregatos propter metum Iudæorum: quos non vndecim Lucas, sed plures scripsit fuisse. Istos autem Matthæus vndecim solos in Galilæa cōuenisse non siluit. Denique sic habes, Vndecim autem discipuli abierunt in Galilæam, in montem vbi constituerat illis Iesus, & videntes eum, adorauerunt, quidam autem dubitauerunt. Quibus docendi & baptizandi tribuit potestatem. Vndecim quoque discumbentibus discipulis & Marcus in fine apparuisse scribit, quando similiter prædicandi his per totum orbem mandat officium. Vnde hoc conuenientibus arbitror, quòd Dominus quidem mandauerit discipulis vt in Galilæa se videret; sed illis metu intra conclaue residentibus, primū se obtulisse, postea verò confirmatis animis vndecim illos Galilæam petisse. Vel certè (hoc quoque diligentibus scriptoribus placuisse reperio) nihil obstat si dicamus pauciores intra conclaue, in monte complures fuisse.

S. Ambrosij in Euangelium secundum Lucam Commentariorum finis.

SANCTI

SANCTI AMBROSII MEDIANENSIS EPISCOPI COMMENTARIA IN OMNES BEATI PAULI APOSTOLI EPISTOLAS. IN EPISTOLAM B. PAULI APOSTOLI AD ROMANOS PRO O E M I V M.

Rom. 16.  
Ibidem.  
Act. 15.  
Galat. 1.  
Galat. 2.  
Rom. 16.  
Act. 18.  
Rom. 14.  
Rom. 1.  
Ibid.  
Rom. 2.  
Rom. 3.  
Luc. 16.  
Rom. 3.  
Rom. 4. & 5.  
& deinceps.  
Matth. 19.  
Rom. 3.  
Rom. 10.  
Leuit. 15. & Exod. 13.  
Rom. 4.



RINCIPIA rerum prius requirenda sunt, vt earum notitia plenior possit haberi. Tunc enim facilius poterunt demum intelligi, cùm earum origines discantur. Si ergo epistola data rationem ostenderimus & modum, poterit verum videri quod dicimus. Constat enim temporibus Apostolorum Iudæos, propterea quòd sub regno Romano agerent, Romæ habitasse; ex quibus hi qui crediderant, tradiderunt Romanis, vt Christum profitentem, legem seruari. Romani autem audita fama virtutum Christi, faciles ad credendum fuerunt: sed male inducti, statim se correxerunt, utpote prudentes, & manserunt in eo. Igitur ex Iudæis credentes, & improbè sentientes de Christo, legem seruandam dicebant, quasi non esset in Christo salus plena. Ideo negat Apostolus illos spiritalem gratiam consecutos. Hi sunt qui & Galatas subuerterant, vt à traditione Apostoli recedentes, iudaizarent. Quibus ideo irascitur Apostolus, quia docti bene, facile fuerant traducti. Romanis autem irasci non debuit, sed laudare fidem illorum: quia nulla virtutum videntes insignia, susceperant fidem Christi, quamuis corrupto sensu. non enim plenè audierant mysterium crucis Christi. Præterea quibusdam de Iudæa in urbem Romam aduenientibus, sicut Priscilla & Aquila, de edenda carne, & non edenda quæstiones fiebant. Igitur quatuor modis scribit Romanis, (hi enim caput sunt omnium gentium, vt in his discant ceteri) arguens ab initio genus hominum, partim physica ratione, partim per legem. Primus modus est, quo se ostendit quis sit, cuius sit, & quid fuerit prius: quo & hæreses percutit. Secundus modus est, quo arguit Romanos quòd nature ratione non se subiecerint vni Deo; & quæ inhonestæ & turpia egerint, despecti ob hoc à Deo, vt gratulentur credentes. Tertius modus est, quòd datam legem spreuerunt: vnde anteponit Græcis Iudæos. Quartus modus est, quò docet Iudæos exorbitasse à lege & prophetis, in causa Christi similes factos gentibus, vt vtrique indigeant misericordia Dei, non per legem sperando salutem, sed per fidem Iesu Christi. Ceterum omni industria id agit, vt à lege eos tollat, quia lex & propheta vsque ad Ioannem; & in sola fide illos Christi constituat: & quasi contra legem Euangelium vindicat, non destruens legem, sed preferens Christianismum. Ostendit enim sic promissum Christum, vt illo adueniente lex cessaret: non tota, quia abbreviatio legis facta est, quæ compendio daret salutem. Multa enim veteribus tradita sunt propter duritiam cordis illorum, vt oneri essent: quæ misericordia Dei abbreviavit, data per Christum præteritorum remissione. Ingratus est ergo misericordia Dei, qui vult esse sub lege. Nam dixerat Moyses, Sic timentes facietis filios Israël, vt quacumque se verterent, legem haberent, vt sine solitudine omnino non essent. Vt igitur in Christo sine lege spem vitæ salutisque ponendam tradat, & ipsum esse Dominum omnium doceat, sic incipit.


\* \* \*

N ij

SANCTI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI IN EPIST. B. PAULI APOSTOLI ad Romanos Commentaria.

CAP. I.

PAVLVS seruus Christi Iesu.



VD veteres nostros occasione nomina imponebantur, vt Isaac propter risum, & Iacob propter calcaneum: ita & iste propter iniquitatem Saulus est nūcupatus. Postquam autem credidit, ex Saulo Paulum nūcupatum, hoc est, immutatum se dicit. Et quia Saulus secundum supradictum sensum, in quietudo seu tentatio interpretatur, hic cum ad fidem Christi accessit, Paulum se dicit: id est, quasi ex tentatore factum quietum, humilēque, vel paruulum, quia pax est fides nostra. Cum prius enim tentationes ex emulatione legis, hoc est, in quietudine Iudaismi, Dei seruis inferreret, post ipse tentationes passus est propter spem quam antē amore Iudaismi negarat. Seruus Christi Iesu. Seruum autem Christi Iesu se profitens, à lege se exutum ostendit. Et ideo vtrumque posuit, id est, & Iesu, & Christi: vt & Dei & hominis personā signaret, quia in vtroque est Dominus, sicut & Petrus Apostolus testatur, dicens, Hic est omnium Dominus. Quia ergo Dominus est, & Deus est, dicēte Dauid, Quia Dominus ipse est Deus: quod heresē negāt. Marcioni enim videtur odio legis Christum & corpus eius negare, Iesum profiteri: Iudæis autem & Photino propter zelum legis, Iesum negare quod Deus sit. Nam quotiescumque scriptura aut Iesum dicit aut Christum, aliquando Deum, aliquando hominem significat, sicut hoc loco inter cetera. Et vnus, inquit, Dominus Iesus, per quē omnia. quod vtiq; ad Dei filium pertinet, iuxta quod Deus est. Et alio loco, Iesus autem, inquit, proficiebat atate & sapientia. quod vtiq; homini competit.

Vocatus Apostolus, segregatus in Euangelium Dei. Propter quod Deum cognouit & fatetur, factus idoneus seruus, promotum se ostendit, dicens, Vocatus Apostolus, hoc est, à Domino missus ad res eius agendas. Per quod ostendit meritum habere apud Deum, qui seruit non legi, sed Christo. Dominus est enim filius etiam sabbati. Segregatus in Euangelium Dei. Euangelium Dei est bonum nuntium, quo peccatores ad indulgentiam conuocantur. Apostolus autem, quoniā in Iudaismo locum doctoris habebat, vt pote Phariseus, ideo à Iudaismi prædicatione segregatum se dicit in Euangelium Dei, vt à lege dissimulās, Christum prædicaret, qui quod lex non potuit, credentes in se iustificaret. Igitur si lex Dei data est per Moysen, & prædicatio nouæ legis, Dei est, quid est quod differt, vt à lege quam Deus dedit translaturus se dicat in Euangelium Dei? Sic est hoc, quomodo qui à secundo gradu accedit ad primum, vt à bono ad melius. Lex enim à Deo data est ad correctionem disciplinæ, Euangelium autem

Dei est, per quod mysteriū Dei manifestatur, quod latuit à sæculis in Deo; quod est Christus. Ad quod omnes inuitati apophoreta duplicia consequuntur. Remissam enim peccatorum accipiunt, & filij Dei fiunt, vt iam mori non possint secunda morte. Hinc est quod Dominus in Euangelio, Hæc est, inquit, vita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.

Quod antē promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis, de filio suo.

Vt probet ratam & integram fidem esse in Christo, iam prius Euangelium eius dicit à Deo promissum: & vt ex eo idoneum illum sponforem vitæ doceret, priusquam veniret, testimonium ei datum ostendit, paria testante Petro Apostolo: Nec enim aliud datum est, inquit, nomen sub celo, in quo oporteat nos saluos fieri. Per prophetas suos. Vt manifestius salutarem esse aduentum Christi significaret, etiam personas per quas promissionem signauerit, demonstrat, vt quā vera & magnifica sit promissio, ex his videretur. Nemo enim rem vilem magnis præcursoribus nuntiat. In scripturis sanctis. Hoc ad cumulum veræ protestationis adiecit, vt maiorem fiduciam credentibus faceret, & legem commendaret. Sanctæ enim sunt scripturæ, quæ & vitia damnant, & sacramentum illic vnus Dei, & incarnationis continetur filij Dei pro salute humana, testibus signorum prodigijs. De filio suo. Dignum fuit, vt quia Deus filium suum proprium mundo promittebat, per claros viros illum promitteret, vt ex iis quā potentissimus esset qui prædicabatur, posset sciri, vt scripturis sanctis aduentum eius futurum infereret, & falsum non posset videri, quod à sanctis prædicatum est scripturis.

Qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem.

Eum qui erat Dei filius secundum Spiritum sanctum, id est, secundum Deum, (quia Deus spiritus est, & sine dubio sanctus est) factum dicit iuxta carnem Dei filiū ex semine Dauid, iuxta illud, Et verbum caro factum est, vt iam vnus sit & Dei & hominis filius Christus Iesus; vt sicut verus Deus est, verus esset & homo. Verus autem non erit, nisi sit ex carne & anima. Qui enim ex æterno Dei filius erat, ignorabatur à creatura; dum vult autem manifestari pro humana salute, visibilis debuit & corporeus fieri, vnde & cognosci se voluit per virtutem, & hominem à peccatis abluere in carne, morte deuieta. Et ideo ex semine Dauid fit, vt sicut de Deo, Deus ante sæcula natus est, ita & secundum carnem ex rege ortum regium caperet, factus opere Spiritus sancti, de virgine natus; vt reuerentia ei referuata, ex hoc vltra hominem cognosceretur, quia ab humanæ legis natiuitate distaret, sicut prædictum fuerat ab Esaia propheta, Ecce virgo in vtero accipiet, &c. vt cum nouum factum videretur, ac laude dignum, prouidentia quædam Dei circa visitationem humani generis futura dignosceretur.

Qui prædestinatus est filius Dei in virtute, secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorū Iesu Christi domini nostri. Filium

Gen. 21. Genes. 25. Act. 9. Act. 22. Act. 26. Act. 10. Psal. 99. 1. Cor. 8. Luc. 2. Act. 22. Philip. 3. Math. 12. Luc. 4. Act. 23. Philip. 3. Rom. 8. Ioan. 1. Galat. 3.

Coloss. 1. Ephes. 1. Apoc. 2. Ioan. 17. Act. 4. 2. Tim. 3. Hebr. 2. Ioan. 4. Ioan. 1. Philip. 2. Psal. 109. 1. Cor. 15. Luc. 1. Esa. 7. Hierem. 7.

Psal. 84. Math. 27. Luc. 24. Ioan. 8. Ioan. 12. 1. Cor. 15. Math. 28. Ioan. 20. Marc. 16. Act. 17. Marc. 16. Ephes. 1. 1. Cor. 5.

Filium Dei dicens, patrem significauit Deum. Addito autem spiritu sanctificationis, ostendit mysterium Trinitatis. Hic ergo qui incarnatus quid esset latebat, tunc prædestinatus est secundum spiritum sanctificationis in virtute manifestari filius Dei, cum resurgit à mortuis, sicut scriptum est in Psalmo LXXXIII. Veritas de terra orta est. Omnis enim ambiguitas & dissidentia resurrectione eius calcata est, & compressa. Siquidem adhuc in cruce positum, Centurio videns magnalia, Dei filium confitetur. Nam & discipuli in morte eius dubitauerunt, dicente Cleopha in Emmaus, Nos putabamus quia ipse erat qui incipiebat liberare Israël. Et ipse Dominus ait, cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ipse ego sum. Et iterū, Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me. id est, tunc cognoscat omnium esse Dominus. Ideo autem non dixit ex resurrectione Iesu Christi, sed mortuorum, quia resurrectio Christi generalem tribuit resurrectionem. Hæc enim maior videtur virtus in Christo & victoria, vt ea potestate operaretur mortuus, qua operatus fuerat & viuus. Quo facto apparuit illulisse mortem, vt redimeret nos: vnde Dominum nostrum hunc vocat.

Per quem accepimus gratiam & apostolatam ad obediendum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius, in quibus estis & vos vocati Iesu Christi.

Post resurrectionē manifestatus filius Dei in virtute, gratiam dedit, iustificans peccatores, & Apostolos nominauit, quorū se hic loci dicit, vt Apostolatus cum gratia esset doni Dei, non sicut Iudæorum sunt Apostoli. A Deo ergo patre per Christum Dominum hanc acceperunt potestatem, vt vice Domini signis doctrinam dominicā acceptabilem facerent, & virtutē quam in Saluatore zelaretur perfidi Iudæi, hanc in seruis eius à turbis admirari vidētes, vehementius torquerentur. Testis enim doctrinæ virtus est, vt quia quod prædicatur, incredibile mundo est, gestis fieret credibile. Mittit igitur Apostolos, vt prædicaret fidem omnibus gentibus, vt obedirent, & saluaretur: vt donum Dei non iam solis Iudæis, verum etiam omnibus gentibus cōcessum videretur: & hanc esse Dei voluntatem, vt in Christo, & per Christum omnibus miseretur, vicariis eius prædicantibus. Pro nomine eius, hoc est, sicut alibi dicit, Pro quo legatione fungimur. In quibus estis & vos vocati Iesu Christi: hoc est, legatione nobis fungentibus in omnibus gentibus pro nomine Iesu Christi, inter quos estis & vos vocati, quia donum Dei omnibus missum est: vt cum audiunt se inter ceteros vocatos, scirent se sub lege agere non debere, quia sine lege Moyse susceperunt cetera gentes legem Christi.

Omnibus qui sunt Romæ, dilectis Dei, vocatis sanctis, gratia vobis & pax à Deo patre nostro, & domino Iesu Christo.

Quamuis Romanis scribat, illis tamen scribere se significat, qui in charitate Dei sunt. Qui sunt hi, nisi qui de Dei filio rectē sentiunt? Isti sancti sunt, & vocati dicuntur. Sub lege enim agentes, malē intelligunt Christum & iniuriam Deo patri faciunt, cum

an in Christo perfecta spes salutis sit, dubitant: ideo sancti non sunt, neque vocati dicuntur. Gratia vobis & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratia & pacem cum iis dicit esse qui rectē credūt. Gratia est, quia à peccatis absoluti sunt: pax verò, quia ex impijs reconciliati sunt creatori, sicut dicit Dominus, In quācumque domum introieritis, & receperint vos, dicite, Pax huic domui. Et vt sine Christo nullam esse pacem & spem doceret, adiecit, gratiam & pacē non solum à Deo patre esse, sed & à Christo Iesu. Deum patrem nostrum dicit propter originem, quia ab ipso sunt omnia: Christum autem Dominum dicit, quia eius sanguine redempti, facti sumus filij Dei.

Primum quidem gratias ago Deo meo per Iesum Christū pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiatur in vniuerso mundo.

Finita præfatione ante omnia gaudium suum esse testatur, vt pote gentium Apostolus, quod cum Romani regnarent in mūdo, subiecerint se fidei Christianæ, quæ prudentibus sæculi huius stulta videtur.

Cum ergo multa essent ex quibus gauderet in Romanis, (erant enim disciplinæ moralis, & boni operis cupidi, studiosique magis agēdi bene, quā sermonis, quod non longē est à religione diuina) in hoc tamen præcipuē se gaudere dicit, quia fides illorum in omni loco currebat, quamuis non secundum regulam ab auctoribus traditæ veritatis: tamē quia quod ab vno Deo erat, interposito Christi nomine ceeperant venerari, gratulatur, sciēs illos posse proficere. Per quod etiam charitatem suam circa illos ostendit, quando congaudet bono cōcepto illorum, & hortatur ad profectum. Gratias ergo agere se dicit Deo suo dumtaxat, quia adhuc illorū nō erat plenē, quia ex ipso est omnis paternitas: sed quia omnis dispositio salutis nostræ à Deo quidē sed per Christum est, non per legē, neque per aliquem prophetam, gratias quidem agere se dicit Deo, sed per Christum, quia fama fidei illorum erat profectus multorum; vt hoc ipsum ad Dei prouidentiam referat per Christum. Aut enim gaudebant roborati qui crediderāt ceteri, quia videbant principes suos fratres sibi factos in fide: aut certē qui non crediderant, poterāt credere horum exemplo. Facile enim facit inferior, quod fieri viderit à potiore.

Testis enim mihi est Deus, cui seruius in spiritu meo in Euangelio filij eius, quod sine intermissione memoriam vestri facio semper in orationibus meis.

Vt suadeat charitatem, Deum testem dat, cui seruit. Ad quem & precem pro his facit, non in lege seruendo, sed in Euangelio filij eius: hoc est, non in eo quod Moyses seruus tradidit, sed in eo quod filius dilectissimus docuit: vt quantum distat seruus à domino, tantum distet Euangelium à lege: non quod mala sit lex, sed quia melius est Euangelium. Deo itaque seruit in Euangelio filij eius, vt ostendat Dei esse voluntatem, vt credatur in Christum, cui & seruius. Quomodo? In spiritu meo, inquit, non in circumcissione manufacta, neque in neomeniis, & sabbato, & discretione escarū, sed in spiritu, id est,

Luc. 10. Rom. 11. Galat. 3. Ephes. 1. Philip. 1. 1. Tim. 2. 1. Cor. 1. Rom. 15. Ephes. 3. Heb. 3. Coloss. 2. Ioan. 4.

*Ephes. 6.* in mēte. Quia enim Deus spiritus est, spiritu vel animo potius debet illi serui. Cui enim animo seruitur, ex fide illi seruitur. Hæc & Dominus fatus est ad Samaritidem, putantem quod in monte adorari se Deus velit, dicens, Venit hora, & nunc est, quod veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Etenim pater tales querit, qui adorent eum. Spiritus est Deus. Adorantes ergo, in spiritu & veritate oportet adorare; vt non locus orationē commendet, sed deuotus animus: hoc est in veritate adorare in spiritu Deum spiritum & Christū, vnum ex quo omnia, & vnum per quem omnia. Hos querit adoratores pater. Memorem ergo se illorum in orationibus suis flagitat, vt seminet in illis charitatem. Facit enim illis desiderium sui. Quis enim non amet eum, quem audit memorem sui? Si enim ab iis qui missi non erant, libenter acceperunt doctrinam sub nomine Christi adulteratis verbis, quanto magis ab eo quem scirent esse Apostolum, & cuius verba comitaretur virtus, desiderarent audire?

Obssecrans si quo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei, veniendi ad vos.

Orationis suæ pro illis sensum ostendit, Deum enim se dicit petere, vt Romam veniret ad profectum illorum cum Dei voluntate, cuius prædicat donum. Tunc enim profectus adest, si quod agendum est, cum Dei voluntate agatur. Orat ergo vt quacunque ex causa iam detur occasio qua veniret ad urbem, quia occupatus erat aliis prædicando: sic prosperum iter reputans, si Deo volente veniret, quia prouida est Dei voluntas. Prosperum ergo iter est, non in cassum labore itineris subire. Hæc rogat vt Deus impleat, vocando illos ad suam gratiam. Audivit enim animi loquitur. Desiderat enim illos, sciens & illis & sibi prodesse, sicut alibi dicit, Quod est gaudium nostrum & corona? Nonne vos in aduentu Domini? Fructus enim Apostoli est vberior, si lucretur multos. Præterea manus gaudium est si potentes mudi conuertatur ad Deum: quia quanto inimici graues sunt, tanto magis reconciliari necessarii. Voluntati itaque eius sic occasio data est, vt coactus appellaret Cæsare, & dirigeretur ex alia causa urbem Romam, Deo volente, vt impleret propositum voluntatis suæ. Denique in naufragio posito adstitit Dominus, dicens, Noli timere Paule, sicut enim testificatus es de me Hierosolymis, ita & Romæ.

Desidero enim videre vos, vt gratiam spiritalem vobis administrem ad confirmandos vos: id est, simul consolari in vobis per eam quæ inuicem est, fidem vestram atque meam.

Confirmatio hæc tres personas requirit, aduentus Dei, administrantis Apostoli, accipientis populi. Nunc ergo desiderij sui voluntatem ostendit, quoniam esset voto circa illos. Cum enim dicit, *Vt gratiam spiritalem vobis administrem*, carnalem illos sensum affectus significat: quia sub nomine Christi non illa quæ Christus docuerat, fuerant affecti, sed ea quæ fuerat à Iudæis tradita. Se autem cupere ci-

tius venire, vt ab hac illos traditione abstraheret, & spiritale illis traderet donum, vt acquirat illos Deo: participes illos faciens gratiæ spiritualis, vt in professione & fide sua essent perfecti. Hinc datur intelligi, superius non fidem illorum laudasse, sed facilitatem & votum circa Christum. Christianos enim se profitentes, sub lege agebant simpliciter, sicut illis fuerat traditum. Nam misericordia Dei ad hoc data est, vt lex cessaret; quod sapientiam dixi: quia Deus consulens infirmitati humanæ, sola fide addita legi naturali hominum genus saluari decreuit.

Quid est quod cum scriptis illos corrigat, & à carnali sensu abstrahat, præsentiam sui necessariam dicat, vt gratiam illis spiritalem ministret, cum ea quæ scribit spiritualia sint? nisi quia aliter dicta ad aliud solent rapi, sicut ab hæreticis fit: ideo desiderat vt præfens doctrinam euangelicam sensu quo scribit, his tradat, ne sub auctoritate litterarum eius non auferretur error, sed firmaretur: quippe cum præfens quæ verbis suadere non poterat, suaderet virtute, vt magis illis proficiat aditis. *Id est, simul consolari in vobis per eam quæ inuicem est fidem vestram atque meam.* Consolari se dicit in illis, si apprehendant spiritualia: quia quamuis congaudeat fidei illorum, doleret tamen quia non recte acceperint fidem. Hoc affectu fuit Apostolus, vt aliena vitia quasi sua doleret. Ac per hoc consolemur, inquit, per vnam atque eandem fidem, vt tunc consolatio vna sit, si vnus fidei efficerentur in Christo, vt administratio gratiæ spiritualis euangelizante Apostolo hunc præstaret effectum.

Non autem arbitror ignorare vos fratres, quia sæpe proposui venire ad vos, & prohibitus sum vsque adhuc.

Propositum & votum suum ostendit, quod quidem scire illos non ambigit, per eos fratres qui ab Hierusalem vel confinibus ciuitatibus causa suæ religionis ad Urbem veniebāt, sicut Aquila & Priscilla, votum eius insinuantes Romanis. Cum autem sæpe vellet venire, & prohiberetur, sic factum est vt scriberet epistolam, ne diu in mala exercitatione detenti, non facile corrigerentur. Fratres autem eos vocat, non solum quia renati erant, sed & quia erant inter eos, licet pauci, qui recte sentirent. Vnde dixit, Vocatis sanctis. Quid tamen est, Vocatis sanctis? Si enim iam sancti sunt, quomodo vocantur vt sanctificentur? Sed hoc ad Dei pertinet præscientiam, quia quos scit Deus futuros sanctos, iam apud illum sancti sunt, & vocati permanent. Prohibitum tamen se dicit vsque ad tempus datæ epistolæ, à Deo utique, qui sciens adhuc imparatos illos, ad alias vrbes direxit Apostolum, quæ iam ad recipiendam veritatem essent capaces: quamuis enim sub nomine agerent Saluatoris, vitiis tamen prohibebantur carnalibus, ne digni iam essent addiscere spiritualia. Denique volentes aliquando in Bithyniam ire, prohibiti sunt à sancto Spiritu Paulus & Silas.

Cur, nisi scirent adhuc affectum deesse? Apud Corinthios autem commonetur Apostolus, dicente Domino, Loquere, ne taceris, quia populus mihi multus est in hac ciuitate. Non ergo otiosè prohibitum se dicit, sed & causas morarum discreuit, & hos

*Rom. 15.*  
*1. Cor. 8.*  
*Rom. 16.*  
*Rom. 15.*  
*Rom. 15.*  
*Rom. 15.*  
*1. Thess. 2.*  
*Act. 25.*  
*Act. 27.*  
*Act. 23.*  
*Act. 27.*  
*Rom. 16.*

*Rom. 15.*  
*Ibid.*  
*Rom. 16.*  
*Rom. 9.*  
*Rom. 15.*  
*Act. 18.*  
*Rom. 15.*  
*Rom. 1. sup.*  
*Rom. 8.*  
*Act. 16.*  
*Act. 18.*

& hos vt se præpararent adhortatus est: vt audientes sibi gratiam spiritalem ministrandam fore, dignos se efficerent, à vitiis carnalibus abstinentes, ad excipiendam eam.

Vt aliquem fructum habeam & in vobis, sicut & in cæteris gentibus. Græcis ac Barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum. Itaque quod in me est, promptus sum & vobis qui Romæ estis, euangelizare.

Pro utilitate communi cupidum se veniendi ad hos declarat, vt & hi salutem spiritalem gratiæ consequantur, ratam habentes fidei suæ professionem, & hic fructum habeat apud Deum ministerij sui, per quod laesisset illos ad fidem rectam, exemplo cæterarum gentium. Promptior enim fit quis ad rem sibi traditam, si illi multos videat assentiri. *Græcis & Barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum.* Debitorem se dicit horum quos memorat, quia ad hoc missus est, vt omnibus prædicaret: per quod etiā omnes significat debitores. Consiat enim creatorem Deum, ex quo omnia, & per quem omnia, & debitus honor est, & salus contentis. Græcos autem gentiles posuit, sed eos qui Romani dicantur siue natione, siue adoptione. Barbaros verò eos qui Romani non sunt, quorum genus aduersum est, & sunt etiam gentiles. Sapientes autem illos dixit, qui mundanis rationibus eruditi, sapientes vocantur in sæculo, dum autem siderum speculatores sunt, aut mensuris, aut numeris, aut arti grammaticæ student, aut rhetoricæ, aut musicæ. His omnibus ostendit nihil hæc prodesse, nec verè sapientes esse, nisi credant in Christum. Stultos verò hos dixit, qui simplicitatem sequentes, harum rerum imperiti sunt. His omnibus missum se prædicare testatur. De Iudæis autē tacuit, quia magister gentium est. Ac per hoc debitorem se profiteretur, quia ad hoc accepit doctrinam, vt tradat; & cum tradit, acquirat. *Itaque quod in me est, promptus sum & vobis qui Romæ estis, euangelizare.* Quamuis missum se prædicare omnibus dicat gentibus, proptum tamen se Romanis asserit tradere Euangelium gratiæ Dei, apud quos regni caput & sedes est. Ad mēbro- rum enim utilitatem vel requiem pertinet, si caput inquietum non fuerit. Ideo Romanorum pacem optat, vt non multum se iactet satanas, & vberiores fructus habeat operis sui.

Non enim erubescō Euangelium. Virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Iudæo primum, & Græco.

Hoc dicit illos tangit, à quibus acceperant non rectam fidem. Apostolorum enim doctrinam virtus commendabat, vt quia incredibile videbatur quod prædicabatur, signa & prodigia ab Apostolis facta, testimonio essent, non diffidendum de iis quæ ab illis dicebantur, in quibus tanta virtus inesset. Nulli enim dubium verba virtuti cedere, ac per hoc quoniam illorum nulla visa erant portenta, prædicatio illorum sine virtute Dei erat. Ideo que non se dicit erubescere Euangelium Dei, illos autem erubescere, quia quod illi tradiderant, in reprehensionem veniebat, nec quoquam testimonio firmabatur, & discordabat à doctrina apostolica. Virtus igitur Dei

est, quæ inuitat ad fidem, & dat salutem omni credenti, dum peccata donat, & iustificat, vt à secunda morte detineri non possit signatus mysterio crucis. Prædicatio enim crucis Christi indicium est mortis cuius, dicente Apostolo Ioanne, Ad hoc enim venit filius Dei, vt solueret opera diaboli, vt omnis credens non teneatur à morte, quia signum habet quod victa mors est. *Iudæo primum, & Græco.* Id est, huic qui ex genere Abraham, & huic qui ex gentibus. In Græco enim gentilem significat, in Iudæo verò cum qui ex genere sit Abraham. Nam Iudæi ex tempore Iudæ Machabæi dici cœperunt, qui in causa cladis restitit sacrilegijs gentium, & fiducia Dei collegit populum, & defendit genus suum. Fuit autem ex filiis Aaron. Quamuis ergo præponat Iudæum causā patrum, tamen similiter etiam ipsum indigere dicit dono Euangelij Christi. Si ergo & Iudæus non iustificatur nisi per fidem Christi Iesu, quid opus est esse sub lege?

Iustitia enim Dei reuelatur in eo ex fide in fidem, sicut scriptum est, Iustus autem ex fide viuuit.

Hoc dicit, quia in illo qui credit, siue Iudæus sit, siue Græcus, iustitia Dei reuelatur. Iustitiā Dei dicit qua gratis iustificat impium per fidem sine operibus legis, sicut alibi dicit, Vt in illo inueniar non habens meā iustitiam quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est. Quæ ex Deo est iustitia in fide, ipsam iustitiam dicit reuelari in Euangelio, dum donat homini fidem, per quam iustificetur. Ostenditur enim in eo veritas & iustitia Dei, dum credit & profitemur. Iustitia est Dei, quia quod promissit, dedit. Ideo credens hoc esse se consecutum quod promiserat Deus per prophetas suos, iustum Deum probat, & testis est iustitiæ eius. *Ex fide in fidem.* Quid aliud est, *ex fide in fidem*, nisi quia fides Dei est in eo quod promissit, & fides hominis, qui credit promittenti: vt ex fide Dei promittenti, in fide hominis credenti Dei iustitia reuelatur? In credente enim iustus Deus apparet: in eo autem qui non credit, iniustus videtur. Negat enim veracem Deum, qui non credit Deum dedisse quod promissit. Hoc contra Iudæos loquitur, qui negant hunc esse Christum, quem promissit Deus. *Sicut scriptum est, Iustus autem ex fide viuuit.* Propterea ad exemplum prophætæ Abacuc se conuertit, vt declaret olim ostensum, iustum ex fide, non ex lege viuere, hoc est, non iustificari hominem apud Deum per legem, sed per fidem. Vita enim ex fide non hæc præfens est, sed futura: quia iustus ex fide viuuit, sed apud Deum.

Reuelatur enim ira Dei de celo in omnem impietatem & iniustitiam hominum eorum qui veritatem Dei in iniustitia detinent: quia quod notum est Dei, manifestum est in illis. Deus enim illis manifestauit.

Sicut enim in illo qui credit, iustitia Dei reuelatur, sicut supra memorauimus, ita in eo qui non credit, impietas & iniustitia reuelatur. Ex ipsa enim cæli fabrica iratus illi Deus videtur. Idcirco enim tam pulchra astra condidit, vt ex iis quæ & quàm admirabilis creator eorum est, possit agnosci, & solus

*Rom. 15.*  
*1. Cor. 8.*  
*1. Cor. 2.*  
*2. Tim. 1.*  
*Act. 9.*  
*Rom. 16.*  
*Rom. 15.*

*Apoc. 2.*  
*1. Ioh. 3.*  
*1. Machab. 5.*  
*Rom. 3.*  
*Abac. 2.*  
*Philip. 3.*  
*Abac. 2.*  
*Psal. 18.*



*Pfal.* 18. adorari. Vnde scriptum est in Psalmo, Caeli enarrat gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum. Per naturalem ergo legem reum facit genus humanum. Potuerunt enim id per legem naturæ apprehendere, fabrica mundi testificante, auctorem Deum solum diligendum, quod Moyses litteris tradidit: sed impij facti sunt non colendo creatorem, & iniustitia in eis apparet, dum videntes dissimulant à veritate, non fatentes vnum Deum.

*Lib. 1. sent. dist. 3. §. nam sunt aut.* Quia quod notum est Dei, manifestum est in illis. Notitia Dei manifesta est ex mundi fabrica. Vt enim Deus, qui natura inuisibilis est, etiam visibilibus posset sciri, opus factum est ab eo, quod opificem visibilitate sua manifestaret, vt per certum incertum posset sciri: ac per hoc quod cæteris impossibilis est, ille esse Deus omnium crederetur, qui hoc opus fecit. Deus enim illis manifestauit. Manifestauit se Deus illis, dum opus fecit, per quod possit agnosci.

Inuisibilia enim eius à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur: sempiterna quoque eius virtus & diuinitas, vt sint inexcusabiles.

*Heb.* 11. Idem sensus est, quem repetit vt absolutius doceat: quia cum per se potentia & maiestas Dei creaturæ oculis aspici non possint, opere mundanæ fabricæ intellecta conspiciuntur. Hoc igitur genere reos facit eos qui sine lege vixerunt & naturæ & Moyfi. Consuetudine enim peccandi obruerunt legem naturæ, obliterando memoriam eius. Legem autem quæ ad reformationem data fuerat, recipere noluerunt, vt duplici modo obnoxij fierent damnationi. Sempiterna quoque eius virtus & diuinitas, vt sint inexcusabiles. Vt omnino excusari impietas non possit, adiecit etiam virtutem Dei, & diuinitatem sempiternam cognitam esse ab hominibus, sed stupore quodam hebetasse ad honorandum Deum, quem & esse, & operari ad vtilitatem sui non ignorarent. Ea enim quæ humanis visibus euoluto anno gignuntur, ipsum decreuisse, nulli in dubium venit. Aeterna ergo virtus Dei Christus est, per quem instituit quæ non erant, & manent in eo. Cuius si dudum persona agnita non est, opera tamen manifesta sunt. Diuinitas verò, qua in opere sibi decreto perdurant elementa rerum. Vt sint inexcusabiles. Multis enim modis qui reus conuincitur, excusari non potest.

Quoniam cum cognouissent Deum, non sicut Deum magnificauerunt, aut gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.

*Act.* 17. Vsq; adeo non ignorauerunt, vt faterentur vnū esse principium, à quo omnia initium sortita sint, caelestia & terrestria & inferna: & hunc vnum esse qui omnibus decreuerit proprietates & officia naturaliter: & hæc scientes non egerunt gratias. De anterioribus loquitur, vt præsentis & futuros corrigat. Sed euauerunt in cogitationibus suis. Euauerunt. Videntes enim mundum miro ornatu aptatum ab eo quem eius opificem cognouerant, dissimulauerunt. Et obscuratum est insipiens cor eorum. Nebula er-

roris texit cor illorū, quia cum creatorē ex iis quæ fecit pulchra, amplius honorificare debuerint, obtuli sunt relicto illo, hæc sola dicentes sibi sufficere ad culturam, quæ videntur. Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Sapientes enim se arbitrantur, quia rationes physicas inuestigasse se putant, scrutantes cursus siderum, & qualitates elementorum, Dominum autem horum spernentes, ideo stulti facti sunt: cum si hæc laudanda sint, quanto magis creator illorum? Solent tamen pudorem passi neglecti Dei, misera vti excusatione, dicentes per istos posse ire ad Deum, sicut per comites peruenitur ad regem. Age, numquid tam demens est aliquis, aut salutis suæ immemor, vt honorificentiam regis vendicat comiti, cum de hac re si qui etiam tractare fuerint inuenti, iure vt rei maiestatis damnentur? Et isti se non putant reos, qui honorem nominis Dei deserunt creaturæ, & relicto Domino conseruos adorant, quasi sit aliquid plus quod referretur Deo. Nam & ideo ad regem per tribunos aut comites itur, quia homo vtique est rex, & nescit quibus debeat rempublicam credere. Ad Deum autem, quem vtique nihil latet (omnium enim merita nouit) promerendum, suffragatore non opus est, sed mente deuota. Vbi cumque enim talis locutus fuerit ei, respondebit illi.

Et mutauerūt gloriam incorruptibilis Dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & serpentium.

Sic obcæcatum est cor illorum, vt maiestatem inuisibilis Dei, quem ex his factis agnouerant, non in homines, sed (quod peius est, & inexcusabile crimē) in similitudinem hominū mutarent, vt forma corruptibilis hominis Deus ab his vocetur, hoc est, simulacrum hominis: vt quos viuos hoc nomine donare non audent, mortuorum imagines in gloriam Dei recipiant. Quanta hebetudo, quanta stultitia, hos se sapientes appellare ad suam damnationem, apud quos plus potest imago quam veritas, & mortui potiores sunt viuis? A viuo enim Deo recedentes, mortuis fauent, in quorum numero sunt, sicut scriptum est, Mortalis fingit mortuum manibus iniquis. Et volucrum, & quadrupedum, & serpentium. His cumulat eorum hebetudinem, vt ultra stultitiam & vanitatem sint huiusmodi. Sic enim Dei maiestatem & gloriam minuerunt, vt horum quæ inimica & praua sunt similitudini, Dei honorificentiam darent. Primi enim Babylonij Deum vocauerunt figmētū Beli cuiusdam quondam hominis mortui, qui principatum in eos dicitur egisse. Coluerunt & serpentem draconem, quem occidit Daniel homo Dei, cuius similitudinem habent. Aegyptij autem colebant quadrupedem quam dicebant Apin, in similitudinem vaccæ: quod malum imitatus est Hieroboam, vaccas instituens in Samaria, quibus sacrificarent Iudæi: & volucres, quia Coracina sacra habent pagani. Harum tamen omnium rerum quas memorauimus, simulacra coluerunt Aegyptij, & alia quæ nunc dicere non est necesse. Hæc ab his facta sunt, qui se sapientes aestimauerunt in mundo. Quia enim inuisibilem Deum agnoscentes, non honora-

uerunt

uerunt eū ista faciendo, nec in iis quæ visibilia sunt, A sapere potuerunt. Difficile enim in maioribus prudens, in minoribus non sapit.

Propter quod tradidit illos Deus in desideria cordis illorum in immunditiam, vt contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis.

*Sap.* 13. Quoniam ad iniuriam creatoris Dei figmenta & similitudines rerum deificauerunt, traditi sunt illudendi, & traditi non vt illa agerent quæ volebant, sed vt illa perficerent quæ desiderabant. Et hinc bonitas Dei est, cum dignum fuisset subiici illos, vt facerent quæ volebant, & cruciarentur: quia licet bonum, si contra voluntatem fiat, amarum & malum est. Isti autem auertentes se à Deo, traditi sunt diabolo. Tradere autē est permittere, non incitare aut immittere: vt ea quæ in desideriis conceperant, adiuti à diabolo explerēt in opere. Nec enim possunt huiusmodi bonum cogitatum habere. Traditi ergo sunt in immunditiam, vt contumelijs afficiant corpora sua in semetipsis. Cum præterita recolit, etiam præsentis temporis mala significat: quia traduntur nunc vsque, vt contumelijs afficiant corpora sua. Originis enim illius nunc vsque sunt homines, qui dicuntur corpora sua dehonestare in inuicem. Cum cogitatio animæ sit in crimine, cur corpora dicuntur dehonestari, nisi quia macula corporis, indicium est peccati animæ? Cum enim corpus contaminatur, nemo ambigit animæ esse peccatum.

Qui commutauerunt veritatem Dei in mendacium, & coluerunt, & seruiuerunt creaturæ potiusquam creatori, qui est benedictus in sæcula. Amen.

Commutauerunt veritatem Dei in mendacium, dum nomen Dei, qui verus est, dederunt iis qui non sunt dii. Lapidibus enim, & lignis, vel cæteris metallis auferentes quod sunt, dant illis quod nō sunt. hoc est immutare verum in falsum. Non enim vocantur iam lapis aut lignū, sed Deus. & hoc est feruire potius creaturæ quam creatori. Non enim negant Deum, sed seruiunt creaturæ: quo non excusantur, sed accusantur magis, quia cognoscentes Deum, non honorant eum, qui est benedictus in sæcula. Amen. hoc est, verum. Deus verò, ait, benedictus in sæcula, quia permanet Deus: diis autem gentium ad tempus impietas dat honorem; ideo non est verū. In Deo autem manet veritas. Hanc benedictionem alio in loco filio Dei assignat, inter cætera dicens, Et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen. Vtraque ergo aut ad Christum pertinent, aut eadem dixit de filio, quæ & de patre.

Propterea tradidit illos Deus in passionem ignominie. Nam scemina eorum immutauerunt naturalem vsū, in eum vsū qui est contra naturam.

Hæc irato Deo propter idololatriam humano generi prouenisse testatur, vt mulier mulierem turpi desiderio ad vsū appeteret. Quod quidam aliter interpretantur, non percipientes vim dicti. Quid est enim immutare naturalem vsū, in eum vsū qui

est contra naturam, nisi naturali concessioque vsu taliter vt, vt vna atque eadem pars corporis vniuscuiusque inter se inuicē sexus aliter se ad vsū præbeat quam concessum est? Nam si illa est pars corporis quam putant, quomodo immutauerunt vsū naturæ, cum habeat huiusmodi vsū datum à natura? Superius iam dixerat traditos in immunditiam, non tamen qualitatem operis immunditiæ ipsius ostenderat: ideo nunc declarat.

Similiter autem & masculi relicto naturali vsu sceminae; exarserunt in desiderium sui in inuicem, masculi in masculos turpitudinem operantes, & mercedem, quam oportuit, erroris sui in semetipsis recipientes.

Nunc manifestauit quomodo quod superius de mulieribus dixit, intelligi debeat. Quando enim subiecit, Similiter & masculi exarserunt in desiderium sui: ostendit apertè peccatum mulierum. Nam non dixit de viris quod immutauerunt naturalem vsū in inuicem, quia huiusmodi vsus huic parti concessus non est, sed de sceminis. Et quid mirum, cum hodie tales mulieres reperiantur, vt sicut illud à viris, ita & hoc à mulieribus sit inuentum? Denique si mulieres inter se accusant, & viri similiter, manifestum est vt qui iam veritatem Dei immutauerunt in mendacium, immutarint & naturalem vsū in eum vsū per quem dehonestarentur, rei facti mortis secūda. Quoniam verò aliam legem dare non potest Sathanas, (nihil enim habet,) concessa & licita in alium ordinem versat, vt dum aliter fiunt quam concessa sunt, sint peccatum. Et mercedem, quam oportuit, erroris sui in semetipsis recipientes. Hanc dicit compensationem esse contempti Dei, id est, turpitudinē & contaminationē. Hæc est enim prima causa huius peccati. Quid enim peius, quid deterius hoc peccato? Quantum enim idololatria perimpium & grauissimum delictum est, tantum & compensatio eius horrenda, & perfordida passio est.

Et sicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum, vt faciant ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidijs, contentione, dolo, malignitate, susurrone, detractores, Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuectores malorum, parentibus non obsequentes, insipientes, incompósitos, sine intellectu, sine charitate.

Propter errorem simulacrorū traditi sunt ad turpia facienda in inuicem, sicut iam dictū est. Et quia impunitatem horum aestimauerunt, incuriosum Deum iudicantes, ac per hoc negligendum, hinc additum est, vt magis ac magis hebetati, ad omnia mala admittenda fierent promptiores: vt facta quæ hominibus non ambigerent displicere, Deum non crederent vindicare. Nunc enumerat omnia mala quæ illis superaddita sunt, vt vel sic conuersi ad naturalem intellectum, intelligerent irato Deo hæc sibi prouenisse. Repletos omni iniquitate. Hoc summa-

*Sap.* 13.

*Act.* 17.

*I. Cor.* 1. *Coloss.* 1.

*Heb.* 11.

*Lib. 1. sent. dist. 3. §. nam sunt aut.*

*Psal.* 18.

*Deut.* 6.

*Sap.* 15.

*Heb.* 4.

*Sap.* 13.

*Sap.* 15.

*Dan.* 14.

*2. Paral.* 13.

*Sap.* 13.

*Sap.* 9.

*I. Cor.* 8.

*Sap.* 15.

*Psal.* 101.

*Ioan.* 3.

*Rom.* 9.

*Sap.* 16.

*Apoc.* 2.

*Sap.* 14.

*Sap.* 2.

rim locutus est, & subiicit membra iniquitatis: *Mali-  
tia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenus inuidia, homici-  
cidis, contentione, dolo, malignitate, susurrone, detractores,  
Deo odibiles, contumeliosos, superbos, elatos, inuentores malo-  
rum, parentibus non obsequentes, insipientes, incompósitos, si-  
ne intellectu, sine charitate.* Caput iniquitatis malitiam  
dixit, cuius opus fornicationem posuit atque auariti-  
am. Hæc fornicatio habet in se & adulterium. Si  
enim dixisset, adulterio, videretur excusasse forni-  
cationem, sicut leges Romanæ: ideo quod minus  
est posuit, vt quod maius est, inultum non possit  
credi. Deinde adiecit, *nequitia*, cuius affectus inui-  
diam parit & homicidia, contentionem ac dolum.  
Post hæc subiicit, *malignitate*, quæ gignit susurratio-  
nes atque detractiones: & quoniam hæc Deo non  
displicere non possunt, ait, *Deo odibiles*: & quia nec  
hominibus placent, *contumeliosos*, inquit, *superbos, elat-  
os, inuentores* (id est auctores) *malorum*. Imitatores  
enim facti patris sui diaboli, idololatriæ malum in-  
uenerunt, per quod omnia vitia in mundo sunt na-  
ta, & perditio maxima. Nam diabolus, quem ab ini-  
tio scriptura peccare testatur, quamquam tyranni-  
cæ præsumptioni tudeat, non tamen id ausus est  
profiteri, vt dicat, Ego sum Deus. Denique inter  
cætera dicit ad Dominum, Hæc omnia mihi tradi-  
ta sunt: non dicit, A me sunt: vel, mea sunt. Et in li-  
bro Iob potestatem sibi dari exposcit. Quamobrem  
peiores isti sunt, qui non tantum elementis, sed &  
figmentis tribuunt deitatem. *Parentibus non obsequen-  
tes.* Quanta autem insolentia arrepti sunt, vt nec pa-  
rêtes suos, quos auctores in natiuitate habet, agno-  
scerent: qui que se natos gauderent, illos tamen per  
quos esse cœperant, contemnebant. hoc est esse *sine  
intellectu, sine charitate*, scilicet Dei. Nam erat inter il-  
los charitas carnis. Hi Dei iustitiam cognoscentes  
per legem naturæ, (scilicet enim hæc Deo displicere)  
in animo ponere noluerunt.

Qui cum iustitiam Dei cognouissent, non  
intellexerunt, quoniam qui hæc agunt, digni  
sunt morte: & nō solum faciunt ea, sed etiam  
consentiunt facientibus.

Vsq̄ ad eo iustitiam Dei cognouerunt, vt non  
negent quod hæc omnia quæ faciunt, pœna digna  
sunt & morte. Hæc omnia mala corpus est pecca-  
torum; cui mancipati, facti sunt potestatis eiusdem,  
vt faciant puniendâ. Hæc enim malorum causa à  
Sodomitis cœpta est offensione Dei, sicut suprâ di-  
ctum est, & in omnem propè partem mundi ramos  
suos extendit, iram Dei idololatriæ causa nuntians,  
quæ prima pars est erroris & impietatis, quam pri-  
mum condemnat, vt cum hæc emendata fuerint, *M*  
facile corrigantur & morum vitia. Sublato enim  
malitiæ semine, nequitia fructus arescunt. Non  
enim dat arbor fructus, cuius excisæ sunt radices.  
Nam ideo & Moyse Sodomæ & Gomorrhæ gesta  
memorauit, exitumque non tacuit, vt timorem po-  
neret huius rei vitandæ. Non ergo hoc vitium &  
contaminatio de honestatē vitæ ab eo admittitur,  
qui in animo cogitat Deum. Sunt quidam qui se  
reos non putant si non operentur quæ mala sunt,  
assentiant autem facientibus. Assentire est autem,  
si cum possit reprehendere, taceat; aut audiens has

fabulas aduletur. Sciens enim impurus & malignus  
non ignorari quæ agit, & minime se vitari, sed etiam  
honorari esse, gloriatur fore se talem: nec confundi  
potest in his, quando videt faueri sibi, & obsecun-  
dari ab iis qui non sunt tales: & isti ergo, vt qui fo-  
mitem præbeant delictis illorum, dignum est vt  
pari crimine rei habeantur. Sunt iterum alij qui  
non solum faciunt mala, sed etiam consentiunt fa-  
cientibus; hoc est, non solum faciunt, sed & talibus  
consentiunt. Duplex ergo horum est nequitia. Non  
enim tam mali sunt qui faciunt, & facientibus con-  
tradiciunt, facientes enim nefaria, illa vindicant.  
Illi verò tam nequissimi sunt qui faciunt, & con-  
sentiunt facientibus, vt nec Deum timeant, sed in-  
crescere cupientes mala, hæc minime vindicant, &  
suadent non illa esse vitanda.

**Q**UAPROPTER inexcusabilis es ô ho-  
mo omnis qui iudicas. In quo enim iu-  
dicas alterum, te ipsum condemnas, eadem  
enim agis qui iudicas.

Quoniam facientem maligna, & consentientem  
facientibus, morte dignos ostendit: ne forte hic qui  
facit, & non consentit facientibus, excusare se posse  
putaret, docet huiusmodi inexcusabilem fore. Non  
enim iustum est vt huic impune cedat, quia per hy-  
pocrisin ostendit se non talem, cum peior esse de-  
prehendatur. Fallit enim, vt dum puniendus sit, ho-  
nore dignus appareat.

Scimus autem quoniam iudicium Dei est  
secundum veritatem in eos qui talia agunt.

Hoc est, non ignoramus Deum iudicaturum de  
his in veritate, quando nos ipsi de his iudicamus. Si  
enim nobis displicent, quanto magis Deo, qui verè  
iustus est, & opus suum zelatur? In veritate ergo  
cum dicit iudicaturum Deum de his, terrorem in-  
cutit: vt quem perfidi incuriosum rerum humana-  
rum dicunt, iste malos secundum veritatem dicat  
iudicaturum, hoc est, verisimè reddere secundum  
mensuram vniuscuiusque, non parcere.

Existimas autem ô homo qui iudicas de  
iis qui talia agunt, & facis ea, quia tu effugies  
iudicium Dei?

Hoc est, numquid quia tibi examen datum est &  
potestas iudicandi de malis & stupris, eum eadem  
agas, & non est qui te ad præsens iudicet, effugies  
iudicium Dei? Non vtique: quia si iudicium Dei in  
mundo euasisti, quia omnis hæc potestas & iudiciū  
à Deo est, in futurum non euades. Per se enim iu-  
dicaturus est Deus, apud quē cessat adulatio & per-  
sonarum acceptio. Aut certè si iustum alicui vide-  
tur vt huiusmodi immunis à pœna sit, dicat. Quod  
si iustum est vt non euadat, credat Deum iudicatu-  
rum; vt & quod iustum esse iudicat, verum sit & im-  
pleatur, & Deum conditorem mundi prouidentem  
& curiosè operis sui merita requirere fateatur. Si  
enim fecit & negligit, malus opifex dicitur; quia per  
id quod negligit, non bona se fecisse quæ fecit,  
ostendit. Sed quia bona fecisse negari non potest,  
(indignum est enim & improbabile, bonum mala  
fecisse,) curam eorum neceffe est vt dicatur agere,  
quia

CAP. II.

Rom. 1.

Exod. 20.

Sap. 2.  
2. Petr. 2.

Rom. 13.  
Ait. 17.

Psal. 93.

Matth. 5.  
1. Reg. 2.

2. Petr. 3.

Sap. 5.

1. Tim. 3.

Prov. 18.

Sophon. 3.

Psal. 61.  
1. Petr. 4.

quia contumelia eius erit & accusatio, si bonorum  
à se factorum negligens inducatur; quippe cum eius  
nutu ac prouidentia vita ipsa sustentetur ministerio  
elementorum, sicut ipse Dominus dicit, Qui solem  
suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super  
iustos & iniustos. Qui ergo ista præstat, curam non  
agit vt conferuet quod fecit, vt amantes se remune-  
ret, spernetesque condemnet.

An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, &  
longanimitatis contemnis? ignorans quoniam  
bonitas Dei ad pœnitentiā te prouocat?

Hæc dicit vt non iam se putet euasisse, si illum bo-  
nitas Dei patitur diu peccantem; nec patientiam  
eius putet condemnandam, quasi non curantis res  
humanas: intelligat autè ideo à se dissimulari, quia  
non in hac vita iudicium Dei promissum est futu-  
rum, vt in ventura vita pœniteat illum iudicem  
Deum non credidisse. In pœna enim positus sine  
fructu pœnitebit, quia non credidit iudicium Dei  
quod videt verū. Neceffe est enim vt acrius emen-  
detur, immò pœnis perennibus torqueatur, quem  
patientia longanimitas non emendauit. Seuerissi-  
mè loquitur, sciens malignam mentem non posse  
nisi timore à vitiis facile reuocari.

Secundum duritiam autem tuam & im-  
pœnitens cor, thesaurizas tibi iram in die iræ  
& reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet  
singulis secundum opera sua.

Impunitatem sperans peccatorum, nō solum du-  
rat inconuertibilis & intractabilis manens, sed ad-  
huc acerbius peccat, securus quod non sit vltio fu-  
tura, cor habens impœnitens, ignorans quia iram  
sibi congregat in die iræ. Neceffe est enim seueriori  
pœna vt plectatur, immò flammis perennibus tor-  
queatur, qui longa Dei patientia nō solum se emen-  
dare noluit, sed adhuc addens ad cōtemptum exag-  
gerauit peccata. Dies iræ est peccatoribus, quo pu-  
nentur: ideo lapsis est ira, qui sentiunt pœnam in  
die reuelationis iusti iudicij Dei. Reuelabitur enim,  
id est, agnosceatur, quod modò futurum negatur:  
ideoque cum ostenditur quod non esse creditur, re-  
uelatur. His enim ostenditur qui negant, quia cre-  
dentibus manifestum est: vt consiteantur etiam in-  
iusti iustum iudicium Dei, cum singulis reddet se-  
cundum opera sua. Numquid non hæc fatebuntur  
iuste fieri, cum viderint mala inuicem facta vlcisci?

Iis qui secundum patientiam boni operis,  
gloriam & honorem, & incorruptionē, quæ-  
rentibus vitam æternam: iis verò qui ex con-  
tentione, & qui diffidunt veritati, credunt au-  
tem iniquitati, ira & indignatio, tribulatio &  
angustia.

Quoniam iudicium Dei iustum prædicauit, nunc  
quale bonis futurum est, declarat: his videlicet, qui  
patientiam Dei scientes, partim ad correctionem,  
partim ad maiorem vltionem non se corrigentium  
protelari, priorum operum pœnitentes, bene ver-  
santur, freti fiducia fidei, ne diu hinc positi damnum  
incurrant promissæ vitæ. Dabit ergo *gloriam & ho-  
norem*. Et ne non hoc valde magnum ad compara-

tionem præsentis vitæ videretur, quia & hinc glori-  
a si videntur & honorati, adiecit, *Et incorruptionem*. vt  
ex eo alia gloria & alter honor intelligeretur, quan-  
do incorruptio simul comitabitur. In præsentem enim  
honor vel gloria frequenter amittitur, quia corru-  
ptibilis est qui dat, & quod dat, & qui accipit: in die  
autem iudicij Dei incorruptibilis iam dabitur hon-  
or & gloria, vt sint tota vita æterna. Ipsa enim glo-  
rificabitur substantia, quadam immutatione meri-  
torum. Hi ergo quærunt vitam æternam, qui non  
solum bonæ professionis sunt, sed & vitæ. *Is verò*

*qui ex contentione, & qui diffidunt veritati.* Diffidentes  
de futuro Dei iudicio per Christum, ac per hoc &  
patientiam eius contemnes, contendunt eua-  
cuare illud, cum sit verum & stabile. *Credunt autem  
iniquitati.* Iniquitas est enim negare quod Deus fu-  
turum prædixit. *Ira, & indignatio, tribulatio & angu-  
stia.* Tria ergo alia ponit incredulitati condigna. Ira  
est enim non ei qui iudicat, sed illi qui iudicatur,  
dum fit reus. Irasci enim dicitur Deus, vt vindica-  
turus credatur: nam Dei natura ab his passionibus  
immunis est. Et vt non solum irasci, sed & vindicare  
credatur, adiecit, *Et indignatio*, quam addendo super  
iram, iniuriam suam Deum vindicaturum significat.  
*Tribulatio & angustia*, hoc est iterata angustia. Angu-  
stia verò sunt, quibus sententia constrictus tribula-  
bitur in pœna.

Super omnem animam hominis operantis  
malum, Iudæi primum & Græci: gloria au-  
tem & honor & pax omni operanti bonum,  
Iudæo primum, & Græco, non enim perso-  
narum acceptor est Deus.

In hoc opere non solum facta significat, sed &  
perfidia professionem. De incredulo enim dicit: &  
ideo super animam dixit, vt spiritalem pœnam in-  
telligas, non corporalem, quia anima inuisibilibus  
pœnis artabitur. *Iudæi primum, & Græci.* Semper Iu-  
dæum anteponit prærogatiua patrum, vt aut coro-  
netur primus, aut damnetur: quia credens honorifi-  
centior est propter Abraham, diffidens autem peius  
tractandus est, quia donum promissum patribus re-  
futauit. *Gloria autem & honor & pax omni operanti bo-  
num, Iudæo primum, & Græco.* Quemadmodum in-  
credulis tria pœnalia posuit, sic & fidelibus tria ma-  
gnifica, vt honorem habeant, quasi filij Dei; gloriam  
in immutatione, pacem verò eo quod bene viuen-  
tes quieti erūt in futuro, nulla perturbatione com-  
moti: quia omnis homo ab aduersario se abstinens,  
apud iudicem habet pacem. *Non enim personarum ac-  
ceptor est Deus.* Quoniam ostendit Iudæum siue Græ-  
cum non despici à Deo, si tamè credat in Christum,  
sed accepto ferri amobus iustitiam fidei, sic iterum  
non credentes pariter reos esse, quia magis obeit  
circumcisio sine fide, & proderit præputium per fi-  
dem; ac per hoc docet personarum acceptorem  
Deum non esse. Nec enim prærogatiua generis  
sequitur, vt diffidentem suscipiat causa patrum, aut  
credentem abiiciat à se propter indignitatem pa-  
rentum, sed vnumquemque proprio merito aut re-  
munerat aut condemnat.

Quicumque enim sine lege peccauerunt,

1. Cor. 9.  
1. Petr. 5.

Rom. 3.

Rom. 9.

Apo. 1.

Luc. 12.

Rom. 4.

Ephes. 6.

Matth. 3.

Ezech. 18.

Sap. 14.  
1. Ioan. 2.

Luc. 4.

Iob. 1.  
Sap. 13. &  
deinceps.

Rom. 6.

Sap. 14.

Genes. 19.

sine lege & peribunt: & quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.

Quomodo potest sine lege peccari, cum omnes simul subditi simus legi naturali? Sed de Moyfi lege dicit, cui Iudæi obnoxij sunt dum nõ credunt; nec non & gentiles, sed iam dudum, quia adiungere se illis noluerunt. Non credentes ergo gentiles, duplici genere fiunt rei, quia neque legi datæ per Moysen assenserunt, neque Christi gratiam receperunt: ideo dignum est vt percant. Igitur sicut qui sine lege peccat, peribit: ita & qui sine lege legem seruauerit, iustificabitur. Iustitiam naturaliter seruans, custos legis est. Si enim iusto non est lex posita, sed iniustis, qui nõ peccat, amicus legis est: huic sola fides deest, per quam fiat perfectus; quia nihil illi proderit apud Deum abstinere à contrarijs, nisi fidem in Deum acceperit vt sit iustus per vtraque; quia illa temporis iustitia est, hæc æternitatis. Et quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Quoniam Iudæi legem habent, in qua salus illis promissa est: non credentes, vel non recipientes promissum, per legem iudicabuntur sub qua vixerunt. Ipsa enim accusante pœnas exolunt. Nam propè grauior Iudæorum causa est apud eos ipsos quàm gentiliũ. Sicut enim credentes præferuntur, ita & cum diffidunt peiores inueniuntur. Plus enim displicet qui quod habuit amisit, quàm qui quod non sperauit, consequi non potuit. Iste enim non intrauit in regiam, ille foras missus est.

Non enim auditores legis iusti sunt apud Deum: sed factores legis iustificabuntur.

Hoc dicit, quia non hi iusti sunt qui audiunt legem, sed qui credunt in Christum quem lex promittit: & hoc est facere legem. Omnis autem non facit legem qui non credit legi, dum non recipit, cui lex testimonium perhibet. Qui autem in lege non videtur esse, quia incircumcisus est carne, credit autem in Christum, hic fecisse legem dicitur. Et ille qui se dicit in lege esse, id est Iudæus, auditor legis sit, non factor, quia non credit in Christum scriptum in lege, sicut dixit Philippus ad Nathanael, Quæ in lege scriptæ sunt Moyses & propheta, inuenimus Iesum.

Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt faciunt, hi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente ipsis conscientia ipsorum.

Gentes, Christianos dicit alio loco: Vobis enim dico gentibus, qui incircumcisi neque neomenias neque sabbatum neque escarum legem seruant, & duce natura credunt in Deum & Christum, id est, in patrem & filium. Hoc est enim legem seruare, Deum legis agnoscere. Primam enim sapientiæ pars hæc est, timere Deum patrem, ex quo sunt omnia, & Dominum Iesum filium eius, per quem sunt omnia. Ipsa ergo natura proprio iudicio creatorem suum agnoscit, non per legem, sed per rationem naturæ. opus enim opificem cernit in se. Hi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Idem sensus est, quia dum natura duce credunt, opus legis ostendunt non per litteram, sed per con-

scientiam. Opus autem legis est fides, quam cum dictis exhibet Deo, naturali iudicio ostendit semetipsum legem sibi esse: quia quod mandat lex, vltro facit vt credat in Christum. Testimonium reddente ipsis conscientia ipsorum. Teste interiore conscientia sua credunt, quia conscij sibi sunt conuenire sibi quod credunt. Congruum est enim creaturæ, credere & venerari suum conditorem. Nec absurdum est vt Dominum seruus agnoscat.

Et inter se cogitationibus inuicem accusantibus, aut etiam defendentibus in die qua iudicabit Deus occulta hominum, secundum Euangelium meum, per Iesum Christum Dominum nostrum.

Quoniam Iudæos diffidentes, per legem dixit iudicandos fore, (lex enim illos accusabit, quæ Christum illis promissit, quem venientem recipere noluerunt: ) gentes autem quæ legem vtiq; non habent, per conscientiam iudicabuntur, si credere noluerint; primum quidem accusatores erunt gentiles credentes non credentium gentilium, sicut Iudæis non credentibus dicit Dominus de discipulis suis, Ipsi iudices vestri erunt: quia perfidia Iudæorum iudicabitur fide Apostolorum, qui cum ex ipsis essent, illis diffidentibus, crediderunt. Deinde cogitationibus suis accusabuntur gentiles, si compuncti, creatoris fidem & virtutem noluerint suscipere, aut si stupore quodam alienati à via Dei non crediderint verbis & gestis dominicis, defendentes se conscientia in die iudicij, quæ non cogitauit se debere credere, & iudicetur non quasi maleuola, sed quasi ignoras: nõ tamen sine pœna futuros, quia id nõ licet ignorare. Gentes enim duplici genere significat, tam credentes quàm infidos. Superius enim de gentibus credentibus dicit. Post autem subiicit etiam de his gentibus quæ non credunt: vt sicut per conscientiam suam laudantur credentes, ita & per conscientiam suam accusentur diffidentes. Quamuis enim sibi videatur minimè reus qui non credidit, quia apud se tractare istud nõ potuit: ratione tamen conuincitur, quia non sibi suauit verum hoc esse quod & virtutum testimoniis viderat confirmari, & multos sequi. Puto etiam sic posse intelligi, si tota quæstio de gentibus non credentibus dixisse credatur, quia ait, Quid mihi de iis qui foris sunt, iudicare? Et, Qui non crediderit, iam iudicatus est. Et, Quia non resurgunt impij in iudicio. Sine lege enim peccantes, sine lege & peribunt, ac per hoc ante tribunal Christi stare non poterunt, & reddere causas, quia resurgentes ducentur ad gehennam. Illi enim quos dicit inuicem cogitationibus suis accusari aut defendi in die iudicij Dei, Christiani sunt ij qui discordant à catholica veritate, diuersa sentientes de Christo, aut de sensu legis in traditione Ecclesiæ, siue Cathaphrygæ, siue Nouatiani, siue Donatiani, aut cæteri heretici. Horum cogitationes inuicem se accusabunt in die iudicij. Si intellexit quis veram esse catholicam doctrinam, & ne videretur emendatus, sequi noluit, erubescens ab eo quod diu tenuit recedere, in die iudicij cogitatione sua accusabitur. Duæ etenim cogitationes in homine inuicem se accu-

Ioan. 5. Ioan. 1.

Matth. 12. Matth. 19.

Eph. 4.

1. Cor. 14.

1. Cor. 5. Ioan. 5. Psal. 1. Rom. 14. Marc. 9.

1. Tim. 1.

Matth. 22.

Deut. 18. Rom. 3.

Ioan. 1.

Coloss. 2.

Ecl. 1.

1. Cor. 8. Sap. 13.

se accusabunt, bona & mala. Bona accusabit malam, quia contradixit veritati: mala iterum accusabit bonam, quia non secuta est vt sensu: & per hoc constituitur reus qui cogitauit, sentiens bonam & veram esse Ecclesiam catholicam, & permanfit in hæresi vel schismate. Eius autem cogitationes se inuicem defendent, qui semper hoc cogitauit, putans vtile quod secutus est. Dicturus est enim, Semper in cogitationibus meis hoc putavi vtile quod secutus sum, hæc fuit fides mea. Hic, quamuis emendandus sit, quia tamen à conscientia sua non accusabitur in die iudicij, leuiorem habebit causam. Hoc modo iudicabuntur occulta hominum in die iudicij Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.

Si autem tu Iudæus cognominaris.

Cognomen Iudæi est, quia ex prærogatiua parentum est vt dicantur Israelitæ. Et tamen si totum velimus quod ad causam pertinet comprehendere, cognomen Iudæis tripartito genere deriuatum debemus aduertere. Primum quia filij sūt Abraham, qui ob fidei suæ meritum pater positus est cunctarum gentium. Deinde propter Iacob, qui augmentandæ fidei gratia Israel appellatus est. Cœpta enim patris dignitas nobilitatur in filiis. Tertio propter Iudam, sed magis propter Christum, qui ex Iuda ortus est secundum carnem, quia in Iuda hoc significatū est, quod futurum erat in Christo. Dictum est enim, Iudas erit dux vester: & Iuda, te collaudant fratres tui. Quæ laus data Iudæ non probatur, sed Christo, quæ omnes quotidie collaudant ij quos fratres suos dignatus est appellare. Ipse enim dixit mulieribus, Ite & dicite fratribus meis, quia præcedo vos in Galilæam. Quis enim non laudet eum, cuius beneficio viuunt? Apostolus ergo sub hac significatione, quæ posterior numero, sed perfectior merito est, totum voluit comprehendere: quod Iudæi non intelligentes, nomen sibi carnalis Iudæ defendunt.

Et requiescis in lege, & gloriaris in Deo, & nosti voluntatem eius, & probas vtiliora, instructus per legem, confidisti quæ te ipsum ducem esse cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ & veritatis in lege.

Non magnum valdè videri vult si Iudæus credat, quippe cum sit instructus per legem: periculosum autem valdè si non credat, ducem enim habet legem. Sed vt præponatur credens, merito facit patrum, quia quamuis aliquis per se floreat, erubescit tamen in suis. Confidisti quæ te ipsum ducem esse cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ & veritatis in lege. Vera sunt hæc, quia legis documentum hoc est, erudire imperitos, & Deo subicere profanos: vel idololatriæ cultura impios, promissione quæ facta est per legem, ad melioris spei fiduciam prouocare. Rectè ergo gloriatur in his legis doctor, quia formam tradit veritatis. Si autem non recipit eum quem lex promissit, frustra gloriatur de lege, cui iniuriam facit, dum Christum spernit promissum in le-

1. Cor. 4.

Gen. 17. Gen. 32. Hebr. 7.

Iudic. 20. Gen. 49.

Matth. 28.

1. Cor. 5.

Ioan. 5.

Psal. 1.

Rom. 14.

Marc. 9.

ge: & nec iam erit eruditore insipientium, nec magister infantium, nec lumen eorum qui in tenebris sunt, sed dux omnium horum ad perditionem.

Qui ergo alium doces, te ipsum non doces: qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis non mœchandum, mœcharis: qui execraris idola, sacrilegium facis: qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Deum inhonoras.

Qui ergo alium doces: hoc est, tu qui gentiles arguis quod sine lege & Deo sint, te ipsum non arguis. Diffidens enim de Christo in lege promisso, in eisdem quæ arguis, inueniris. Qui prædicas non furandum, furaris, hoc est; dum negas Christum in lege promissum, fidem eius per malam interpretationem subripis, facis enim quod prædicas fieri non debere. Qui dicis non mœchandum, mœcharis. Adulteras etiam legem, quando veritatem Christi tollis, & mœdaciū ponis. Vnde alio loco dicit, Adulterantes verbum Dei. Qui execraris idola, sacrilegium facis: Sacrilegus es, quando Christum quem lex & propheticus sermo Deum significat, negas. Dicit enim Esaias, Quia in te est Deus, & non est Deus præter te. Tu enim es Deus, & nesciebamus, Deus Israel saluator. Numquid Iudæi de Deo patre dicebant, Tu enim es Deus & nesciebamus: cum tota lex Dei prætoritatem prædicet, ex quo sunt omnia? Sed quia filius Dei semper quidem apparuit, latebat autem quis esset; cum post resurrectionem cognoscitur, dicitur ei in confessione, Tu enim es Deus, & nesciebamus. Et qui putabatur in lege tantum angelus; & dux exercitus Domini, quum intelligitur filius esse Dei, dicitur ei cum gratiarum actione, Tu enim es Deus, & nesciebamus. Per hoc ergo significat quia ipse esset qui apparuerat quidem patriarchis, & post incarnatus est, sed non fuerat intellectus ab hominibus. Qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Deum inhonoras. Præuaricator legis es, quando sensum legis qui de incarnatione & diuinitate Christi est, præteris: & Deum inhonoras, dum testimonium eius quod dedit de filio suo, non recipis. Ipse enim dixit, Hic est filius meus dilectus.

Nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes, sicut scriptum est.

Hoc dixit Esaias propheta, quia Dei nomen blasphematur inter gentes, quando Iudæos pro noxijs suis traditos sibi non aduertebant, sed idolis suis dabant glorias, quasi Iudæorum Deum vicissent in Iudæis. Ita tempore Apostolorum Dei nomē blasphemabatur in Christo, quia Iudæi Christum Deum negando, blasphemabant & patrem, sicut dicit Dominus, Qui me recipit, non me recipit, sed eum qui me misit. Et ideo inter gentes blasphemabatur, quia credentibus gentilibus Iudæi suadere nitentur Christum Deum non credendum, vt blasphemia gentium à Iudæis vel Photini auctoribus sit profecta.

Circumcisio quidem prodest, si legem obserues. Si autem præuaricator legis sis, circumcisio tua præputium facta est.

Deut. 18.

Ephes. 2.

2. Corin. 2.

Act. 10.

Esa. 45.

2. Cor. 5.

Esa. 45.

Gen. 32.

1. Tim. 3.

1. Tim. 3.

Matth. 3. et 17.

Esa. 52.

Exod. 32.

Luc. 9.



Potest dici econtrà, Si prodest circumcisio, cur prætermittitur? Sed tunc prodest si legem obserues. Tenenda ergo circumcisio est: & vt possit prodesse, seruanda est lex. Quid ergo prohibuit quod prodesse, si lex seruetur, ostendit? Videtur ergo malè prohibitum quod non per se displicet, sed per alterius negligentiam frustrari dicitur. *Si autem præuicator legis sis, circumcisio tua præputium factu est.* Hoc est quod dicit, quia si lex seruata non fuerit, Iudæus gentilis efficitur. Sed circumcisione pro genere posuit Abraham, quia ex Abraham circumcisio, nec enim poterat ædificare quæ destruxerat. Hoc enim ait, vt doceat tunc prodesse ex genere Abraham esse, si lex seruetur; id est, si in Christum credatur, qui promissus est Abraham: quia & suum meritum habent iustificati per fidem, & honore patrû sublimantur. Omnis enim salus in lege, de Christo est. Hic ergo seruat legem qui credit in Christo. Si autem non credit, transgressor est legis, quia nõ recipit Christum quem lex ad iustificationem venturum cecinit, quam ipsa dare non potuit: & nihil illi proderit dici filium Abraham, quia hic secundum meritum filius est Abraham, qui fidem sequitur; per quam dignus Deo exitit Abraham. Vnde ait, *Circumcisio tua præputium factu est.* id est, gentili similis factus es non credens in eum qui in signo circumcisionis promissus est Abraham.

Si igitur præputiû iustitias legis custodiat, nõne præputiû illius in circumcisionem reputabitur? & iudicabit quod ex natura est præputium, legem perficiens, te, qui per litterã & circumcisionem præuicator es legis?

Iustitia legis fides est Christiana, sicut aliõ loco dicit, Finis legis Christus, ad iustitiam omni credenti. Ideo manifestum est quia si gentilis credat in Christum, sit filius Abraham, qui pater est fidei. *Et iudicabit quod ex natura est præputium, legem perficiens, te, qui per litteram & circumcisionem præuicator es legis.* Credens gentilis duce natura in Christum, condemnat Iudæum, cui lex promiserat Christum, & aduenienti ei credere noluit. Quanto ergo gentilis maiori dignus est gloria, qui per solam naturam intellexit auctorem, sicut dicit Petrus Apostolus, Auctorem verò vitæ interfecistis: tanto magis Iudæus puniendus est, qui neque per naturam, neque per legem Christum agnouit auctorem.

Non enim qui in manifesto, Iudæus est, nec quæ palam, in carne, est circumcisio; sed qui in occulto, Iudæus est: & circumcisio cordis in spiritu, non littera: cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est.

Non est obscurum, circumcisionem carnis laudem non habere apud Deum: (nec enim Abraham ideo iustificatus est quia circumcisus; sed quia credidit iustificatus est, postea autem circumcisus est.) cordis autem circumcisionem laudabilem apud Deum esse. Circumcidere enim cor, amputato errore, agnoscere est creatorem. Et quia circumcisio cordis futura erat, primus Moyses dixit, Circumcidetis duritiã cordis vestri. Et Hieremias similiter,

Circumcidite præputiû cordis vestri. Hoc dixit Iudæis idola sequentibus. Velamen est enim circa cor quod conuersus ad Deum circumcidit, quia fides aufert nebulã erroris, & tribuit perfectam Dei cognitionem in mysterio Trinitatis, quod incognitum erat à sæculis. Huius ergo circumcisionis laus ex Deo est, occulta nominibus. Cordis enim meritum est quod aspicit Deus, nõ carnis. Nam Iudæorum laus ex hominibus est. Gloriatur enim in carnis circumcisione quod ex patribus sit. Vnde in alia epistola inter cetera ait, Et gloria in pudendis eorum qui terrena sapiunt; hoc est, qui circumcisionem carnis gloriam putat. Terrena enim sapit qui in carne gloriatur: qui verò in spiritu gloriatur, huius laus ex Deo est. Spiritu enim non carne creditur.

**Q**uid ergo amplius est Iudæo? aut quæ utilitas circumcisionis? Multum per omnem modum. Primum quidem quia crediti sunt illis eloquia Dei.

Quamquam multa sint quæ ad honorificentiam & meritum pertineant seminis Abraham, hoc tamen solum apertè memorat, quia maxima laudis eorum est, vt legem per quam addiscerent rectum à peruerso distinguere, digni iudicarentur accipere, vt post hoc primû cetera qualia sint, possint intelligi. Quoniam autè Iudæis carnalibus, id est incredulis, nihil proficere testimonium generis ostendit, ne omnes, id est, & credentes & non credentes malè tractasse videretur, docet multum vtile esse Iudæis credentibus, quia filij sunt Abraham. His enim eloquia Dei sunt credita, dum legem quæ peccatis hominum obsoleuerat, quasi impunè peccaretur apud Deum, merito patrum reformatã accipiunt, & populus Dei vocatur. Ægyptus quoque propter iniurias illorum diuersis plagis percutitur: cælesti pane cibantur, omnibus gentibus terrori sunt, testante hoc Rhaab meretrice: quibus etiam Christus saluator ad sanctificationem promissus est. Ideo ait multum vtile Iudæis per omnem modum, quia filij sunt Abraham. Anteponuntur enim gentibus, sed qui credunt.

Quid enim, si quidam illorum non crediderunt? Numquid incredulitas illorum fidem Dei euacuabit? Absit.

*Absit:* quasi dicat, Quia aliqui Iudæorum credere noluerunt quæ Deus promissit filiis Abraham, idcirco præiudicabitur cæteris Iudæis ne digni dicantur accipere quod Deus promissit fidelibus? Nõ, inquit: quippe cum sic facta sit promissio, vt credentibus proficeret. Igitur non indignatus Deus propter illorum perfidiam, id est Iudæorum, dabit reliquis credentibus vitam æternam, quam promissit futuram per fidem Christi: quia qui non crediderunt, ipsi se indignos fecerunt sine præiudicio cæterorû. His dictis commendat credentes Iudæos, quia nihil obest eis quia multi ex illis credere noluerunt.

Est autem Deus verax, omnis autem homo mendax, sicut scriptu est, Vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Vt firmaret quod supra dixit, quod Deus in promissione sua fidelis est, & omnis homo mendax, exemplum

2. Cor. 3.  
Coloss. 1.  
1. Reg. 16.  
Ioan. 7.  
Philip. 3.  
Rom. 10.

CAP. III.

Deut. 4.

Matth. 3.

Deut. 7.

Exod. 10.

Exod. 16.

Ios. 2.

Rom. 9.

Num. 14.

Psal. 115.

Psal. 50.

Num. 23.

plum propheticu subdidit ex Psalmo quinquagesimo, quo & Deû verbis suis iustificari, & hominẽ mendacẽ incredulitatis causa signauit. Vtrumque enim legitur in libro Psalmoꝝ, quia Deus iustus & verax est, & omnis homo mendax. Mendacem hominem dicit, dum non credit quod promissit Deus. Negans enim daturum Deum quod promissit, mendax est; & dum ipse mendax est, multis ex causis Deum mendacem pronuntiat, quando promissis eius non credit. Igitur omnem hominem mendacem dicit qui diffidens est de promissis Dei. Maximè tamen hoc ad Iudæos pertinet, quorû causa tractat hoc loco Apostolus, qui videntes Christum negauerunt hunc esse quem promissit Deus, ac per hoc mendaces pronuntiantur. Deus autem verax est, quia misit Christum sicut promissit: & sic vincit cum iudicatur, quia dabit quod daturus negatur. Dum enim non ei creditur, mendax iudicatur. Ille autem cum dat quod iudicatur non daturus, vincit, ostendens se veracem, illum autem mendacem, qui non credit verbis eius. Videbit enim Dei filium in maiestate, quem negat: videbit & carnis resurrectionem, & sciet victam esse perfidiam pollicitatione & veritate Dei. Nam & Christus cum iudicatus est, vicit. Iniquè enim occisus reum fecit diabolum, quẽ iam non peccando superauerat, vt secundo victus amitteret quos tenebat.

Si autem iniustitia nostra Dei iustitiam commendat, quid dicemus? Nûquid iniquus Deus qui infert iram? (secundum hominem dico.) Absit. Alioquin quomodo iudicabit Deus mundum?

Hoc iuxta sensum prophetæ Dauid dicit Apostolus. Dauid enim quia peccauerat in causa Viriæ Hethæi, sciens quia promissio peccatoribus dari non potest, exorat vt iustificatio verborum Dei vincat iudicium quo iudicantur ij qui peccant, & penitentem reformet sanctificans, vt det ei quod iustis se daturum promissit. Ac per hoc subiicit, *Si autem iniustitia nostra Dei iustitiam commendat*, &c. id est, si quia nos peccatores sumus, Deus iustificatur, iniquus erit si vindicet. Nã si iniustitia nostra ei proficeret, sine dubio iniquus foret si peccates damnaret; quia iniustitia nostra Deum facit iustum, si peccantibus nobis det quod promissit sanctis: quia quamuis peccatores sumus, reformamur tamen per penitentiam, vt nõ iam peccatores, sed abluti promissionem mercamur accipere. Non ergo is sensus est in verbis prophetæ Dauid cum dicit, Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris; qui malorum hominum praua interpretatione asseritur; vt peccata hominum & mali actus, Dei iustificationi proficiant, & per mala nostra bonus appareat, & iniustitia nostra illum iustum ostendat. Quoniam itaque iniquus non est Deus cum irrogat iram, iam non peccatis nostris iustificatur: quia si peccatis nostris iustificaretur, iniquus erit si vindicaret. Sed quia non est iniquus cum vindicat, manifestum est quia iniustitia nostra Dei iustitiam non commendat. Si autem commendaret, non vindicaret, quia iustus est. Ac per hoc subiicit, *secundum hominem dico. Absit.* hoc est,

Psal. 144.  
Psal. 115.

Ioan. 9.  
Psal. 115.  
Ioan. 3.

Psal. 50.

Apo. 1.

Psal. 50.  
2. Reg. 11.

Psal. 50.

absit vt Deus iniquus dicatur: quia hoc homini cõpetit, quem constat & errare, & falli & fallere. Nam Deus immutabilis perseuerat, nec potest non amare quæ fecit. *Alioquin quomodo iudicabit Deus mundum?* Verum est, quia non erat iustum vt iudicaret Deus mundum si peccata eius ipsi proficerent, vt nunc eius peccantes dum veniam consequuntur, Deus bonus videretur: & si non peccarent, non videretur iustus. si enim non peccent, non habendo cui remittat, non erit bonus.

Si enim veritas Dei in meo mendacio abudauit in gloriam ipsius, quid adhuc & ego tanquam peccator iudicor, & non, sicut blasphemamur, & sicut aiunt quidam nos dicere, Faciamus mala, vt veniant bona? Quorum damnatio iusta est.

Manifestum est, quia si ad gloriam Dei proficit mendacium hominum, vt ille solus verus appareat, peccatores non sunt dicendi qui peccant; quia non voluntate, sed impulsu eius videbuntur peccare: quod absit. *Et non sicut blasphemamur, & sicut aiunt nos quidam dicere, Faciamus mala, vt veniant bona?* Nunc aperit quorum causa hæc sollicitè & cum reuerentia disputat. A peruersis enim hoc opponebatur, (quasi hic esset sensus prædicantium remissionem peccatorum) vt facerent mala, vt venirent bona: hoc est, peccarent, vt remittendo illis Deus videretur bonus, secundum quæ supra dicta sunt: quod blasphemum appellat, & abiicit à sensu diuinæ doctrinæ. Nec enim peccare debere fides tradit, quippe cum iudicaturum Deum prædicet; sed delinquentibus consulit, vt recuperata salute sub lege Dei viuentes iam non peccent. Ideoque subiicit, *Quorum damnatio iusta est.* id est, horum hominum qui æmulatione inuidiæ istud de nobis interpretantur quod supra dictum est, damnatio iusta est. Hæc enim iactabant Iudæi, vt doctrinam apostolicam criminarentur, dicentes quod cum remissionem peccatorû prædicant, peccandi fomité præbeant, vt quasi securi homines de remissione, promptè peccarent: quum constet post acceptam fidem periculosam esse peccare, & hoc prædicare credentibus.

Quid ergo? præcellimus eos? Nequaquam. Causati enim sumus Iudæos & Græcos omnes sub peccato esse.

Hoc est, quid adhuc immoramur latius loquentes? Ostendimus enim redditis causis, tam Iudæos quam Græcos, id est gentiles, omnes reos esse, ideoque frustra legem seruari. Primum enim Græcos ostendit reos iuxta legem naturæ, & quod neque legẽ Moyfi receperint: quam obrem pessima eorû & pergrauissima causa. Deinde etiã Iudæos ostendit reos, qui sub lege Dei viuere viderentur, ac sibi meritò patrum defenderet dignitatem, ex eo præcipuè, quod promissionem patrum spreuerint, Dei gratiã in irritum deducentes. Ad quam rem firmandam exemplum propheticum subdidit ex Psalmo xiiii. dicens,

Sicut scriptum est, Quia non est iustus quisquã, non est intelligens, nõ est requirens

Malac. 3.  
Sap. 11.

Rom. 2.  
1. Ioan. 2.

Rom. 2.

Psal. 13.  
Ecl. 7.  
Psal. 52.

Gen. 17.  
Galat. 2.  
Ioan. 8.

Rom. 3.  
Hebr. 10.

Matth. 3.  
Rom. 4.

Rom. 10.  
Rom. 4.  
Deut. 18.

Act. 3.

Gen. 15.  
Rom. 4.

Deut. 10.  
Hier. 4.

*Psal. 5.*

*Psal. 139.*

*Psal. 9.*

*Psal. 59.*

*Prou. 1.*

*Psal. 13.*

*Luc. 5.*

*3. Reg. 15.*

*2. Paral. 16.*

*1. Cor. 8.*

*2. Tim. 3.*

*Psal. 59.*

*Prou. 1.*

*Matth. 5.*

*Psal. 35.*

*Prou. 1.*

*Hier. 26.*

Deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est usque ad vnum. Sepulcrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant. Venenum aspidum sub labiis eorum. Quorum os maledictione & amaritudine plenum est. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognouerunt. Non est timor Dei ante oculos eorum.

Ab iniustitia coepit mala eorum enumerare & partim peiora subiicere; vt manifestaret in his nullam spem videri, nisi implorem misericordiam Christi qui peccata remittit. Deinde adiecit, *Non est intelligens.* Verum est; quia si daret operam intelligere, iniustus non esset. *Non est requirens Deum.* Nec istud occultum est; quia si intelligeret quid prodesset, Deum quaereret, & non sicut Asarex Iuda, qui post multa Dei beneficia sic deprauatus est, vt infirmitatem pedum passus propheta praesente non quaereret Deum. *Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt.* Nemini dubium quia omnes non quaerentes Deum, inclinantur vt auxilium quaerant a vanitate: vanitas autem est idolum, ideo inutiles fiunt. *Non est qui faciat bonum: non est usque ad vnum.* Quia neglecto Deo inutiles facti sunt, bonum vtique facere non possunt. Iam enim deprauati proficiunt in peius. *Sepulcrum patens est guttur eorum.* Iam malis mancipati, bonos, si posset fieri, deorare volebant: vt sicut sepulcrum patet ad recipienda cadauera, ita & aduersus bonos guttur eorum. *Linguis suis dolose agebant.* Qui tam malis operibus adueuerant, quae loquebantur, in fallacia erant. *Venenum aspidum sub labiis eorum.* Hoc dicit, quia verba huiusmodi hominum mucipula sunt. Ad hoc enim loquuntur, vt decipiant: vt sicut per labia serpentis venenum infunditur, ita & per labia eorum dolus & captio. *Quorum os maledictione & amaritudine plenum est.* Manifestum est quia contra bonos mali semper maledicta & amara proponunt, in conuicium illorum prorumpentes & detractionem. *Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.* Hoc de nece prophetarum dixit, quos occiderunt impigre ad bonum segnes, ad paricidium veloces. *Contritio & infelicitas in viis eorum.* Quoniam citati erant ad malefaciendum, iter ipsorum vel gressum tribulatum & infelicem pronuntiat. *Et viam pacis non cognouerunt.* Via pacis lenis est & inturbata. Omnis enim bona vita tranquilla est, & actus modesti ipsi sunt pacifici, & per ipsos itur ad Deum. Illi ergo nolentes haec scire, elegerunt viam tribulationum, per quam itur in gehennam. *Non est timor Dei ante oculos eorum.* Quoniam huiusmodi sine sensu sunt, Dei timorem non habent. Initium enim sapientiae timor Domini, dicit Salomon. Et non dixit timorem Dei hos non habere: sed, *Non est (inquit) timor Dei ante oculos eorum.* Videntes enim tam maligna opera sua, & non horrentes, timorem Dei dicuntur ante oculos non habere. Istos omnes & propheta Hieremias significat, dicens inter cetera, Tunc omnes insurrexerunt in prophetam Do-

mini, volentes occidere eum. Et sequitur, Omnis autem populus non permisit. Illos ergo omnes dicit, sed malos: & hos omnes, sed bonos. Neque enim quia dicit, *Omnes declinauerunt:* totam penitus plebem significat, sed hanc partem plebis, sicut & memoratus propheta dicit, In qua omnes mali se condiderunt. Semper enim duo populi sunt in vna plebe. Hic est ergo populus quem increpat Dominus sub nomine Hierusalem, dicens, Hierusalem Hierusalem quae occidis prophetas. Et alio loco, Generatio (ait) mala & adultera, &c. & Natio viperarum. De huiusmodi queritur etiam propheta Esaias, dicens, Vgenti peccatrici, semini pessimo. Per malam enim voluntatem, dum fructus malos faciunt, semen pessimum sunt. Et quia si voluerint, possunt conuerti, vox probat Apostoli in alia epistola dicentis, Eramus & nos aliquando natura filij irae, sicut & ceteri.

Scimus autem quoniam quaecumque lex loquitur, iis qui in lege sunt loquitur: vt omnes obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo. Manifestum est quia hos increpat lex, qui & primum non crediderunt duci suo Moyse, neque prophetis parentibus suis, quos & persequentes occiderunt, neque Apostolis cognatis suis secundum carnem, quorum sanguinem effuderunt, semper impij, & in Deum rebelles, vt per legem damnentur, cuius auctoritatem contemnendam putarunt. Sicut enim omnium malorum vna est causa in malo, ita & cunctorum bonorum. In istis ergo omnium similitudinem arguitur malum. Haec ad Iudaeorum confusionem pertinent, qui sibi & parentibus suis testimonium ex lege ferebant, *Vt omnes obstruatur, & subditus fiat omnis mundus Deo.* Hoc dicit, quia Iudaeis in peccatis constrictis, omnis mundus subditus fit Deo. Nulli enim dubium est, quia pagani obruti sunt delictis & impietatibus, ac per hoc totus mundus Deo prostratus est, vt possit ad indulgentiam peruenire: quia omnis mundus, Iudaei erant & gentiles, a quibus segregati sunt fideles. Quando ergo Iudaeos qui legem acceperunt a Deo, & quibus facta promissio est, peccatis probat obnoxios, dubium non est omnes Graecos reos esse mortis: quamobrem *omne obstruatur (ait) & subditus fiat omnis mundus Deo,* dum omnes rei probati indigent misericordia Dei, tam Iudaei, quam etiam Graeci.

Quoniam non iustificabitur ex operibus legis omnis caro coram eo.

Non ideo minime iustificatos homines afferit apud Deum, quia legem iustitiae non seruauerunt in praecipis; sed quia sacramentum mysterij Dei quod in Christo est, credere noluerunt. Per hoc enim decreuit Deus iustificare hominem, non per legem, quae ad tempus iustificat, non apud Deum. Ideo legem seruantes in tempore, iusti sunt non apud Deum, quia fides per quam iustificantur homines apud Deum, non est in eis. Maior enim fides est quam lex: quia lex ad nos pertinet, fides ad Deum. Idcirco lex temporalis habet iustitiam, fides aeterna. Nam omnem carnem dicentes, omnem hominem significauit, sicut & propheta Esaias ait, Et videbit omnis caro salutare Dei: id est, videbit omnis homo Christum Dei,

*Hier. 38.*

*Hier. 26.*

*Matth. 23.*

*Matth. 12.*

*Matth. 3.*

*Esai. 1.*

*Ephes. 2.*

*Num. 20.*

*Exod. 32.*

*Rom. 9.*

*Act. 7.*

*Ioan. 8.*

*Esai. 19.*

*Esai. 40.*

*Luc. 3.*

Dei,

Dei, in quo salus omnium continetur. Et idcirco in carne significatur, quia peccatis obnoxij sunt. Sicut enim iustitia spirituales facit, ita & delicta carnales, vt ex actu nomen accipiat homo.

Per legem enim cognitio peccati.

Per legem cognitio peccati, per fidem autem abolitio: ideo sequenda fides est. Quae est haec lex, per quam dicitur cognitum esse peccatum? & cognitum quomodo? Videmus enim veteres non ignorasse peccatum, quia & Ioseph in carcerem missus est, licet per calumnia; & pincerna & pistor Pharaonis causa peccati. Quomodo ergo latebant peccata? Triplex quidem lex est, ita vt prima pars de sacramento diuinitatis sit Dei: secunda autem quae congruit legi naturali, quae interdicit peccatum: tertia vero factorum, id est sabbati, neomeniae, circumcisionis, &c. Haec est ergo lex naturalis, quae per Moysen partim reformata, partim auctoritas eius firmata in vitis cohibendis, cognitum fecit peccatum: non quod lateret, sicut dixi, sed ostendit peccata quae sunt, non impunè futura apud Deum; ne forte quis ad tempus euadens, legem illulisse putaretur. Hoc est ergo quod lex ostendit.

Nunc vero sine lege iustitia Dei manifestata est, testimonium habens a lege & prophetis.

Apertum est quia iustitia Dei sine lege apparuit, sed sine lege sabbati & circumcisionis & neomeniae & vindictae, non tamen sine sacramento diuinitatis Dei, quippe cum iustitia Dei de sacramento Dei sit. Na quando quos lex reos tenebat, iustitia Dei ignouit illis, sine lege vtique hoc fecit: quia iniquos lex vindicatura erat, haec donauit illis peccatum. Et ne hoc forte contra legem factum putaretur, adiecit iustitiam Dei testimonium habere ex lege & prophetis, hoc est, quia ipsa lex ex alia parte olim istud futurum dixerat, quia venturus erat qui homines saluaret: quod legi concessum non erat vt peccata donaret. Ideo autem iustitia Dei dicta est, quae videtur esse misericordia, quia de promissione originem habet: & cum promissum Dei redditur, iustitia Dei dicitur. Iustitia enim Dei est, quia redditum est quod promissum est. & cum suscipere confugientes ad se, iustitia dicitur, quia non suscipere confugientem, iniquitas est.

Iustitia autem Dei per fidem Iesu Christi in omnes, & super omnes, qui credunt in eum. Non enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei.

Quid est aliud per fidem Iesu Christi, nisi quia ipsa Dei iustitia manifestatio Christi est? Per fidem enim praedicationis Iesu Christi agnoscitur donum dudum promissum a Deo, vel sumitur. In omnes & super omnes qui credunt, hoc est, super omnes Iudaeos & Graecos, credentes veri Dei iustitiam. Non enim est distinctio. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria Dei. Quia dixerat, super omnes Iudaeos & Graecos Dei esse iustitiam, vt hoc probaret, adiecit, *Omnes enim peccauerunt,* tam Iudaei quam Graeci, vt ostenderet nihil profuisse legem sine fide. Sic enim lex data est, vt & fides esset in lege, quae futuram speraret sa-

lutem. Quamobrem mors Christi omnibus profecit, quia & hic in saeculo quid credendum & obseruandum est docuit, & de inferno omnes eripuit.

Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem quae est in Christo Iesu, quae proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiae suae.

Iustificati sunt gratis, quia nihil operantes, neque vicem reddentes, sola fide iustificati sunt dono Dei. *Per redemptionem quae est in Christo Iesu.* Gratiam Dei in Christo esse testatur, quia voluntate Dei a Christo redempti sumus, vt manumissi iustificaremur, sicut & ad Galatas dicit, Christus nos redemit, offerens se pro nobis. Permisit enim se diabolo fauienti, sed impraesentio. Putans autem se Christum posse retinere, accepit eum: sed quia virtutem eius ferre non potuit, omnes quos tenebat, simul cum illo amisit. *Quem proposuit Deus propitiatorem per fidem.* Hoc dicit, quia in Christo proposuit Deus, id est, disposuit propitium se futurum humano generi, si credat. *In sanguine ipsius.* Ideo in sanguine ipsius, quia morte eius liberati sumus; vt & manifestaret illum, & mortem passionis eius damnaret. *Ad ostensionem iustitiae suae:* hoc est, vt promissum suum palam faceret, quo nos a peccatis liberaret, sicut ante promiserat: quod quum impleuit, iustum se ostendit.

Propter propositum remissionis praecedentium delictorum, in patientia Dei, ad ostensionem iustitiae eius in hoc tempore: vt sit ipse iustus, & iustificans eum qui est ex fide Iesu Christi.

Sciens Deus propositum benignitatis suae, quod censuit peccatoribus subuenire, tam iis qui sunt apud superos, quam his qui in inferno tenebantur, utrosque diuinitus expectauit, euacuans sententiam qua iustum videtur omnes damnari, vt ostenderet nobis quod olim decreuerat liberare genus humanum per Christum, sicut promissit per Hieremiam prophetam, dicens, Propitius ero iniquitatibus eorum, & delictorum illorum non memorabor. Et ne forte hoc donum solis Iudeis promissum videretur, per Esaiam dicit, Domus mea domus orationis vocabitur in omnibus gentibus. Quamuis enim Iudaismo facta promissio sit, praescius tamen Deus eoque donum eius reprobatum essent impij Iudaei, gentes se ad percipiendam gratiam suam promissit admittere, quorum aemulatione in iram missi cruciarentur impij Iudaei. *In hoc tempore.* id est, tempore nostro, quo dedit Deus quod olim promiserat datum tempore quo dedit. *Vt sit ipse iustus, & iustificans eum qui est ex fide Iesu Christi.* Recte ait, quia vt sit iustus, dedit quod promissit. hoc autem promissit, iustificare se credentes in Christum. Dicit autem in Abacuc, Iustus autem ex fide uiuit: vt dum Dei fidem habet & Christi, sit iustus.

Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per quam legem? factorum? Non, sed per legem fidei. Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis. An Iudaeo-

rum Deus tantum? nonne & gentium? Immo & gentium.

Reddita ratione, ad eos loquitur qui agunt sub lege, quod sine causa gloriantur blandientes sibi de lege, & propter quod genus sint Abraham, videntes non iustificari hominem apud Deum, nisi per fidem. *Arbitramur enim iustificari hominem per fidem sine operibus legis.* Gentilem dicit hominem pro certo haberi quod iustificetur credens, nulla faciens opera legis, id est, sine circumcissione, aut neomeniis, aut veneratione sabbati. *An Iudaeorum Deus tantum? nonne & gentium? Immo & gentium.* Sine dubio omnium Deus vnus est. Nec enim soli Iudaei possunt sibi vindicare quod Deus illorum non etiam gentium sit, cum relegant ab vno Adam omnium esse originem, & nullum aduenam volentem ad legem accedere prohiberi. Denique aliquanti exierunt cum illis in eremum Aegyptij, qui suscipi iubentur, tantum ut circumcideretur, & pariter cum illis ederent azyma vel pascha: nec non & Cornelium donum Dei accepisse gentilem non iudaizantem, & quod iustificatus sit, diuino testimonio comprobatum.

Quoniam quidem vnus Deus, qui iustificauit circumcissionem ex fide, & praeputium per fidem.

In circumcissione Iudaeos significat, eo quod ex fide promissionis iustificati sunt credentes hunc esse Christum, quem in lege promiserat Deus. In praeputio vero gentiles significat per fidem Christi iustificatos apud Deum. Tam enim gentiles quam Iudaeos non aliter quam credentes iustificauit. Quia enim omnium vnus est Deus, vna ratione omnes iustificauit. Quid ergo prodest carnis circumcisio, aut quid obest praeputium, quando dignitatem & meritum non facit nisi fides?

Legem ergo euacuamus per fidem? Absit: sed legem statuimus.

Non utique lex exinanitur per fidem, sed adimpletur. Firmatur enim status eius, quando quod futurum dixit, fides istud aduenisse testatur. Hoc propter Iudaeos, qui putant fidem Christi legi esse inimicam, ignorantes sensum legis. Non ergo euacuat legem, cum illam cessare debere iam docet, quia tempore suo recte illam datam asserit, sed iam agere non debere. In ipsa enim lege dictum est, tempore exolutae promissionis legem cessare debere. Angelus enim Gabriel Danieli prophetae desiderium huius rei sciendae habenti ostendit, inter caetera dicens, adueniente Christo christina, id est, vnctionem regalem cessare, quae potestas intelligitur. Et iudicium, ait, non erit amplius, quod est lex, & tolletur sacrificium meum. Ideo, inquit, meum, ut sciretur oblationem veterem cessaturam. Quem sensum adaperiens Saluator: Lex, ait, & prophetae vsque ad Ioannem. Et quia lege Moyse cessante meliora praeccepta daturus erat Deus, Hieremias propheta cecinit, dicens, Ecce dies venient, dicit Dominus, & consummabo domui Israel & domui Iuda testamentum nouum, non secundum quod disposui patribus eorum. His utique qui venientem Christum ex promissione receperunt.

Ideo Saluator, Non veni, ait, soluere legem aut prophetas, sed adimplere. Et quia domus Dei non tantum in sola Hierosolyma, sed & in caeteris locis futura erat, ait Zacharias propheta, Ponam Hierusalem in omnibus gentibus, quae est Ecclesia.

QUI ergo dicemus inuenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem? Si enim Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. Quid enim dicit scriptura? Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam.

Postquam ostendit non posse per opera legis quemquam iustificari apud Deum, adiecit, nec Abraham potuisse aliquid mereri secundum carnem. Carnem dicens, circumcissionem significauit, quia nihil quae sunt Abraham per circumcissionem. Antea enim iustificatus est quam circumcideretur. Si enim Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deum. Hoc proponentis est. Nam Abraham ex fide iustificatus est, quod nulli dubium est: ideo habet gloriam apud Deum. Sed quia qui legem seruant siue Moyse, siue naturae, iustificantur ad praesens, ne rei sint in praesenti iudicio; ideo ait, *Ex operibus legis si Abraham iustificatus est, non habet apud Deum gloriam: quia qui fecerit, inquit, legem, viuet in ea; id est, non morietur ut reus, nec tamen meritum ex hoc habebit apud Deum, sed fidei causa. Quid enim dicit scriptura? Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam.* Manifestauit non ideo Abraham gloriam apud Deum habere, quia circumcisus est, aut quia abstinuit se a peccato, sed quia Deo credidit, hinc & iustificatus est, laudis suae praemium in futuro consecuturus.

Ei namque qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Ei vero qui non operatur, credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam secundum propositum gratiae Dei.

Absolutum est, ei qui legi factorum, id est Moyse, subiectus est, aut naturali, non imputari meritum ad mercedem, ut gloriam habeat apud Deum. Debitor est enim facere legem, quia necessitas imposita est per legem, ut velit nolit faciat legem, ne damnetur; sicut alio loco dicit, Qui autem contemnant, ipsi sibi damnationem adquirent: quia ad praesens rei sunt. Credere autem, aut non credere, voluntatis est. Neque enim quis cogi potest ad id quod manifestum non est: sed inuitatur; quia non extorquetur, sed suadetur. Quam obrem assentiens praemiis afficiendus est, sicut & Abraham, qui quod non vidit credidit. *Ei vero qui non operatur: id est, ei qui obnoxius est peccatis, quia non operatur quod mandat lex. Credenti autem in eum qui iustificat impium, reputatur fides eius ad iustitiam.* Hoc dicit, quia sine operibus legis credenti impio, id est gentili, in Christum reputatur fides eius ad iustitiam, sicut Abraham. Quomodo ergo Iudaei per opera legis iustificari se putant iustificatione Abraham, cum videant Abraham non

Matth. 5.

Zach. 12.

CAP. III.

Gen. 15.

Leuit. 18.

Gen. 15.

Rom. 12.

Gen. 17.

cx

ex operibus legis, sed sola fide iustificatum? Non ergo opus est lege, quando impius per solam fidem iustificatur apud Deum. *Secundum propositum gratiae Dei.* Sic decretum dicit a Deo, ut cessante lege sola fides gratiae Dei proficeret ad salutem.

Sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepti fert iustitiam sine operibus: Beati quorum remissae sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Beatus vir cui non imputabit Dominus peccatum.

Hoc ipsum munit exemplo prophetae. *Beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert iustitiam sine operibus.* Beatos dicit, de quibus hoc sanxit Deus, ut sine labore & aliqua obseruatione, sola fide iustificentur apud Deum. Temporis ergo beatitudinem praedicat quonatus est Christus, sicut etiam ipse Dominus ait, Multi iusti & prophetae cupierunt videre quae videtis, & audire quae auditis, & non audierunt. *Beati quorum remissae sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.* Beatus vir cui non imputabit Dominus peccatum. Manifeste beati sunt, quibus sine labore vel opere aliquo remittuntur iniquitates, & peccata teguntur, nullo ab his requisito poenitentiae opere, nisi tantum ut credant. Beatus etiam hic vir est, cui non imputabit Dominus peccatum. Remittere, & tegere, & non imputare, vna ratio, & vnus est sensus. Omnia enim vno modo obtinentur & donantur. Videtur autem quibusdam tripartita ratio esse in his dictis, quia diuersis propheta vsus est verbis, & quia a plurali numero ad singularem descendit. Cum enim vbertatem gratiae Dei, quia peccati diuersa sunt nomina, per delictorum vocabula enumerare vult, latius locutus est; vnus tamen significationis sunt verba, quia & cum tegit remittit, & cum remittit non imputat. Ad laudem enim gratiae Dei prolixius loquitur, ut amplificet donum Dei. Tres enim gradus fecit, propter delictorum varietate. Quorum primus gradus est iniquitas vel impietas, dum non agnoscitur creator: secundus, grauium peccatorum operibus: tertius vero leuium. hos tamen omnes in baptisinate obliterari. Tribus his gradibus totius peccati corpus significauit. Quemadmodum autem ad poenitentium personam potest pertinere, cum dicit, *Beati quorum tecta sunt peccata: cum constet poenitentes labore & gemitu remissionem peccatorum acquirere? Aut quomodo martyrio congruit quod dicit, Beatus vir cui non imputabit Dominus peccatum: cum sciamus gloriam martyrii passionibus & pressuris acquiri? Propheta autem tempus felix prauidens in Saluatoris aduentu, beatos nuncupat, quibus sine labore vel aliquo opere per lauacrum remittuntur, & teguntur, & non imputantur peccata. Apostolus tamen propter plenitudinem temporum, & quia plus gratiae in Apostolis est, quam fuit in prophetis, maiora protestatur quae ex dono baptismatis consequuntur, quia non solum remissionem peccatorum accipere nos, sed iustificari, & filios Dei fieri profitetur, ut beatitudo haec perfectam habeat & securitatem & gloriam.*

Beatitudo ergo haec in circumcissione tantum manet, an & in praeputio? Dicimus enim

quia reputata est Abraham fides ad iustitiam. Quomodo ergo reputata est? cum in circumcissione esset, an in praeputio? Non in circumcissione, sed in praeputio: Et signum accepit circumcissionis, signaculum iustitiae fidei quae est in praeputio: ut sit pater omnium credentium per praeputium, ut reputetur & illis ad iustitiam: & sit pater circumcissionis, non solum eorum qui ex circumcissione sunt, sed & eorum qui sequuntur vestigia fidei quae est in praeputio patris nostri Abraham.

Id est, nunquid beatitudo ista Abraham tantum filiis concessa est, an & iis qui circumcisi sunt? Si enim illo tempore non prohibita sunt gentes accedere ad legem & promissionem Abraham, qui fieri poterat ut tempore Christi prohiberentur venientes ad gratiam, quando Dei gratia plenius inuitauit: *Dicimus enim: (hoc est, sensu legis loquimur.) quia reputata est Abraham fides ad iustitiam.* Ab origine incipit, ut omnem tergiversationem cauillationis excludat; quia qui a capite excluditur, non habet unde incipiat facere quaestionem. *Quomodo ergo reputata est? cum in circumcissione esset, an in praeputio? Non in circumcissione, sed in praeputio. Et signum accepit circumcissionis, signaculum iustitiae fidei quae est in praeputio; ut sit pater omnium credentium per praeputium, ut reputetur & illis ad iustitiam.* Abraham cum esset in praeputio, credidit Deo. Quid credidit? Semet se habiturum, id est filium, in quo omnes gentes iustificarentur per fidem in praeputio, sicut & Abraham iustificatus est. Nam circumcissionem signum accepit iustitiae fidei. Credens enim se filium habiturum, huius rei quam credidit, signum accepit, ut quid credens iustificatus sit, cerneretur. Non ergo circumcisio aliquid habet dignitatis, sed signum est tantum. Quod signum ideo accipiebant filij Abraham, ut scirentur eius filij esse, qui credens Deo hoc signum acceperat; ut amuli essent patris fidei, & crederent in Iesum qui promissus est Abraham, cuius in figura natus est Isaac. Nec enim in Isaac omnes gentes benedicuntur, sed in Christo: quia non est aliud nomen datum sub caelo in quo oporteat saluos fieri, dicit Petrus Apostolus. *Et sit pater circumcissionis non solum eorum qui ex circumcissione sunt, sed & eorum qui sequuntur vestigia fidei, quae est in praeputio patris nostri Abraham.* Hoc dicit, quia credens Abraham, primus factus est pater circumcissionis, sed cordis, non tantum eorum qui sunt ex eius origine, sed & eorum qui credunt ex gentibus. Secundum carnem enim Iudaeorum pater est, secundum fidem vero omnium credentium.

Non enim per legem promissio Abraham, aut semini eius, ut haeres esset mundi, sed per iustitiam fidei. Si enim qui ex lege sunt, qui sunt haeredes; euacuata est fides, abolita est promissio.

Manifestum est, quia neque adhuc lex data erat, neque iam erat circumcisio, quando promissio facta est Abraham credenti, & semini eius, quod est Christi.

O iiii



*Galat. 3.* flus, quia omnium peccata ablueret. Vnde dicit Ioannes Baptista, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi. Non ergo merito seruata legis haeres factus est mundi, sed fidei. Haeres autem mundi, haeres est terrae, quam in filiis consecutus est. Christus autem haeres est gentium, vt Dauid canit, Et dabo tibi gentes haereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terrae. Ipsi enim morimur & viuimus. *Si enim qui ex lege sunt, hi sunt haeredes.* id est, si ij qui ex lege vel sub lege sunt, haeredes ex lege sunt. *Euacuata est fides, abolita est promissio.* Manifestum est, quoniam si ex lege hereditas, promissio quae ex fide facta est ad Abraham, in irritum venit. Sed non est per legem facta promissio, sed per iustitiam fidei. Ostendit enim Apostolus quid mali sit, haereditatem sperare ex lege.

Lex enim iram operatur. Vbi enim non est lex, nec prauaricatio.

Vt penitus ostendat non posse iustificari hominem per legem apud Deum, neque promissionem per legem fieri potuisse, ait, *Lex iram operatur.* Ad hoc enim data est, vt reos faceret delinquentes. Fides autem donum est misericordiae Dei, vt per legem rei facti, veniam consequantur. idcirco fides gaudium operatur. Non contra legem loquitur, sed antepone illi fidem: quia qui per legem salui esse non poterant, gratia Dei saluantur per fidem. Non ergo lex ira est, sed iram operatur peccanti, id est poenam, dum non ignoscit, sed vindicat. Poena enim per iram generatur: ira autem nascitur ex peccato, ac per hoc relinqui vult legem, vt ad fidem confugiat, quae delicta ignoscit vt saluet. *Vbi enim non est lex, nec prauaricatio.* Hoc dicit, quia sublatis reis de potestate legis data venia, prauaricatio nulla est. Iustificati enim sunt, qui per prauaricationem legis fuerant peccatores. Cessat enim factorum lex, id est obseruatio sabbatorum, neomeniarum, circumcisionis, eucarum discretio, animalis mortui aut sanguinis mustelae obseruatio.

Ideo ex fide, vt secundum gratiam firma sit promissio omni semini, non ei qui ex lege est tantum, sed & ei qui ex fide est Abraham, qui est pater omnium nostrum, (sicut scriptum est, *Quia patrem multarum gentium posui te*.) ante eum cui credidisti Deo, qui viuificat mortuos, & vocat ea quae non sunt, tanquam ea quae sunt.

Firma esse non potest promissio omni semini, hoc est, omni homini ex omni gente, nisi fuerit ex fide, quia origo promissionis ex fide est, non ex lege, nam qui sub lege sunt, rei sunt: promissio autem reis dari non potest, ac per hoc purificandi sunt prius, sed per fidem, vt digni fiant dici filij Dei, & sit firma promissio. Si enim filios Dei se dicant, cum sint rei, hoc est, sub lege, non est firmum, quia filij Dei liberi sunt a peccato. Si ergo qui sub lege sunt, eruendi de sub lege sunt, vt promissionem mereantur accipere, quanto magis qui sub lege non sunt? Non ergo expedit vt se mittat sub lege, vt possit compendio medelam vulneris inuenire. *Non ei qui ex lege est tantum, sed & ei qui ex fide est Abraham.* Hoc est quod supra dixit, Omni

semini, tam Iudaeorum, qui utique ex lege veniebant, quam gentilium, qui fidem sequuntur Abraham, quam gentilis credidit vt esset iustus. Sine lege enim credidit Abraham, ideoque magis gentilibus iungitur, vt firma sit eis promissio, credentibus ei cui credidit ipse. *Qui est pater omnium nostrum, sicut scriptum est, Qui patrem multarum gentium posui te.* Confirmauit exemplo legis, Abraham omnium patrem esse, sed eorum qui credunt: & sic firmam esse promissionem, si fidei causa recedatur a lege: quia promissio regni caelorum iustis deputata est, non peccatoribus. Et qui sub lege sunt, sub peccato sunt, quia omnes peccauerunt, nec posse aliquem & sub lege esse, & gratiam consequi, sicut & ad Galatas ait, *Euacuati estis a Christo, qui in lege iustificamini, a gratia excidistis.* *Ante eum cui credidisti Deo.* Vt vnum Deum omnium doceat, alloquitur gentiles, Abraham ipsi Deo credidisse, & iustificatum esse ante eum, in quem & gentes credunt vt iustificentur, vt non sit distantia Iudaei & Graeci in fide, quia sublata circumcisione & praepotio, vnum sunt in Christo; quia & Abraham in praepotio credidit, & iustificatus est. *Qui viuificat mortuos & vocat ea quae non sunt, tanquam ea quae sunt.* Hoc dicens ad fidem Abraham gentes inuitat: quia cum esset in praepotio, credens Deo cuius nunc fides praedicatur in Christo, viuificatus est cum sua coniuge. Cum essent enim obsoleta aetate seniores, reuierunt, ita vt non diffideret habiturum se ex Sara filium, quam sterilem sciebat, & in qua iam fluxus muliebris naturae defecerat; vt per haec non curent neque de praepotio, neque de circumcisione, & prompti sint circa fidem; securi quia credunt ei qui viuificat mortuos, nec alium esse qui hanc habeat potestatem: & cum voluerit esse quae non sunt, statim eius voluntate subsistunt. Ideo Abraham quum pater adhuc non esset vocatus est pater multarum gentium, & credidit, securus de Dei potentia. Vt autem pater Christi idem esse Deus crederetur cui credidit Abraham, tale signum datum est in Zacharia & Elizabeth, cum promissio redderetur mundo, & imminente Christo, quale datum fuit in Abraham & Sara quando signata promissio est, vt simili genere emortua corpora fecunditate generarent sanctum Ioannem, sicut natus fuerat & Isaac.

Qui contra spem in spem credidit, vt fieret pater multarum gentium, secundum quod dictum est, Sic erit semen tuum sicut stellae caeli, & sicut arena maris.

Manifestum est, quia dum spem non haberet generandi Abraham, credidit Deo, fidem habens contra spem generare se posse, sciens omnia posse Deum. *Vt fieret pater multarum gentium, secundum quod dictum est, Sic erit semen tuum.* Hoc in Genesi. Ostendens enim illi stellae caeli dixit, *Sic erit semen tuum.* quod credens iustificatus est. Credidit enim quod mundo impossibile videtur, dum in rerum naturam non cadit, vt possint senes generare, & tanta copia multiplicari semen eorum, vt numerari non possit. Ideoque pretiosa est fides, quia contra id quod scit aut videt, credit futurum; hac spe consolans se, quia Deus est qui promittit, de quo sentiri plus par est, quam humana imbecillitas capit.

Et

Et non infirmatus fide: nec considerauit corpus suum iam emortuum, cum ferè centum esset annorum, & emortuam vuluam Sarrae. In repromissione autem Dei non hesitauit diffidentia; sed confirmatus est fide, dando gloriam Deo; certum habens quia quod promissit, potens est & facere: ideoque aestimatum est illi ad iustitiam.

Hac laude dignum praedicat Abraham, quia cum se sciret non posse, infirmitatem suam fide firmavit, vt crederet se posse per Deum, quod sciret fieri per mundi decreta non posse. Magni ergo meriti est apud Deum, qui contra scientiam suam Deo credidit, non dubitans posse illum, vt pote Deum, quod se fecundum mundi rationem fieri non posse. Pro certo enim habet Deum vltra rationem mundi esse. Nemo enim intra id esse dicendus est quod creauit. Ideo huiusmodi remunerandus est a Deo, quia auctori suo plus tribuit, quam ipse sapit. Quod quidem nullius pretij esset, si omnes aequa sentirent: sed multorum diffidentia commendatur fides credentium apud Deum. Hortatur ergo gentes ad hanc fidei firmitatem, vt Dei promissionem & gratiam sine aliqua ambiguitate suscipiant, securi exemplo Abraham: quia inde credenti laus crescit, si quod incredibile est, & mundo stultum videtur, credatur: quia quanto impossibile putatur quod creditur, tanto magis honorabilior erit credens. & verè tamen stultum esset hoc credere, si sine Deo fieri diceretur. Et ideo tanto laudabilior est Abraham fides ceterorum fide quia nullis signorum prodigijs attracta est. Quoniam autem mundus certa lege & potestate gubernatur, & regitur modo definito a Deo; homines autem circa rationem carnis studiosi, Deum huius opificem neglexerunt: Deus, vt errorem auferret, & Dominum se omnium demonstraret, hoc se posse & fecisse praedicari voluit, quod mundo impossibile est, vt qui hoc crederent, damnatis iis qui ratione mundi inflati Deum neglexerunt, discreti saluarentur, Dei dominio mancipati.

Non autem scriptum est tantum propter ipsum solum, quia reputatum est illi ad iustitiam; sed & propter nos, quibus reputabitur credentibus in eum, qui suscitauit Iesum Christum Dominum nostrum a mortuis, qui traditus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram.

In Abraham formam datam dicit Iudaeis & gentibus, vt exemplo eius credamus in Deum, & in Christum, & in Spiritum sanctum, & reputetur nobis ad iustitiam. Quamuis differat quod creditur, vnum tamen donum habet fides. Hoc ergo consequimur, quod credimus. Credentes enim Christum Dei esse filium, a Deo adoptamur in filios. Nihil enim vltra potuit donare credentibus, quam vt filij Dei dicantur, perfidis abdicatis. Nos enim filij Dei vocamur, illi autem nec serui digni sunt nuncupari. Pro infinita enim magnificentia sua Deus hoc donauit diligentibus se, quod sua dignum est maiestate, non

quod homines mereantur: quia in dono plus magis dantis quam accipientis consideratur sublimitas, & ex eo plus accipitur laudis, cum paruulis magna dona largitur per Christum, qui nostri causa occidi se passus est, vt nos data venia, a secunda morte erueret, id est, a poena inferni; & surrexit, vt pro letitia triumphi mortis cuius, gratiam nobis iustificationis donaret, vt digni essemus dici filij Dei. Ante passionem enim qui baptizati sunt, solam remissionem acciperunt peccatorum, quorum zelo Satanas occidit Saluatorem: post resurrectionem verò, tam ij qui prius, quam isti qui postea baptizati sunt, omnes iustificati sunt per datam formam fidei Trinitatis, acceptoque Spiritu sancto, qui signum est credentium, quod sint filij Dei. Et vt ad cumulum nobis iustificationis proficeret, resurgens praecipis suis auctoritatem tribuit, vt eorum amulos nos hac fiducia faceret, per quam iustificemur, meritisque augeamur, & tandem gloriam adepti clari appareamus in regno Dei, quia iustificati a morte teneri non possumus. Passione enim Saluatoris victa mors, quae prius causa peccati dominabatur, iustificatos ab eo retinere non audet.

**IUSTIFICATI** igitur ex fide, pacem habemus ad Deum per Dominum nostrum Iesum Christum: per quem & accessum habemus in gratiam istam in qua stamus, & gloriamur in spe gloriae filiorum Dei.

Pacem cum Deo habere fides facit, non lex. Haec enim nos Deo reconciliat sublatis peccatis, quae nos Deo fecerant inimicos. Et quia Dominus Iesus huius gratiae minister est, per ipsum pacificati sumus Deo. Maior enim fides quam lex est. Lex enim nostri causa est, fides Dei. Et lex ad praesentem disciplinam pertinet, fides verò ad salutem perpetuam. Sed qui de Christo non ita sentit vt debet, ad fidei praemia non poterit peruenire, quia fidei non tenet veritatem. *Per quem & accessum habemus in gratiam istam in qua stamus, & gloriamur in spe gloriae filiorum Dei.* Manifestum est per Christum nos aditum habere ad gratiam Dei. Ipse enim est arbiter Dei & hominum, qui nos doctrina sua erigens, sperare fecit donum gratiae Dei, stantes fide eius. Ideo stantes, quia prius iacuumus: credentes autem erecti sumus, gloriantes in spe charitatis quam promissit Deus nobis.

Non solum autem; sed & gloriamur in tribulationibus nostris.

Quoniam per tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei, ideo & in his gloriamur docet. Spei autem addita tribulatio, augmentum facit praemij. Index enim fixae spei tribulatio est, quae testimonium perhibet ad coronam. Vnde Dominus ait, *Beati eritis cum vos persequerentur, & dicent omne malum aduersum vos propter iustitiam Dei.* Gaudere & exultate; ecce enim copiosa est merces vestra in caelo. Contemnere enim praesentia, & quae oblectamento sunt, & in pressura non cedere spe futurorum, magni meriti est apud Deum. Ideoque in tribulationibus gloriamur, quia tanto plus accepturum se credit, quanto in tribulatione se viderit fortiorem.

*Galat. 5.*

*Rom. 8.*

*Leuit. 11.*

*Coloss. 2.*

*Gen. 17.*

*Gal. 3.*

*Gen. 15.*

*Act. 15.*

*Ioan. 8.*

*Rem. 3.*

*Rem. 15.*

*Gen. 17.*

*Rem. 3.*

*Galat. 5.*

*Rem. 10.*

*Galat. 3.*

*Gen. 18.*

*Luc. 1.*

*Gen. 18.*

*Gen. 15. &*

*22.*

*Gen. 18.*

*Gen. 15.*

*Gen. 18.*

*1. Cor. 1.*

*Sap. 15.*

*Gen. 15.*

*Ephes. 4.*

*Galat. 4.*

*1. Ioan. 2.*

*Rem. 8.*

*A*

*B*

*C*

*D*

*E*

*F*

*Esa. 53.*

*Coloss. 1.*

*Ephes. 1.*

*2. Corint. 3.*

*1. Cor. 15.*

**CAP. V.**

*Esa. 59.*

*Ioan. 1.*

*Coloss. 1.*

*1. Tim. 2.*

*Act. 14.*

*2. Cor. 1.*

*Math. 5.*

*Luc. 6.*

Scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio autem spem: spes autem non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis.

Hoc est tribulationem patientiam operari, si tribulatio ipsa motum non patiat infirmitatis aut dubitationis. *Patientia autem probationem.* Manifestum est, quia patientia si talis fuerit qualem diximus, firma videtur probatio. *probatio autem spem.* Spes in eo qui probatus videtur, non immerito dicitur. Dignus enim scietur, accepturus remunerationem in regno Dei. *Spes autem non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis.* Spes non confundit, dum stulti & hebetes a perfidis iudicamur, credentes quae mundana carent ratione. Pignus enim charitatis Dei habemus in nobis per Spiritum sanctum datum nobis. Fidele enim esse promissum Dei probat Spiritus sanctus datus Apostolis, & nobis; qui praestitit ut diuersis linguis imperiti loquerentur, cum interpretationibus, ad confirmandam spem, & ut charitatem Dei commendaret in nobis; ut quia charos falli impossibile est, securos nos faceret de promissione. nam & Deus est qui promissit, & iis quos charos habere vult promissit. Quia vero fidei nostrae rationem humana verba asserere non valent; virtutum testimonio, quae cum tacent clamant, rationalis approbatur, ad confusionem prudentium mundi; qui audacia verborum terrenis armis contra caelestia dimicant, & carnalibus aduersus spiritalia; & prudentes se dicere non erubescunt. Nam sicut peregrini hominis improbabilis origo in terra aliena est, ita & fidei nostrae veritas peregrinatur in terris: & quia natura eius verbis explicari non potest, virtutis, quae maior res est, testimonio commendatur.

Vt quid enim Christus, cum adhuc peccatores essemus, secundum tempus pro impiis mortuus est? Vix enim pro iusto quis moritur: nam pro bono forsitan quis audeat mori.

Si pro incredulis ac Deo inimicis Christus ad tempus morti se dedit: (ad tempus enim mortuus est, quia tertia die resurrexit:) quanto magis cum in illum credimus, auxiliis suis muniet nos? Ad hoc enim pro nobis mortuus est, ut & vitam & gloriam nobis acquireret. Itaque si pro inimicis mortuus est, quantum praestet amicis, debet intelligi. Nam dum apud homines mortuus videbatur, ille apud inferos pro salute animarum irreuerentes & nequam spiritus iudicabat. Tempora ex mundo sunt, ubi oritur & occidit sol, & luna cremenat & decrementum facit, & dies & nox in statu suo non perseverant. Res enim quae temporis & aetatis subiecta est, mutabilis semper est. Huic ergo temporis Christus mortuus est, dum excessit e corpore. Vbi autem tempus non est & aetas, ibi non solum viuus, sed & victor repertus est. Hinc voluit affectum Saluatoris erga nos commendare, cum dicit, *Vix pro iusto quis moritur*: Christus autem pro impiis mortuus est. Etenim pro iusto vix aliquis moritur; pro impiis quomodo potest fieri ut quis moriatur? Et si pro bono vno forte audeat quis mori,

aut forte non audeat, quia vtrique difficile esse significat: quae admodum videri potest, ut audeat aliquis pro multorum impietatibus mori? Etenim quis pro iusto aut bono audeat forte mori miseratione quadam illectus, aut affectu bonorum operum eius: pro impiis vero non solum quod suadeat mori deest, sed & quod in lacrymas prouocet. Christus autem mortuus est pro impietatibus populi, & adhuc non sui, ut omnia quae mundus diffidit, faceret credibilia. Duos ergo gradus fecit, iusti, & boni. Quauis enim & iustus bonus dicendus sit; tamen genera ipsa posuit, iustum exercitio significans, bonum vero natura, qui simplicitate innocens dicatur. Vnde quamuis melioris meriti sit, quantum ad locum istum pertinet, iustus quam bonus: tamen pro bono (inquit) forte aliquis audeat mori, ut quia miserabilior causa innocentiae est, ad hoc cogi forte aliquem posse significet. Denique optant parentes pro infantibus bonis mori, non dicam uxores pro bonis maritis. Nam si velimus de bono & iusto proponere, aliquando meliorem iustum deprehendimus, aliquando praeposendum bonum. Si enim iuxta Dei legem qui iustus est, melior bono est, sed illo qui necdum secum laborauit ut amplificaret se bonis. Exercitio enim bonum naturae suae iustus meliorabit. Si autem iuxta mundum fuerit iustus, praepositor illi bonus propter innocentiam: quia huiusmodi non est sine impietate iustitia. Itaque omnis natura bona est: iustitia autem legis Dei, fructus est competens naturae. Ideoque iustitia bonitas est, unde iusti semper appellantur & boni. Non tamen semper boni iusti, quia non propter opera vocantur boni, sed propter innocentiam. Iustitia enim perfecta est bonitas, dum explet opere naturae suae bona.

Commendat autem suam charitatem Deus in nobis, quoniam si cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est: multo magis iustificati nunc in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum.

Sic commendat suam charitatem, dum adhuc inimicis beneuolus est, & mittit qui saluet eos, cum vtrique non mereantur. *Quoniam si cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est: multo magis iustificati nunc in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum.* Hoc dicit, quia si pro peccatoribus filium suum Deus occidi permisit, quid faciet pro iustificatis, nisi seruet eos ab ira, id est, tutos illos praestet ab illusione diaboli, ut securi sint in die iudicii, cum coeperit perfidos ultio deuastare? Quoniam enim bonitas Dei nullum perire vult, mortem dignissimam dedit, ut intelligentibus Dei gratiam circa se, adderet dignitatem & gloriam, ingratis cumularer poenam. Ingrati ij sunt qui Deo vocante dissentiant, Dei gratiam abnuentes, ut in proposito erroris & malignitatis permaneant.

Si enim cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius: multo magis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Non solum autem hoc, sed & gloriamur in Deo, per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem

Iacob. 1.

Sap. 5.

2. Cor. 1.

Act. 2.

Act. 4.

1. Cor. 1.

Luc. 19.

2. Cor. 5.

Hebr. 2.

Esai. 53.

1. Cor. 15.

1. Ioan. 5.

1. Petr. 4.

Eccl. 1. & 3.

Hebr. 13.

Esai. 53.

Apo. 22.

1. Tim. 1.

2. Petr. 3.

quem nunc reconciliationem accepimus.

Manifestum est, quia si ut reconciliaret nos sibi Deus, filium suum morti tradidit, quanto magis reconciliatos saluos faciet in vita ipsius? Non enim poterit minimè diligere amicos, qui prodest inimicis. Si enim mors Saluatoris profuit nobis adhuc impiis: quanto magis iustificatis vita ipsius cum resurgit a mortuis? Quia sicut mors eius a diabolo nos eruit, ita & vita eius de die iudicii Dei nos liberabit. *Non solum autem hoc, sed & gloriamur in Deo, per Dominum nostrum Iesum Christum, per quem nunc reconciliationem accepimus.* Non tantum pro accepta salute & securitate Deo gratias agendas docet, sed & gloriantium per Christum Iesum in Deo, qui dignatus est ex impiis & inimicis dici nos suos amicos, ut omnia beneficia per Christum consecutos nos gaudeamus: ut quia per ipsum cognouimus Deum, gloriantes in eo reddamus ei honorificentiam parem Deo patri, ipso sibi idoneo teste praedicante: ut honorificent, inquit, filium, sicut honorificant patrem. Post Dei ergo patris prouidentiam, & donum quod dedit per Christum, ut personam filij nobis gratam faceret, quia per vnum Christum redempti sumus ab vno Deo patre, adiecit,

Propterea sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, sic & in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt.

Quoniam superius Dei gratiam per Christum datam ostendit secundum ordinem veritatis, nunc ipsam vnius Dei patris, per vnum Christum filium eius declarat; ut quia Adam vnus, id est Eua (& ipsa enim Adam est) peccauit in omnibus, ita vnus Christus filius Dei peccatum vicit in omnibus. Et quia propositum gratiae Dei erga genus humanum ostendit; ut ipsa primordia peccati ostenderet, ab Adam coepit, qui primum peccauit, ut prouidentiam vnus Dei per vnum reformasse doceret quod per vnum fuerat lapsus & tractum in mortem. Hic ergo vnus est per quem saluati hanc illi reuerentiam, quam Deo patri debemus, ipso volente. Dicit enim idem alio loco, *Qui in his seruit Christo, placet Deo*; cum scriptum sit, *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies.* Si ergo soli Deo seruiendum dicit, & Christo seruire praecipit, in vnitatem Dei est Christus, nec dispar aut alter Deus, quando cum soli Deo seruiendum lex commonet, Christo seruiens Deo placere dicatur. *Igitur sicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors*: ita & per vnum Christum damnatio & mors peccati, praestans vitam aeternam, quod inferius declarat. *In quo, (id est in Adam) omnes peccauerunt.* Ideo dixit, *in quo, cum de muliere loquatur, quia non ad speciem retulit, sed ad genus.* Manifestum itaque est in Adam omnes peccasse quasi in massa. Ipse enim per peccatum corruptus, quos genuit omnes nati sunt sub peccato. Ex eo igitur cuncti peccatores, quia ex ipso sumus omnes. Hinc enim beneficium Dei perdidit dum praeruaricauit, indignus factus edere de arbore vitae, ut moreretur. Mors autem dissolutio corporis est, cum anima a corpore separatur. Est & alia mors, quae secunda dicitur in gehenna, quam non peccato Ade

patimur, sed eius occasione propriis peccatis acquiritur, a qua boni immunes sunt, tantum quod in inferno erant, sed superiori, quasi in libera, quia ad callos ascendere non poterant. Sententia enim tenebatur data in Adam: quod chirographum in decretis morte Christi delerum est. Sententia enim decreti fuit, ut vnus hominis corpus solueretur super terram, anima vero vinculis inferni detenta exitia pateretur.

Vsq̄ue ad legem enim peccatum erat in hoc mundo: peccatum autem non imputabatur, cum lex non esset.

In Adam omnes dicit peccasse, sicut supra memorauimus, & vsque ad legem datam non imputatum esse peccatum. Putabant enim se homines apud Deum impune peccare, sed non apud homines. Nec enim lex naturalis penitus obtorpuerat, quia non ignorabant, quod quae pati nolebant, aliis facere non deberent. Nam vsque adeo non ignotum fuit peccatum inter homines, ut Iacob cum idola sua apud illum quaereret socer eius Laban, in quo inuentum fuisset furtum, morte dignum iudicaret: & Ioseph quamuis per calumniam, tamen quasi reus clausus in carcere est; & pistor, & pincerna Pharaonis ob delictum similiter passi sunt, & Moyses occiso Aegypto atterritus lege est.

Quomodo ergo non imputabatur peccatum, cum lex non esset? aut quomodo vindicabatur, nisi lex sciretur? Lex naturalis semper est, nec ignorabatur aliquando, sed putabatur ad tempus tantum auctoritate habere, non etiam apud Deum reos facere. Ignorabatur enim quod iudicaturus est Deus genus humanum, ac per hoc non imputabatur peccatum, quasi peccatum non esset apud Deum; incuriosum Deum asserentes. At verò ubi lex data est per Moysen, manifestatum est curare Deum res humanas, & non impunè iis futurum qui malefacientes, quacumque ex causa in praesenti euadunt. Nam vtrique qui inter se, magistra iustitia vel natura, peccata non inulta censentur: quanto magis Deum, quem mundi sciebant oppifiscem, haec requisitum non deberant ignorare? Quippe cum Sodoma & Gomorra per ignem ad iudicata sint deperire; quod obliuio quidem texerat; Moyses autem ut firmaret Deum iudicem fore, scribendo manifestauit. Sed cum praetermissio Deo figmenta coeperit in honore Dei recipere, deprauarunt. Quia lex naturalis tres habet partes, cuius prima haec est, ut agnitus honoretur creator, nec eius claritas & maiestas alicui de creaturis deputetur. Secunda autem pars est moralis, hoc est, ut bene viuatur, modestia gubernate. Cõgruit enim homini habenti notitiam creatoris, vitam suam lege frænare, ne frustretur agnitio. Tertia verò pars est docibilis, ut notitia creatoris Dei, & exemplum morum ceteris tradatur, ut discat quae admodum apud creatorem meritum collocatur. Haec est vera & Christiana prudentia.

Sed regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen in eos qui peccauerunt in similitudine praeruaricationis Ada, qui est forma futuri.

Quoniam non imputabatur peccatum, antequam lex daretur per Moysen, sicut dixi, ipsa usurpationis impunitate regnabat mors, sciens sibi illos deuotos, Regna

Heb. 2.

1. Ioan. 15.

1. Ioan. 5.

2. Cor. 5.

Gen. 3.

ibid.

Rom. 14.

Matth. 4.

Deut. 6.

Rom. 8.

1. Cor. 15.

Apo. 2.

Coloss. 2.

Gen. 3.

Gen. 31.

Gen. 39. &

40.

Exod. 2.

Psalm. 93.

Iob. 2. 2.

Genes. 19.

Iud. ep.

Sap. 15.

Rom. 1.

Ioan. 8.

4. Esd. 3.

Iofu. 2. 4. Rom. 1.

Gen. 11. & 31.

Gen. 3.

Gen. 2.

Eccle. 7.

Rom. 7.

Apoc. 2.

Luc. 16.

Sap. 4.

Tho. Aquin. lect. 4. in cap. 5. epist. ad Rom. Sap. 3.

bat ergo mors securitate dominationis suae tam in hos qui ad tempus euadebant, quam in illos qui etiam hic poenae dabant pro malis suis operibus. Omnes enim suos esse videbat: quia qui facit peccatum, seruus est peccati. Impune enim cedere putates, magis delinquebant: circa haec tamen peccata promptiores, quae mundus quasi licita nutrebat. Quo facto gaudebat Satanias, securus quod causa Adae relicta a Deo hominem in possessione habebat. Regnavit ergo mors in eos qui peccauerunt, in similitudine prauaricationis Adae, qui est forma futuri. Quod in subiectis monstrabimus. Itaque non in omnes mortem regnasse manifestum est, quia non peccauerunt omnes in similitudine prauaricationis Adae, id est, non omnes contempto Deo peccauerunt. Qui autem sunt qui contempto Deo peccauerunt, nisi qui neglecto creatore seruierunt creaturae, deos sibi constituentes quos colerent ad iniuriam Dei? Nam & Thare pater Abraham & Nachor, & Laban proprios Deos sibi vendicabant. Et peccatum Adae non longe est ab idololatria. Prauaricauit enim putans se hominem futurum Deum. Aestimauit enim hoc magis profuturum, quod diabolus suasit, quam quod Deus iussit, in loco Dei diabolus staturus, unde & subiectus est diabolo. Similiter & hi transgresso Deo, dum creaturae seruiunt, peccant simili modo, non eodem: quia simili modo solet habere aliquid dissimile. Nec enim potest dici quia & hi qui praecipuum acceperunt non edendi de arbore, sicut Adam, fuerunt qui peccauerunt, non praeterito Deo, sed in lege naturali. Qui enim intellexit, siue ex traduce, siue iudicio naturali, & veneratus est Deum, nulli honorificentiam nominis ac maiestatis eius impertiens, si peccauit (quia impossibile est non peccare), sub Deo peccauit, non in Deum quem iudicem sensit: ideoque in huiusmodi mors non regnavit. In hos autem, sicut dixi, regnavit, qui sub specie idolorum seruierunt diabolo. Propterea quod lex in auctoritate non erat promulgata, iudicem Deum praesentire nequiverunt. Maxima enim pars mundi Deum fore iudicem ignorabat: perpauci autem in quos non regnavit mors. In quos autem regnavit, post istam mortem quae prima dicitur, a secunda excepti sunt ad poenam & perditionem futuram. In quos autem non regnavit, quia non peccauerunt in similitudine prauaricationis Adae, sub spe reseruari sunt aduentus Saluatoris in libera, sicut legitur de Abraham; qui quamuis apud inferos fuerit, discretus tamen longo intervallo erat, ita ut chaos esset ingens inter iustos & peccatores. Si inter iustos & peccatores chaos ingens erat, quanto magis inter impios, ut iustis esset refrigerium, & peccatoribus aestus, impiis vero ardor, ut ante iudicium quo unusquisque dignus esset non lateret? Ac per hoc regnabat in eos mors, quia videbat opera subtilitatis suae profecisse eis ad poenam quasi inimicis. Non enim latuit illum ad hoc factum hominem in mundo, ut imperium vnus Dei praedicaret, quod prauaricatus est Satanias: ac si in Graeco non ita cautum dicatur. Sic enim dicitur scriptum, Etiam in eos mortem regnasse qui non peccauerunt in similitudine prauaricationis Adae. Totum enim hic complexus videtur, ut quia mors, id est, dissolutio per inuidiam facta est diaboli, etiam

in eos qui non peccauerunt, regnasse mortem dicat. Moriuntur enim: quod voti est Satanias. Quod si verum esset, non oportuit dici, Regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, si ab initio usque ad finem regnat in omnes. Aut forte gradus fecit, ut ab Adam usque ad Moysen regnauerit, & a Moysen usque ad Christum, a Christo vero usque ad finem. Verum ad quam utilitatem haec locutio proficeret, cum nec sic locutus probetur? Dixit enim, Ab Adam regnavit mors usque ad Moysen, propter quod lex non erat manifestata, ut data lege sub auctoritate eius viuerent, scientes quid cauerent, ne regnaret in eos mors. Igitur qui ante legem hoc seruauit natura duce, quod postea lex mandauit, nunquid potest dici quia mors regnavit in eum? Nam vide quid de eo scriptum sit, Peccatum, inquit, non imputabatur, cum lex non esset. & adiecit, Sed regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, eo utique tempore quo lex non erat: & conuenit ut quia antequam lex daretur, mors regnavit, in eos regnasse dicatur qui peccauerunt in similitudine prauaricationis Adae, sicut supra memorauimus. Sicut enim post legem datam qui idolis, aut fornicationi seruierunt, contemptentes legislatores, regnavit in eos mors: ita & ante legem qui sensum legis praesenserunt honorificantes auctorem eius, non utique regnavit in eos mors. Propterea enim regnasse dicitur, quia cognitio vnus Dei euauerat in terris. Denique sic coepit data lex, Ego sum, inquit, Dominus Deus tuus, qui eduxi te de Aegypto, de domo seruitutis: non erunt tibi dii alij praeter me: & non facies tibi idolum, neque ullam similitudinem. Data igitur lex est, ne mors regnaret, ut abolitis peccatis prioribus, vni Deo obsecundaret genus humanum. Vnde alio loco dicit idem Apostolus, Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis ei. Quod dicto ostendit etiam nunc regnare mortem, si lex contemnatur. Quod enim regnum mortis est, nisi cum sit voluntas eius, dum imperat ad perniciem obedientis? Cuius imperij voluntas caput est idololatriae: & tamen sic praescribitur nobis de Graecis codicibus, quasi non ipsi ab inuicem discrepent; quod fecit studium contentionis. Quia enim propria quis auctoritate uti non potest ad victoriam, verba legis adulterat, ut sensum suum quasi verba legis asserat, ut non ratio, sed auctoritas praescribere videatur. Constatur autem hoc per quosdam Latinos de veteribus Graecis translatos olim codices, quos incorruptos simpliciter temporum seruauit & seruat: postquam autem concordia animis dissidentibus, & haereticis perturbantibus torqueri quaestionibus coepit, multa immutata sunt ad sensum humanum, ut hoc contineretur in litteris, quod homini videretur. Vnde & ipsi Graeci diuersos codices habent. Hoc autem verum arbitror, quando & ratio & historia & auctoritas obseruatur. Nam hodie quae in Latinis reprehenduntur codicibus, sic inueniuntur a veteribus posita, Tertuliano, Victorino, & Cypriano. Primum igitur in Iudaea coepit destrui regnum mortis, quia notus in Iudaea Deus: nunc autem in omnibus gentibus quotidie destruitur, dum magna ex parte ex filiis diaboli sunt filij Dei. Itaque non omnes regnavit mors, sed in eos qui peccauerunt in similitudine prauaricationis Adae, sicut supra memorauimus. Adam autem ideo

Exod. 3. 2.

Num. 25.

1. Cor. 10.

Exod. 2. 0.

Rom. 6.

Sap. 14.

2. Pet. 2. 0.

Psalm. 75.

Lib. 3. sent. dist. 18. 8. ad quid ergo.

Apoc. 13.

Heb. 9. 2. Reg. 14.

Eph. 4.

Apoc. 2. Psal. 85.

ideo forma futuri est, quia iam tum in mysterio decreuit Deus per vnum Christum emendare quod per vnum Adam prauaricationis erat, sicut dicitur in Apocalypsi Ioannis Apostoli: Agnus, inquit, qui occisus est a constitutione mundi. Denique subiecit, Sed non sicut delictum, ita & donum. Si enim vnus delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei & donum in gratia vnus hominis Iesu Christi in plures abundauit. Propter quod enim forma esse dixit vnus Christi vnus Adam, ne & causam Adae talem significasse putaretur, qualis & Christi est, ideo ait, Sed non sicut delictum, ita & donum: quia in eo tantum forma Adam Christi est, quia quod vnus peccauit, vnus emendauit. Si enim vnus delicto multi mortui sunt, multo magis gratia Dei & donum in gratia vnus hominis Iesu Christi in plures abundauit. Hoc est, si vnus delicto multi mortui sunt imitantes prauaricationem eius, magis gratia Dei & donum in plures abundauit confugientes ad se. Plures enim gratiam consequuntur, quam mortui sunt delicto Adae. Vnde manifestum est non de hac morte quae omnibus communis est, significasse, quia omnes omnino moriuntur, & non tamen omnes gratiam consequuntur. Neque mortem in omnes regnasse, sed in eos qui delicto Adae mortui significantur, quos in similitudine prauaricationis Adae dicit peccasse. Si sunt quos dicit vnus delicto multos mortuos, gratiam autem Dei in plures abundare, quia & in iis qui delicto Adae mortui dicuntur, similiter peccantes, & in iis qui non peccauerunt in hac Adae prauaricationis similitudine, Dei gratia abundauit. Paterno autem peccato ex Dei sententia erant apud inferos; gratia Dei abundauit in descensu Saluatoris, omnibus dans indulgentiam, cum triumpho sublatis eis in caelum. Et non sicut per vnum peccatum, ita & donum. Nam iudicium quidem ex vno in condemnationem, donum autem ex multis delictis in iustificationem. Si enim vnus delicto mors regnavit per vnum; multo magis abundantia gratiae & donationis & iustitiae accipientes, in vita regnabunt per vnum Iesum Christum. Manifeste diuersum est, quia vno Adae peccato condemnati sunt, qui in similitudine prauaricationis eius peccauerunt. Gratia vero Dei per Christum non ex vno delicto, sed ex multis iustificauit homines, dando illis remissionem peccatorum. Hoc ad magnificentiam pietatis Dei & Christi loquitur, ut cum delicto Adae multi tenentur a morte secunda in inferno inferiori, donum tamen gratiae Dei, cum iustum esset plebs illos, non solum ignoscit illis, sed & iustificat. Si enim vnus delicto mors regnavit per vnum, multo magis abundantiam gratiae & donationis & iustitiae accipientes, in vita regnabunt per vnum Iesum Christum. Contuendum est vnus esse sensum, & in nullo differre. Mortem enim dicit regnasse, non regnare: quia qui intellexerunt per legem iudicium Dei, sublatis sunt de eius imperio. Regnavit autem, quia sine manifestatione legis timor Dei in terris non erat. Superior ergo sensus est, ut quia mors regnavit

ab Adam usque ad Moysen in eos qui peccauerunt in similitudine prauaricationis Adae; multo magis gratia regnet abundantia doni Dei in vita per vnum Iesum Christum. Si enim mors regnavit, quare non magis gratia regnet, quae multo plures iustificat, quam hi sunt in quos regnavit mors? quanto magis gratia regnare credenda est, quae confert vitam per Christum? Igitur sicut per vnus delictum in omnes homines in condemnationem: sic & per vnus iustitiam in omnes homines in iustificationem vitae. Sicut enim per inobedientiam vnus hominis peccatores constituti sunt plures: ita & per vnus obedientiam iusti constituentur multi. Hoc est, sicut per vnus delictum omnes condemnationem meruerunt similiter peccantes; ita & in iustitia vnus omnes iustificabuntur credentes. Si qui autem condemnationem hanc generalem esse putant, simili modo & iustificationem generalem accipient. Sed non est verum, quia non omnes credunt. Sicut enim per inobedientiam vnus hominis peccatores constituti sunt plures: ita & per vnus obedientiam iusti constituentur multi. Quos supra omnes dixit, hic plures & multos significat. Plures enim delictum Adae secuti sunt prauaricando, non omnes: & multi iusti constituentur per fidem Christi, non omnes. Non ergo in eos regnavit mors, qui non peccauerunt in similitudine prauaricationis Adae. Lex autem subintravit, ut abundaret delictum. Potest dici e contra, Non ergo oportuit dari legem, ne peccata crescerent. Si enim ante legem minus peccatum est, non opus fuit lege. Planè necessaria fuit lex, ut ostenderet imputari apud Deum peccata, quae impunè fieri credebantur: ut de cetero scirent quid euitare deberent. Vnde Esaias propheta, Lex, inquit, in adiutorium data est. Ut quia ipsi naturae quodammodo inserta sunt iustitiae semina, addita lex est, cuius auctoritate & magisterio, ingenium naturae proficeret ad fructum iustitiae faciendum. Sicut enim nauis interit, nisi nutrimenta habeat quibus fota adolescat: ita & naturale iustitiae ingenium nisi habeat quod respiciat & veneretur, non facile proficit, sed aegrotat, & superuenientibus coedit peccatis. Consuetudine enim delinquendi premitur, ne crescat in fructum, & per hoc extinguitur. Prouidenter ergo data est lex in adiutorium, sicut testatur propheta: sed populus veterem consuetudinem sequens multiplicauit peccata. Ipso enim vno plus coepit peccare, quam antea peccauerat: & sic factum est ut data lege non minuerentur, sed abundarent peccata. Apostolus enim ostendit quid prouenerit data lege, non quid lex fecerit. Quomodo autem legis vitio crescebant peccata, quae comminatur ne peccetur, sed subintrasse dicitur, ut abundaret peccatum? Dicit ergo: Lex subintravit ut abundaret delictum. Verum est, quia quasi profuturam intravit, & cum humilitate: postea autem coepit dominari eis quibus praeeperat ne peccaret, & peccabat. Ostendere enim coepit lex abundantiam peccatorum, cum quae inter-

1. Cor. 1.

Rom. 10.

Rom. 3.

Esai. 8.

Exod. 20.

Rom. 3.



dixerat, plus fiebant quam facta erant. Igitur hoc modo ut abundaret delictū, data est lex. Comendās enim Apostolus fidem, per quam utique peccata delentur, legem dixit fecisse ut abundaret peccatum, sicut supra dixi: quia non data est ut abolerentur peccata, sed ut abundarent, dum & ante legem peccatores ostendit, & post legē reos omnes tenuit.

Vbi autem abundauit peccatum, superabundauit gratia.

Manifestum est, quia cum abundaret peccatum, superabundauit gratia, dum donum Dei venit ex promissione, & omnium peccata contextit, ut diaboli inuidia nihil se profecisse doleat. Quia enim cum data esset lex ad utilitatem humanam, id egit diabolus, ut suadendo illicita inuenteret; ut quod profuturum datum erat, in contrarium proficeret, dum mandata contempta sunt, ut non utilitas ex lege, sed iudicium ad vindictam procederet: tunc iustus atque misericors Deus, ut gloriam diaboli quam de triumpho homine quaesierat, exinaniret, filium suum venturum decreuit, qui omnium peccata donaret, ut maior fieret lætitia ex dono gratiæ, quam fuerat luctus ex peccato. Gaudium enim domini Dei etiam his proficit, de quibus triumphare non potuit Satanas. Idcirco superabundauit gratia super peccatum quod suasisit Satanas.

Vt quemadmodum regnauit peccatum in mortem, ita & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam per Iesum Christum Dominum nostrum.

Peccatum regnauit videndo opus suum peccantibus in mortem proficere, in qua gloriabatur: simili modo ut & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam, per Iesum Christum Dominum nostrum; ut sicut per Adam cœptum peccatum regnauit, ita & per Christum gratia. Sic autem regnat gratia per iustitiam, si accepta remissione peccatorum iustitiam sequimur; ut videns gratia fructum se habere in bonis quos redemit, regnet in vitam æternam, sciens nos futuros æternos. Superabundat ergo gratia, quia peccatum ad tempus regnauit, gratia autem in æternum. Dei enim regnum est gratia regnante, sicut diaboli regnum erat peccato regnante. Totum tamen ad Christum refert, ut omnis gratia Dei à Christo dicatur. Ad superiorem igitur sensum respondet, dicens,

CAP. VI. **Q**uid ergo dicemus? Permanebimus in peccato ut gratia abundet? Absit.

Hoc est, numquid semper peccandum est, ut donum Dei abundet, tegens nostra peccata, ut semper remissionem peccatorum sperantes, quia Deus pius est, Christi gratiam proferamus? Non utique. Ideo enim nostri miserus est Deus per Christum, ut de cætero non peccātes, & meritum nobis & Dei gratiam in nos regnare faciamus. Aufert enim regnum gratiæ Dei, & tradit peccato, qui rursus redit ad veterem hominem, id est ad ritum præteritæ vitæ. Duabus enim ex causis misericordiam accepimus, ut & diaboli regnum excluderetur, & Dei imperium ignorantibus prædicaretur, per hoc ipsum dignitate nobis quaesita.

Qui enim mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo?

Hoc dicit, quoniam viuentes peccato, mortui eramus apud Deum. Qui peccat enim, viuunt peccato: sicut qui non peccat, viuunt Deo. Superueniente enim gratia Dei per Christum, & nos per fidem lauacro spiritali regenerante, cœpimus viuere Deo, mortui autē esse peccato, qui est diabolus. hoc est tandem mori peccato, liberari à peccato, fieri autē serui Dei. Itaque mortui iam peccato, non redeamus ad mala pristina, ne iterū viuamus peccato, & morietes Deo amissa dignitate, pœnam quā euasimus incurramus.

An ignoratis, quia quicumque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte eius baptizati sumus?

Hoc dicit, ut sciamus baptizatos nos iā non debere peccare, quia cum baptizamur, cōmorimur Christo: hoc est in morte eius baptizari. Illic enim omnia peccata nostra moriuntur, ut innouati deposita morte resurgere videamur ad vitam, ut quomodo Christus mortuus peccato resurrexit, ita & nos per baptismum spem resurrectionis habeamus. Baptismum itaque mors peccati est, ut alia sequatur natiuitas, quæ corporis manente compagine, hominem mēte innouat, sepulta omni malorū actu ueritate.

Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem; ut quemadmodum Christus resurrexit à mortuis per virtutem patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.

Hæc dicens, etiam istud significat quod primum est, quia Christus corpus suum à mortuis excitauit (ipse enim virtus est Dei patris) sicut dicit, Soluite templum hoc, & ego tribus diebus excitabo illud. Hoc autem, inquit, dicebat de templo corporis sui: & quia resurrexit in nouam vitā, quæ iam mori nesciat. Noua autem dicitur, quia à Christo data est, quæ est disciplina Christiana. Nos autem baptizati consepulti sumus Christo, ut de cætero hanc vitam sequamur, in qua Christus resurrexit. Baptismū itaque resurrectionis pignus est & imago, ut iā in præceptis Christi manētes, ad præterita denuò non reuoluamur. Qui enim moritur, iam nō peccat. mors enim finis peccati est. Nam ideo per aquam celebratur, ut sicut aqua sordes corporis abluat, ita & nos per baptismum ab omni peccato spiritaliter purgatos & innouatos credamus, ut quod incorporale est, inuisibiliter abluatur.

Si enim complantati sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus.

Tunc nos feliciter dicit posse resurgere, si similitudini mortis eius ueritatem complantati, id est, si in baptismo omnia uicia deponentes, in nouam vitam translati, de cætero non peccemus, per quod simul & resurrectionis illius similes erimus. Similitudo enim mortis, simul est præstabit resurrectionē. Quod in epistola sua Ioannes Apostolus memorat, dicens, Scimus quia cum apparuerit, similes ei erimus, hoc est, immortales & gloriosi resurgemus. Nec enim hæc erit similitudo ut nihil distet, quia similis erit in

corpo-

corporis gloria, non in diuinitatis natura.

Scientes hoc quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruat corpus peccati, ut ultra nō seruiamus peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato.

Multi inuēit & iterat, ut baptizatos doceat iam non debere peccare: maxime ne ad idololatriam reuertantur, quod grauissimum crimen & caput totius erroris est, ne perdant gratiam acceptam à Deo per Christum. Hominem ergo veterem, actus præteritos dicit, quia sicut nouus homo per fidem & puram vitam dicitur, ita & vetus homo per diffidentiam & malos actus. Hos actus crucifixos dicit, id est mortuos, ut corpus destruat peccati, quod est cuncta crimina. Omnia enim peccata simul corpus appellat, quod destrui dicit per bonam vitam, & fidem catholicam.

Si autem mortui sumus cum Christo, credimus quod etiam simul viuemus cum illo.

Manifestum est, hos qui carnem crucifixerunt, id est, mundum cum uitiis & concupiscentiis eius, mori mundo, & commori Christo, æternæ quoque vitæ ac salutari coimaginari, ut gloriæ Christi similes effici mercantur. Caro uerò, id est corpus, sic crucifigitur, si desideria eius calcantur, quæ manente in ea peccato creantur ex præuacatione primi hominis cœpta. In carne enim diabolus crucifigitur. Ipse enim est qui fallit per carnem. Caro ergo aliquando mundus, id est elementa, aliquando uerò corpus hominis intelligitur, vel ipsa anima sequens corporea uita.

Scientes quod Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Quod enim mortuus est, peccato mortuus est semel: quod autem uiuit, uiuit Deo. Ita & vos existimate vos mortuos quidem esse peccato, uiuentes autem Deo, in Christo Iesu Domino nostro.

Securitatē æternitatis in resurrectione Saluatoris ostendit: ad quam venire contingit, si melioris vitæ fuerit æmulatio. Qui enim bene agendo uiuit Deo, hic uerè uiuit, æternam enim habet vitam. Ita & vos existimate vos mortuos quidem esse peccato, uiuentes autem Deo, in Christo Iesu Domino nostro. Sic loquitur, ut doceat non aliter mori posse peccato, & Deo uiuere, quam ut in Christo sit omnis spes: quem Dominum nostrum appellat, ut nihil legis ad salutem proficiat capeffendam in futuro sæculo, quando non aliter Deo uiuitur, quam per Christum.

Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis eius.

Mortale corpus est ex causa præuacationis Adæ: fide autem Christi fore creditur immortale. Ut autem ad promissionem hanc ueniat, non obediendum dicit peccato, ne regnet in nostro mortali corpore. Regnat autem dum imperat: si autem non regnat, non uidebitur corpus hoc esse mortale, quia in spe æternitatis est. Non propter dissolutionem dixit mortale corpus, sed propter pœnam gehēnæ,

ut ille mortalis dicatur, qui in gehennam mittendus est; quia qui peccato obediunt, mortem secundam non euadunt, à qua Saluator in se credentes liberauit. Mortale ergo dicens corpus, totum hominem significauit; quia qui obediunt peccato, mortales dicuntur. Anima enim, inquit, quæ peccat, ipsa morietur, id est totus homo; nemo enim sine corpore iudicabitur.

Sed neque exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato: sed exhibete uos Deo, tamquam ex mortuis uiuentes; & membra uestra arma iustitiæ Deo.

Ostendit diabolus nostris nos iaculis impugnare. Occasio enim datur illi per nostra peccata, ut deferente nos Deo, accepta potestate illudat & mortificet nos. Ideo membra nostra ab omni opere iniquitatis cōtinere debemus, ut inimicus noster inermis inuētus subiiciatur. Et non dixit, Exhibete corpora uestra: sed membra uestra: membris enim ministris erratur, non toto corpore. Sed exhibete uos Deo, tamquam ex mortuis uiuentes. Mortem, ignorantiam &

infidelitatem cum mala uita significat, quia uita est sine parente ortum sumit vitæ, omnia autem à Deo orta sunt ad vitam per Christum, idcirco qui non cognoscit parentem omnium esse Deum per Christum, vitam habere non dicitur; hoc est, sic habetur ac si non sit. Ipse enim semetipsum esse negat, dum sine parente Deo esse se putat. Itaque ignorantia & turpis uita, mors est. Vitia enim ista mortem acquirunt, non mortem hanc quæ communis est omnibus, sed mortem gehēnæ, sicut supra memorauit: ut cognitio parentis Dei & sancta conuersatio uita sit, non hæc quæ occasui subiacet, sed illa futuri sæculi, quæ uocatur æterna. Quamobrem, exhibete uos Deo, inquit, quem cognoscetes profecistis in salutem, ut inhonestæ vitæ renuntiantes, sitis ex mortuis uiuentes. Et membra uestra arma iustitiæ Deo. Tanta nos modestia conuersationem nostram uult gubernare, ut actus nostri iustitiæ Dei proficientes, non mundanæ iustitiæ (quia mundi iustitia sine fide est Christi, sine qua non uita, sed mors est,) arma præbeant illi ad defendendos nos: cui cum arma per opera bona præbemus, dignos nos facimus adiuuari ab ea, quia iustitia Dei indignos despicit. Vbi enim iustitia Dei fuerit, ibi habitat Spiritus sanctus ad adiuuandam imbecillitatem nostram. Sicut enim peccato arma præbemus cum malè agimus; ita & iustitiæ cum rectè uersamur, membra nostra custodientes ab omni turpitudine.

Peccatum enim uestri non dominabitur. non enim sub lege estis, sed sub gratia.

Si secundum præcepta quæ dat, ambulemus, peccatum nobis dicit non posse dominari. Iis enim dominatur, qui peccant, non enim ita ambulantes ut præcipit, sub lege sumus: si uerò non peccemus, non sumus sub lege, sed sub gratia. Si autem peccemus, uersamur sub lege, & incipiet nostri dominari peccatum: quia qui facit peccatum, seruus est peccati: & necesse est quod sit sub lege quamdiu remissam non accipit. Peccatum enim auctoritate legis

reum facit peccatorem: ac per hoc cui data remissio est, & custodit se ne de cætero peccet, neque peccatū ei dominabitur, neque sub lege est. Cessat enim circa eum auctoritas legis, qui liberatus est à peccato. Quos enim reos tenet lex, traditi sunt illi à peccato. Qui ergo peccatis exutus est, non potest esse sub lege.

Quid ergo? peccabimus, quia non sumus sub lege, sed sub gratia? Absit.

Quoniam lex à Deo est, ac per hoc ne fortè opponeretur, ipse sibi opposuit: Si ex Deo est lex, inquit, cur non debemus esse sub lege? Hoc purgat, ac docet cum Dei voluntate, qui legis auctor est, à Christo nos liberatos de sub lege. Quamvis enim rectè data sit lex, (data est enim vt reos ostenderet apud Deum, qui peccauerunt ante legem, & timori esset, vt de cætero non peccaretur:) sed quia infirmitate imbecillitatis suæ genus humanum à peccatis se inhibere non potuit, factum obnoxium mortis inferni, motus Deus pietatis clementiæ suæ, qua semper humano generi subuenit, prouidit per Christum qua ratione desperatis iam daretur medela, vt remissione peccatorum accepta, eruti à lege quæ illos habebat obnoxios, releuati & reparati Deo adiuuante per fidem, vitiis à quibus prius subacti fuerant, repugnarent: ideòque non peccabimus quasi legem spernentes, sed ipsius Dei quasi prouidentiam sequentes per Christum.

Nescitis, quia cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obeditis, siue peccati in mortem, siue obeditionis ad iustitiam?

Nunc ne aliud profitentes, aliud faciamus, & cum Dei serui dicimur, gestis serui diaboli inueniamur, præmonet & denuntiat eius nos seruos esse, cuius & voluntatem explemus operibus; & non parum obesse Deum confiteri Dominum, & actibus diabolo famulari. Nam hoc olim Deus denotat & accusat, dicens, Plebs hæc labiis me honorat, cor autem eorum longè est à me. Et Dominus ait in Euangelio, Nemo potest duobus dominis seruire. Et alibi dictum est, Deus non deridetur.

Gratias autem Deo, quòd cum fuissetis serui peccati, obedistis ex corde in eam formam doctrinæ, in qua traditi estis. Credentes autem in Christum, serui facti sumus iustitiæ.

Eius enim dicimur serui, cui obedimus. Et quia iustum est obedire Christo, (ipse enim iustitia est, & quæ præcepit, iusta sunt:) idcirco dicit seruos nos factos iustitiæ ex corde, non ex lege, ex voluntate, non ex timore, vt professio nostra animi iudicio promatur. Per naturam enim inducti sumus ad fidem, non per legem, in qua forma doctrinæ Dei imperio facti sumus qui finxit naturā. In natura enim habemus, vt cognoscamus à quo, & per quem, & in quo sumus creati. Forma ergo doctrinæ est, in qua tradidit nos creator naturaliter. hoc est quod supra dixit, Ipsi sibi sunt lex; dum vident naturæ suæ esse quod credunt: vt quod Iudæis lex & prophetæ prædicarunt de Christo, hoc gentiles ex corde con-

siteantur. Hinc gratias refert Domino, quia cum essemus serui peccati, obediimus ex corde credentes in Christum, vt seruiremus Deo, non per legem Moyli, sed per legem naturæ.

Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ, sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati, ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ, in sanctificationem.

Dum infirmitatem carnis memorat, minus se significat exigere ab homine, quàm dignum est circa Dei culturam. Denique subinfert, Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati, ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ, in sanctificationem. Vt occasionem nobis auferret timoris accedendi ad fidem, quæ quasi importabilis nobis & aspera videretur, ea mensura nos Deo seruire præcepit, qua prius famulabamur diabolo: cum vtique propensus deberemus seruire Deo quàm diabolo, quippe cum hic salus, illic damnatio operetur: medicus tamē spiritalis non plus à nobis exigit, ne dum præcepta quasi grauius fugeremus, perpendentes infirmitatem nostram maneremus in morte. Vnde Dominus, Tollite, inquit, iugum meum super vos, quia suaue est, & onus meum leue.

Cum enim serui essetis peccati, liberi eratis iustitiæ. Quem ergo fructum habuistis tūc in illis, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors. Nunc verò liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam.

Manifestum est, quia qui liber est à Deo, est seruus peccati. Dum peccat enim, recedit à Deo, & fit sub peccato. Quales ergo sunt fructus peccati, in quibus addiscentes bonam vitā confundimur, eo quòd dudum turpiter vixerimus: & non solum hoc, quia & sententia paganorum turpis & scæda est, maximè quæ in Phrygia inuenta est, in qua nisi spurcicies intrerit, sacramentum mutum est, & torpescit religio? Ecce maculis plena libertas, & squaloribus obligata, cuius opus turpem mercedem habet, cuius finis mors. Finem dixit exitum vitæ & actuum, cui aut mors aut vita succedit. Sed hoc loco mors duplex: à mortē enim ad mortem trāsitur. Nunc verò liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem verò vitam æternam. Hoc est, si accepta remissione peccatorum, bonorum actuum æmuli fuerimus, acquirimus sanctitatem, finem verò habebimus, id est exitum, vitam perpetuam. A morte enim hac, quam finem dixit, transimus ad vitam quæ sine fine est.

Nā quæstus peccati, mors. Gratia autē Dei, vita æterna, in Christo Iesu Domino nostro.

Quæstum peccati mortem dicit, quia peccatum mors. Ac per hoc qui de cætero abstinent se à peccatis, stipendium accipiunt vitam æternam: quia qui non peccant, alieni sunt à mortē secundā. Gratia autē Dei, vita æterna, in Christo Iesu Domino nostro. Sicut enim

1. Tim. 1.

Exod. 20.

Rom. 7.

Rom. 8.

1. Tim. 2.

Esai. 29. Matth. 15.

Luc. 16. Galat. 6.

2. Petr. 2.

1. Cor. 1.

Rom. 8.

Sap. 13.

Rom. 2.

Philip. 1.

Apo. 21.

Luc. 2.

CAP. VII.

Rom. 1.

T. Linius lib. 3. & Dionysius Halicarn. lib. 10.

Matth. 19.

Rom. 3.

1. Petr. 3.

Ioan. 5.

enim sequentes peccatum acquirunt mortem, ita & A frequentes gratiam Dei, id est fidem Christi, quæ donat peccata, habebunt vitam æternam; vt gaudeant se ad tempus dissolui, scientes se hanc vitam consecuturos, quæ & omni tædio careat, & successionem non habeat. quā sanctus Symeon exoptans petiit se hinc dissolui, vt iret in pace, id est vita quæ nullam patitur inquietudinem. Et hoc donū à Deo per Christum nobis datum Dominum nostrum testatur, vt Deo patri gratias per nullum alterum nisi per suum filium agamus.

AN ignoratis fratres (scientibus enim legem loquor) quia lex dominatur homini quanto tempore viuuit?

Vt animos eorū firmet in doctrina diuina, exemplo humanæ legis vitur, vt iterum per terrena suadeat cælestia, sicut & à mundi creatura. Quia enim vnus est totum, licet diuersæ sint res, ex aliqua tamen parte sibi inuicem similes sunt. Sciunt ergo legem Romani, quia non sunt barbari, sed cōprehenderunt naturalem iustitiam partim ex se, partim ex Græcis, (nā leges Romanis ex Athenis perlatæ sunt,) sicut & Græci ex Hebræis. Ante Moysem enim non latebat lex, sed ordo nō erat, neque auctoritas. Non ignorantibus ergo legem dicit, Quia lex dominatur homini quanto tempore viuuit. Non est occultum omnem vitam hominis esse sub lege naturæ quæ data est mundo. hæc lex generalis est. Nunc verò aliam proponit specialem, quamuis & ipsa generalis est: sed dum non recipitur ab omnibus, fit specialis: per quam vult probare assertionem suam. Gradatim enim vult tradere veritatem. dicit ergo,

Nam quæ sub viro est mulier, viuente viro alligata est lege viri. Quòd si mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri. Igitur viuente viro vocabitur adultera, si iuncta fuerit alteri viro. Quòd si mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri, vt non sit adultera, si iuncta fuerit alteri viro.

Hæc lex de Euangelio est, non ex Moyse, neque ex iustitia terrena. Aliquid ergo duce natura, aliquid ex lege Moyli addiscentes, perfecti facti sunt per Euangelium Christi. Sequenti ergo exēplo aperitius suadet Christianismum erutum esse à lege factorum, non ab omni lege, nec vltra iam expedire esse sub lege, ne gratiā Dei euacuet reuersus sub legem; quia Dei gratia liberauit à lege hominem, vt spiritu, id est mēte, seruiat Deo. Sicut enim mulier mortuo viro liberata est à lege viri, non à lege naturæ: ita & hi gratia Dei liberati à lege sunt, à qua tenebantur rei, vt mortua illa sit, vt Christianismo iuncti non sint adulteri. Si enim lex apud illos viuuit, adulteri sunt, & nihil illis proderit dici Christianos, quia obnoxij erunt vltioni. Nec enim legis erit adulter, sed Euangelij, qui mortua lege iunctus Euangelio, post redit ad legem. Mortua enim lex dicitur, quando quem tenebat reum condonatum est ei, auctoritate legis cessante. Quòd si mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri, vt non sit adultera, si iuncta fue-

vit alteri viro. Sublati à lege accepta remissione peccatorum, & iuncti Euangelio, non sunt adulteri legis, quia mortua apud illos est. Si autem seruantes legem accedere se putant ad Euangelium, rei erunt & adulteri, quia viuua lege iunxerunt se fidei, & erunt in vitroque adulteri.

Itaque fratres mei, & vos mortificati estis legi per corpus Christi; vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexit vt fructificemus Deo.

Quoniam Saluator noster corpus suum diabolo crucifigere permisit, sciens pro nobis esse & contra illum, idcirco per corpus Christi saluos nos dicit factos. Mori enim legi, Deo viuere est, quia lex dominatur peccatoribus. Cui ergo dimittuntur peccata, moritur legi: hoc est liberari à lege. Itaque per corpus Christi hoc consequimur beneficium.

Tradens enim corpus suum Saluator, mortem vitæ, & peccatum damnauit. In ipso enim peccauit diabolus, cum illum innocentem occidit qui peccatum omnino nesciret. Cum enim hominem sibi peccati causa defenderet, inuentus est in eo reus, in quo accusabat. Hinc factum est, vt omnes credentes in Christum eruantur à lege sublato peccato, quia victum peccatum, quod est diabolus, per corpus Christi, non habet auctoritatem in eos qui ad illum pertinent, à quo victus est. Dum enim non peccat & occiditur quasi reus, vicit peccatum de peccato, hoc est, diabolus proprio peccato quod in eo admisit, damnauit, & chirographum quod peccato Adæ decretum erat, deleuit, quando ab inferis resurrexit, data huiusmodi forma credentibus sibi, vt à morte secunda teneri non possent: ac per hoc mortui sumus legi per corpus Christi. Qui enim legi mortuus non fuerit, reus est: & qui reus est, secundam mortem euadere non potest. Vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexit vt fructificemus Deo. Hoc dicit, quia ideo mortui sumus legi, vt de cætero Christi simus serui solius: & hoc erit fructificare Deo. Acquiritur enim Deo, qui in gratia eius manet dignus resurrectione promissa.

Cum enim essemus in carne, vitia peccatorum, quæ per legem ostenduntur, operabantur in membris nostris, vt fructificarent morti.

Cum in carne sit (est enim in corpore) negat se esse in carne; quia hic dicitur esse in carne, qui aliquid sequitur quod lege prohibetur. Igitur in carne esse multifariè intelligitur. Nam omnis incredulus in carne est, id est, carnalis; & Christianus sub lege viuens in carne est; & qui de hominibus aliquid sperat, in carne est, & qui malè intelligit Christum, in carne est, & si quis Christianus luxuriosam agit vitam, in carne est. Hoc tamen loco in carne esse sic intelligamus, quia ante fidem in carne eramus, sub peccato enim viuēbamus, hoc est, carnales sensus sequētes vitiis & peccatis subiacebamus. Sensus autē carnalis est, nō credere spiritalia, id est, sine cōmixtione virginē peperisse, & ex aqua & Spiritu sancto hominem denuò nasci, & solutam animam à copula carnis rursus in carne resurgere. De his diffidens,

Galat. 1.

Galat. 2. 1. Tim. 3.

Rom. 8. 2. Cor. 5.

Coloss. 2.

Apo. 2.

Rom. 6.

Ioan. 3. Hier. 17. 1. Ioan. 3. Philip. 3.

Ioan. 3.

in carne est. hinc, *Vitia* (ait) *peccatorum, quae per legem ostenduntur, operantur in membris nostris, ut fructificarent morti.* Manifestum est, quia qui non credit, sub peccato agit, & captius trahitur ad vitia admittenda, ut fructum faciat morti secundae. Lucrum enim tunc facit mors cum peccatur. In membris tamen dicit vitia operari, non in corpore, ne occasio esset male tractantibus corpus; quia in maliloquio lingua arguitur, & in futuro manus corripitur, & in dissimulante aures increpantur, & ita in caeteris, quae quamvis de corde exeant, membrorum tamen ministerio explentur, operibus. Disputatio haec tangit Indicos, & eos qui Christiani dicuntur & sub lege volunt vivere, ut discerent carnales se esse, recedant a lege. Vitia tamen peccatorum quae dominari in carne agentibus dicit, per legem ostendi, non per legem fieri demonstrat. Index enim peccati lex est, non genitrix, reos facientes peccatores.

Nunc autem soluti sumus a lege mortis, in qua detinebamur; ita ut seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate litterae.

Soluti sumus a lege, dum remissionem peccatorum accepimus. Non enim habet in nos potestatem: infidis enim & peccatoribus dominatur. Lex autem mortis ideo dicta est, quia punit reos: mortificat enim peccatores. non ergo mala est, sed iusta. Quamuis enim malum sit patientibus quod infertur a lege, sed illa non est mala, quia iuste infert iram. Itaque non mala est peccatoribus, sed iusta; bonis vero spiritualis est. Quis enim dubitet spiritale esse prohibere peccare? Sed quia hoc non potuit ut saluaret hominem remittendo peccata, lex fidei data est, quae credentes liberaret a domino legis, ut possint reparare se ad vitam, quos lex tenebat reos mortis. Ipsis enim lex mortis est, quibus ira operatur causa peccati. Ita ut seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate litterae. His legem tangere putatur, quam quidem ad comparationem legis fidei inferiorem facit, non tamen inimicam iudicat. Nam ideo dicit nos erutos a lege mortis, ut seruiamus legi fidei, quae nobis praesidium contulit salutare, quod vetus lex non potuit; ne gratiae beneficium inaniere videamur legi veteri seruiantes. Lex vetus non criminis utique nomen est, sed temporis vel aetatis. Seniuit enim, quia cessauit. Lex autem spiritus ipsa est lex fidei, quia fides in animo est, nec operibus addiscitur, sed corde creditur: & mens ipsa intelligit naturae suae esse quod credit, nec oculis cernitur, aut manibus palpatur: & quae sperantur dona, non visibilia sunt nec terrena, sed spiritalia. Vetus ergo lex in tabulis lapideis litteris formata est: lex autem spiritus in tabulis cordis spiritaliter scribitur, ut sit aeterna. Littera autem legis veteris aetate consumitur. Est & alia interpretatio legis spiritus; ut quia prior lex ab opere malo inhibuit, haec autem cum nec in corde peccari debere dicit, lex spiritus vocatur, ut quae totum hominem faciat spiritalem.

Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui nisi per legem. Nam & concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces.

Quoniam legem mortis hanc dicit, & erutos nos ab ea gratulatur, & in illa Deo seruire negat, ne iniquam hanc asserere putaretur, hoc purgat cum dicit, *Absit. Sed peccatum non cognoui, nisi per legem.* Non ergo peccatum est lex, sed index peccati. Ostendit enim & quae latebant peccata, & quae impunè futura non essent apud Deum. Quo comperto, homo factus est reus, & ideo non videtur gratias agere legi. Quis enim libenter habeat eum qui sibi poenam imminere annuntiat? Legi autem fidei gratias agit, quia qui per legem Moyse reus factus est, per legem fidei reconciliatus est Deo, quamuis & illa iusta & bona sit. Ostendere etenim imminens periculum, bonum est. Sed huic magis gratias agit, per quem creptus de periculo viuuit. *Nam & concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, Non concupisces.* Non discreuit concupiscentiam hanc a peccato, sed miscuit, hoc significans, quia cum nec suspicio quidem esset istud non licere apud Deum, cognoui, inquit, esse peccatum. Sub sua persona quasi generalem agit causam. Lex itaque concupiscentiam prohibet, quae propterea quod oblectamento est, non putabatur esse peccatum. Simplex enim videbatur causa, concupiscere aliquid proximi, hoc autem lex prodidit esse peccatum. Saecularibus namque hominibus nihil tam inultu videtur & placidum, quam voluptas.

Occasione ergo accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam.

Omnem dicens concupiscentiam, cuncta peccata significat. Supra enim concupiscentiam iuxta legem memorat, cui nunc caetera addens vitia, omnem dixit concupiscentiam operatam in homine impulsu diaboli, quem in peccato significat, ut in contrarium fieret homini lex, quae data erat ut prodesset. Videns enim diabolus auxilium per legem prouisum homini, quem tam propter Adae, quam propter ipsius peccatum in conditione se habere gratulabatur, intellexit factum aduersum se. Quem enim vidit factum sub lege, pro certo habuit de suo sublatum dominio. Agnouerat enim homo quomodo poenam inferni euaderet. Hinc exarsit iracundia aduersus hominem, ut illi legem inuenteret, ut prohibita admittendo, Deum rursus offenderet, & denuo in potestatem diaboli caderet. Cepit non imperare, sed subtiliter fallere, quoniam lege data amisit dominum diabolus, sciens hominem ad Dei iudicium de caetero pertinere.

Sine lege enim peccatum mortuum erat. Ego autem vivebam sine lege aliquando.

Hoc duplici genere intelligendum est, ut & diabolus in peccato scias significatum, & hoc ipsum quod vocatur peccatum. Mortuus enim dicebatur diabolus, quia cessabat ab illusione hominis ante legem, sed erat quasi quietus: securus enim erat de possessione eius. Peccatum etiam mortuum esse dixit, quia putabatur quod non imputaretur apud Deum: ideo apud hominem mortuum erat, quasi impunè peccaretur. Nam non latebat peccatum, sicut supra dixi, sed ignorabatur hoc quia Deus iudicaturus est. Quod cum data lege manifestatum est, reuixit

reuixit peccatum. Quare reuixit, nisi quia ante vixerat, & postea desidia hominum mortuum aestimatum est, cum viueret? Putabatur enim non imputari peccatum, cum imputaretur. Viuens ergo, pro mortuo habebatur. *Ego autem vivebam sine lege aliquando.* Quid est sine lege vixisse, cum lex semper fuerit, sicut supra memoravi, nisi quia sine timore Dei homo vivebat, securus quod non esset Deus iudicaturus actus humanos?

Sed cum venisset mandatum, peccatum reuixit. Ego autem mortuus sum: & inuentum est mihi mandatum quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem.

Ideo dixit reuixisse peccatum, ut significaret quia ante vixerat: postea autem desidia hominum mortuum aestimatum est cum viueret, sicut assolet falsa fama fieri peregrinis. Hoc ergo significat quod in initiis non latuerit peccatum imputari apud Deum, hoc est vixisse: sed cum consuetudo peccandi hoc obliterasset, mortuum aestimatum est; ut crimen cum persona deficiente putaretur. Cum autem data esset lex vel reformata, reuixit apud eos, apud quos mortuum aestimatum erat: coeperunt enim scire imputari peccatum. *Ego autem mortuus sum.* Mortuus est homo, quia videt se reum esse apud Deum, qui ante se putabat non futurum obnoxium ex his quae peccabat. *Et inuentum est mihi mandatum quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem.* Verum est, quia lex ad vitam data est: sed cum hominem non solum de praeterito, sed & de futuro peccantem reum fecit, inuenta est lex data ad vitam, esse ad mortem; sed, ut dixi, peccanti, quia obedientibus proficit ad vitam.

Nam peccatum occasione accepta per mandatum, seduxit me, & per illud occidit.

Peccatum hoc loco diabolus intelligit, qui auctor peccati est. Hic occasionem per legem inuenit, quomodo crudelitatem suam de nece hominis fatiaret: ut quia lex comminata est peccatoribus, homo instinctu eius prohibita semper admittens, offensus Deo ultionem legis incurreret, ut ab ea quae illi profutura data erat, damnaretur. Quia enim inuito illo data est lex, exarsit inuidia aduersus hominem, ut eo amplius vitiosis voluptatibus macularet, ne manus eius euaderet.

Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum & bonum. Quod ergo bonum est, mihi mors est? Absit. Sed peccatum, ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem.

Ut nihil aduersae suspicionis remaneret in lege, sic illam commendat, ut non solum iustam hanc, sed & sanctam & bonam pronuntiet. Nam mandatum legem intelligi, euangelicus sermo testatur. Ait enim, Si vis ad vitam venire, serua mandata. *Quod ergo bonum est, mihi mors est? Absit.* Verè absit. Vnde enim fieri potest, ut quod bonum esse probatur, mors intelligatur? *Sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem.* Diabolus dicit per bonum occasionem accepisse ut malum operaretur homini, dum illum seducit ad mortem: quia ut ea quae

ante legem male gesta sunt per illecebram cupidinis probarentur esse peccata, & de caetero vitarentur, data est lex literis formata in lapidibus. Tunc incensus est Satanas, per bonum utique: quia enim vidit prouideri homini, illicita illi suasisse, ut pro vita ex lege ei mors proueniret. Quod quidem negligentiae humanae adscribendum est, quae sic vigorem naturae suae infirmauit cupiditate peccandi, ut suggestiones aduersarij reprimere non posset. Inimicus tamen, quem in peccato significat, ut appareat esse inimicus, per legem accepit occasionem operari homini mortem. Dum enim ad illicita illum suadet, apparet esse inimicus. Quamquam & ante legem mortem homini procurauerit, excepta prima causa Adae: post legem tamen maiores ei poenas apud inferos, ubi mors secunda est, adinuenit. Minus enim criminis est ante legem manifestatam peccasse, quam post legem.

Ut fiat supra modum ipsum peccatum peccans per mandatum.

Quid est, *supra modum*? quasi datus sit modus delinquendi, cum peccare non liceat? Sed Dei verba sunt dicentis, Non sunt completa peccata Amorrhæorum. Per quod ostendit mensuram quandam esse delictorum, quam cum impleuerint peccatores, vita digni minimè iudicentur; sicut & Pharaon, quia istum modum impleuerat, Dei virtutes & signa in illum ostensa sunt, per quae caeteri territi ad emolumenta vitae se exercebant, ut in mortuo vita discatur. Sed alius est modus quem traicit Apostolus. Ut ostendat enim plus peccatum esse sub lege, quam fuerat ante legem; supra hunc modum peccatorum amplio rem modum significat creuisse post legem inuidia & astutia Satanae, ut prouidentia Dei contraria fieret homini, cum timore legis minimè peccare debuisset. Ideo Deus ut inuidiam diaboli vinceret, & prouidentiam homini ratam faceret, mutauit ordinem, mittens Saluatorem Christum, qui & diabolus vinceret, & statuta Dei erga hominem firmaret.

Scimus enim quod lex spiritalis est, ego autem carnalis sum, venditus sub peccato.

Quoniam scientibus legem loquitur, ideo ait, Scimus quia lex spiritalis est, nec enim se sub lege darent, nisi agnoscerent istam esse spiritalem. *Ego autem carnalis sum, venditus sub peccato.* Legem Moyse spiritalem vocat, quae est data in tabulis: quae quia peccare prohibet, spiritalis est, quippe cum visibilia & carnalia coli prohibeat. Haec ad commendationem legis pertinet, ne culpa forte digna putaretur, quia seueritatem exercuit in peccatores. Hominem autem carnalem appellat, dum peccat. *Venditus sub peccato.* hoc est venditum esse sub peccato, ex Adam qui prior peccauit, originem trahere, & proprio delicto subiectum fieri peccato, sicut dicit Esaias propheta, Venditi estis peccatis vestris. Adam enim vendidit se prior, ac per hoc omne semen eius subiectum est peccato. Quamobrem infirmum esse hominem ad praeccepta legis seruanda, nisi diuinis auxiliis muniatur, hinc est; vnde ait, *Lex spiritalis est, ego autem carnalis sum, venditus sub peccato.* hoc est, lex firma est & iusta, & caret culpa; homo autem fra-



gilis est, & paterno subiugatus delicto, ut potestate sui uti non possit circa obedientiam legis: ideo est ad Dei misericordiam confugiendum, ut seueritatem legis effugiat, & exoneratus delictis, de cetero Deo fauente inimico resistat. Quid est enim subiectum esse peccato, nisi corpus habere vitio animae corruptum, cui se inserat peccatum, & impellat hominem quasi captiuum delictis, ut faciat voluntatem eius? Hinc Dominus inter cetera ait, Venit diabolus, & tollit quod seminat est in cor illorum, ne salui fiant. Vnde idem Apostolus in alia epistola ait, Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, contra spiritalia nequitiae quae sunt in caelestibus: quos satellites constat esse Satanæ. Nam ante prauaricationem, & priusquam homo se manciparet morti, non erat his potestas ad interiora hominis accedere, & cogitationes aduersas inferere. Primum autem astutia eius factum est, ut confabulatione per astutiam homo circumueniretur. Postquam autem circumuenit eum & subiugauit, potestatem in eum accepit ut interiora hominem pulsaret, copulans se menti eius, ita ut non possit agnoscere quid suum sit in cogitatione, quid illius, nisi respiciat legem.

Quod enim operor, non intelligo. Non enim quod volo, hoc ago: sed quod odi, illud facio. Si autem quod odi, illud facio; consentio legi, quoniam bona est.

Non intelligit quod operatur, quia videt aliud se per legem scire, & aliud agere. *Non enim quod volo, hoc ago: sed quod odi, illud facio.* Subiectus peccato, facit utique quod non vult. *Si autem quod odi, illud facio, consentio legi.* Probat legem recte prohibere, quando inuitum se hoc facere quod lex vetat profitetur, & naturæ suæ dicit esse quod mandat lex; quia quod extra facit, odiosum sibi dicit.

Nunc autem iam non ego operor illud, sed quod inhabitat in me peccatum. Scio enim quoniam non inhabitat in me, hoc est, in carne mea, bonum.

Quoniam lege videt prohiberi quod agit, consentit non debere fieri; ac per hoc aliud esse cuius impulsu hæc agit, declarat, id est, peccatum. Peccatum autem ideo semper nominat, ut sciatur diabolus esse cum angelis suis: quia nisi peccasset primus homo, hæc non prouenirent, ac per hoc peccatum est quod ea omnia facit. *Scio enim quoniam non inhabitat in me, hoc est, in carne mea, bonum.* Non sicut quibuldam videtur, carnem malam dicit, sed quod habitat in carne, non esse bonum, sed esse peccatum.

Quomodo inhabitat in carne peccatum, cum non sit substantia, sed priuatio boni? Quoniam primi hominis corpus corruptum est per peccatum, ut possit dissolui: ipsa peccati corruptio per conditionem offensionis manet in corpore, robor tenens diuinæ sententiæ datæ in Adam, quod est signum legis diaboli, cuius instinctu peccauit Adam. Per id ergo quod facti causa manet, inhabitare dicitur peccatum in carne, ad quam diabolus accedit qua-

Genes. 3.

si ad suam legem, & manet quasi in peccato peccatum, quia caro iam peccati est, ut decipiat hominem suggestionibus malis, ne homo faciat quod precipit lex.

Nam velle adiacet mihi: perficere autem bonum, non inuenio. Non enim quod volo facio bonum, sed quod nolo malum, hoc ago: si autem quod nolo hoc facio: iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.

Tam bona asserit quæ iubet lex, ut naturaliter sibi placere dicat, & velit facere. *Perficere autem bonum, non inuenio.* Et placet ergo quod lege iubetur, & voluntas est faciendi; sed ut impleatur, potestas & virtus deest: quia sic pressus est potestate peccati, ut non possit ire quod vult, neque valeat contradicere, quia potestatis eius alter est Dominus. Homo enim iam consuetudine peccandi grauat, & facilius succumbit peccato quam legi, quam scit bona docere; ac si velit bona facere, premit illum consuetudo adiutore inimico. *Non enim quod volo, facio bonum: sed quod nolo malum, hoc ago.* Saepe repetit, ut dilucidet. Hoc ergo est quod supra dictum est, quia ut captiuus per supradictas cautelas illud cogitur facere peccatum, quod non vult. *si autem quod nolo, hoc facio: iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.* Hoc est quod iam supra memorauit, quia pressus & subiugatus peccato, non suam, sed illius perficit voluntatem. Numquid quia inuitum hominem dicit peccare, immunis debet videri à crimine: quia hoc agit quod non vult, pressus vi potestatis? Non utique. Ipsius enim vitio & desidia hæc cæpta sunt. Quia enim mancipauit se per assensum peccato, iure illius dominatur. primum enim suadet, ut victo iam dominetur. Apostolus autem ut gratiam Dei præferat, hæc exponit de quantis malis hominem liberauerit, & quæ exita ex Adam trahit, quæ verò beneficia per Christum consecutus est; ut cui nec lex quidē subuenire potuit demonstraret.

Inuenio igitur legem volenti mihi facere bonum, quia inest mihi malum. Cōdelector autem legi Dei secundum interiorē hominem.

Legem Moyse asserit voluntatis suæ dare consentium contra peccatum quod in carne habitat, quod aliud cogit facere, quam quod vult homo & lex. *Condelector autem legi Dei secundum interiorē hominem.* Animum his oblectari dicit quæ à lege traduntur: hic est interior homo; quia non in animo habitat peccatum, sed in carne, quæ est ex origine carnis peccati, & per traducem sit omnis caro peccati. Si verò anima de traduce esset & ipsa, & in ipsa habitaret peccatum: quia anima Adæ magis peccauit quam corpus; sed peccatum animæ corrumpit corpus. In carne ergo habitat peccatum quasi ad ianuam animæ, ut non illam permittat ire quod vult. In animo autem si habitaret, numquam se cognosceret homo: nunc autem cognoscit se, & delectatur legi Dei.

Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in legem peccati, quæ est in membris

Iacob. 1.

2. Cor. 4.

2. Tim. 2.

Gal. 5.

1. Cor. 15.

1. Petr. 5.

Rom. 6.

Galat. 3.

Coloss. 2.

Rom. 7. sup.

Rom. 12.

Rom. 6.

membris meis.

Duas leges memorat, ex quibus vnam in membris suis videre se flagitat, id est, in exteriori homine, qui est caro vel corpus. Hæc lex aduersa repugnat animo, trahens illum captiuum in conditionem peccati, ne ultra egrediens inueniat assertorem. Alia est lex mentis, quæ est Moyse, vel naturalis, quæ est in animo. Hæc pressa est violentia peccati, negligentia quidem sua, quia dum diligit vitia, subiecit se peccato, ut ipsa consuetudine teneretur captiuus. dominatur enim homini consuetudo. Quatuor quidem leges nominat: primam legem spiritalem, quæ est etiam naturalis, quæ reformata est per Moysem, & posita in auctoritate ipsa est Dei lex: deinde legem mentis consentientem legi Dei: tertiam legem peccati, quam ex prauaricatione primi hominis in membris dicit habitare: quartam verò quæ in membris videtur dum mala suggerit, & recedit. Sed hæc leges iteratæ quatuor videtur cum sint duæ, id est, boni & mali. Lex enim mentis ipsa est lex spiritalis, siue Moyse, quæ vocatur lex Dei. peccati verò lex eadem est quæ & illa quam in membris dicit videri, quæ contradicit legi mentis nostræ.

Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.

Infelicem hominem dicit, quia nascitur sub peccato. Numquid non verè infelix est homo, qui in hanc hereditatem prauaricationis successit, hospitem secum habens peccatum, per quod ad illum aditum habet Satanæ? Gradus enim fabricauit Adam, per quos ad filios eius expoliator ascendit, nisi clementissimus Dominus motus misericordia gratiam suam per Christum dedisset, ut releuatam genus humanum remissione peccatorum accepta, de cetero possit respicere, depresso & dånato peccato. Potest enim exoneratus malis & purgatus resistere aduersario, potestate accepta contra illum, dum adiuuatur à Deo. Hic quasi legem fidei tertiam inducit potiore, quam & gratiam vocat, quæ ex lege tamen spiritali originem habet, quia per hanc liberatus est homo: ut quia Moyse dedit legem, deditque & Dominus, duæ dicantur, vna tamen intelligatur quantum ad sensum & prouidentiam pertinet. Illa enim initiatrix est salutis, hæc verò consumatrix. Sed non hanc partem legis dico, quæ in neomeniis est & in circumcissione & in escis, sed quæ ad sacramentum Dei pertinet ad disciplinam. Gratia ergo Dei per Christum liberatus est homo de corpore mortis huius. Hanc dicit mortem, quam supra ostendit ad necem hominis per peccatum inuentam apud inferos, quæ appellatur secunda. Corpus autem mortis est, cuncta peccata. Multa enim vnum corpus sunt, singula quasi membra vno auctore inuenta, ex quibus homo ereptus gratia Dei per baptismum, supradictam mortem euasit. Nec enim in carneo corpore positus de eo ipso ereptum se diceret; sed hoc corpus dixit quod superius per baptismum & obseruantiam legis destrui significat. Nam & cum dicit, *de corpore mortis*, ostendit aliud corpus esse non mortis.

A Igitur ego ipse mente seruius legi Dei, carne autem legi peccati.

Legem Dei cum dicit, & Moyse significat legem, & Christi. *Igitur ego ipse*, id est, qui liberatus sum de corpore mortis. In corpore est: quomodo liberatus est de corpore mortis, nisi quia liberatus est à cunctis malis? Remissio enim peccatorum omnia tollit peccata. Liberatus ergo de corpore mortis gratia Dei per Christum, mente vel animo seruit legi Dei, carne autem legi peccati, id est diaboli, qui per subiectam sibi carnem suggestiones malas ingerit animæ. Quia ergo duplex est homo, carne concretus & animo; legi Dei mente seruire se dixit, quia animus deuotus est Deo, & recuperata sui potestate repugnare potest peccato, quod per carnem operatur. Quia enim caro corrupta est, & morti subiecta, quæ sic facta erat ut societate & cōiunctione animæ non moreretur; recepit desideria, quorum quasi onus quoddam trāsferret ad animum, ut etiā ipse moreretur. Sed quia repulit illam mortem gratia Dei; ait, *mente seruius legi Dei, carne autem legi peccati*, sicut dictum est. Iam enim liber animus, & in consuetudinem bonam reuocatus, Spiritu sancto adiuuante malas suggestiones potest spernere. Reddita est enim illi auctoritas, qua audeat resistere inimico. Qui enim iam non est obnoxius, minimè poterit indagari in vitis. Caro autem quia iudicium non habet, neque capax est discernendi (est enim bruta natura,) non potest inimico aditum claudere, ne veniens introeat, atque animo contraria suadeat, ac per hoc, *carne (ait) seruius legi peccati.* Cum enim omnis homo carne constet & anima, ex illa parte qua sapit, Deo seruit: ex altera autem qua stolidus est, legi peccati. Si autem homo in eo quod factus est perdurasset, non esset potestas inimico ad carnem eius accedere, & animæ contraria susurrare. Ut autem totus homo minimè reparatus fuisset Christi gratia ad statum pristinum, sententia obstitit data in Adam. Iniquum enim erat soluere sententiam, iure depromptam. Idcirco manente sententia prouidentia Dei remedium inuentum est, ut redhiberetur homini salus, quæ proprio vitio amiserat; ut hic sanatus crederet quia aduersarius eius deuietus potentia Christi, non auderet transpuncta sententia primæ mortis hominem sibi defendere, adunato genere Adæ, ut ad primæ originis redderetur facturam, iam totus permanens immortalis.

Nihil ergo nunc damnationis est iis qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulat. Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu, liberauit me à lege peccati & mortis.

Verum est, quia nulla damnatio est iis, qui sunt in Christo Iesu, legi Dei deuotione animi seruientes. *Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu, liberauit me à lege peccati & mortis.* Securitatem flagitat homini per gratiam Dei, ut de suggestionibus diaboli non sit sollicitus, dummodo spernat illas. (nihil enim oberit homini ad mortem secundam, quia lex fidei, id est spiritus, liberauit hominem à morte secunda.

Apoc. 2.

damnato peccato.) Nec obesse iam homini, quia carni inest peccatum, si modò repugnet illi, memor auxilij Dei; sed & coronandus est qui peccati in carne manentis premit consilia. Magnæ enim solertix est, domestici hostis insidias euitare. Lex ergo spiritus vitæ, ipsa est lex fidei. Nam & Moyfi lex spiritalis est, quia prohibet peccare: non tamen vitæ, quia reis mortis peccata remittere non potest, vt viuificet mortuos. Hæc verò quia & peccare non vult, & à morte reuocat, lex spiritus vitæ appellatur, non per litteram constans, sed per spiritum, quia corde creditur, & spiritus est quod creditur. Hæc itaque lex in Christo Iesu, (hoc est, per fidem Christi) liberat credentem, à lege peccati & mortis. Lex peccati est quam in membris dicit habitare, quæ suadere nititur aduersa. Lex verò mortis, Moyfi lex est, quia mortificat peccatores. Nam & in alia epistola inter cætera dicit de auctoritate legis: Si ministratio mortis litteris formata in lapidibus fuit in gloria. Non ergo mirum si lex spiritalis dicatur, & lex mortis, cum & Euangelium eodem modo sit. Dicit enim alio loco inter cætera: Aliis odor vitæ ad vitam, aliis odor mortis ad mortem. Quos enim opinio virtutum, aut rerum gestarum visus aut auditus attrahebat ad fidem, his odor vitæ erat Euangelium. Illis autem quorum sensum inflammat facta virtus ad contradicendum, mortis erat odor prædicatio fidei. Vna ergo cum sit fides, diuersitatem præstat hominibus, sicut & sol cum sit vnus, ceram soluit, lutum restringit. Qua ergo quis mente odoratus fuerit, fidem, sic & proficiet illi. Sed dicitur forte, Si eadem præstat fides quæ & lex, cur non etiã ipsa ex parte lex mortis dicitur? mortificationem nõ credentes. Sed nõ ita est. Fides enim data est quæ iustificat confugientes ad se, vt remittat eis quos lex tenet reos, vt agentes sub fide, liberi sint à peccato. nam sub lege agentes obnoxij sunt. Qui ergo non obediunt fidei, non occiduntur à fide, sed à lege; quia non accedentes ad fidem, rei tenentur à lege: ideoque omnes qui malo animo odorantur verba fidei, remanent in morte. Videamus nunc quid intersit cum dicitur lex spiritalis, & lex spiritus. Hoc interest, quia idcirco dicitur lex spiritalis, quia præcepta dat per quæ non peccetur: quia qui non peccat, spiritalis vocatur, æmulus spirituum cælestium. Lex autem spiritus propterea vocatur, quia Deus, cuius fides est, spiritus est. Illic ergo verba sunt, hinc res. Illic quæ Dei sunt, hinc Deus ipse.

Quoniam quod impossibile erat legis, in quo infirmabatur per carnem, Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, de peccato damnauit peccatum in carne.

Hæc dicit vt baptizatos securos reddat, quia liberati sunt à peccato. Quoniam quod impossibile erat (inquit) legis. Cui impossibile? Nobis scilicet impossibile erat mandatum legis implere, quia subiecti eramus peccato. Ob hoc, Deus filium suum misit in similitudinem carnis peccati. Hæc est similitudo carnis, quia quamuis eadem caro sit quæ & nostra; non tamen ita facta in vtero est & nata, sicut & caro nostra. Est enim sanctificata in vtero, & nata

sine peccato, & neque ipse in illa peccauit. Ideo enim virginalis vterus electus est ad partum dominicum, vt in sanctitate differret caro Domini à carne nostra. In causa enim similis est, non in qualitate peccati substantia. Propterea ergo similem dixit, quia de eadem substantia carnis, non eandem habuit natiuitatem, quia peccato subiectum non fuit corpus Domini. Expiata est enim à Spiritu sancto caro Domini, vt in tali corpore nasceretur, quale fuit Adæ ante peccatum, salua tamen sententia data in Adam. Misso ergo Deo Christo, de peccato damnauit peccatum, hoc est, peccatum peccato proprio damnauit. Christus enim cum à peccato crucifigitur, quod est Satanæ, peccauit peccatum in carne corporis Saluatoris. Quo factò damnauit Deus peccatum in carne, ibi vtrique vbi peccauit, sicut & in alia epistola ait, Detriumphans illos in ipso, id est in Christo. Nam & solet dici de quocumque damnato, In qua causa damnatus est? respondetur, vtputa, in homicidio. Ita & peccatum in carne damnatum, hoc est, in peccato quod admisit in carne. Hoc itaque peccato reus factus Satanæ, amisit dominium retentorum animarum, vt iam signatos signo crucis in qua victus est, in secunda morte tenere non audeat. Quamobrem ad securitatè nostrã hæc tractat Apostolus.

Vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Ideo damnatum dicit peccatum, vt impleretur in nobis iustificatio legis datæ à Moyse. Sublati enim de conditione legis, facti sumus amici eiusdem. Iustificati enim amici legis sunt. Quomodo autem impletur in nobis iustificatio, nisi cum datur remissio omnium peccatorum? vt sublati peccatis iustificatus appareat, mente seruiens legi Dei. Hoc est non secundum carnem ambulare, sed secundum spiritum; vt deuotio animi, qui est spiritus, non consentiat desiderio peccati, quod per carnem seminat concupiscentias animæ, dum inest. Si damnatum est peccatum, quomodo inest? Damnatum est, & à Salvatore triplici genere damnatum. Primo enim in loco damnauit peccatum, dum non peccauit, dissentiens à peccato. Deinde in cruce peccatum, quia peccauit, damnatum dicitur. Vnde sublatam est illi auctoritas quasi peccati, quia detinebat homines in inferno propter delictum Adæ, vt de cætero in quibus signum crucis est, detinere non audeat. Tertio damnauit peccatum, dum irrita fecit delicta remissione peccatorum concessa. Cum enim peccator causa admitti peccati damnandus esset; ignoscens autem ei damnauit in eo peccatum. Itaque si & nos Saluatoris exemplo non peccemus, damnamus peccatum.

Qui enim secundum carnem sunt, quæ carnis sunt sapiunt; qui verò secundum spiritum ea quæ sunt spiritus sentiunt.

Hoc dicit, quia qui suggestioni quæ efficitur per carnem, obtemperat; quæ carnis sunt, sapit. Hoc enim illi sapere videtur quod sequitur, contra fas appetens vsum & sententiam erroris carnis: in carne enim mundanus error signatur quacumque ex parte.

Rom. 7.  
Rom. 4.  
2. Cor. 3.  
Rom. 10.  
Rom. 7.  
1. Cor. 3.  
2. Cor. 2.  
Ephes. 4.  
Rom. 6.  
Galat. 3.  
Rom. 7.  
Ioan. 4.  
Act. 15.  
philip. 2.  
Matth. 1.

parte. Qui verò secundum spiritum, ea quæ sunt spiritus sentiunt. Manifestum est, quia qui se à carnis desideriis continet, iuxta legem mentis viuunt. Hoc enim illi videtur sapere, quod conueniat legi.

Nam prudentia carnis, mors est: prudentia autem spiritus, vita & pax.

Prudentia carnis peccatum est quod generat mortem. Prudentia enim ideo dicitur, cum res stulta sit, quia sæcularibus hominibus errores ex visibilibus concepti siue in sensu siue in actu contra legem Dei, prudentia videntur: maxime quia omnis industria & astutia illorum in eo est, vt peccent. Sapere enim sibi videntur si istud diligentius curent, cum nihil stultius sit quam peccare. Est & alia prudentia carnis, quæ mundanis rationibus inflata, negat aliquid fieri quod mundi careat ratione. Vnde deridet virginis partum, carnis resurrectionem. Prudentia autem spiritus, vita & pax. Verè hæc est sapientia, quæ vitam acquirit & pacem. Sequens etiam spiritalia contemptis illecebris vitæ præsentis, æternam habebit iram cum pace, id est, sine inquietudine. Vbi enim perturbatio est, & poena est.

Quoniam sapientia carnis inimica est Deo: legi enim Dei nõ est subiecta, nec enim potest.

Non carnem dixit inimicam, sed sapientiam carnis; id est, non substantiam, sed aut malos actus, aut cogitationem, siue asseuerationem quæ nascitur de errore. Sapientia ergo carnis est primo in loco, astrorum ab hominibus præsumpta disputatio, deinde visibilibus oblectatio. Hæc inimica Deo sunt, quia elementorum Dominum, & opificem mundi his coæquant quæ fecit adstruentes nihil posse fieri, præterquam mundi continet ratio. Quamobrem negant Deum fecisse vt virgo pareret, aut mortuorum corpora resurgerent: quia stultum est (inquit) vt Deus fecerit vltra quam sapit homo. O prudentes mundi, qui putant Deum non debere aliter facere quam ab eo facit condita creatura, vt ipse similis creaturis putetur! Sic cæcati sunt, ne videant qualem contumeliam Deo faciunt. Opus enim quod in laudem suam prædicandum facere dignatus est, isti vituperantes, incredulum & stultum asserunt, ac per hoc Dei legi subiecta esse non potest ista carnis prudentia, ad hoc enim studium suum exacuunt, vt Deo agentes repugnent.

Qui enim in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu; si tamen spiritus Dei habitat in vobis.

Sapientes mundi in carne sunt, quia mundi sapientia student, per quam Dei legi repugnet. Quidquid enim contra legem Dei est, carnale est, quia ex mundo est. Totus enim mundus caro est. Omne enim visibile carni deputatur. cognata enim sunt carnis, immò elementa carnis. Ideoque qui mundanis rebus obtemperat, in carne est. Vos autem non estis in carne, sed in spiritu. In carne positi dicuntur non esse in carne, si assentientes Iohanni Apostolo, mundum non diligant. Sententia enim hominis suam quasi fingit naturam, vt hoc appelletur quod sentit. Si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Hoc ideo ambigüe dicit, quia in legem inducti, non adhuc perfectæ

Barnab. 3.  
Act. 17.  
Coloss. 2.  
Apo. 7.  
Apo. 2.  
Rom. 7.  
Act. 17.  
Rom. 1.  
Sap. 13.  
Act. 17.  
Rom. 1.  
Sap. 13.  
I. Ioan. 2.

erant fidei, sed spem in eis videbat perfectionis. Vnde aliquando quasi perfectis loquitur, aliquando quasi perfecturis; hoc est, aliquando laudat, aliquando commonet: vt si secundum supra memorata versentur iuxta legem, non in spiritu esse dicantur; quia spiritus Dei in eo habitare non potest, qui carnalia sequitur.

Si quis verò spiritum Christi non habet, hic non est eius.

Spiritum Dei nunc spiritum dicit Christi, quia omnia patris, filij sunt. Hoc ergo dicit, quia qui supradictis erroribus subiectus est, ad Christum non pertinet: spiritum enim eius non habet, quem vt filius Dei esset, acceperat. Duabus enim ex causis deserit hominem Spiritus sanctus, cum aut sensum carnis habet, aut gesta. Itaque per hæc ad bonam conuersationem hortatur. Quamuis enim bonitate Dei erigantur homines, non erunt tamen filij Dei vocati, nisi sic vixerint, vt indigni concessio nomine minimè videantur.

Si autem Christus in vobis est, corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus verò vita propter iustificationem.

Peccati causa corpus mortuum asserit eorum quos deserit Spiritus sanctus, nec ad istum, id est spiritum, quis eorum passione potest peruenire. Spiritus enim Dei nescit peccare. Ad iustificationem enim datur, vt adiutorio suo iustificet. Ergo quia peccare nescit, vita est. Mori enim non potest, quia per peccatum mors: ac per hoc sibi peccator oberit, non spiritui quem accepit. Nec enim spiritus erit in causa, qui vult iustificare. Signum enim iustificationis hoc est in homine, vt per id quod inhabitat in eo, iustificatus appareat esse filius Dei. Non enim in ficto homine, neque in corpore subdito peccatis potest habitare Spiritus sanctus, sicut dicit Salomon. Si quis autem denuò carnaliter viuat, desertus ab Spiritu sancto, in iniustitia sua morietur. Corpus autem dicens, totum hominem significat mortuum peccati causa: sicut & à propheta sub vocabulo animæ totus homo significatur, quasi à parte totum. Ait enim, Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Numquid sine corpore? Hic corpus pro toto homine posuit, ille animam. Et alius propheta carnem dicendo, totum hominem significat. Ait enim, Videbit omnis caro salutare Dei. Et quoniam baptizato datur Spiritus sanctus, etiam ipse esse spiritus dicitur. Idcirco cætera hominis ad comparisonem eius corpus appellauit. Præterea anima dum peccat, caro dicitur, hoc enim vocatur quod sequitur, sicut sæpe iam dixi. Simili modo & Dominus cum in passione sua diuinitatem suam minimè formidare vellet intelligi, sed hominis esse mœstitiam, ait, Spiritus quidem promptus est, caro verò infirma: vt in spiritu Deum, in carne verò hominem significaret.

Quod si spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis; qui suscitauit Iesum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius

1. Cor. 3.  
1. Cor. 17.  
Sap. 1.  
Rom. 5.  
Sap. 1.  
Ezech. 18.  
Esa. 40.  
Act. 10.  
Matth. 26.

in vobis. Igitur fratres, debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus.

Ipsam sensum eadem tractat ratione. Corpora enim dixit, per quæ homines significat. Et quia supra dixit propter peccatum corpus mori morte secunda, hic iterum propter bonam vitam mortalia corpora viuificari promissit, id est totum hominem. Igitur fratres, debitores sumus non carni, vt secundum carnem viuamus. Rectum & manifestum est, non nos adinventioni Adæ, qui carnaliter egit, obsecundare debere, qui prior peccans mortem nobis hereditatis titulo dereliquit: sed legi Christi seruire nos debere, qui nos spiritali ratione à morte supradicta redemit. Huic enim debitores sumus, qui nos carnalibus vitis sordidatos per lauacrum spiritus ablutos iustificauit, & filios Dei fecit. Prius enim in carne positi exemplo Adæ viuabamus subiecti peccatis: nunc verò liberati reddere debemus obsequium redemptori. Quod quidem obsequium non illi vti que proficit, qui nullius eget, sed nobis vitam acquirit æternam. Sic enim diligit nos, vt sibi impu- tet quod proficit nobis.

Si enim secundum carnem vixeritis, moriemini. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuicis.

Nihil verius, quia si secundum Adam vixerimus, moriemur. Adam enim præuaricans vendidit se peccato, carni que deputauit. Omne enim peccatum, caro est. Propter quod enim deforis vitia & delicta nascuntur ex sensibus, id est, de auditu, visu, tactu, odoratu, vel gustu, carni deputantur. Omnis enim cogitatio, dum foras respicit, incurrit delictum. Nam & primi hominis deforis peccatum natum est. Secundum carnem ergo viuere, mors est. Omnis enim actus carnis extra legem est. Si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, viuicis. Corpus vult lege animæ gubernari. Vnde ostendit, quia si duce sancto Spiritu actus & consilia carnis, quæ huius mundi instigantibus potestatibus concinnantur, fuerint repressa, ne agendi accipiant potestatem; vitam præstari. Mortificari enim dicuntur si cessent: non sunt enim si cessant, quia peccatum non est, si non fiat.

Quicumque enim spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei.

Hos dicit spiritu Dei agi, in quorum actibus consilia principum & potestatum huius mundi videntur. in quorum enim videntur, non sunt filij Dei, sed diaboli: quia qui de Deo natus est, non peccat, dicit Ioannes Apostolus. Hoc est enim quod probat Dei filios & diaboli. Vnde Dominus ad Iudæos quod malè agerent, & parricidium cogitarent, ait, Vos de patre diabolo estis.

Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, pater.

Hoc dicit, quia accepto Spiritu sancto, à timore malorum actuum eruti sumus, vt de cetero nihil tale agamus, vnde iterum timeamus. Antè enim sub timore eramus, quia lege data omnes rei sunt constituti. Spiritum ergo timoris legem dixit, quia ho-

mines peccati causa in timore constituit. Lex autem fidei, quæ in spiritu adoptionis significatur, lex securitatis est: quia à timore nos eruit dum donat peccata, ac per hoc securos nos fecit, ac dicitur spiritus non timoris secundum hunc modum. sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, pater. Gratia Dei à timore liberati, accepimus spiritum adoptionis filiorum, vt considerantes quid eramus, & quid dono Dei sumus adepti, magna cum diligentia vitam nostram ordinemus, ne nomen Dei patris in nobis iniuriam patiat, & ea omnia quæ euasimus, veluti ingrati incurramus. Talem enim gratiam consecuti sumus, vt audeamus dicere Deo, Abba, id est, pater. Ideoque commo- net, ne accepta fiducia in temeritate vertatur. Si enim huic voci qua dicimus, Abba, pater, dissimilem vitam exhibeamus, iniuriam Deo facimus vocantes eum patrem. Idcirco enim bonitate sua hoc nobis indulgit quod super naturam nostram est, vt quod substantia indigni sumus, operibus mereamur.

Ipsè spiritus reddit testimonium spiritui nostro, quod sumus filij Dei. Si autem filij, & hæredes. hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi.

Bene agentibus nobis, & per hoc ipso manente in nobis Spiritu sancto, huic voci & animo nostro quo clamamus in oratione, Abba, id est pater, spiritus Dei testimonium reddit, dum manet in nobis, quonia non temerè dicimus, Abba, pater. Dignam enim vitam huic voci exhibeamus; & hoc est testimonium filiorum, si in eis per spiritum videatur signum paternum. Si autem filij, & hæredes. hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi. Cùm Deus pater nullo modo mortuus possit dici, Christus autem eius filius mortuus dicatur causa incarnationis, quid est vt is qui mortuus est, semper viuentis hæres esse dicatur, cùm hæredes vti que non nisi mortuorum sint? Sed hæc causa humanitatis, non diuinitatis est. Nam apud Deum quæ apud nos hæreditas dicitur, donum est patris in filios obedienter transfusum, vt viuus viuentis hæres sit merito proprio, non necessitate defuncti. Vnde & Dominus in Euangelio non magis humana quàm diuina ratione viuum viuentibus substantiam partitum esse, licet in parabola, significauit. Nec enim parabola absurda ratione componitur. Vt ergo promptos nos ad obediendum Deo patri faceret, hac spe exhortatur, dicens Dei nos futuros hæredes, cohæredes autem Christi: vt quia spes magna præmij est, tanto magis in Dei rebus propensiores essemus, postponentes curam mundanorum. Quid sit autem cohæredem esse filij Dei, ab Apostolo Ioanne docemur. Inter cætera enim ait, Scimus quoniam cùm apparuerit, similes ei erimus.

Si tamen compatiamur, vt & simul glorificemur.

Quomodo cohæredes Christi fieri possimus declarat, dicens, Si tamen compatiamur, vt & simul glorificemur. Videamus ergo quid sit compati. Compati est persecutionem tolerare propter spem futurorum, carnemque crucifigere cum vitis & concupiscentiis; hoc est,

Apoc. 21.

Genes. 3.

1. Cor. 15.

Tit. 3.

Rom. 6.

Psal. 15.

1. Cor. 15.

1. Ioan. 3.

Ioan. 8.

Galat. 4.

2. Tim. 1.

Rom. 2.

1. Ioan. 1.

Ecl. 45.

1. Cor. 4.

Galat. 4.

Hebr. 9.

Luc. 15.

1. Ioan. 3.

Galat. 5.

Apoc. 6.

Ecl. 1.

Psal. 38.

Ecl. 8.

Apoc. 13.

hoc est, voluptates & pompas sæculi spernere. Cùm enim hæc omnia mortua fuerint apud hominem, crucifigit mundum, futuri sæculi vitam credens in qua se sperat cohæredem Christi futurum.

Existimo enim quod non sint condignæ passiones huius temporis ad superuenturam gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

Exhortatio hæc ad superiora pertinet, per quam ostendit parua esse quæ hic possunt à perfidis irrogari, ad comparationem decreti muneris in futuro sæculo. Propterea ad omnia exitia paratos esse debere, quia magna pro his repromissa sunt præmia, vt in tribulatione consoletur se animus, & spe crescat. Nam & quosdam, immò multos scimus pro præsentibus lucris ad modicū vti que profuturis quàm asperos & duros subire labores, & ad quæ aliquando, quia ipsa vita fragilis est & incerta, peruenire non possunt. Nautæ pro quibus commodis tantis se procellis & tempestatibus credunt, cùm sciant in his magis mortem ante oculos esse, quàm vitam? Et milites spe præsentis præmij, cùm incerta victoria sit, in gladios infurgere non dubitant. Quanto ergo magis pro Christo patiendum est, cuius etiam protelata sunt nobis beneficia; qui pro paruis magnifica, & pro temporalibus perpetua præmia, cum gloria pollicetur? Pro Christo dicimur pati, cùm nobis non illi proficiat quod patimur. Sed quia ille occasione quærit remunerandi nos, hoc præcipit. Vt bonus enim vel profusus largitor causam quærit quomodo donet aut indignis aut verecundis. Denique vt ipsa exitia tolerari possint, ipse suggerit vires.

Nam expectatio creaturæ, reuelationem filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est, non sponte.

Quoniam præsentis temporis passiones indignas dixit ad superuenturam gloriam, subiecit quod creatura hoc expectat, vt compleatur numerus filiorum Dei, destinatus ad vitam: vt tunc demum etiam ipsa creatura possit liberari à seruitute corruptionis & cessare à vitio. Vanitati enim creatura subiecta est, non sponte. In Domini & creatoris potestate posita creatura, non vti que sponte subiecta est vanitati. Non enim proderit sibi quod subiecta est, sed nobis. Quid est ergo in quo vanitati subiecta est, nisi quia quæ generat, caduca sunt? Operatur enim vt fructus faciat corruptibiles. Corruptio ergo ipsa vanitas est. Omnia enim quæ nascuntur in mundo, infirma, caduca, & corruptibilia, ac per hoc vana sunt. Vana sunt enim, quia statum suum tenere non possunt. Nam cuncta deformata per fluxum semper in se redeunt confusa in naturam. Dicit de his & Salomon, quia omnia hæc vanitas. Nec discordat ab his Dauid, dicens, Verum tamen vanitas omnis homo viuens. Manducare enim & bibere, & res mundi curare, nonne vanitas est? & prodest tamen ipsa vanitas. Proficit enim hominibus natis in mundo, vt per hæc in corporibus exercitati, discant mysterium creatoris. Ad comparationem enim æternorum vana sunt, nam in suo bona sunt, quippe cùm sint necessaria.

Sed propter eum qui subiecit illam in spe: S. Ambr. tom. 3.

quoniam & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptelæ, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Scimus enim quod omnis creatura congemiscit & parturit vsque modò.

Quæ spes sit, statim subiecit, dicens, Quoniam & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptelæ, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Quoniam contradicere non potest creatura conditori suo, eius causa subiecta est non sine spe. Habet enim in labore posita hoc solatium, quoniam habebit requiem, cùm crediderint omnes quos scit Deus credituros; quorum etiam causa subiecit, Scimus enim quod omnis creatura congemiscit & parturit vsque modo. Parturire, dolere est. Ipse sensus est, quia omnis creatura per quotidianū laborem congemiscit & dolet vsque modò. Vsque modò tam diu significat, quam diu legitur. Ipsa enim elementa cum sollicitudine operas suas exhibent, quia & sol & luna non sine labore statuta sibi implēt spatia; & spiritus animalium magno gemitu artatur ad exhibenda seruitia, nam videmus illa gementia cogi inuita ad laborem. Hæc ergo omnia expectant requiem, vt à seruilis opere liberentur. Si autem hæc esset seruitus quæ ad Deum proficeret promerendum, gauderet, non doleret creatura: sed quia nostri causa subiecta est seruituti corruptionis, dolet. Videt enim quotidie opera sua interire, quotidie enim oritur & occidit opus eius. Rectè ergo dolet, cuius operatio non ad æternitatem pertinet, sed ad corruptionem. Quantum ergo datur intelligi, satis de nostra salute sollicita sunt, scientia ad liberationem suam proficere maturius, si modò nos citius agnoscamus auctorem. Hæc itaque scientes, omni cura diligentiaque dignos nos præbeamus, aliis quoque vt exemplo sumus, non nostra solum miseratione commoti, sed & eius causa, quæ diebus ac noctibus iniurias patiens ingemiscit. Solemus enim in alienis causis propensius vigilare.

Non solum autem illa, sed & nos qui receptaculū spiritus habemus, nos ipsi intra nosmetipsos ingemiscimus, expectantes redemptionem corporis nostri.

Post creaturam mundanam adiecit etiam nos hoc expectare, & ingemiscere ad Deum, vt hinc liberemur cuncti destinati ad vitam, quia Christianis mundus hic pelagus est. Sicut enim mare aduersis excitatum procellis, insilit, & tempestatē nauigantibus facit: ita & sæculum perfidorum conspiratione commotum, perturbat fidelium mentes: & tanta diuersitate hoc agit inimicus, vt quid prius cuitadum sit, ignoretur. Si enim tempestas desinit esse aduersum nos, priuatorum mentes exagitat: si & hi compefcantur, per domesticos constat incendium: & si hoc sopitum fuerit, arte sua inter ipsos germanos facit discordiam: vt quatuor angulis pulsata domus, ex aliqua parte faciat ruinam. Propter quod vno consilio fugiendum est hinc Christianis. Exemplum enim debent sequi sancti Symeonis, qui sciens bellum hic geri contra perfidiam, in pace dimitti se postulauit. Hoc est quod singuli orantes pro omnibus oramus vt veniat regnū Dei. Tunc enim erit

Esai. 45.

Rom. 9.

Eccl. 1.

2. Cor. 5.

Matth. 7.

Luc. 2.

Matth. 6.



Rom. 12.

Luc. 2.

Tit. 3.

Ahae. 2.  
Hebr. 10.  
2. Pet. 3.

Iacob. 4.

1. Cor. 12.

Matth. 20.

liberatio corporis nostri, id est, omnium Christiano-  
rum. In corpore enim omnes significauit, quia su-  
mus alter alterius membra. Apostolus quidem qua-  
si vir diuinus bene sentit de nobis, dicens quia in-  
gemiscimus, vt hinc liberemur, sicut & ingemisce-  
bat Symeon. Sed video oblectatione mundi nos ten-  
neri. Igitur per hanc quæ supra dicta sunt, ostendit  
quam vim creatura pariatur nostri causa, quando  
nos quibus obsequium eius proficit, quique Dei spi-  
ritum adiutorem habemus, ingemiscimus vt hinc li-  
beremur, vt promissa consequamur præmia. Quan-  
to magis ergo creatura ingemiscit, quæ neque adiu-  
torem habet Spiritum sanctum, neque in sua causa  
laborat: addito hoc, quod ea quæ labore suo generat  
vt alimentis seruorum Dei proficiant, contra fas vi-  
det idolis immolari: Vnde plus dolet, & optat citius  
liberari, sciens hoc ad iniuriam proficere creatoris.

Spe enim saluati sumus. Spes autem quæ vi-  
detur, non est spes. nam quod videt quis, quid  
sperat: Sed si quod non videmus, speramus, per  
patientiam expectamus.

Hoc dicit, quia sperando quod promisit Deus in  
Christo, nobis meritum fecimus vt liberaremur. Er-  
go in spe liberati sumus, quia non aliud futurum est  
quam credimus. *Spes autem quæ videtur, non est spes.* Ma-  
nifestum est, non esse spem quæ videtur, sed quod  
non videtur: ac per hoc credentes præmiis afficiendi  
sunt, quia quæ non vident, sperant. *Nam quod videt  
quis, quid sperat? Sed si quod non videmus speramus, per pa-  
tientiam expectamus.* Dubium non est ea sperari quæ  
non videntur: expectantur enim futura. Hæc expe-  
ctatio patientia est, quæ multum meretur à Domi-  
no: vt de die in diem expectans cupiat venire regnum  
Dei, & non dubitet quia tardat.

Similiter autem & spiritus adiuuat infir-  
mitatem nostræ orationis. Nam quid oremus  
sicut oportet, nescimus: sed ipse spiritus postu-  
lat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

Quoniam superius ingemiscere nos, & precari libe-  
ratione memorauit, & in dolore positi, aut quæ longè  
futura sunt, mox fieri volumus, aut citò tolli, per  
quæ ad meritum perueniamus; & videmur imbecil-  
la oratione precari, dum illi denegatur effectus. In-  
firma est enim, quia contra rationem postulat: ac per  
hoc infirmitatem hanc à sancto Spiritu dato nobis  
adiuari ostendit. A diuuat autem, quia quæ aut antè  
petuntur quam peti debeant, aut sunt contraria, non  
sunt fieri. *Nam quid oremus sicut oportet, nescimus.* Infir-  
mitatem orationis nostræ ignorantiam significare de-  
clarauit. Fallimur enim putantes prodesse quæ posci-  
mus, cum non profint. Denique eidem Apostolo ter-  
tiò deprecanti vt tentationes ab eo cessarent, quia  
crebra erant, dictum à Domino est, Sufficit tibi gra-  
tia mea, nam virtus in infirmitate perficitur, id est, sic  
meritum quis collocat, dum in tribulationibus pa-  
tiens inuenitur. Didicit ergo contra se esse quod pe-  
tebat. Est & aliquando superba & stulta petitio, sicut  
fuit duorum Apostolorum Iacobi & Iohannis, quibus  
incongrua & immensa petentibus dictum est, Nesci-  
tis quid petatis. *Sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus  
inenarrabilibus.* Non humanis eloquiis postulare

pro nobis dicit spiritum Domini, sed more naturæ  
suar. Cum enim quod de Deo est, Deo loquitur: eo  
more loquatur necesse est, quo ille loquitur de quo  
est. Nemo enim cum ciue suo aliena lingua loquitur.  
Superfundit enim se precibus nostris spiritus datus  
nobis, vt imperitiam & improuidentiam nostram  
aduentu suo operiat, & illa nobis à Deo petat quæ  
profint nobis.

Qui autem scrutatur corda, scit quid desi-  
deret spiritus: quia secundum Deum postulat  
pro sanctis.

Manifestum est, quia Deo, cui nihil tacitum est  
& occultum, nota est precatio omnium spirituum:  
quanto magis Spiritus sancti qui eiusdem vtique sub-  
stantiæ est, eloquitur non impulsu aeris, neque vt ange-  
li, aut sicut cætera ex creaturis, sed sicut competit  
eius diuinitati: Deo ergo loquitur, cum nobis tacere  
videtur, quia & videt cum non videatur, & hæc petit  
quæ scit Deo placere, & nobis prodesse. Tunc sanè  
pro nobis interponit se idem spiritus, cum scit nos  
per ignorantiam, non per iactantiam contraria pos-  
tulare.

Scimus autem quoniam diligentibus Deum  
omnia procedunt in bonum, iis qui secundum  
propositum vocati sunt.

Hoc dicit, quia diligentes Deum etsi imperitè  
precati fuerint, non illis oberit, quia propositum cor-  
dis illorum sciens Deus & imbecillitatem, non illis  
imputat quæ aduersa postulant, sed ea annuit quæ  
danda sunt Deum amantibus. Vnde & Dominus, Scit  
autè, inquit, pater vester quid vobis opus sit, ante-  
quam petatis ab eo. Hi ergo secundum propositum  
vocantur, quos credentes præsciuit Deus futuros sibi  
idoneos, vt antequam crederent scirentur.

Nam quos præsciuit, & prædestinavit con-  
formes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primo-  
genitus in multis fratribus.

Istos quos præsciuit futuros sibi deuotos, ipsos e-  
legit ad promissa præmia capeffenda: vt hi qui cre-  
dere videtur, & non permanet in fide cœpta, à Deo  
electi negentur: quia quos Deus elegit, apud se per-  
manent. Est enim qui ad tempus eligitur, sicut Saul  
& Iudas non de præscientia, sed de præsentia iustitia.  
Conformes fieri imaginis filij sui. Hoc dicit, quia ideo præ-  
destinantur in futurum sæculum, vt similes fiant fi-  
lio Dei, quod iam supra memorauit. *Vt sit ipse primo-  
genitus in multis fratribus.* Rectè primogenitus, qui an-  
te omnem creaturam non factus, sed natus est: ad  
cuius exemplum Deus homines in filios sibi ado-  
ptare dignatus est. Est & primogenitus in regene-  
ratione spiritus. Est & primogenitus ex mortuis,  
quado de uicta morte ascendit in cælos. Primogeni-  
tus igitur in omnibus frater noster dicitur, quia ho-  
mo dignatus est nasci. Dominus verò est, quia Deus  
noster est, sicut dicit propheta Hieremias, Hic est  
Deus noster.

Quos autè prædestinavit, illos & vocauit:  
& quos vocauit, ipsos & iustificauit: quos autè  
iustificauit, hos & magnificauit.

Vocare est cogitantem de fide adiuuare, aut com-  
pungere

Eccles. 39.

Matth. 6.

1. Ioan. 2.

Eccles. 24.  
Galat. 4.  
Apoc. 1.

Baruch. 3.

Ioan. 10.

Ioan. 6.

Ioan. 5.

Ephes. 1.

Rom. 5.

Iob 9.

Esa. 50.

1. Ioan. 2.

Ioan. 5.

Luc. 22.

pungere cum quem sciat audire. *Et quos vocauit, ipsos  
& iustificauit: quos autem iustificauit, hos & magnificauit.*  
Hoc dicit quod supra: quia quos præsciuit Deus  
aptos sibi, hi credentes permanent, quia aliter  
fieri non potest, nisi quos præsciuit Deus, ipsos  
& iustificauit: ac per hoc & magnificauit illos,  
vt similes fiant filio Dei. De cæteris quos non præ-  
sciuit Deus, non est illi cura in hac gratia, quia non  
præsciuit. At si credant, aut eligantur ad tempus,  
quia videntur boni, ne iustitia contempta videatur,  
non permanent vt magnificentur, sicut & Iudas  
Iscariotes, aut illi septuaginta, qui electi, post scan-  
dalum paschi recesserunt à Salvatore.

Quid ergo dicemus ad hæc? Si Deus pro  
nobis, quis contra nos? Qui proprio filio suo  
non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit  
illum: quomodo non etiam cum illo omnia  
nobis donabit?

Manifestum est, quia Deo nobis testimonium  
perhibente, quis est qui audeat accusare nos, quan-  
do ipse qui iudex est, antè præsciuit nos, & idoneos  
iudicauit? *Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro  
nobis omnibus tradidit illum.* Sic securos nos debere esse  
fidei causa hortatur, vt Deum quasi præscium ante-  
quam ex impiis fideles essemus, filium suum pro no-  
bis morti tradidisse ostendat. *Quomodo non etiam cum  
illo omnia nobis donabit?* Deum olim decreuisse dicit  
remunerandos credentes in Christum. Si enim  
quod maius & præcipuum est præstitit nobis, vt fi-  
lium suum verum & charissimum traderet propter  
nos adhuc impios, quare non quod minus est factu-  
rus credatur pro nobis credentibus sibi? Iam enim  
parata sunt credentibus præmia. Minus est enim no-  
bis omnia cum illo donare, quam illum nostri causa  
morti tradere.

Quis accusabit aduersus electos Dei?  
Deus qui iustificat. Quis erit qui condemnet?  
Christus qui mortuus est, immò qui & resur-  
rexit, & est in dextera Dei, qui etiam interpel-  
lat pro nobis.

Neminem audere nec posse iudicium & præ-  
scientiam Dei in nobis retractare, apertum est. Quis  
est enim qui possit hæc quæ Deus probat, impro-  
bare, cum nemo æqualis sit Deo? *Deus qui iustificat.*  
Hoc in Esaia propheta est, quod hinc quasi suum po-  
nit, quia nemo est alius qui quod probat Deus, ar-  
guat. At ne fortè ipse nos Deus accuset: sed non  
potest quos iustificat accusare. *Quis erit qui conde-  
mnet? Christus qui mortuus est, immò qui & resurrexit, &  
est in dextera Dei, qui etiam interpellat pro nobis.* Deum,  
quia nos iustificat, accusare nos negat: simul &  
Christum damnare nos non posse, quia eo affectu  
diligit nos, vt moreretur pro nobis: & resurgens,  
semper causas nostras agit apud patrem. Cuius pos-  
tulatatio contemni non potest, quia in dextera Dei  
est; hoc est, in honore quo Deus est: vt de Deo pa-  
tre securi, & Christo filio eius qui iudicaturus est, in  
fide eorum latemur. Hinc est illud quod dicit Petro  
Apostolo, Ecce expostulauit Satanas, vt vos vētilet  
sicut triticum: ego autem rogauit pro te, ne deficiat

fides tua. Hoc ergo modo interpellat pro nobis Sal-  
uator. Sciens enim impudētiam & altitudinem ad-  
uersarij nostri, cum se commouet aduersum nos, si  
non ei assentiamus; Saluator noster interpellat pro  
nobis, ne aliquid violenter præsumat circa nos, vt  
arceatur insolentia eius. Hac causa tamen dicitur fi-  
lius interpellare, cum ipse agat totum, & æqualis sit  
Deo patri: vt quia vnus dicitur Deus, ne pater & fi-  
lius singularis, vel vnio putaretur, ad personarum di-  
stinctionem sic loquitur scriptura, vt & filium non  
disparem tradat; & patrem, quia pater est, & quia ab  
ipso sunt omnia, præferat.

Quis nos separabit à dilectione Christi?  
Tribulatio? an angustia? an persecutio? an  
fames? an nuditas? an periculum? an gla-  
dius? (sicut scriptum est, Propter te morte af-  
ficimur tota die, æstimati sumus velut oues occisionis.)  
Sed in his omnibus superamus  
propter eum qui nos dilexit.

Hoc est, quis nos auertere poterit à dilectione  
Christi, qui nobis tam magna & innumera præstitit  
beneficia? *Tribulatio?* Sed non facit, quia dilectionem  
firmi Christiani nulla vincunt tormenta. Amantis  
enim plus incitatur charitas, si eum cuius sensit be-  
neficia, prohibeatur amare. Dum enim putat se im-  
merita eius seminare, memorat beneficia. *An angu-  
stia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an  
gladius? (sicut scriptum est, Propter te morte afficimur tota  
die, æstimati sumus velut oues occisionis.)* Sed in his omni-  
bus superamus propter eum qui nos dilexit. Hoc scriptum  
est in Psalmo XLIII. Manifestum est ergo hæc om-  
nia quæ enumerat, exitia, tribulationes, pressuras,  
& mortem non posse conferri vel comparari chari-  
tati Christi, quam seminavit in nobis. Multo enim  
maiora eius beneficia habemus, quam hæc sunt om-  
nia quæ videntur aduersa. Si enim morimur pro  
illo, quod grauius videtur in his: & ille mortuus est  
pro nobis. Sed ille vt prodesset nobis, nostra autem  
mors non illi proficit, sed nobis. Temporalem enim  
vitam perdimus, vt nobis rependatur æterna. Et  
quid mirum si serui moriantur pro bono Domino,  
quando Dominus mortuus est pro seruis, & malis?  
Vincunt ergo beneficia, & exhortantur animum ad  
perseuerandum, propter eum qui dilexit nos.

Confido enim quia neque mors, neque vi-  
tra, neque angelus, neque virtus, neque altitu-  
do, neque profundum, neque præsentia, ne-  
que futura, neque alia creatura poterit nos se-  
parare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu  
Domino nostro.

Confidentia hæc de spōsione Christi est, qua pro-  
misit in tribulatione adiuuare sibi dicatā fidem. *Ne-  
que vita, neque angelus, neque virtus, neque altitudo, neque  
profundum, neque præsentia, neque futura, neque alia creatu-  
ra poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu  
Domino nostro.* Hæc sunt omnia quæ ad abductionem  
nostram à diabolo inferuntur, quæ idcirco memorat,  
vt muniat nos: vt si aduenerint, confidētes de spe &  
auxiliis Christi, armati fide aduersus hæc repugne-  
mus. Quid enim si mors illata fuerit? nonne lucrum

Apoc. 2.

Philip. 2.

Ephes. 4.

2. Cor. 5.

Psal. 43.

Cant. 8.

Psal. 43.

Ioan. 15.

Rom. 5.

Heb. 6.

Ephes. 6.

Philip. 1.

est maximum, occasionem inuenire qua citius eatur in regnum promissum? Neque si praesens vita promissa nobis fuerit dignitate munita, debet nos auertere ab spe & beneficiis Christi, quem scimus, quia non solum in futuro, sed & in praesenti proderit nobis. Nec quidem si se angelus nobis ostendat ad seducendos nos, subornatus fallacis patris sui diaboli, praualere debebit aduersum nos; cum sciamus Christo ut magni consilij angelo nihil praeposendum. Neque si virtus ab aliquo facta fuerit, sicut dicitur facta a Simone Mago, qui dicitur in aere fursum, ut populo Christi scadalo esset, volasse, fidem nostram debebit minuere, scientium Saluatorem nube famulante susceptum ascendisse supra omnes caelos. Neque si in altitudinem se nobis ostendat, de qua dicit Ioannes Apostolus, An ignoratis altitudinem Satanarum? a deuotione nos Domini Iesu debet auferre, quem scimus descendisse de caelo, ut terrena caelestibus sociaret. Neque si per phantasiam, qua seducere meditatur, profundum nobis ostendat horrore mirandum, qua terrii forte succumbamus illi: nec sic dignum est ut Christo fidem frangamus, quem scimus nostri causa in profundum terrarum descendisse, & morte victa genus humanum liberasse. Neque si futura nobis spodeat, quae promisit Eua, assensum dabitur illi, discreti a Christo, quem virtute & natura Deum credimus & scimus. Nec si arte & sublimitate astutiae suae aliam creaturam fingat ad horam, sicut finxerunt Iamnes & Mambres coram Pharaone, conueniens est ut per haec a Deo creatore vero nos reuocet, quem non ignoramus per Christum filium suum creaturam condidisse in aeternum existentem. Quibusdam videtur aliam creaturam dixisse de idolis, sed non est verum; quia haec debuit significare, quae sub admiratione seductionis videtur fingere Satanas. Na quis seducatur fidelium ad haec, a quibus recessit manifestato errore? Sed haec meditatur & fingit, per quae etiam electos possit seducere. Nulla ergo sunt quae nos possint a charitate Dei separare, quae est in Christo Iesu. Deus enim charitatem suam in Christo nobis ostendit, dum tradidit illum pro nobis.

**CAP. IX.** **V**ERITATEM dico in Christo Iesu, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto, quia tristitia est mihi magna, & continuus dolor cordi meo. Optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, cognatis secundum carnem, qui sunt Israelitae.

Quoniam superius contra Iudaeos loqui videtur, qui ex lege iustificari se putat: nunc ut votum suum & affectum circa eos ostendat, teste conscientia sua in Christo Iesu & in Spiritu sancto dicit se loqui, ut non velut inimico illorum, fides ei haberi non possit. Ideo Christum & Spiritum sanctum, quos nihil latet, testes dat; & quorum testimonium reprobari non potest, qui sic perhibent testimonium Apostolo, dum commendat eum virtute signorum, quae faciebant per illum. Quia enim tam magnum praesidium Christi, & praecipuam charitatem erga genus humanum ostendit, & dignatione eius, gloriosa & immor-

taliam praemia repromissa: per hoc dolet genus suum quod est secundum carnem, quia incredulitate sua hoc perenni & salutari beneficio se priuarunt. Ergo, optabam, ait, non opto: quia scit fieri non posse ut tam honestum membrum nullo precedente vitio abscederet a corpore Christi: affectum tamen & dilectionem circa genus suum ostendit.

**Q**uorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamenta, & legis constitutio, & obsequium, & promissa, quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in saecula. Amen.

Iuste se dolere probat, quando praedicat laudem generis eorum: quia olim filij adoptati affectum & gratiam Dei patris irritum habuerunt. Adiecit adhuc, ut & alios dolere pro his faciat, dicens, *Et gloria, & testamenta, & legis constitutio, & obsequium, & promissa, quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in saecula. Amen.* Tanta praecordia nobilitatis & dignitatis generis Iudaeorum & promissionum enumerat, ut omnibus pro his dolorem incutiat: quia non recipiendo Saluatorem, praerogatiuum patrum & promissionis meritum perdidit, peiores gentilibus facti, quos prius quia sine Deo erant, abominabatur. Proprius enim malum est dignitatem perdidisse, quam non habuisse. Interea de Saluatore dicit, *Qui est super omnia Deus benedictus in saecula. Amen.* Quando enim nulla paterni nominis fit mentio, & de Christo sermo est, non potest differri ne Deo dicatur. Frequenter enim scriptura propter vnium Dei professionem, si de Deo patre loquitur, & Deo adiungit filium, Deum patrem vocat, & filium Dominum. Si quis autem non putat de Christo dictum, *Qui est Deus;* det personam, de qua dictum est. De patre enim Deo hoc loco mentio facta non est. Sed quid mirum si in hoc loco Christum Deum super omnia aperta voce loqueretur, de quo alia in epistola hunc sensum tali sermone firmavit, dicens, *Vt in nomine Iesu omne genua flectatur, caelestium, terrestrium, & infernorum: Haec sunt omnia, super quae Deus Christus est.* Neque enim, exceptis his, sunt aliqua, ut non super omnia Deus Christus sit: nec potest genua flecti ab omni creatura, nisi Deo. Denique Ioannes Apostolus cum inscius angelum ut Deum vellet adorare, audit ab eo, *Ne feceris; quoniam conseruus tuus sum: Deum adora.* Nec Dominus utique adorari se patretur, nisi quia Deus est. Si quo minus, vsurpasse dicendus est, & peccasse; quod absit; cum ipse diabolus increpas, Dominum Deum adoratum, & ipsi soli seruiendum ostendat. Nihil ergo praedudicatur Deo patri, cum adoratur Christus, ut Deus: quia & cum soli Deo seruiendum dicatur, seruitur & Christo. Dicit enim alio loco, *Qui in his seruit Christo, placet Deo.* Quid ergo superest, nisi ut pater Deus, & filius Deus, & nihilominus vnus Deus credatur vterque? Siue enim patrem quis adoret, siue filium, vnus Deum dicitur adorare: & si seruitur patri, aut filio, vni Deo seruitur exhibetur. Nulla igitur in his discretio est, quia qui adorat filium, adorat & patrem: & qui seruit patri, seruit & filio. Et ut sine adulatione deitatis huius professionem esse doceret, in conclusione posuit, *Amen.* hoc est, verum: ut

Christum

Christum Deum super omnia in veritate ostenderet benedictum in saecula.

Non autem excidit verbum Dei.

Non excidit verbum Dei dicentis, In Isaac vocabitur tibi semen: id est, hoc euenit, quod dixit Deus futurum, ut non hi dicerentur semen esse Abraham, qui filij eius essent secundum carnem: sed isti qui fidem acceperunt, per quam natus est Isaac, reformatam tempore Christi; non iam specialem, sed generalem: ut quod Abraham credidit de Isaac, isti crederent de Deo & Christo, qui natus est Dei filius ad salutem humani generis redhibendam.

Neque enim omnes qui sunt ex Israel, hi sunt Israelitae: neque qui semen sunt Abraham, omnes filij: sed in Isaac vocabitur tibi semen. id est, non qui filij carnis, hi filij Dei: sed qui filij sunt promissionis, aestimantur in semen.

Neque enim omnes qui sunt ex Israel, hi sunt, &c. Vult intelligere non omnes, qui filij sunt Abraham, esse dignos ut filij promissionis sint: id est, quos praescit Deus promissionem suam suscepturos, siue ex Iudaeis, siue ex gentibus. Hi enim digni sunt dici Israelitae, id est, videntes Deum, qui credunt. Nam de Isaac utique omnes hi filij sunt Abraham, quia omnis propago generis Iudaeorum ex Abraham per Isaac est. Sed quia sicut dixi, hi sunt verè filij Abraham, qui promissionem sequuntur, quae in Isaac facta est, ac per hoc reliqui filij non sunt dicendi Abraham: Abraham enim credens, Isaac accepit propter fidem, quia credidit Deo. In quo mysterium futurae fidei designatum est, ut illi essent fratres Isaac, qui eandem fidem haberent, in qua Isaac natus est: quia Isaac in typo Saluatoris natus est ex promissione: ut qui crediderit Christum Iesum promissum esse Abraham, hic sit filius Abraham, frater verò Isaac. Dictum est autem Abraham, *Quia in semine tuo benedicentur omnes gentes.* quod utique in Isaac factum non est, sed in eo qui in Isaac promissus est Abraham, qui est Christus, in quo omnes gentes benedicuntur credentes. Ceteri ergo Iudaei filij sunt carnis, dum promissione priuantur: nec deputari possunt merito Abraham, qui fidem non sequuntur per quam dignus extitit Abraham. *Id est, non qui filij carnis, hi filij Dei: sed qui filij sunt promissionis, aestimantur in semen.* Dicit filios carnis & filios Dei. Hi enim ex concupiscentia carnis nati sunt, isti verò ex fide spiritaliter, secundum quod promissum est Abraham, ut hi aestimarentur semen esse, qui crederent.

Promissionis enim verbum hoc est, Ad hoc tempus veniam, & habebit Sara filium. Non solum autem haec, sed & Rebecca ex vno concubitu habens Isaac patris nostri.

Ad hoc tempus veniam, & habebit, &c. Hoc in Genesi habetur: quod praefiguratum in Christo est, ut futurus Christus promitteretur filius Abraham, in quo promissionis verbum impleteretur, ut in Christo benedicerentur omnes gentes. Quando enim promissio facta est Abraham, & audiuit, *Quia in semine tuo benedicentur omnes gentes: Christus utique illi pro-*

missus est ex traduce Isaac, in quo hoc impletum videmus. *Non solum autem haec, sed & Rebecca ex vno concubitu habens Isaac patris nostri.* Non tantum ergo Saram in typo dicit generasse Isaac, sed & Rebecca vxorem Isaac. Sed alia causa est in Isaac, alia in Iacob & Esau: quia Isaac in figura Saluatoris natus est, Iacob verò & Esau duorum populorum habent typum, id est creditum, & non creditum: ut cum ex vno sint, diuersi sint tamen. In singulis enim genus significatur, ut hi vnus generis dicantur, qui in causa fidei vnum sunt, vel perfidia. Vnus enim significatur in multis, non per traducem carnis, sed per communem causam: quia & ex Esau Iacob filij dicendi sunt, & ex Iacob Esau imputandi sunt filij. Nec enim quia Iacob laudatur, omnes ex eo nati, filij eius merito dicendi sunt: aut quia Esau displicet, omnes ex eius origine reprobi sunt; cum videamus & de Iacob traduce natos factos perfidos, & de Esau fideles & Deo charos. Nam quod de Iacob multi sint perfidi, dubium non est; (omnes enim Iudaei non credentes aut credentes ex eo habet originem;) & quod de Esau sint boni & fideles, probat Iob, qui est ex filiis Esau, quintus ab Abraham, hoc est, nepos Esau.

Nam cum nondum nati fuissent, aut aliud egissent bonum vel malum, ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, *Quia maior seruiet minori.* sicut scriptum est, *Iacob dilexi, Esau autem odio habui.* Praescientiam Dei flagitat in his causis, quia non aliud potest euenire, quam quod nouit Deus futurum. Sciendo enim quid vnusquisque illorum futurus esset, dixit, *Hic erit dignus, qui erit minor: & qui maior, erit indignus.* Vnum elegit praescientia, & alterum spreuit. Et in illo quem elegit, propositum Dei manet: quia aliud non potest euenire quam quod sciuit & proposuit in illo, ut salute dignus sit. Et in illo quem spreuit, simili modo manet propositum quod proposuit de illo, quia indignus erit. Hoc quasi praescius, non personarum acceptor. nam neminem damnat antequam peccet, & nullum coronat antequam vincat. Hoc pertinet ad causam Iudaeorum, qui sibi praerogatiuum defendunt, quod filij sint Abraham. Apostolus autem consolatur se; ut quia dixerat dolorem habere se cordis continuum causa incredulitatis eorum, quorum adoptio erat filiorum, & legis constitutio, & ex quibus Christus saluator, sicut & ipse ait, *Quia salus ex Iudaeis est:* tractata lege inuenit quia non omnes qui ex Israel sunt, credituri sunt: neque quia dicuntur filij Abraham, omnes Abraham filios dicendos, sicut supra memorauimus. Minuit ergo dolorem suum, inueniens olim praedictum quod non omnes essent credituri: ut his solis doleat, qui per inuidiam in incredulitate laborant. Possunt tamen credere, quod ex subiectis aperit. Incredulis tamen praedictis non valde dolendum est, quia non sunt praedestinati ad vitam. Praescientia enim Dei olim hos non saluandos decreuit. Quis enim plangat eum qui olim mortuus habetur? Sed subintrantibus gentibus, quae sine Deo prius erant, & salutem quam illi perdidit, accipientibus,

missus est ex traduce Isaac, in quo hoc impletum videmus. *Non solum autem haec, sed & Rebecca ex vno concubitu habens Isaac patris nostri.* Non tantum ergo Saram in typo dicit generasse Isaac, sed & Rebecca vxorem Isaac. Sed alia causa est in Isaac, alia in Iacob & Esau: quia Isaac in figura Saluatoris natus est, Iacob verò & Esau duorum populorum habent typum, id est creditum, & non creditum: ut cum ex vno sint, diuersi sint tamen. In singulis enim genus significatur, ut hi vnus generis dicantur, qui in causa fidei vnum sunt, vel perfidia. Vnus enim significatur in multis, non per traducem carnis, sed per communem causam: quia & ex Esau Iacob filij dicendi sunt, & ex Iacob Esau imputandi sunt filij. Nec enim quia Iacob laudatur, omnes ex eo nati, filij eius merito dicendi sunt: aut quia Esau displicet, omnes ex eius origine reprobi sunt; cum videamus & de Iacob traduce natos factos perfidos, & de Esau fideles & Deo charos. Nam quod de Iacob multi sint perfidi, dubium non est; (omnes enim Iudaei non credentes aut credentes ex eo habet originem;) & quod de Esau sint boni & fideles, probat Iob, qui est ex filiis Esau, quintus ab Abraham, hoc est, nepos Esau.

Nam cum nondum nati fuissent, aut aliud egissent bonum vel malum, ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, *Quia maior seruiet minori.* sicut scriptum est, *Iacob dilexi, Esau autem odio habui.*

Praescientiam Dei flagitat in his causis, quia non aliud potest euenire, quam quod nouit Deus futurum. Sciendo enim quid vnusquisque illorum futurus esset, dixit, *Hic erit dignus, qui erit minor: & qui maior, erit indignus.* Vnum elegit praescientia, & alterum spreuit. Et in illo quem elegit, propositum Dei manet: quia aliud non potest euenire quam quod sciuit & proposuit in illo, ut salute dignus sit. Et in illo quem spreuit, simili modo manet propositum quod proposuit de illo, quia indignus erit. Hoc quasi praescius, non personarum acceptor. nam neminem damnat antequam peccet, & nullum coronat antequam vincat. Hoc pertinet ad causam Iudaeorum, qui sibi praerogatiuum defendunt, quod filij sint Abraham. Apostolus autem consolatur se; ut quia dixerat dolorem habere se cordis continuum causa incredulitatis eorum, quorum adoptio erat filiorum, & legis constitutio, & ex quibus Christus saluator, sicut & ipse ait, *Quia salus ex Iudaeis est:* tractata lege inuenit quia non omnes qui ex Israel sunt, credituri sunt: neque quia dicuntur filij Abraham, omnes Abraham filios dicendos, sicut supra memorauimus. Minuit ergo dolorem suum, inueniens olim praedictum quod non omnes essent credituri: ut his solis doleat, qui per inuidiam in incredulitate laborant. Possunt tamen credere, quod ex subiectis aperit. Incredulis tamen praedictis non valde dolendum est, quia non sunt praedestinati ad vitam. Praescientia enim Dei olim hos non saluandos decreuit. Quis enim plangat eum qui olim mortuus habetur? Sed subintrantibus gentibus, quae sine Deo prius erant, & salutem quam illi perdidit, accipientibus,

Galat. 1.  
Esai. 9.  
Act. 1.  
Apost. 2.  
Iob. 12.  
1. Petr. 3.  
Genes. 3.  
2. Cor. 2.  
Exod. 7.  
2. Tim. 3.  
Matth. 24.  
Rom. 8. sup.  
Heb. 4.  
Rom. 15.

Hebr. 3.  
Act. 13.  
Hebr. 3.  
Hebr. 3.  
Ephes. 2.  
2. Petr. 2.  
1. Cor. 8.  
Philip. 2.  
Esai. 45.  
Apost. 19.  
Matth. 4.  
Rom. 14.  
Ioan. 10.

Genes. 21.  
Genes. 25.  
Genes. 36.  
Genes. 25.  
Malach. 1.  
Genes. 25.  
Malach. 1.  
Act. 10.  
2. Tim. 2.  
Ioan. 8.  
Rom. 9. sup.  
Ioan. 4.  
Rom. 9. sup.  
Ephes. 2.

Luce. 10.

Ioan. 6.

Luce. 10.

Exod. 32.

1. Ioan. 2.

Coloss. 3.

Act. 10.

1. Reg. 9.

Act. 1.

Matth. 27.

Exod. 33.

Malach. 1.

Genes. 25.

Exod. 9.

Act. 9.

Exod. 33.

exsuscitatur dolor: sed iterum quia ipsi sibi perditionis causa sunt, sopitur. Præcius itaque Deus malæ illos volutatis futuros, non illos habuit in numero bonorū, quomuis dicat Saluator illis septuaginta discipulis quos elegerat secunda classe, qui ab illo postea recesserunt: Nomina vestra scripta sunt in cælo. Sed hoc propter iustitiā, quia hoc est iustum, vt vniciuique pro merito respondeatur. Quia enim boni erant, electi sunt ad ministerium; & erant scripta nomina illorum in cælo propter iustitiam, sicut dixi: secundum præscientiam verò in numero erāt malorum. De iustitia enim Deus iudicat, non de præscientia. Vnde & Moyse dixit, Si quis peccauerit ante me, delebo eum de libro meo: vt secundum iustitiā iudicis tunc videatur deleri, cum peccat; iuxta præscientiam verò numquam in libro vitæ fuisse. Hinc & Apostolus Ioānes de huiusmodi ait, Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis: si enim fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum. Non est personarum acceptio in præscientia Dei. Præscientia enim Dei est, qua definitum habet qualis vnusquisque futura voluntas erit, in qua mansurus est, per quam aut dānetur, aut coronetur. Denique quos scit in bono mansuros, frequenter antè sunt mali: & quos malos scit permansuros, aliquotiens prius sunt boni. Vnde cesset querela, quia Deus acceptor personarum nō est. Nam Saul, & Iudas Iscariotes antè fuerunt boni, dicente scriptura de Saul: Erat vir bonus, & non erat illo melior in filiis Israël. Et de Iuda Iscariote dicit Petrus Apostolus, Qui fortitus est sortem ministerij huius, id est apostolatus. Quomodo igitur ministerium salutare sortiretur, nisi esset bonus? In sorte enim Dei iudicium fuit dignum illum fuisse tempore quo electus est; sicut & illi septuaginta, quos supra memorauimus. Hinc est vnde & Iudas post mali totius admiffum scelus poenitentia motus laqueo vitam finiuit. Non potest enim in aliquo omne bonum penitus obliterari, quippe cum natura non possit immutari, sed voluntas: non in omnibus tamen causis, quia remanet in natura, quod testimonio sit creatori.

Quid ergo dicemus? Numquid iniquitas apud Deum? Absit. Moyse enim dicit, Miserebor cui misertus ero, & misericordiam præstabo cui misericordiam præstitero.

Quia enim vnus diligit, & alterum odit, subinfert, Numquid iniquitas apud Deum? Non planè, sed iustus est Deus. Scit enim quid faciat, nec retractandum est eius iudicium. In Malachia propheta habetur, Iacob dilexi, Esau verò odio habui. Hoc iam de iudicio dicit. nam prius de præscientia ait, Maior seruiet minori; sicut & de præscientia Pharaonem damnandum censuit, sciens se non correcturum: Apostolus verò Paulus persequentem elegit, præcius vtique quod futurus esset bonus. Hunc ergo præuenit ante tempus, quia necessarius erat: & Pharaonem ante futurum iudicium damnauit, vt crederetur iudicaturus. Moyse enim dicit, Miserebor cui misertus ero: & misericordiam præstabo cui misericordiam præstitero. Ergo miserebor, inquit, eius cui misertus ero: hoc est, eius miserebor, cuius præcius eram quod misericordiam daturus essem, sciens conuerfurum illum,

& permansurum apud me. Et misericordiam præstabo ei cui misericordiam præstitero: id est, ei misericordiā dabo, quem præcius post errorem recto corde reuerfurum ad me: hoc est dare illi cui dandum est, & non dare illi cui dandum non est: vt eum vocet quem sciat obaudire, illum autem non vocet quem sciat minimè obaudire. Vocare autem, est compungere ad recipiendam fidem.

Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei.

Rectè, quia non in voluntate petentis, sed in dantis arbitrio debet esse quod poscitur. An enim dandum sit, dantis debet iudicio pensitari. Nam Saul peccans cum petisset veniam, non accepit: at contra David peccans, & ignosci sibi postulans, veniam consecutus est. Ex hoc vtique dātis Dei & non dantis iudicium sequendum est: quia non iniuste iudicat, qui omnes saluos vult, manente iustitia. Inspector enim cordis scit petentem, an hac mēte poscat, vt mereatur accipere. Et quamuis periculosum sit iudicium Dei discernere, tamen propter diffidētes, vt mens eorum medelam consequi possit, ne putent iudicium Dei iniustum, dicentes, Vnum vocat, & alterum negligit: sic arbitantes excusari posse damnandos, rebus istud potius probemus quam verbis. Vbi enim rerum gestarum exempla sunt, nemo audet queri, nec aliquam excusationem obtinere. Duo fuerunt, David & Saul: inquiramus historias qualis vnusquisque eorum reperitur post iudicium Dei: vt si Saul bene egisse, postquam misericordiam non accepit, probetur, iniustum, quod absit, Dei iudicium arbitremur: aut si David accepta misericordia Deum contempsisse inueniatur, an in eo manserit, in quo misericordiam consecutus est, & vtatur dispendio. Vterque eorum necessitatem passus est regni. Et quanta fuit necessitas David, vt filius eius vellet eum regno priuare? In qua necessitate flens, nudo pede iter faciebat, vt fugeret rex & dux populi Dei, in tantum humiliatus, vt & in faciem sibi seruo suo maledicenti non responderet, vt per patientiam Deum sibi propitium faceret, per quē regnum sibi credidit referuari. Saul autem nec in tali necessitate inuentus, quia maius malum est intestinum bellum quam externum; insuper ferens quia semel & iterum non sit auditus, cum esset indignus: nec in prece perstitit, vt meritum sibi faceret per quod esset dignus: sed impatiens, & de Dei iudicio indignatus, ab idolis quæ prius velut nullius momenti damnauerat, auxilium requisit. Ecce iustum esse iudicium præscientiæ Dei, etiam nolentibus manifestum est.

Dicit enim scriptura Pharaoni, Quia in hoc ipsum te seruauimus, vt ostendam in te virtutem meam, & vt nuntietur nomen meum in vniversa terra.

Quia in hoc ipsum te seruauimus, &c. Alij codices sic habent, Ad hoc te suscitauimus, vt ostendam in te virtutem meam. Siue seruauimus, siue suscitauimus, vnus est sensus. Hoc enim dicit, quia cum Pharaon, (quod nomen regum erat apud Aegyptios, sicut & apud Romanos reges Augusti appellantur,) tantis malis esset reus, vt viuere non

deberet, numquam futurus bonus: ne se aut meritò viuere, aut Deum quem sæpe fallendum censebat, ad vindictam dandam impotentem putaret, audit à Deo, Ad hoc te seruauimus, vt ostendam in te virtutem meam, & vt nuntietur nomen meum in vniversa terra. vt in hoc cæteræ gentes addiscerent non esse alium Deum præter hunc qui Iudæorum erat, & factus est Christianorum: quamuis & illi Christiani fuerint, & nos nunc simus Iudæi propter Iudam ex quo Christus est secundum carnem: quia Iudæi veteres sperantes futurum Christum redemptorem, Christiani erant. Nam Rhaab meretrix dicit exploratoribus misis à Iesu Naue, qui prius Aufes dicebatur: Audita sunt hic virtutes & plagæ quæ factæ sunt in Aegypto à Deo vestro, & conterriti sunt nimis. timent enim à facie vestra. Ad hoc ergo quasi iam mortuus seruatus est Pharaon, vt multa signa & plagæ ostēderentur in illo. Suscitatus autem dictus est, quia cum apud Deum mortuus esset, modicum tempus accepit vt viuere videretur: vt esset in cuius pœna & vario tormentorum genere vsque ad mortem, omnes qui sine Deo erant, metu territi, hunc solum Deum esse cum admiratione maxima faterentur, à quo hæc vindictæ fiunt. Hoc etiam genere antiqui medici in hominibus morte dignis, vel mortis sententiā consecutis, requirebāt quomodo prodesse viuis, quæ in homine latebant apertis; vt his cognosceret causas aegritudinis, & pœna morientis proficeret ad salutem viuētis.

Igitur cui vult miseretur, & quem vult indurat. Dices itaque mihi, Quid adhuc queritur? Voluntati enim eius quis resistit?

1. Reg. 15.

2. Reg. 12.

1. Tim. 2.

Act. 1.

Mich. 4.

2. Reg. 15.

2. Reg. 19.

1. Reg. 18.

Exod. 9.

Heb. 11.

1. Cor. 2.

Num. 13.

Exod. 8.

Psal. 75.

Act. 9.

Act. 10.

Sap. 1.

Isai. 45.

Hierem. 18.

Sap. 15.

Iob. 39.

nō deberet, numquam futurus bonus: ne se aut meritò viuere, aut Deum quem sæpe fallendum censebat, ad vindictam dandam impotentem putaret, audit à Deo, Ad hoc te seruauimus, vt ostendam in te virtutem meam, & vt nuntietur nomen meum in vniversa terra. vt in hoc cæteræ gentes addiscerent non esse alium Deum præter hunc qui Iudæorum erat, & factus est Christianorum: quamuis & illi Christiani fuerint, & nos nunc simus Iudæi propter Iudam ex quo Christus est secundum carnem: quia Iudæi veteres sperantes futurum Christum redemptorem, Christiani erant. Nam Rhaab meretrix dicit exploratoribus misis à Iesu Naue, qui prius Aufes dicebatur: Audita sunt hic virtutes & plagæ quæ factæ sunt in Aegypto à Deo vestro, & conterriti sunt nimis. timent enim à facie vestra. Ad hoc ergo quasi iam mortuus seruatus est Pharaon, vt multa signa & plagæ ostēderentur in illo. Suscitatus autem dictus est, quia cum apud Deum mortuus esset, modicum tempus accepit vt viuere videretur: vt esset in cuius pœna & vario tormentorum genere vsque ad mortem, omnes qui sine Deo erant, metu territi, hunc solum Deum esse cum admiratione maxima faterentur, à quo hæc vindictæ fiunt. Hoc etiam genere antiqui medici in hominibus morte dignis, vel mortis sententiā consecutis, requirebāt quomodo prodesse viuis, quæ in homine latebant apertis; vt his cognosceret causas aegritudinis, & pœna morientis proficeret ad salutem viuētis.

Igitur cui vult miseretur, & quem vult indurat. Dices itaque mihi, Quid adhuc queritur? Voluntati enim eius quis resistit?

Ex persona contradicētis loquitur, qui quasi putet Deū neglecta iustitia alicui gratiosum; vt vnus è duobus paribus accipiat, alterum respuat; hoc est, vnus cōpungat vt credat, alterum induret ne credat. Cui quidem ex auctoritate respōdit, seruata tamen iustitia ex supra memorata præscientia Dei, dicēs, Quid adhuc queritur? Voluntati enim eius quis resistit? Primum dicit quia resisti ei non potest. Est enim potētissimus vltra omnes. Deinde quia Deus omnium est & parēs, & ideo nulli malè vult. Quæ fecit enim, incolumbia vult manere. Nec enim cōpetit ei vt iniustus sit, cuius beneuolentia tantā apparet, vt non solum faceret esse quæ non erant, verum ea ipsa vita æterna donaret & gloria, vt opus eius aliquid maiestatis eius simile haberet. Qui ergo tam prouidus & bonus est, ambigi non debet quia iustus est.

O homo, tu quis es qui respondeas Deo? Numquid dicit figmentum ei qui se finxit, Quid me fecisti sic? Annon habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam?

O homo, tu quis es qui, &c. Magna est indignitas & præsumptio, hominem respondere Deo in aduersis, iniquum iusto, malum bono, imperitum perito, infirmum fortissimo, corruptibilem incorrupto, mortalem immortalī, seruū Domino, creaturam conditori. Numquid dicit figmentum ei qui se finxit, Quid me

fecisti sic? Hoc de Esaiā propheta est, quod hic quasi proprium ponit, quo ostendit cōtra auctorem opus eius queri non posse. In potestate enim auctoris est qualem velit condere creaturam. Annon habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? Manifestum est vasa aliqua fieri ad honorem, quæ ad vsus honestos sint necessaria; alia verò ad contumeliam, quæ strumentis sint culinarum: vnus tamen esse substantiæ, sed differre voluntate opificis in honore. Ita & Deus, cum omnes ex vna atque eadē massa simus in substantia, & cuncti peccatores, alij miseretur, & alterum despicit non sine iustitia. In figulo enim sola voluntas est, in Deo autem voluntas cum iustitia. scit enim cuius debeat misereri, sicut supra memorauimus.

Quod si volens Deus ostendere iram, & manifestare potētiam suam, sustinuit in multa patientia vasa iræ præparata in interitum: & vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit ad gloriam.

Ipsè sensus est, quia voluntate & longanimitate Dei, quæ est patientia, præparantur infideles ad pœnam. Diu enim expectati conuerti noluerunt. Ideo ergo expectati sunt, vt inexcusabiles deperirent. sciuit enim Deus hos non credituros. Et vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparauit ad gloriam. Patientia & longanimitas Dei ipsa est quæ sicut malos præparat ad interitum, ita & bonos præparat ad coronam. Boni enim sunt, in quibus spes fidei est. Omnes enim sustinet, sciens exitū singulorū. ac per hoc patientia est, quæ illos qui ex malis corriguntur, aut in bono perseverantes sunt, præparat ad gloriam. Diuitiæ autē gloriæ sunt, dignitas multiplex præparata credentibus. Eos autem qui ex bonis fiunt mali, & in cœpto malo perdurant, præparat ad perditionem. Hoc est autem manifestare potentiam suam in multa patientia, quia computatur non vindicaturus, quia diu dissimulat: cum cœperit vindicare, apparebit eius potentia: qui cum possit statim vindicare, diu sustinuit, vt perfidi queri non possint damnati. Præparare autem vnusquemque, est præscire quid futurum sit.

Quos & vocauit nos, non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus, sicut in Osee dicit, Vocabo non plebem meā, plebem meam: & non dilectam, dilectam. Et erit, in loco vbi vocabantur, Non plebs mea vos; ibi vocabuntur filij Dei viui.

Hos ergo quos vocauit, præparauit ad gloriam, siue eos qui propè erant, siue illos qui longè, sciens permansuros in fide. Sicut in Osee dicit, Vocabo non plebem meam, plebem meam: & nō dilectam, dilectam. Et erit, in loco vbi vocabantur, Non plebs mea vos, ibi vocabuntur filij Dei viui. Apertum est, istud de gentibus esse prædictum, quæ prius non erant plebs Dei; postea autem ad opprobrium Iudæorum, misericordiam accipientes, vocatæ sunt plebs Dei: & qui dilecti antè non erant, abdicatis Iudæis adoptati in filios, & di-

Esai. 45.

2. Tim. 2.

Rom. 2.

2. Petr. 3.

Osee 2.

Osee 1.

Ephes. 1.

Osee 2.

Osee 1.

1. Petr. 2.

Act. 13.



psal. 75.  
Zach. 12.

Matth. 21.

Esa. 10.

Ioan. 1.

Rom. 11.

Act. 3.

Esa. 10.

Act. 4.

Coloss. 2.

Ioan. 5.

Esa. 1.

Galat. 3.

Luc. 8.

Act. 15.

Genes. 19.

Ioan. 8.

Apoc. 5.

loci sunt: ut in loco ubi non vocabantur plebs Dei, ibi vocarentur filij Dei viui. Prius enim nusquam vocabantur filij Dei, nisi in Iudæa, hoc est, Hierosolymis, ubi domus Dei erat, sicut dicit in Psalmo LXXV. Notus in Iudæa Deus. Postea autem in propheta Zacharia, Ponam (inquit) Hierusalem in omnibus gentibus, quia ubique futuri erant filij Dei, & domus Dei in omnibus locis, quæ est Ecclesia. Hinc Dominus ait Iudæis, Quia tolletur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.

Esaïas autem clamat pro Israel, Si fuerit numerus filiorum Israel tamquam arena maris, reliquæ saluæ fient.

Hoc dicit, quia Esaïas clamat pro iis qui credunt in Christum. Hi enim verè sunt Israëlitæ, sicut dicit Dominus de Nathanael: Ecce verè Israëlitæ, in quo dolus non est. Si fuerit numerus filiorum Israel tamquam arena maris, reliquæ saluæ fient. Recedentibus Iudæis à merito & promissione patrum, dum illam non recipiunt, hi reliquæ sunt, qui credendo, in fide promissionis patribus factæ sunt fideles effecti. A lege enim recedunt, qui in eum quem lex solum ad salutem sufficere promissit, non credunt. Igitur apostatæ habentur necesse est, qui dum Christum non recipiunt, rei sunt violatæ legis. De maxima itaque multitudine solos credentes dicit saluari, quos præcicit Deus.

Verbum enim consummans & breuians in æquitate. Quia verbum breuiatum faciet Dominus super terram.

Saluari hos promittit, quos reliquos dicit per verbum, quod iustè definiens, breuiavit Dominus super terram. Conuenit enim ut in solo nomine Domini & conditoris consequatur salutem creatura, hoc est per fidem: quia sublatis omnibus neomeniis, & sabbato, & circumcisione, & lege eucarum, & oblationibus peccatorum, sola fides posita est ad salutem. Quæ abbreviata ex lege est, quia quod in fide est, in lege habetur quasi principale legis, dicente Salvatore, De me enim scripsit Moyses. Abbreviata ergo lege, reliquæ Iudæorum saluantur. ceteri verò saluari non possunt, quia per definitionem Dei spernantur, per quam genus humanum saluandum decreuit.

Et sicut prædixit Esaïas, Nisi Dominus Sabbath reliquisset nobis semen, sicut Sodoma fuisset, & sicut Gomorra similes fuisset.

Hoc semen, quod de omnibus solum relictum & reseruatum est ad reformationem generis humani, Christus est, & doctrina eius, sicut & ipse dicit, Semen est verbum Dei. Hoc ergo nobis olim promissum, sublatis quæ oneri erant legis, reliquit ad redemptionem; ut data remissione peccatorum non periremus à lege, sicut periit Sodoma. Saluatorem ergo relictum nobis dicit ad suffragium vitæ, quam lex prouidere nõ potuit, quem ab initio Deus nasci decreuit: qui propterea quod solus sine peccato inueniretur, deuictio humani generis hoste, omnium

peccata deleteret. Hoc & in Apocalypsi Ioannis habetur: Quia nemo, ait, dignus inueniendus est, siue in caelo, siue in terra, qui aperiret librum, & solueret signacula eius, nisi Saluator qui vicit mortem. Hoc ergo est semen quod olim promissum reseruauit Deus, ut tunc fructificaret, quædo omnium tam Iudæorum quam gentium peccata repleta erant. Fructus autem eius est indulgentia peccatorum. Nisi enim Christus fuisset reseruatus, quem idcirco semen dicit, quia per ipsum reparatum est genus humanum, interisset progenies Abrahæ, eo quod peccatis obruti erant, & lex eis prodesse non potuit. Idcirco hunc sequendum docet, qui præsidium contulit vitæ.

Quid ergo dicemus? Quod gentes quæ non sectabantur iustitiam, comprehenderunt iustitiam: iustitiam autem quæ ex fide est.

Quoniam iustitia est ex lege, quæ credita mundo est, quæ prohibet peccare: idcirco gentes non hanc iustitiam dicit comprehendisse, quæ natura magistra dignoscitur, sed eam iustitiam quæ ex fide est Christi. Deo enim hæc vera iustitia est, & permanens, si ipse agnoscat. Quid enim est tam iustum, quam cognoscere Deum patrem, ex quo sunt omnia: & Christum filium eius, per quem sunt omnia? Prima ergo hæc iustitia est agnoscere creatorem, deinde custodire quæ præcipit. Gentes ergo quæ prius non requirebant iustitiam, id est legem, quæ creatori testimonium perhibebat, veniente Christo inueniunt iustitiam superabundantem plus quam Scribarum & Phariseorum. Qui enim tunc quod minus est non sectabantur, comprehenderunt postea quod maius est: Iudæi autem in lege positi, qui proficere magis debuerant, deteriorauerunt.

Nam Israël sectando legem iustitiæ, in legem iustitiæ non peruenit. Quare? quia non ex fide, sed quasi ex operibus.

Perfectio legis fides est, quam gentes apprehendentes, totam legem implere videntur. Iudæi autem dum per inuidiam Saluatori non credunt, iustitiam quæ in lege mandata est sibi vindicantes, id est sabbatum, circumcisionem, &c. in legem non peruenerunt, hoc est, legem non perfecerunt: & qui nõ perficiunt legem, rei sunt iuxta legem. Hic enim implet legem, qui à lege Moyssi peruenit ad fidem Christi. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus. Sprennentes enim fidem, quæ, sicut dixi, perfectio legis est, ex operibus legis iustificari se dicebant, id est, per sabbatum, neomenias, circumcisionem, &c. immemores scripturæ dicentis, Quia iustus ex fide uiuit. Iustitia autem legis idcirco dicitur, quia iusto iudicio Dei hæc Iudæis data sunt propter duritiam cordis illorum: ut si mustelam fortè quis mortuam calcasset, aut tetigisset aliqua morticina, aut si forex in vas ruisset, immundus diceretur: quod magna cum solitudine obseruantes, ex quacumque causa incurrerent ut immundi essent. Si autem sanguis mustelæ pauimentum maculasset, non leui cura expiandum erat, & ut à cibus melioribus abstineretur. Sabbathum verò & circumcisio propriam habuerunt iustitiam tẽpore suo, quia in figura data sunt. Hoc Dominus per

Genes. 22.

Esa. 61.

Galat. 3.

Sap. 15.

1. Cor. 8.

Matth. 5.

Rom. 10.

Matth. 27.

Iacob. 2.

Abac. 2.

Matth. 19.

Leuit. 11.

1. Cor. 10.

Ezech. 10.

Hierem. 31.  
Heb. 8.

Act. 15.

Esa. 59.

Esa. 8. & 28.

Dan. 2.

Num. 20.  
1. Cor. 10.

Act. 4.  
Esa. 28.

Psal. 121.

Psal. 2.  
1. Petr. 2.

Matth. 13.  
Ioan. 6.

1. Petr. 2.

Dan. 2.

Matth. 1.

CAP. X.

Esa. 26.

2. Cor. 3.

per Ezechiel prophetam ostendit, inter cætera dicens, Propterea dedi illis præcepta non bona: quia erant irreuerentes & infidi. In aduentu autem Christi, quia salutare donum erat daturus, per Hieremiam prædicat, dicens, Dabo illis testamentum nouum, non quale dedi patribus illorum. Hoc testamentum legem vocat, in quam non peruenerunt, sicut supra memorauimus. Nam cum gentibus quæ crediderant, hanc sarcinam obseruationis Iudæi credentes velent imponere, tunc Apostolus Petrus ait, Quid imponentis iugum super ceruicem fratrum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuerunt? A tempore enim Christi indulgentia data est promissa in lege. Ait enim Esaïas propheta, Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietatem ab Iacob: & hoc illis à me testamentum, cum abstulero peccata eorum: hoc est nouum testamentum à Deo promissum in Christo.

Offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est, Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & petram scandali: & qui crediderit in illum, non confundetur.

Hoc in Esaïa habetur. Multorum relatione compertum est, in petra vel lapide Christum esse significatum. Daniel enim propheta lapidem hunc dicit, qui abscessus à mote sine manibus percussit & comminuit omnia regna, & repleuit omnem terram, quod euidenter de Christo dictum est. Et in lege, petra de qua fluxerunt aquæ, Christus est appellatus. Petra autem, inquit, erat Christus. Et Petrus Apostolus inter cætera ad Iudæos ait, Hic est lapis qui reprobatus est à vobis ædificantibus. Offensio ergo posita in Sion, Christus est. Sion verò altitudo est, siue ciuitas ipsa Hierusalem, quæ propter notitiam Dei non immeritò excelsa dicta est, in qua Saluator à Deo patre suo positus prædicator, offensio factus est Iudæis, dum se filium Dei prædicat, natus de Spiritu sancto ex muliere. Per corpus autem eius scandalum passi sunt, & dicebant, Nonne mater & fratres eius apud nos sunt? Quomodo ergo hic dicit, Quia de caelo descendi? Nolebant enim verba gestis comparare, ut perinde agnoscerent non absurdum esse quod dicebat de caelo se descendisse, quasi corpus operaretur, & non Deus latens, operibus tamen se prodens in corpore. Petra ergo hæc scandalum est Iudæis & offensio: quæ petra sine dubio caro intelligitur Saluatoris. Hæc excisa sine manibus, propterea quia sine viro de Spiritu sancto facta de virgine est.

FRATRES, voluntas quidem cordis mei, & obsecratio fit ad Deum pro illis in salutem. Testimonium enim perhibeo illis, quod æmulationem Dei habent, sed non secundum agnitionem. Ignorantes enim Dei iustitiam, & suam quærentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti.

Quoniam à lege vult eos auferre, credentes quia velamen est Iudæis; ne hoc odio Iudaismi facere videretur, ostendit affectum suum circa illos, & legi

dat multum, sed docet tempus iam seruandæ legis non esse: ac per hoc prouidere se illis velle testatur, si modò audiant illum, ac probent suum non esse inimicum, quando & testimonium perhibet illis nobilitatis & traditionis paternæ. Ignorantes enim Dei iustitiam, & suam quærentes constituere, iustitiæ Dei non sunt subiecti. Per ignorantiam dicit illos non credidisse in Christum, æmulationem quidem Dei habentes, sed voluntatem & consilium eius nescientes, contra Deum agebāt, quæ se defendere testabatur. De iis dicit, qui nõ maleuolentia & inuidia, sed errore Christum non receperunt. Quibus & Petrus Apostolus dicit, Scio fratres, quia per ignorantiam gessistis hoc malum, sicut & principes vestri. Ignorantes enim hunc esse Christum, quæ promiserat Deus, alterum expectandum dicebāt. Huic iustitias suas quas ex lege habebant, anteponebāt, qui est Dei iustitia in fide. Iustitia enim ipse est, quia quod promiserat Deus, in ipso impleuit.

Finis enim legis Christus, ad iustitiã omnino credenti. Moytes enim scribit iustitiam quæ ex lege est, quia qui fecerit ea homo, viuet in eis.

Hoc dicit, quia perfectionem legis habet qui credit in Christum. Cum enim nullus iustificaretur ex lege, quia nemo implebat legem nisi qui speraret in promissum Christum; fides posita est quæ traderet perfectionem legis, ut omnibus prætermisissis fides satisfaceret pro tota lege & prophetis. Moyses enim scribit iustitiam quæ ex lege est, quia qui fecerit ea homo, viuet in eis. Hoc dicit, quia iustitia legis Moyssi reos illos non faciebat ad tempus, si seruaretur: id est, viuebāt faciendo legem, debitores enim erant. Hoc dictum est in Leuitico, & in Ezechiele propheta.

Quæ autem ex fide est iustitia, sic dicit, Ne dixeris in corde tuo, Quis ascendit in caelum? hoc est Christum deducere. Aut quis descendit in abyssum? hoc est Christum ex mortuis reducere.

Quis ascendit in caelum? Hoc in Deuteronomio dictum est, quod hic interpretatur Apostolus de Christo, dicens, Hoc est Christum deducere. Aut quis descendit in abyssum? hoc est Christum ex mortuis reducere. Hoc proprium Apostoli est. Itaque iustitiam hanc dicit esse fidei, si non dubiteretur de spe Dei quæ in Christo est, ne diffidens dicat, Quis potuit ascendere in caelum? quia ideo passus est, ut expoliatis inferis virtute patris deuicta morte resurgens, cum animabus ereptis in caelum ascenderet. Omnis enim quicumque viso Salvatore apud inferos sperauit de illo salutem, liberatus est, Petro Apostolo hoc testante. Dicit enim, quia & mortuis prædicatus est. Qui de his ergo in corde suo non dubitat, iustificatus est ex fide. Ex lege autem iustificari timor facit. Timer enim legem, quia videt illam poenam inferre peccantibus. Ideo non magna iustitia legis est, nec meritum collocat apud Deum, sed tantum ad præsens: fides autem quia incredulis stultitia est, mercedem habet apud Deum, de quo quod non videtur speratur.

Sed quid dicit scriptura? Prope te est ver-

Rom. 9.

Act. 3.

1. Cor. 11.

Leuit. 18.

Galat. 2.

Leuit. 18.

Ezech. 20.  
Deut. 30.

Coloss. 2.

1. Petr. 3.

1. Cor. 1.

Deuter. 30.

bum in ore tuo, & in corde tuo. Hoc est verbum fidei quod predicamus. Quia si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & credideris in corde tuo quod Deus illum excitauit a mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.

Prope te est verbum in ore tuo, &c. Hoc etiam scriptum est in Deuteronomio: quia non est longè ab animo nostro vel ore, quod nobis dicitur vt credamus. Quamuis enim oculis non videatur, à natura tamen animorum & loquendi ratione non discordat quod credimus. In ipsa enim natura inserta sunt velut semina, quæ auditu & voluntate excolta fructificant testimonium creatoris. Hoc est verbum fidei, quod predicamus. Nullum opus dicit legis, sed solam fidem dandam in causa Christi. Quia si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & credideris in corde tuo quod Deus illum excitauit a mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Quæque superius locutus est, hic illa manifestauit: hanc esse regulam fidei, credere Dominum esse Iesum, & non erubescere profiteri, quia Deus illum ex mortuis reducens, deduxit illum in cælum cum corpore, vnde venerat incarnandus: ne incurrat sententiam euangelicam dicentem, Multi, (inquit) ex principibus crediderunt in Iesum, sed palàm non profitébantur, propter Iudæos. Maluerunt enim gloriam hominum magis quàm gloriam Dei.

Dicit enim scriptura, Omnis qui credit in illum, non confundetur. Non enim est distinctio Iudæi, & Græci.

Cùm enim examen cõperit fieri omnium rerum in die iudicij, & omnia falsa commenta vel dogmata in confusionem deduci: tunc in Christum credentes tripudiabunt, videntes omnibus manifestari, quia quod crediderunt, verum est; & prudens, quod stultum putabatur. Aspicient enim inter ceteros se solos gloriosos & prudentes, qui æstimati fuerant contemptibiles & stulti. Illic est enim vera probatio, vbi remuneratio & condemnatio. Non enim est distinctio Iudæi, & Græci. Generaliter omnes aut confundi propter diffidentiam dicit, aut sublimari causa credulitatis: quia sine Christo apud Deum nulla salus est, immò pœna est, aut mors. Nec enim Iudæos commendare poterit prarogatiua patrum, aut legislatio, qui meritum & promissionē patrum non receperunt. Gentes autem nullum habent testimonium quo vel secundum carnem commēdentur, nisi credant in Christum.

Nam idem Dominus omnium, diues in omnibus qui inuocant illum.

Manifestum est ad omnes hoc pertinere, siue Iudæos, siue Græcos: quia sine inuocatione Domini Christi nemo viuit apud Deū. Cùm ergo omnium Dominus sit, consentiente Petro Apostolo, & dicente, Hic est (inquit) omnium Dominus: diues tamen non est nisi in iis qui inuocant illum, quia ipsi

accipient remunerationem. Perfidis verò non est diues, quia participes non sunt bonorum eius. Neque enim accipient quod daturum illum non crediderunt. Et non dixit Deum diuitem credentibus, sed inuocantibus illum: vt postquam crediderit, non desinat animus id postulare, quod à Deo semper doctus est postulandum: quia in Euangelio Luca dicit propter aduersarium, quia subtilis & versutus est, semper orandum esse. Credentibus autem sola datur remissio peccatorum. Sequitur autem vt precibus deditus liberetur à malo, & possit consequi quod promissit Deus toto corde vigilantibus.

Omnis enim quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.

Hoc in Ioele dictum est. Ipse enim Deus qui uisus est Moyse, dicit, Nomen mihi Deus est. Hic est filius Dei, qui ideo & Angelus & Deus esse dictus est, vt non ipse esse à quo sunt omnia, putaretur, sed hic esse per quem sunt omnia: vt ad id pertineat, quia Deus dictus est, quod vnum sunt pater & filius: Angelus autem ad hoc, quia nuntius promissæ salutis est missus à patre: & missus ideo dicitur, vt non ipse pater esse credatur, sed ab eo genitus. Ideoque quicumque inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Hoc sensu & Moyse locutus est: Quicumque, ait, non audierit prophetam illum, exterminabitur de plebe. Si ipse est omnium Dominus, ipse inuocatur à seruis. Et quia verum est, adiecit,

Quomodo ergo inuocabunt in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei quem non audierunt? Quomodo autem audient sine predicante? Aut quomodo predicabunt, nisi mittantur?

Certè Christo non credunt Iudæi ipsi quem dixit Dominum. Hoc sequitur quod supra dixi, quia prius credendum est, vt sit fiducia postulandi. Aut quomodo credent ei quem non audierunt? Apertum est non posse credi illi cui obedientia denegatur. Quomodo autem audient sine predicante? Nec hoc obscurum est, quia qui predicanti resistit, auctorem eius non recipit. Aut quomodo predicabunt, nisi mittantur? Neque istud recipit quæstionem, quia non erunt veri apostoli, nisi à Christo mittantur, nec poterunt predicare sine auctore: nulla enim his signa virtutum perhibent testimonium.

Sicut scriptum est, Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona? Sed non omnes obediunt Euangelio.

Hoc Propheta dicit Naum. Pedes dicendo, aduentum significat Apostolorum circumeuntium mundum, & regnum Dei aduentare predicantium. Aduetus enim ipsorum illuminabat homines, viam ostendens qua itur in pace ad Deum, quam primùm Ioannes Baptista venerat præparare. Hæc pax est, ad quam festinant credentes in Christum. Denique sanctus Symeon, quia in mundo discordia erat, lætus in ortu Saluatoris: Nunc, ait, Domine dimitte seruum tuum in pace, quia regnū Dei pax est. Omnis enim

Rom. 1.

Luc. 9.

Ioan. 12.

Esai. 28.

Esai. 65.

Sap. 5.

Heb. 11.

Act. 4.

Matth. 3.

Act. 10.

Esai. 45. Galat. 4. Esai. 65. Esai. 5.

Ioan. 7.

Esai. 53.

Act. 7.

Sap. 2.

Psalm. 18.

Sap. 13. Rom. 1. Rom. 15.

Ioan. 2.

Deut. 32.

Rom. 2. Deut. 32.

Luc. 2. Rom. 14.

enim amputata discordia, omnes vni Deo genua flectent. Denique Hierusalem superior ciuitas pacis interpretatur, quæ est mater nostra. Sed non omnes obediunt Euangelio. Verum est, quia quamuis illustretur mundus splendore disciplinæ dominicæ: sunt tamen qui repugnent, qui lumen tenebras vocant. Horum enim sic errore acies obtusa est mentis, vt nec veri luminis recipiant splendorem. Quos accusat Euangelium, dicens, Lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.

Esaias enim dicit, Domine, quis credidit auditui nostro? Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Sed dico, Numquid non audierunt?

Hoc est, quis credidit quæ audiuius ab te, & loquimur? Firmavit exemplo prophetico Iudæos esse contradictores euangelicæ veritatis. Lex enim Iudæos increpat, quia sicut fuit apud veteres, ita & nunc est. Hunc enim numerū non tangit, qui fidem non recipit. Ergo fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi. Manifestum est, quia nisi dicitur aliquid, nec audiri potest, nec credi. Sed dico: Numquid non audierunt? Hoc est, audierunt, & credere noluerunt. Quamuis enim fides ex auditu sit, sunt tamen qui audientes non credunt. Audiunt enim & non intelligunt, quoniam maleuolentia obcæcatum est cor illorum.

Et quidem in omnem terram exiit sonus eorum, & vsque ad fines orbis terræ verba illorum.

Vsque adeo prædicationem Dei à Iudæis auditam esse testatur, vt etiam impletum orbem diuina annuntiatione pronuntiet. Ipsa enim fabrica mundi prædicat creatorem. Quod enim Psalmo graphus de creatura dixit, hoc Apostolus de Euangelistis: quia vbique audita est, & peruenit in omnem locum prædicatio nominis Christi. Vbi enim presentia hominis prædicantis defuit, sonus tamen & fama peruenit, sicut peruenierat opinio factarum virtutum in Ægypto ad omnes gentes, teste Rhaab meretrice. Si enim in omnem locum peruenit, non potuerunt non audire Iudæi apostolicam prædicationem, vt nemo ex his excusatus sit à crimine diffidentiae.

Sed dico, Numquid Israel non cognouit? Primus Moyses dicit, Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, in gentem insipientem, in iram vos mittam.

Numquid Israel non cognouit? Hoc est, cognouit. Nec quia per suprascripta testimonia genus Israel incredulitatis causa arguit, cū dolore de omnibus Israelitis queri videretur, non negat Israel cognouisse & affectum esse quod illi promissum fuerat in lege: sed eum qui spiritu magis Israel est quàm carne, quem & Deus præscierat crediturum. Omnes enim audierunt, & non omnes crediderunt. Primus Moyses dicit: (In cantico Deuteronomij:) Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem, in gentem insipientem, in iram vos mittam. Indignantis verba sunt, propter quod semper diffidentes inuenti sunt Iudæi, & om-

nibus malis vnã assignat originem & causam: dum presentes increpat, ibidem tangit futuros, ad quos hoc pertinet. Omnium enim horum vnã damnatio est, si permanent in diffidentia. Æmulatio ergo illis data est inuidentiæ, dum vident gentem, quæ prius sine Deo fuit, & sensu bruta erat, Deum suum appellare, qui fuerat Iudæorum, & donū illis promissum affectam; per quam zelum passiracundia distenderentur, vt malitiæ & incredulitatis suæ mercedes exoluerent. Nulla enim res sic consumit hominem vt zelus: quem ideo Deus vitorem posuit incredulitatis, quia graue peccatum est. Nam semper in iram missi excruciantur, quando audiunt legem & prophetas ad nos pertinere, qui in Christum credimus.

Esaias autem audet, & dicit, Palàm factus sum non quærentibus me, & inuentus sum inter eos qui me non interrogabant. Ad Israel autem quid dicit? Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem.

Quoniam supra verbis Moyse vsus est de exclusione Iudæorum, ad hoc quoque Esaiæ propheta exemplum subdidit, vt de eius prosecutione apertius doceret Deum expulsis Iudæis, vltro gētibus gratiam obtulisse ad opprobrium & necem Iudæorum. Hæc enim Esaias propheta ex persona Christi testatur. Ad Israel autem quid dicit? Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem. Hic Israel carnalis est, hoc est Abraham filij, sed non secundum fidem. Nam Israel verus & spiritalis est, qui credendo videt Deum. Tota die, semper significat. Semper enim correpti sunt: propterea increpantur non credituri, vt sciant quia ipsi sibi causa sunt perditionis. Potest hoc & de Saluatore accipi, qui in cruce extensis manibus, interficientium se peccatum arguit. Causa enim illa clamat sceleratum facinus Iudæorum: quod ausus sit dicere Esaias de iis qui Deo fuerant inimici, ostendit hos amicos futuros: & eos qui Israelitæ dicebantur, propter quod inobedientes erant, vt inimicos abiiciendos.

Dico igitur, Numquid repulit Deus hæreditatem suam? Absit. Nam & ego Israelita sum, ex semine Abraham, de tribu Benjamin. Non repulit Deus plebem suam, quam præsciuit.

Quia populum Israel incredulum ostendit, nunc ne omnem Israel dixisse diffidentem putaretur, ostendit non repulisse Deum hæreditatem suam, quam præsciuit, id est filios Abraham, quos fideles sibi futuros scit. Nec enim promitteret eis regnum, si sciret nullum ex iis crediturum. Hæreditas ergo Domini iuxta legem filij sunt Abraham, sed credentes. Nam & ego Israelita sum, ex semine Abraham, de tribu Benjamin. Exemplo suo docet partem Israel saluatam, quam præsciuit Deus saluandam, aut adhuc posse saluari: & partem Israel propter iugem diffidentiam perditioni deputatam. Non repulit Deus plebem suam, quam præsciuit. Hoc est quod dicit Saluator, Pater, quos dedisti mihi, custo diui: & nemo ex his perit, nisi filius

Ep. 2.

Act. 17. Eccl. 30.

Esai. 65.

Ibid.

Deut. 32. Esai. 65.

Ibid.

Matth. 27.

CAP. XI.

Rom. 9.

Galat. 3.

Ioan. 17.

perditionis. Ita & hi quos præsciit Deus credituros, nemo ex his à promissione repulsus est: quia sic factum est, sicut præsciit Deus futurum.

An nescitis in Elia quid dicit scriptura, quomodo postulat Deum contra Israel? Domine, prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt: & ego relictus sum solus, & quærunt animam meã. Sed quid dicit illi responsum diuinum? Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curuauerunt genua Baal.

Reliqui mihi septem millia, &c. Aperta sunt hæc. Ostendit enim non solum Eliam remansisse qui deuotus Deo non adorauerit idola: sed & multos qui in fide Dei permanserunt, sicut & ex Iudæis non pauci crediderunt. Huic rei historia congruit, quia multi per speluncas occultati sunt propter Achab regem Samaritæ, & Iezabel uxorem eius, qui pseudo-prophetis credentes, Dei prophetas persequebantur, & populum ad idololatriam hortabantur.

Sic igitur & in hoc tempore reliquiæ secundum electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus: alioquin gratia iam non est gratia.

Hoc est: Ita, inquit, & nunc hi remanserunt in legis promissione, recedentibus multis quos antè præsciit Deus. Qui enim suscepit Christum quasi in lege promissum, ij in lege steterunt: qui autem non illum receperunt, à lege recesserunt. Ideo credentes reliquiæ dicuntur, hoc est, remanentes in lege. Si autem gratia, iam non ex operibus. Manifestum est quia gratia donum Dei est, non debita merces operibus, sed gratuita ratione, misericordia interueniente, concessa. Alioquin gratia iam non est gratia. Verum est, quia si merces est, non est gratia. Sed quia merces non est, sine dubio gratia est: quia veniam dare peccantibus non aliud quam gratia est, his qui non requirunt, sed offertur illis ut credant. Duplex ergo gratia est, & hoc competit Deo: ut quis abundet misericordia, & ut requirat quos gratis curet.

Quid ergo: quod quærebat Israel, hoc non est adsecutus: electio autem consecuta est.

Israelitæ ij carnales sunt, qui ex operibus legis iustificari se putantes, non sunt adepti ut iusti essent per fidem apud Deum. Propterea cum omnes rei sint per legem, quia, Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, ut faciat ea. Qui autem per fidem iustificari se crediderunt, consecuti sunt electionem, ut iustificati filij Dei fierent, memores scripturæ dicentis, Quia iustus ex fide uiuit, id est, non ex lege.

Cæteri uero excæcati sunt, sicut scriptum est, Dedit illis Deus spiritum compunctionis, oculos ut non videant, & aures ut non audiant usque in hodiernum diem. Et Dauid dicit, Fiat mensa eorum in laqueum, & in captiōnem, & in scandalum, & in retributionem il-

lis. Obscurentur oculi eorum ut non videant, & dorsum illorum semper incurua.

Fiat mensa eorum in laqueum, &c. Ideo mensam maledicit malorum, quia illic decipi solent innocentes. Dolo enim vocantur ad conuiuium, ut perimantur. Sic enim Ammon filius Dauid deceptus est à fratre suo Absalon; & malignus Holofernes per epulum sanctam Iudith putauit se posse decipere; & in mensa scelerati Herodis saueiunt maligni in caput Ioannis Baptistæ. Vnus sensus est duorum prophetarum

de huiusmodi hominibus, qui ab initio infidi & repugnantes inuenti sunt hostes bonorum. Sed aliqui illorum emendati sunt & correcti, licet tardè: quidam uero in pertinacia manentes, seueritatem sententiæ non cauerunt, in perpetuum curuati, hoc est excæcati, ne de cætero possint veritatis uiam aspicere, quam maleuolentia aspernati fuerant, declinantes ab ea, & ad salutis gratiam dedignant peruenire. Qui enim cum intellexisset, credere noluit, id debet consequi quod uult, ne de cætero possit fidem recipere, & saluari, quam sciens prudensque abnuat. Exempla igitur prophetarum supradicta duplicem continent sensum, duobus enim modis decreta sunt, & scripta. Duo etenim genera hominum hic continentur. Vnum est quod maleuolentia suæ causa excæcatur in sempiternum, ne saluetur. Sunt etenim pessimæ voluntatis, usque adeo ut intelligentes dicant se nescire quod audiunt. Denique dicebant de Salvatore, Quid est quod dicit? Nescimus quid loquitur, quid cum auditis? Dæmonium habet, & insanit. Alia autem pars quæ uerè Israel est, contradicebat illis, Hæc uerba non sunt dæmonium habentis. Numquid dæmonium potest cæcorum oculos aperire? Dum inuident ergo Salvatore, nolebant uideri intelligere quæ audiebant: ut dum à legisperitis & Pharisæis non intelligi uideretur, res absurdas, & quæ extra legem essent, loqui putaretur: quæ res etiam alios à fide possent auertere. Vnde audiunt à Salvatore, Vos habetis clauem scientiæ, & neque uos intratis, neque alios finitis introire. Quis enim non leuium, sed paulo grauiorum, legisperitorum & Pharisæorum consilium & sententiam non sequeretur, & qui uiderentur legis defensores? Denique iis qui uerè Israelitæ sunt, dixerunt, Numquid aliquis ex principibus, aut ex Pharisæis credidit in illum? ut inde iustè uiderentur non credidisse, si multos conspirationis suæ socios fecissent: quia quod à paucis defenditur, solet non probatum uideri. Ideo excæcati sunt, ne de cætero possint credere, & saluari. Ex uoluntate ergo sua adiuti sunt: ut quoniam scientes uerum, dicebant esse falsum; de cætero non intelligerent uerum quod haberent, sed falsum quod uolebant. Alterum genus est, quod cum iustitias legis sectatur, iustitiam Christi non recipit: ex quo iam non per inuidiam malæ uoluntatis hoc agit, sed errore, æmulando enim traditionem patrum cæcantur ad tempus: quia cum deberent ex magnalibus Christi addiscere hunc non posse fallere, cuius tam magna uirtus in rebus gestis appareret, & prædicationem eius testamento nouo promisso per prophetas comparare, & exinde profiteri hunc esse qui

Ibid.

2. Reg. 13.

Iudith. 12.

Marc. 6.

Ioan. 12.

Act. 28.

Ioan. 16.

Ioan. 10.

Luc. 11.

Ioan. 7.

Ioan. 12.

Rom. 10.

Act. 21.

Luc. 24.

Deut. 18.

qui promissus est, negligentes contra Deum, & hominibus assentientes inuenti sunt. Propterea ergo cæcantur, ut admittentibus se ad promissionem eorum, ipsa æmulatione, dum inuident gentibus, reuertantur ad fidem Christi.

Dico ergo, Numquid sic offenderunt ut caderent? Absit. Sed illorum delicto salus est gentibus, ut illos æmulentur.

Hoc dicit quod supra memorauimus, quia non sic diffiderunt, ut numquam iam crederent: id est, non ita propter improbitatē suam cæcati sunt, ut curari non possent; sicut diabolus legitur cecidisse, dicente Esaia Propheta, Quomodo cecidisti de celo Lucifer? casum apostasiam significans. Non ergo hos sic offendisse dicit ut caderent, sed offensionis suæ causa ad tempus obtusos. Sed illorum delicto salus est gentibus, ut illos æmulentur. Hoc est quod dixit, quia propter peccatum illorum gentibus salus data est. Quia enim donum Dei recusarunt Iudæi, translatum est hoc ad gentes, ut æmulatione zeli accensi Iudæi conuertentur ad Christum, zelantes promissionem patrum.

Quod si delictum illorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorum diuitiæ gentium: quanto magis plenitudo illorum?

Manifestum est, quia si delictum illorum profuit mundo, dum horum dispendio plures habet bonos, quia multo plures sunt gentes quam Iudæi: & diminutio eorum, quod est damnum promissionis, diuitiæ gentium, per id quod lucrati sunt uitæ æternam: quanto magis plenitudo eorum? Apertum est, quia magis diues erit mundus hominibus bonis, si & ij qui excæcati sunt, conuertantur. Ex magna enim parte saluabitur mundus. Mundo homines significantur, sicut dictum est de Salvatore, Ecce mundus totus abiit post illum.

Vobis enim dico gentibus, quamdiu quidem ego sum gentium Apostolus, ministerium meum honorificabo, si quo modo æmuler carnem meam, & saluos faciam aliquos ex illis. Si enim amissio eorum, reconciliatio est mundi: quæ est assumptio, nisi uita ex mortuis?

Ostendit gentibus quo affectu diligit Iudæos. Nam ministerium suum, quo Apostolus gentium est, honorificat, si propter affectum generis sui data opera etiam Iudæos acquirat ad fidem. Honorificetior enim fiet, si & illos, ad quos non missus est, lucretur ad uitam. Patribus enim in laude maxima erit, si fratres inuenerint qui perierant. Si enim amissio eorum, reconciliatio est mundi: quæ est assumptio, nisi uita ex mortuis?

Hoc dicit, quia si non credentibus Iudæis gentes reconciliatæ sunt Deo, ad incrementum mundi circa fidem Christi: quæ erit in hac parte, & quanta plenitudo salutis si assumantur & Iudæi ad fidem Christi, nisi ut ex mortuis uiuificetur mundus in hominibus? Quia ergo profectus est, dandam dicit operam ut credant, quoniam cæcitate obtusio tempore compensati delicti auferuntur, ut uoluntatis suæ recipiant liberum arbitrium.

S. Ambr. tom. 3.

Quod si delibatio sancta est, & massa: & si radix sancta, & rami.

Manifestum est, quia quod unius substantiæ est, unum est: ac per hoc non potest delibatio sancta esse, & massa immunda. Delibatio enim de massa est. Ideoque ostendit non posse indignos dici ad fidem hos, quorum iam patres adepti sunt fidem: quia si pars Iudæorum credidit, cur non & alia pars posse credere dicatur? Et si radix sancta, & rami. Immutatis uerbis eadem repetit, ut sensum commendat duobus exemplis.

Quod si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum esses oleaster, insertus es in illos, & focus factus es radices & pinguedinis oleæ, noli gloriari aduersus ramos.

Id est, si aliqui non crediderunt ex eis, excisi à promissione. Tu autem cum esses oleaster, insertus es in illos, & focus factus es radices & pinguedinis oleæ. Hoc significat, quia non credentibus multis Iudæis, gentes insertæ sunt per fidem in spem promissionis, ut dolori esset Iudæis: sed non iuxta legem agriculturæ, quia bonum furculum inserunt in non bonam arborem. Hi enim cum essent in radice mala, inserti sunt in bonam arborem. Ideo oleastrum dicit insertum, ut fructum furculus radices afferat focus eius effectus. Noli gloriari aduersus ramos: hoc est, noli gaudere in incredulitate illorum. Displicet enim Deo si quis exultet in malis alterius, sicut dicit Salomon. Nec enim causa gentium abiecti sunt, sed quia non crediderunt, occasionem dederunt ut prædicaretur gentibus.

Quod si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te. Dicis itaque, Fracti sunt rami, ut ego insererer. Bene: sed incredulitate fracti sunt.

Id est, si te extuleris super illos, in quorum insertus es radicem, insultans generi quod te ut ex malo bonus esses suscepit: nec stabis, si illud per quod stas, destruis. Dicis itaque, Fracti sunt rami, ut ego insererer. Ex persona gentilis credentis loquitur, qui exultandum putat in casu Iudæorum dissidentium, dicens, Illorum reprobatio locum fecit gentilibus. Sed non sunt reprobatii à Deo ut gentes intrarent, sed seipos reprobos fecerunt spernentes donum Dei, unde occasio-

nem dederunt gentibus ad salutem. Quam extolentiam reprimi uult, ut magis saluti congaudeatur, non ægritudine insultetur. Facile enim decipitur qui gaudet alienis malis. Bene: id est, rectè dicis, quia fractis ramis insertus es. Sed incredulitate fracti sunt. hoc est, non propter te, sed suo uitio. Illis enim dissidentibus, ad æmulationem illorum tu uocatus es ad salutem. Ideo gratias debes agere dono Dei per Christum, non illis insultare; sed peteres, si malum illorum tibi contulit ad salutem, ut & ipsi redeat ad originem. tunc placebis Deo, qui tui miserus est. Ideo enim te aduocauit, ut per tuam æmulationem reduceret & illos ad gratiam.

Tu autem fide stas. noli altum sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis non percipit, ne fortè nec tibi parcat.

R

3. Reg. 19.

Ibid.

Ioan. 12.

3. Reg. 18.

Ioan. 5.

Ephes. 2.  
Rom. 4.

Rom. 9.

Deut. 27.  
Galat. 3.

Abac. 2.

Esa. 29.  
Esa. 6.

Psal. 68.

Hebr. 11.

Act. 14.

Rom. 24.  
Act. 13.

Galat. 2.

Act. 13.

Colos. 1.

Rom. 11. sup.



Quia Iudæi per diffidentiam lapsi sunt, hos fide dicit stare: quia cum prius perfidiæ causa iacerent, credendo stare cœperunt. *Noli altum sapere, sed time. id est, noli superbus esse, sed & caue ne & tu offendas. Si enim Deus naturalibus ramis non pepercit, ne forte nec tibi parcat.* Verum est, quia si illos, qui prerogatiua patrum dignitofi erant, quibus etiã facta repromissio est, Deo in filios adoptati, incredulitatis causa excæcavit, quid his, si dubitauerint, aut si se extulerint, faciet, qui nulla cõmendatione sublimati sunt; quique cum nullius dignitatis essent, honorati sunt?

Vide ergo bonitatem & seueritatem Dei: in eos quidem qui ceciderunt, seueritatem: in te autem bonitatem, si permanferis in bonitate. alioquin & tu excideris.

Bonum Deũ gentibus esse testatur, quia cum idola sequerentur, digni vtiq̃e morte; patientia sua expectauit illos, & nec sic requirentes se, vltro vocauit illos, & peccata eis remisit: Iudæis autem seuerus est. excæcavit enim eos, quia donũ Dei spreuerunt. Hos tamen nunc significat Iudæos, qui propter malitiam suam in perpetuum cæcati sunt. vnde eos & cecidisse dicit: illos autem quos supra memorauit, offendisse, non tamen cecidisse, quia ad tempus cæcatos illos ostendit: ac per hoc seuerum Deum in eos fuisse, vt in perpetuum cæcati essent apostatæ.

Sed & illi si non permanferint in incredulitate, inferentur. potens est enim Deus iterum inferere illos. Nam si tu ex naturali excisus es oleastro, & contra naturam infertus es in bonam oleam: quanto magis hi qui secundum naturam inferentur suæ oleæ?

Ostendit iustitiam Dei non in seueritate manere circa illos, quos excæcavit ad tempus: quia nõ sic illos excidit, vt nõ possit illos iterum inferere si conuertantur, qui per Prophetam dixit, Reuertentes ad me replantabo. vt hoc scientes Christiani gentiles, non insultent Iudæis, certi reseruari illis quasi lapsis misericordiam Dei. *Nam si tu ex naturali excisus es oleastro, & contra naturam infertus es in bonam oleam: quanto magis hi qui secundum naturam inferentur suæ oleæ?* Oleam, fidem per quam Abraham iustificatus est, accipimus: oleaster verò, quia agrestis & infructuosa natura est, perfidiam significat: ac per hoc si ij qui semper inimici Dei fuerunt, conuersi in fidem Abraham inferti sunt, ex cuius origine non sunt: quanto magis Iudæi, si post diffidentiam credant, paternæ reddendi sunt naturæ, inferti iterum in suam promissionem?

Nolo enim ignorare vos fratres mysterium hoc, vt non sitis vobis ipsis sapientes: quia obfusio quædam ex parte Israel facta est, donec plenitudo gẽtium intraret: & sic omnis Israel saluus fieret.

Non est obscurum, quia ad tempus cæcitatibus obfusio facta est Iudæis, iis qui dum æmuli legis sunt, non viderunt donũ venisse promissum à Deo, quod prædicabatur à Christo. Zelo enim excæcati sunt,

putantes legẽ factorũ numquã debere cessare. vnde sabbatum zelabantur. Qua offensione ex parte obtusi sunt, vt pro incredulitate sua cruciarẽtur, videntes gentes profiteri cum gaudio, consecutos repromissionem Abraham: copia tamen admissa gentium, abstergeretur caligo ab oculis mentis eorum, vt possint credere: vt spiritum compunctionis prohibens à cordibus eorum qui eis præstat cæcitatẽ, reddat eis arbitrium liberum voluntatis, quia non de malevolentia erat incredulitas, sed de errore emẽdarentur, vt postea saluarentur.

Sicut scriptum est, Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietatem ab Iacob: & hoc illis à me testamentum, cum abstulero peccata eorum.

Vt probaret donum illis reseruatum à Deo, exemplum Esaiæ Prophetæ in subiectis ponit: vt hæc gratia qua liberati sunt Iudæi credentes, & hos liberari posse doceret, quia non erat exinanita, sed semper abundat. Dicit ergo: *Veniet ex Sion qui eripiet & auertat impietatem ab Iacob: & hoc illis à me testamentum, cum abstulero peccata eorum.* Exẽpli huius ratio semper manet, quamdiu sunt qui credant. Hic enim Dominus Iesus qui de cælis venturus promissus est ad liberationem humani generis, ipse quotidie remittit peccata conuersis ad se: nec statim non credentes condemnat, sed expectat, sciẽs posse proficere ad agnitionem Dei.

Secundum Euangelium quidem inimici propter vos, secundum electionem autem dilecti propter patres.

Causa incredulitatis inimici sunt Euangelij, vt error delictum illorum gentibus aperiret viam ante tempus intrandi ad fidem, sicut supra memorauim. Prius enim vbique omnibus Iudæis prædicandum erat, tunc demum & gentibus oportebat credi verbum Dei. Sed quia non crediderunt, ablatum ab eis regnum datũ est gentibus. Itaque non insultandum his præmonet, quorum delictum profuit gentibus. Illi enim insultandum est, cuius peccatum obfuit aliquibus. Non ergo perfidiæ illorum gratulandum est, sed dolendum si tardant conuerti, vt quomodo peccato illorum gauisæ sunt gentes, quia saluatæ sunt; sic conuersione eorum lætentur, ipsorum enim occasione Dei gratiam citius perceperunt. *Secundũ electionem autem dilecti propter patres.* Quamuis grauitèr peccauerint Iudæi reprobando donum Dei, & digni sint morte: tamen quia filij sunt bonorum, quorum prerogatiua & merito plurima à Deo beneficia perceperunt, regressi ad fidem suscipientur cum lætitia, quia dilectio in his Dei excusatur memoria patrum.

Sine pœnitentia enim sunt dona & vocatio Dei.

Verum est, quia gratia Dei in baptismate nõ quaerit gemitum, aut planctum, aut opus aliquod: nisi solum ex corde professionem. Ne enim quia grauitèr deliquerant non recipiendo promissum Dei, & quia quæ grauitèr peccantur, non nisi fletu & gemitu ad veniam

1. Cor. 10.

Esai. 6. Hebr. 10.

Rom. 1. 2. Pet. 3. 2. Cor. 4. Sap. 2.

Amos 9. Hier. 2. 4.

Gen. 15.

Hebr. 4.

Ioan. 12.

Act. 13.

Luc. 6.

2. Corinth. 3. Esai. 29.

Esai. 59.

Rom. 3.

Eph. 2. 2. Cor. 3. Rom. 7.

1. Ioan. 2.

Galat. 3.

Act. 13. Matth. 21.

Rom. 3.

De consue. dist. 4. c. sine pœnitentia. De pœnitent. dist. 1. c. quis aliquando. S. item de eadem. Lib. 4. sentent. dist. 4. s. solet eam queri.

Rom. 3. Rom. 8.

Ecl. 15.

1. Jo. 3.

veniam pertinent: ne ideo illos non posse iam accipere misericordiam putarent, quia dolere illos non videbant; ostendit hoc inter primordia fidei non requiri. Donum enim Dei gratis donat peccata in baptismo.

Sicut enim & vos aliquando non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter illorum diffidentiam: ita & isti nunc non crediderunt in vestra miseratione, vt ipsi misericordiam consequantur.

Incredulitatem gentiũ memorat, vt perfusi rubore non se iactarent insultantes Iudæis qui non crederant, sed oblectarent illos vt agnoscerent promissum Dei. Cum enim vos, inquit, gentes, cum his eloquia Dei credita sint, repugnantes fuistis; nunc misericordiam accepistis, nõ vestro merito, sed ad horum opprobrium: quare non magis isti conuersi accipiant misericordiam, qui prius in lege Dei cõuersi sunt, & quibus facta promissio est?

Conclufit enim Deus omnia in incredulitate, vt omnium misereatur.

Gentes porrò ab antiquis temporibus in impietate & ignorantia versabantur, vt pote sine Deo: propter quod manifestata lex in literis est, qua possent infranari præcipites. Et quoniam versutia aduersarij cumulari peccata cœperunt, vt per interdictũ magis reus homo cõstitueretur: Deus clementia bonitatis suæ semper homini salutem procuras, decreuit vt quod sine lege peccatum erat, & sine lege posset deleri, & solum fidem posuit per quam omniũ peccata abolerentur: vt quia nulla spes per legem omnibus hominibus erat, Dei misericordia saluarentur. Hoc est omnia conclusisse in incredulitate, vt tunc decretum donum à Deo veniret, quãdo omnes diffidentia laborarent, vt gratia muneris esset gratissima. Itaque nemo se iactet, miserũ est enim superbum esse eum cui ignotum est.

O altitudo diuitiarum sapientiæ & sciẽtiæ Dei: quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ ipsius!

Excelsum & immensum Deum in diuitiis sapientiæ & sciẽtiæ suæ cum omni laude & gratiarũ actione testatur, est enim consilium & iudicium eius incomprehensibile. Nam sciens ab initio conuersationes & opera hominũ, quia neque sola seueritate iustitiæ saluari possit hominum genus, neque sola misericordia ad profectum meritorum peruenire, vnoquoque tempore decreuit quid esset prædicandum: antè tamen permittens vnumquemque suo iudicio, quia natura ipsa duce cognoscitur iustitia. Et quia auctoritas naturalis iustitiæ obtorperat consuetudine delinquendi, data est lex, vt humanum genus terrore manifestatæ legis frangeretur. Sed quia nõ fecit cohibentes, rei tenebantur à lege; prædicata misericordia est, quæ ad se confugientes saluaret, resistentes autem cæcicaret ad tempus; ad promissionem eorum gentes inuitas, quæ prius iustitiæ Dei per Moysen datam sequi noluerunt, vt horum saluti dum inuident, ipso zelo ad radicis Saluatoris originẽ se reformaret promissis in lege. Hæc est altitudo diuitiarum

A sapientiæ & sciẽtiæ Dei, qui tam Iudæos quàm gentes multifaria prouidentia acquisiuit ad vitam.

Quis enim cognouit sensum Domini? aut quis consiliarius illi fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei?

Quis cognouit sensum Domini? Hoc in Esaiã scriptum habetur. Manifestũ est solum Deum esse qui nouerit omnium consilia, & hunc vnum esse qui nullius egeat, quia ab ipso sunt omnia: ac per hoc consilium eius à nullo nec comprehenditur, nec metitur, quia inferiora superioris sensum scire non possunt. Denique Iudæis credentibus, impossibile videbatur consilium esse & voluntatem Dei ad redemptionẽ gentium: simili modo & gentibus arduũ & incredulum videbatur, Iudæos qui non crediderant, posse conuerti, aut credentes suscipi vt saluarentur. Inter cætera hoc est consilium Dei quod latuit, nec potuit comprehendi.

Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi gloria in sæcula. Amen.

Qua ratione sensus & consilium Dei inuestigari nõ potest, declarauit. *Ex ipso enim, inquit, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi gloria.* Hoc dicto aperuit sensum qui occultus erat mundo. Quia enim omnium creator est Deus, fecit enim ea quæ non erant, vt essent; ideo ex ipso sunt omnia. Et quoniam ab ipso sunt, per filium eius qui eiusdem vtiq̃e substantiæ est, esse cœperunt, cuius opus, patris est opus. Quia ergo ipse operatur per filium, per ipsum sunt omnia. Et quoniam quæ sunt ex Deo, per Deum sunt, post renata in Spiritu sancto sunt, in ipso sunt omnia, quia & Spiritus sanctus de Deo est patre, vnde & scit quæ in Deo sunt. Ergo & in Spiritu sancto pater est, quia quod de patre est Deo, non potest aliud esse quàm est Deus pater. Ac per hoc ipsi gloria, quia ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Itaq; quia ex ipso, & per ipsum, & in ipso omnia vt essent, esse cœperunt; sensum & consilium eius scire non possunt. Ipse autem scit omnia, quia in ipso sunt cuncta. Patet enim mysterium Dei, quod superius dixit non ab eis ignorari debere.

OBSCURO itaque vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuam, sanctam Deo placentem, rationabile obsequium vestrũ. Et nolite conformari huic sæculo: sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit voluntas Dei, quod bonũ, & placitũ, & perfectũ est.

Per misericordiam Dei orat illos, per quam saluatur humanum genus. Post tractatum autem legis & fidei, credentes ad bonam vitam agendam hortatur. per hæc enim spes fidei obtinetur. Commonitio est ergo hæc, vt memores sint quia misericordiam accepserunt: & vigilẽt circa obsequium eius à quo illis data est, per quem ex impijs gratis iustificati sunt: scientes hanc esse hostiam viuam, sanctam, & Deo acceptabilem, si corpora nostra incontaminata seruemus, dissimiles à sæcularibus, qui voluptatibus student. Hæc, inquit, est voluntas Dei, sanctificatio

Esai. 40. 2. Cor. 5. 1. Cor. 2.

Act. 15.

Ecl. 48.

Ioan. 5. 1. Cor. 2.

Hebr. 4. Col. 1.

CAPVT XII.

1. Pet. 1. 2. Pet. 1.

Rom. 5.

1. Theff. 4.

vestra. Nam corpora subiecta peccatis non viuā habentur, sed mortua. sub desperatione enim promissæ vitæ sunt. Ad hoc namque peccatis dono Dei abluimur, vt de cætero mundam vitam agētes, Dei amorem in nos prouocemus, non irritum facientes opus gratiæ eius. Nam apud veteres ideo oblata occidebatur hostia, vt homines peccati causā morti subiectos significaret. Nunc autem quia per donum Dei purificati sunt homines, & à morte secunda liberati, vitam hostiam debent offerre, vt signū sit vitæ æternæ. Non enim, sicut tunc, corpora pro corporibus immolanda, sed vitia corporis perimenda sunt. Vt autem obsequij nostri effectum habere possimus, seruata iustitia pudorem custodiamus. Nihil enim proficit pudor, nec rationalis potest videri neglecta iustitia. Hoc erit conformem fieri spiritualium, renouatum in spiritu ac fide, hoc scire quod placeat Deo, nec aliud bonum & perfectum esse.

Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos, non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, vnicuique sicut diuisit Deus mensuram fidei.

Apertè ostendit hoc debere nos sapere, quod iustitiæ terminos non egrediatur, vt nō nobis solis vtile sit, sed & nulli obsit. Hæc est enim prudentia, prodesse magis aliquibus quàm obesse; & contentum esse debere forte qua mensus est Deus merita fidei vniuscuiusque; nec sibi defendere quod nō sibi concessum videt: hoc est, nō plus sapere, quia vni totum concedi non potest. Nec enim si quis bonæ vitæ est, ex eo sibi etiam doctrinæ prudentiam debet defendere: aut quia peritiam habet legis, Leuitarum sibi obsequia vindicare debebit. Hortatur ergo & dicit per gratiam sibi datam. Hæc gratia peritiam intelligitur dominicæ disciplinæ, per quam humilitati & iustitiæ studendum tradit.

Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eadem habent officia: ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius mēbra.

Exemplo corporis docet non posse nos singulos omnia, quia sumus inuicem membra, ne alter alterius non egeat: ac per hoc curam nostri inuicem nos agere debere, nec alterū alij obsistere, quia inuicem officiis nostris opus habemus. Hoc erit diligere Christum, si inuicē se membra exhortentur, vt impleāt modum quo corpus in Christo perfectum sit.

Habentes autem donationes Dei diuersas secundū gratiam quæ data est nobis, siue prophetiam secundum rationem fidei, siue ministerium in ministrando, siue qui docet in doctrina, siue qui exhortatur in exhortatione, qui tribuit in simplicitate, qui præest in sollicitudine, qui miseretur in hilaritate.

Nunc ipsa officia deputata mēbris merito fidei enumerat, vt cum viderit mēbrū quod sibi deputatū officium est, non perstrepat alteri cui viderit aliud tra-

ditum, sed congaudeat, vt corpus Ecclesiæ sit perfectum. Siue prophetiam secundum rationem fidei. A prophetia incipit, quæ prima probatio est rationabilem esse fidem nostram. Denique credentes accepto spiritu prophetabant. Hæc ergo datur pro modo accipientis, hoc est, quantum causa exigit propter quam datur. Siue ministerium in ministrando. Ad obsequium fraternitati præbendū in tantum minister firmatur, in quantum credit debere se obsequi; ne vltra fidem laborans in obsequio, fatigetur in cassum; quia hoc sequitur vnumquemque quod conatur ex corde. Siue qui docet in doctrina. Similiter dicit adiuuari doctorem in doctrina, vt in quantum fides eius est ad docendum, in tantum inspiratur ad tradendam disciplinam cælestem. Siue qui exhortatur in exhortatione. Et hunc eodem modo in eo ipso in quo tendit, auxilio spiritus preparari, vt habeat gratiam dum prouocat. Lacescit enim fratres ad bonum, aut incredulos ad fidem. Qui tribuit in simplicitate. Huic dicit qui bono animo tribuit, auxilia semper suppeditari procurante spiritu, vt non desit tribuenti simpliciter, dicente Salomone: Qui tribuit pauperibus non indigebit. Hic ergo tribuit simpliciter, qui non in simulatione hoc agit vt laus ei ab hominibus detur, sed vt à Deo per hoc ipsum meritum consequatur. Qui præest in sollicitudine. Eum qui curam vt præsit fratribus suscipit, iuxta fidem suam accipere vigilantiam & auctoritatem, vt proficiat in quo sollicitus est, habens in illis fructum quibus præest. Qui miseretur in hilaritate. Hunc quoque secundum sensum suum, qui lato animo misericordiam facit, non quasi nolenti extorqueatur, fundari & roborari à Deo, vt in hac re nullam infirmitatem patiatur, sciens dictum à Salomone: Dū habes occasionē, benefac. Sed hoc multiplicari intelligendum est. Multiplex est enim misericordia sub vno vocabulo. Nam si suprā dixit: Qui tribuit in simplicitate: quid erat opus iterare, nisi quia sub vno misericordiæ nomine multa bona opera significauit? Peccātibus etenim ignoscere, misericordia est: & in necessitate aliqua posito vel oppresso opem ferre, misericordia est: & nudum vestire, & esurienti panem frangere, & paruulū expositum colligere, & cadauer operire, & talia operari, misericordia est. Ideo si hæc impigrè & sine tædio fuerit operatus, habebit huius operis & in præsentī & in futuro mercedem. Omnis ergo misericordia, & simpliciter, & cum gaudio fieri debet, vt simplicitas excludat hypocrisis, gaudium verò fratrum futuræ spei testetur examen.

Dilectio sine similitudine. Odientes malū, adhærētes bono, fraternitatis amore inuicem benigni, honore mutuo præuenientes, sollicitudine non pigri, spiritu feruentes, tēpori seruientes, spe gaudentes, in tribulatione patientes, orationi instantes, memoriis sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes.

Dilectio sine similitudine. Huic qui meditatur vt ideo diligat fratrem quia scit hoc placere auctori Deo, vt non in adulatione præsentis vitæ hoc agat, subuenit spiritus: vt quia hoc deuota mente quærit, obsequiis possit implere. Audiuit enim dictū à Domino: Præ-

Act. 2.

2. Cor. 9.

1. Cor. 14.

Prov. 28.

Rom. 2. 1. Tim. 5.

2. Tim. 4.

Eccle. 14. & Prov. 3. Esai. 1.

Tob. 4. Esai. 58. Tob. 1. & 12. Matth. 25. 2. Cor. 9.

Amos 5. Ephes. 5.

Ioan. 15. 1. Petr. 2.

ceptum nouum do vobis, vt diligatis inuicē. Odientes malum, adhærētes bono, fraternitatis amore inuicem benigni, honore mutuo præuenientes. Non magnum esse dicit euitare malum, nisi adhæreatur bono. Illud enim de timore fit, hoc de amore: nec benignum esse fraternitatis amorē, si non mutuis se obsequiis præuenierint. Sollicitudine non pigri. Hoc est quod dicit Propheta Hieremias, quia maledictus qui facit opera Domini negligenter. Piger enim in conuersatione diuina, sine spe est; ideo subiecit: Spiritu feruentes. hoc est, in exercitio diuini operis aut legis nō sit tepidus, sicut dicitur in Apocalypsi Ioannis: Quoniam tepidus es, inquit, cuomam te ex ore meo. Quotidiana enim meditatio tollit soporem, & facit vigilantem. Opera verò Domini sunt quæ mandat fieri pro utilitate Ecclesiæ, id est fratrum. Tempori seruientes. In Græco dicunt quidam sic haberi: Domino seruientes. quod nec loco competit. Quid enim opus erat summam hanc ponere totius deuotionis, quando singula mēbra quæ ad obsequia & seruitia Dei pertinent, memoret? In omnibus enim iis quæ enumerat, plenum Domino seruitium exhibetur. Nam seruire tēpori quid sit, alibi soluit, cum dicit: Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt: vt sciatis quemadmodum vnicuique respōdeatis. Quoniam autem dixerat: Spiritu feruentes; ne hoc sic acciperēt, vt passim & importunè verba religionis ingererent tempore inimico, per quod fortè scandalum excitarent, statim subiecit: Tempori seruientes. vt modeste & cum honestate aptis & locis & personis, & apto tempore religionis fidem loquerentur. Sunt enim quidā etiam in hoc tempore quo pax est, qui sic perhorrent verba Dei, vt audientes cū magna ira blasphemēt viam Christi. Nam & ipse seruiuit tempori, quando quod noluit fecit. Inuitus enim circumcidit Timotheum, & raso capite purificatus secundum legem ascendit in templum, vt Iudæorum fopiret insaniam. Spe gaudentes. Postquam dixit: Tempori seruientes; adiecit: spe gaudentes: vt si fortè propter iniquitatē temporis non liceat de fide publicè loqui, sed esse in metu, spe gaudeat, quia hæc tristitia parit læticiam. In tribulatione patientes. Hoc est spe gaudere, in tribulatione patientē esse. præ gaudio enim spei tolerat tribulationem, sciens multo maiora esse quæ pro his promissa sunt. Orationi instantes. Necessaria est valdè oratio, quia vt tribulatio possit tolerari, precibus insistendum est. Memoriam sanctorum communicantes. Manifestum est, quia qui preces suas exaudiri vult, amulus debet esse vitæ sanctorum. Cum imitatur enim, communicat, vt hoc sit memorem esse & communicatorum, imitari actus illorum; & si sumptibus indigent, communicandum eis, sicut dicit alio loco: De collectis autē quæ fiunt in sanctos. Et ad Galatas: Vt pauperum memores essemus. Hospitalitatem sectantes. Imitator & amator sanctorum hospitalitatem sectatur, exemplo sancti Abrahamæ, & Lot viri iusti.

Hier. 28.

Apoc. 3.

Ephes. 5.

2. Tim. 4.

Act. 16. Act. 21.

Ioan. 16.

1. Pet. 1. 1. Cor. 10.

Hebr. 13.

1. Cor. 16. Galat. 2. 1. Pet. 4.

Gen. 18. & 19.

Vt Christianos per omnia noues faciat, etiam ab hac illos consuetudine auferre vult, quæ omnibus communis est, ne irato animo incitati facilè maledicant; sed vt magis victa iracundia benedicant, & laudi sit disciplina dominica. Gaudere cum gaudentibus, flere cū flentibus. Hoc est quod alio loco dicit: Si quid patitur vnum mēbrum, compatiuntur omnia membra: & si lætatur vnum mēbrum, congaudent omnia membra. Cum enim quis fideli solatio est in necessitate, erigit animum eius, & apud Deum sibi collocat meritum, quia membrum diligit corporis Christi: & si cum infideli condoleat, prouocat magis illum ad affectum disciplinæ dominicæ. Id ipsum inuicem sentientes. Hoc est quod dictum est, compati debere fratribus in tribulatione, sicut & in alia dicit epistola: Consideras te ipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate. Non alta sapientes. Alta sapere, superbia est. Nam & diabolus cum alta sapuit, apostatauit. Ne elatio sit in animo, & præsumens fortè de incolumitate actus sui, non cōdolet fratri suo, sed exprobrat quasi peccatori. hæc superbia est, quæ cum se præponit, offendit. Quod & Dominus denotat, dicens: Eiiice trabem prius de oculo tuo, & tunc videbis eicere festucā de oculo fratris tui. Ipsa enim elatio peccatum est: ac si non sit peccator, (quod impossibile est) sit peccator dum superbit. Denique dicit Salomon: Superbis Deus resistit, sed humilibus consentiēs. Hoc est, vt deposita superbia alienam causam suam faciant, & suam quasi alienā, vt habeant gratiā apud Deum: quia qui se exaltauerit, humiliabitur.

Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Nemini malum pro malo reddentes. Hoc in Esaiā Propheta scriptū est: quod hic quasi proprium ponit, vt iustitia communis habeatur, non vt sibi quis iustus sit, cæteris autem iniustus. Nemini malum pro malo reddentes. Hoc est quod Dominus dicit: Nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum Dei. Mandatū enim in lege erat: Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Hæc, quantum videtur, iustitia est: sed vt abundet iustitia Christianorum docentur non reddere malum pro malo, vt perfecti sint, & pro hoc merces illis reddatur in iudicio Dei. Supergridi enim videtur ipsam iustitiam, cum quod licet, vt melior sit, non facit cælestis iustitiæ imitator. Mundi ergo iustitia à Deo illi concessa ad tempus innocentem facit: cælestis autē perfectum, vt meritum habeat apud Deum.

Prouidentes bona non tantum corā Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Prouidere est bona futura ante oculos habere, vt ea gerantur quæ possint postquam facta fuerint, in reprehensionem non venire; sed magis laudi esse, siue apud Deum, siue apud homines. Ne quis existimet, quia Deo licita non displicent, idcirco non curandum si fratri scādalum sint; hoc præmonet, quia illud fieri debet quod & Deo non displiceat, & fratri scādalum non sit. Et si liceat enim, & fratrem scandalizet, Deo non placet, quia Deus salutem studendum monet. Sic ergo prouidentur bona coram

R iij

2. Cor. 6.

Leuit. 1.

Apoc. 2. Coloss. 3.

1. Cor. 7.

Hebr. 5.

Ephes. 4. 1. Cor. 12.

Ephes. 4.

Ephes. 4. 1. Cor. 12.

1. Petr. 2.

2. Cor. 12.

1. Ioan. 3.

Galat. 6. Esai. 4.

Luc. 6.

Prov. 3. Iacob. 4. Luc. 14.

Esa. 5.

Matth. 5. Leuit. 19.

1. Cor. 10.

Rom. 14. 1. Cor. 8.

Deo & hominibus, si ea quæ licent, sic agantur, ne scandalum faciant.

Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes.

Matth. 5. Omnibus pacificos vult esse, qui diuinam seruant iustitiam. Viderit si quis hanc pacem spreuerit, ut sit tali viro impacificus, cum aut reprehendi fortè ab illo non vult, aut inuidet bonis eius: quod ad illum tamen pertinet, non discordet à bene agētibus. Hic est enim impacificus, qui prætermissa voluntate legis, suum ius sequitur; quamquam dicat David: Cum iis qui oderunt pacem, eram pacificus. Sed hoc necessitatis erat propter potentiam personarum, ut vel obsequiis humilitatis vincatur, quem sic extollit superbia, ut mandata legis spernat. potest fieri ut & de timore Dei pacificum se quis præbeat illi qui odit pacem. Quando enim vicem malis reddere nō vult, pacificus est. hoc est de bono vincere malum, ut vel obsequiis vincatur, quem mandata legis non vincunt. Ergo si fieri potest (inquit) quod ex vobis est, ut bene agentes pacem habere videamini. Tam si non fuerit amator pacis, tu tamen vis esse pacificus, quātum ad te pertinet. Si autē irreuerens & blasphemus quis sit, & pacem habere cum illo non possis; non utique tibi adscribendum erit, quia Ioannes Apostolus illos qui negant in carne Christum venisse, nec salutari permisit. Nos ergo parati simus, si fieri potest, ut cum omnibus pacem habeamus: aliis verò repugnātibus fiat impossibile, non ex nobis, si de nobis tantum querela non deponatur. Qui enim nullum lædit, apparet esse pacificus.

Luc. 6. Non vosmetipfos vindicantes charissimi, sed date locum iræ. Iacob. 1. Ut pacis fœdera seruari possint, ab ira dissimulandum monet, maximè quoniā per iram solet peccari, quando quis furore cōmotus plus exigit quàm postulat causa delicti, aut sibi ipsi incommodū præstat, si grauiora peccata incompetenti vindicta vult exequi. Debilem enim efficit, quem potuit emendatum habere & sanum. Vnde & Salomon, Noli, ait, iustus esse multum. Est enim, inquit, qui perit in sua iustitia. Volens enim singulis peccatis respondere iuxta vindictam, mortem potest inuenire tam sibi quàm ei quem plagis affligit. Solēt enim in pœnam delinquere. Nō solum autem de subiectis vindictam prohibet competētem, sed & de paribus & magnis: hoc est, de fratre fortè in nos peccante non quæramus vindicare, sed remittamus, Dei iudicio referuantes; ne dum ab ira detinemur, inueniat locum inimicus in quo suggerat & suadeat quod contra nos est.

Deut. 32. Scriptum est enim, Mihi vindicta, ego retribuam, dicit Dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Psal. 119. Vt fortius suadeat, exemplo legis hoc confirmat, dicens, Scriptum est enim, Mihi vindicta, ego retribuam,

Deut. 32. Scriptum est enim, Mihi vindicta, ego retribuam, dicit Dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius.

Deut. 32. Scriptum est enim, Mihi vindicta, ego retribuam, dicit Dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius.

Deut. 32. Scriptum est enim, Mihi vindicta, ego retribuam, dicit Dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius.

dicit Dominus. Ut si minimè à nobis fiat quod docet, Deum à nobis contemptum ostendat. Duplici ergo genere proficitur si Deo remittatur vindicta: quia & cum iracundiam vincit, perfectus fit; & Dei iudicio vindicabitur. Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Non nudam vindictam Deo referuari debere ostendit, sed & beneficia dari inimicis: ut verè ostendamus non meritis nostris habere nos inimicos, quos ut ab inimicitis desinant, obsequiis vincere nitimur. Qui si in inimicitis perdurauerint impietate mentis suæ, nostra obsequia proficient illis ad pœnam: aut certè obsequiorum nostrorum sedulitate compuncti, veluti carbones mortui reuiuiscunt. Ut ergo nos intantum perfectos faciat, ut non solum nosipfos, sed & alios acquiramus ad vitam; inimicis non solum vicem reddere prohibet Dominus per Salomonem, verumetiam humanitate ad amicitiam prouocare hortatur.

Noli vinci à malo, sed vince in bono malum.

Hæc interpretatio Apostoli est cohortantis ne vicem reddamus inimicis, sicut dictum est. Multum enim proderit nobis, si malitiæ cedamus. Vincit enim malum, qui ad tempus vinci videtur ab illo. Etenim Saluator sic vicit malum, dum non restitit. Contra se enim agit malitia, & dum vincitur, vincere se putat. Id enim agit inimicus, ut nos de proposito nostro abstrahat, occasionem quærens quomodo peccemus. Ideo si prouocati ab illo, vicem illi non reddamus, vincimus illum in bono. Ideo enim nō resistimus, ut bonum seruemus neglecta iustitia, quia cogit iustitia ad retribuendum.

OMNIBVS potestatibus sublimioribus subditi estote. Non est enim potestas nisi à Deo.

Quoniam cælestis iustitiæ legem sequendā mandauit, ne ab hac presenti dissimulare videretur, hanc quoque commendat; quippe cum nisi hæc fuerit obseruata, illa custodiri non possit. hæc enim quasi pædagogus est, quæ paruulos imbuit, ut possint posterioris iustitiæ viam sequi. Nemini enim potest imputari misericordia, nisi habuerit iustitiam. Ut ergo ius & timorem legis naturalis confirmet, Deum auctorem eius testatur, & ministrantes eam Dei ordinationem habere. Ideo adiecit,

Quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autē resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Nam qui principantur, non sunt terrori bonis operibus, sed malis.

Vt nemo putet quasi humana commenta contemnenda. Vident enim ius diuinum humanis auctoritatibus deputatum. Hic ergo subiectus est potestati, qui se terrore Dei ab iis abstinet quæ prohibet. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Hoc contra illos qui per potentiam fortes sunt, aut qui

qui ab aliquo deprehendi se posse non credunt, & per hoc illudere se legem putant. Ostendit his Dei esse legem, & non euasuros iudiciū Dei, qui ad tempus aliquo pacto euadunt. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Manifestum est, quia vnusquisque operibus suis aut iustificabitur, aut condemnabitur. Qui enim audientes legem peccant, inexcusabiles sunt. Nam qui principantur, non sunt terrori bonis operibus, sed malis. Principes hos reges dicit, qui propter corrigendam vitam, & prohibenda aduersa creantur, Dei habentes imaginem, ut sub vno sint cæteri.

Vis autem non timere potestatem? bonum facito, & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonū. Si autem malefeceris, time. non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram in eum qui male agit.

Laus ex potestate tunc surgit, cum quis innocens inuenitur. Dei enim minister est tibi in bonum. Manifestum est ideo rectores datos, ne malum fiat. Si autem malefeceris, time. non enim sine causa gladium portat. Hoc est, ideo comminatur, ut si fuerit contemptus, vindicet. Dei enim minister est, vindex in iram in eum qui male agit. Quoniam futurum iudicium Deus statuit, & nullum perire vult; hoc in sæculo rectores ordinauit, ut terrore interposito omnibus velut pædagogis sint, erudientes illos quid seruent ne in pœnam incendant futuri iudicij.

Ideoque subditi estote, nō solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Nam & idcirco tributa penditis. ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum seruietes.

Rectè dicit subiectos esse debere non solum propter iram, id est, vltionem præsentem (parit enim ira vindictam), sed & propter futurum iudicium: quia si hic euaserint, illic eos pœna expectat, ubi accusante conscientia ipsa punientur. Nam & idcirco tributa penditis. ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum seruietes. Ideo dicit tributa præstari, vel quæ dicuntur fiscalia, ut subiectionem præstent, per quam sciant non se esse liberos, sed sub potestate degere, quæ ex Deo est. Principi enim suo, qui vicē Dei agit, sicut Deo subieciuntur, sicut dicit Daniel Propheta, Dei est (inquit) regnum, & cui vult dabit illud. Vnde & Dominus, Reddite (ait) quæ sunt Cæsaris Cæsari. Huic ergo subiiciendi sunt sicut Deo, cuius subiectionis probatio hæc est, quia illi pendunt tributa.

Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal; cui timorem, timorem; cui honorem, honorem.

Reddi vult ab omnibus debita, quia & potentes sunt debitores minoribus, ut respondeant meritis illorum. Cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal. Primum ea quæ sunt potestati regis debita exolui iubet, quia maior in his causa aut necessitas est.

Cui timorem, timorem. Timorem potestati exhibendum docet, quia timor prohibet peccatum: deinde aut parenti, aut domino terreno, ut gratias agat in filio aut seruo Christiano. Cui honorem, honorem. Potest hic honor etiam circa eos esse qui sublimes videntur in mundo, ut videntes humilitatem seruorum Christi, laudent magis quàm vituperent euangelicam disciplinam.

Nemini quidquam debeatis, nisi ut inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces, & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo consummatur: Diliges proximum tuum sicut teipsum.

Pacem vult nos habere, si fieri potest, cum omnibus; dilectionem verò cum fratribus, & hanc tamen honore seruato. Idcirco autem debitores dicit, quia homini qui dignus honore est, siue præsentis siue futuro, dignum est & debitum inclinari. Illi enim quis inclinatur, à quo honorem accipit: ideo debitor dicitur. Si enim non hoc feceris principi tuo, superbus es. aut enim merito quis aut ætate honorandus est. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Legem datam à Moyse implet qui diligit proximum. nam nouæ legis mandatum est etiam inimicos diligere. Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, non concupisces. Hoc Moyses scriptum accepit à Deo, ad reformationem legis naturalis. Et si quod est aliud mandatum, in hoc verbo consummatur, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Hoc scriptum est in Leuitico. Mamentibus itaque supradictis mandatis, in dilectione impleri legem significat, sicut dixi, ac si sint alia mandata quæ nunc tacuit, tamē pro omnibus mandatis dilectio satisfacit. Nam si se humanum genus ab initio dilexisset, iniquitas in terris non esset. Exordium enim iniustitiæ discordia est, ideoque iniquitatis dilectio, iniquitas est: quia quod malo malum est, bono bonum est.

Dilectio proximi malum non operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio.

Malum non operatur, quia bona est dilectio, nec peccari potest per illam quæ legis est perfectio. Per legis verba ad sensum euangelicum peruenit. Ideo enim quod summum est legis, memorat, ut huic Euangelium societ, ostendens vnus esse sensum auctoris. Sed quia tempore Christi addi aliquid oportuit: non solum proximos, sed inimicos diligi præcepit. Vnde subditur, Plenitudo legis, est dilectio: ut iustitia sit diligere proximum, abundans verò & perfecta iustitia etiam inimicos diligere. Inimicum autem diligere quid aliud est, quàm optare desinere illum ab odio, & nihil asperum quærere aduersus illum? Hoc est amare illum, ea illi optare per quæ Deum habeat propitium. hæc est cælestis iustitia, hæc Deo patri similes facit, qui non colentibus se annua dona largitur. Nam & Dominus in cruce positus postulat pro inimicis, ut plenitudinem iustitiæ quam docuerat, demonstraret.



Et hoc scientes tempus, quoniam hora est iam nos de somno surgere. Propior enim est nunc nostra salus, quam cum credidimus.

Tempus esse dicit, quo ad meritum proficere debeamus. Hoc est de somno surgere, operari bonum, quasi in die, hoc est palam. Illicita enim in nocte, id est in abscondito sunt. Iam enim in manifestatione positi, quod est in notitia Dei, agnoscentes quid sequi debeamus, dare operam debemus ut pure viuentes ad promissum primum veniamus excusso somno, id est ignorantia siue negligentia. Propior enim est nunc nostra salus, quam cum credidimus. Manifestum est, quia post lauacrum bene viuentes, & charitati studentes, non longè sunt à merito resurrectionis promissa. Bona enim vita Christiani signum est salutis futuræ.

Nox præcessit, dies autem appropinquauit. Abiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis.

Noctem veterem hominem significauit, qui per baptismum innouatus est. Hunc præcessisse dicit quasi noctem, diem autem appropinquasse, cuius lumine veritas nobis apparuit, ut sciremus quid agere debeamus. Prius enim ignorantes Christum in tenebris eramus: at ubi didicimus, lux nobis orta est, transiuimus enim à falso ad verum. Abiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Tenebrarum opera sunt vitia carnis, quæ illecebris agitur sæcularibus. hæc digna est tenebris, sicut dicit Dominus, Tollite illum, & ligatis manibus & pedibus mittite in tenebras exteriores. Induere arma lucis, gesta sunt bona: quia sicut mali actus tenebris deputantur, quia occultè fiunt ab his qui malè agunt: ita & qui bene agunt, palam agunt, quia non verètur, sed gaudent. Boni ergo actus arma lucis sunt impugnantes tenebras, quæ sunt vitia carnis.

Sicut in die honestè ambulemus: non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudiciis, non in contentione & æmulatione.

Verum est, quia publicè non peccatur, si agamus quomodo agitur publicè. nihil enim tam publicum quam veritas. Non in comessationibus & ebrietatibus. Comessationes sunt luxuriosa conuiuia, quæ aut collatione omnium celebrantur, aut vicibus solent à cõtubernalibus exhiberi, ut neminem illic pudeat aliquid inhonestè dicere aut facere, quia vnusquisque præsumit quod suum conuiuium sit. Solent enim in aliena mēsa pudore coerceri: sed hic ad hoc conuenitur, ut fœda illic congeratur copia vini, & incitetur libidinis diuersa voluptas. Idcirco euitanda præcipit huiuscemodi conuiuia. Non in cubilibus & impudiciis. Post luxuriosum conuiuium & ebrietatem hoc subiecit quod sequitur, id est concubitus impudicus. hic enim huius lasciuia est fructus. Non in contentione & æmulatione. Rectè ab his coerceri monent, quia omnis contentio & zelus inimicitias parit, quas tenebras vocat, quia ad lucis præmiū peruenire non possunt.

Sed induite Dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in concupiscētis.

Curam carnis prohibet, id est voluptatē: vt omne quod prohibetur per legem, non desideretur, aut certè desideratū vincatur. ipsa sunt enim opera carnis: vt his exuti induat Dominum Iesum Christum, id est, innouati per Christū, ab his malis se retineant. Hic enim induit Christum, qui se ab omni errore & turpitudine separauerit, ne in conuiuio cælestiū nuptiarum sine veste eius inuentus, turpiter abiectus tenebris mancipetur: si quo minus, non sunt induiti Iesum Christum Dominum nostrum, super cuius nouam vestem veteres pannos induunt. Exuti enim veterem hominem, in nouitate vitæ ambulandū est.

IN FIRMVM autem in fide assumite, non in disceptationibus cogitationum.

Quoniam ex Iudæis erant qui Romanos ad fidem Christi assumpserant admixta lege, sicut in primordio epistolæ memorauimus: ideo quibusdam videbatur prohibitam carnem edere non debere: aliquibus autem qui sine lege Christum sequebantur, videbatur contra legem licere edere. Et per hoc ipsum disceptationes erant inter eos, quas Apostolus concordia & saluti studens, diuina disputatione aufert, ostendens neque edenti prodesse apud Deum, neque non edenti obesse. Infirmum esse dicit, qui propterea quod Iudæi prohibiti sunt, timet edere. Hunc ergo vult remitti iudicio suo, ne scandalum passus, à charitate quæ quasi mater est animarū, recedat cum mentis perturbatione; cum Christiani pacifici debeant esse & quieti.

Alius enim credit edere omnia: is verò qui infirmus est, olera manducet. Itaque qui edit, non edentē non spernat: & qui non edit, edentem non iudicet. Deus enim illum assumpsit.

Alius enim credit edere omnia, &c. Hic fiducia lectionis non dubitat omnia edenda quæ data sunt humanis vñibus. Legit enim in Genesi omnia bona valdè esse quæ creauit Deus, ideo nihil reiiciendum: quia neque Enoch qui primus Deo placuit, neque Noe qui in diluuiio solus iustus inuentus est, neque Abraham ille amicus Dei, aut Isaac & Iacob iusti & Dei amici, inter quos & Lot fuit, aut cæteri iusti ab his abstinuissent leguntur. Is verò qui infirmus est, olera manducet. Igitur quia hoc putat vt ille olera edat, ideo suadendum non est vt carnem edat, ne cum scrupulo edat, & videatur peccare, quia propositum suum non custodit. Itaque qui edit, non edentem non spernat: & qui non edit, edentem non iudicet. Quia voluntatis est edere aut non edere, ac per hoc quæstio hinc fieri non debet. Ad hoc enim facta sunt omnia, vt voluntati subiacent, quia dominio humano subiecta sunt. Deus enim illū assumpsit. Assumptus est à Deo, dum ad gratiam vocatus est.

Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Suo domino stat, aut cadit. stabit autem: potens est enim Deus statuere illum. Nam alius quidem iudicat diem inter diem, alius autem iudicat

2. Cor. 6. Eph. 5. 1. Thess. 5. Tit. 3. Ephes. 4. Galat. 4. 2. Cor. 4. Ephes. 5. Matth. 22. Ioh. 3. Ephes. 5. 1. Cor. 3. Ephes. 5. 1. Pet. 4. Eph. 5. Eccl. 31. 1. Cor. 3.

CAPVT XIII.

Rom. 16. In procem. ep. ad Rom. 1. Cor. 8. Rom. 12. Hebr. 12. Genesi. Gen. 5. Gen. 6. Gen. 18. 1. Cor. 8. Genesi. 1. Sap. 9.

iudicat omnem diem. vnusquisque in suo sensu abundet. Qui sapit diem, Domino sapit. Et qui edit, Domino edit: gratias enim agit Deo. Et qui non edit, Domino non edit, & gratias agit Deo.

Tu quis es qui iudicas, &c. Manifestū est, seruum non debere conferri voluntatem iudicare, cui lex in hac parte tradita non est. Nam qua conscientia edat, aut non edat, Deus iudex est, cuius seruus est. Stabit autem: potens est enim Deus statuere illum. Stabit, inquit, domino suo, propterea quia neque si edat, reus est; neque si non edat, culpabilis: si tamen deuotione hoc agat, non euitans hanc velut contrariam. Nam alius quidem iudicat diem inter diem. hoc est, alicui placet interpositis diebus edere. Nam sunt quidam qui quarta feria carnem non edendam statuerunt, sunt qui sabbatis, sunt iterum qui à Pascha vsque ad Pentecostē edat. Alius autem iudicat omnem diem. Hic omnem diem iudicat, qui numquam edit. Vnusquisque in suo sensu abundet: hoc est, vnusquisque suo consilio remittatur. Qui sapit diē, Domino sapit. Verū est, quia qui semper abstinet, Deo placere se putat. Et qui edit, Domino edit. Domino edit, quia gratias agit creatori. Et qui non edit, Domino non edit, & gratias agit Deo. Gratias agit, dum fatetur Dei esse creaturam, & bona creata, sed se dissimulat ob ea non condemnari.

Nemo enim nostrum sibi viuit, & nemo sibi moritur. Siue enim viuimus, Domino viuimus: siue morimur, Domino morimur. Siue ergo viuimus, siue morimur, Domini sumus.

Sibi viueret aliquis, si non ageret sub lege. At qui fræno legis gubernatur, non sibi vti que viuit, sed Deo qui legem dedit, vt secundum voluntatem eius viuat. Et qui moritur, simili modo Deo moritur. ipso enim iudice aut coronabitur aut cōdemnabitur. Siue enim viuimus, Domino viuimus: siue morimur, Domino morimur. Idem est sensus. Siue ergo viuimus, siue morimur, Domini sumus. Verū est omnes nos Domini esse quasi seruos in conditione & redemptoris dominio, & vnusquemque pro merito suo tractari.

In hoc enim Christus & mortuus est & resurrexit, vt & mortuorū & viuorū dominetur.

Per Christum Dominū facta est creatura, quæ per peccatū alienata est ab auctore, facta captiua: quam Deus pater, ne opus eius periret, misso filio suo de cælis ad terras, docuit quid faciendo manus piratarum effugeret. Propter quod & occidi se passus est ab inimicis, vt descendens ad inferos quia innocens erat occisus, reum faceret peccatum, vt quos tenebat apud inferos, amitteret. Quoniam ergo viuus ostēdit viam salutis, ac se obtulit pro eis, mortuos verò liberauit de inferno; tam viuorū quam mortuorum dominatur. ex perditis enim iterum reformauit sibi illos in seruos.

Tu autem quid iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuū? Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. Scriptum est enim, Viuo ego, dicit Dominus, quia mihi flectetur omne genu, & cōfitebitur omnis lingua Deo.

Matth. 7. 1. Cor. 4. 1. Cor. 8. 1. Cor. 10. 1. Tim. 6. 1. Thess. 5. 2. Cor. 5. Coloss. 1. Ephes. 4. Ioh. 6. Esai. 33. 1. Cor. 5. Rom. 11. Esai. 45.

Docet non oportere iudicare hæc de re, tum quia non continetur in lege, præterea cum Deū iudicem expectemus. Scriptum est enim, Viuo ego, dicit Dominus, quia mihi flectetur omne genu, & confitebitur omnis lingua Deo. Hoc in Esaiâ scriptū est: quia omnis lingua confitebitur Deo in fide Christi. Nā quia occisus resurrexit futurus iudex, rectè ait, Viuo ego, dicit Dominus: & non solum viuo, sed & iudicaturus sum; & inimici fatebuntur me, & genu flectent, cognoscentes me Deum de Deo.

Itaque vnusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Non ergo amplius inuicem iudicemus. sed in hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum.

Quoniam, inquit, nos pro nobis inuicem reddideri sumus rationem, non nos in hac parte quæ supra scripta est, alterutrum condemnemus. Non ergo amplius inuicem iudicemus. Id est, scientes hoc, cessemus à discordia. Sed in hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum. In eo iudicandum monet quod prosit, quod potest & auctoritate legis defendi, nulli autem fratrum carnem edēti aut non edenti fiat scandalum.

Scio & confido in Domino Iesu, quia nihil commune per ipsum. Et planè qui existimat aliquid esse commune, illi commune est.

Manifestum est, quia Saluatoris beneficio omnia munda sunt: qui de sub iugo legis erues homines & iustificans, reddidit statum pristinum libertatis, vt digni sint vti tota creatura, sicut & veteres sancti. Qui autem adhuc sub lege sunt, non licet illis vti aut edere quæ prohibet lex, quia indulgentiam datam spernunt. Non enim secundum naturam suam, sed cum contra interdictionem eduntur, immunda sunt. Denique in lege ait, Erunt immunda vobis, &c. Ei planè qui existimat aliquid esse commune, illi commune est. Siue qui ex Iudæo Christianus est, siue gentilis fidelis putat esse aliquid tale vitandum, ipse est quæ scriptura infirmum dicit. Dubitando enim est infirmus; apud istum immundum est quod putat non edendum: & quia non hoc superstitione facit, sed timore, suo iudicio remittendum.

Nam si propter escam frater tuus cōtristatur, iam non secundum charitatem ambulas. Noli cibo tuo perdere illū, pro quo Christus mortuus est. Non ergo blasphemetur bonum nostrum.

In alia epistola dicit, Esca ventri, & venter escis; & hunc & has Deus destruet. Quia non de esca placet quis Deo aut displicet; ideo charitatem sectandam monet, qua nos Deus liberare dignatus est. Sic enim ait, Deus autem propter charitatem nimiam mortuus est nostri. Qui ergo huius beneficii memor est, hanc excolit; nec illi aliquid anteponeat, sed prætermittit maxima, quæ scit promissionem non parere apud Deum. Noli cibo tuo perdere illum, pro quo Christus mortuus est. Quantum valeat salus fratris, ex morte Christi cognoscitur. Itaque qui scit quantum constet, confirmare illum debet, non scandalizare, vt de re friuola faciat illi scrupulum, & incipiat hæ-

2. Pet. 3. Esai. 45. 1. Cor. 5. 1. Cor. 8. 2. Cor. 5. 1. Cor. 8. 1. Tim. 4. 1. Tim. 4. 1. Tim. 4. 1. Cor. 8. 1. Cor. 8. 1. Cor. 8. 1. Cor. 8.

fitare an manducanda caro sit necne, qui forte simpliciter edebat, securus de conscientia sua. At verò cum aderunt cōtrouersia, incipiet perturbatione in Dei creaturam peccare, & erit in iniuriam creatoris, quæ proficiet ad perditionem dubitantis. *Non ergo blasphemetur bonum nostrum.* Hoc est, doctrina dominica cum sit bona & salutaris, nō debet per rem friuolam blasphemari. Blasphematur autem cum dubitatur de Dei creatura. Potest & sic intelligi bonū nostrum blasphemari, quia qui bona opera habet, si in alia reprehendatur re minima, bonum illud suum obfuscat, & incipiet bonū eius blasphemari per malum eius, sicut scriptum est in Ezechiele, iustitia iusti nō proficiet si errauerit. Tale est, si quis decorus narium fortè habeat in fronte, aut nasum collisum, unde deformetur species eius. Ideoque illa monet sc̄tanda, quæ bonis reliquis non tollant fauorem.

Non est enim regnū Dei esca & potus; sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto. Qui enim in hoc seruit Christo, placet Deo, & probatus est hominibus.

Manifestum est, quia nemo per escam placet Deo, aut displicet. *Sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto.* Hos in regnum Dei dicit intrare qui iustitia sequuntur, sed Christianam habentes pacem quā Dominus dedit, dicens, Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. ex qua oritur gaudiū in Spiritu sancto. Disceptatio autem non habet gaudiū, sed iram: ideo non illic respicit Spiritus sanctus, qui gaudet in solis pacificis. Sicut enim ex nobis contristatur, sic & gaudet de nobis. *Qui enim in hoc seruit Christo, placet Deo, & probatus est hominibus.* Quoniam Christus nos redemit, ideo ait, *Qui in hoc seruit Christo* (quasi redemptori) placet Deo. Quare? Quia ipse misit Christum, vt redimeret genus hominum, sicut ipse Dominus ait, *Qui non honorificat filium, nō honorificat patrem qui misit illū. Qui ergo placet Deo, probatus est hominibus. Quomodo? Accepit enim donū, per quod appareat dignus Deo.*

Itaque quæ pacis sunt, sectemur: & quæ ædificationis sunt, inuicem custodiamus. Noli propter escam dissoluere opus Dei.

Quoniam disceptatio discordiam parit, ideo vt pacifici esse possimus, à contentione edendi aut non edendi dissimulare nos docet. *Ædificationis autem viam sequi hortatur, vt cum pace ea cōferamus, per quæ inuicem nos ædificemus, ab iis quæ infructuosa sunt & magis cōtraria declinantes.* Collatio enim potest prodesse. Est enim excitans mētem, si tamen vincendi studium contemnatur, hoc est enim quod parit litem. *Noli propter escam dissoluere opus Dei.* Homo opus Dei est per creationem, & iterum opus Dei est dum reformatur per regenerationem. Et esca opus Dei est: sed non homo propter escam, sed esca propter hominē. multum enim distat. ideo noli, inquit, hoc opus Dei quod præclarum est, dissoluere propter id quod humilimum est. Hoc est, salutis fratris studere, non curam escæ agere vt fratrem cōtristes. Beneficium enim Dei irritum facit qui fratrem liberatum à peccato, per disceptationem rursus prouocat ad peccādum, soluens in ipso opera Christi quæ

gesit vt hominem à peccato liberaret.

Omnia quidem munda sunt: sed malū est homini qui per offendiculum edit. Bonum est non edere carnem, & non bibere vinum.

Verum & manifestum est omnia mūda esse: quippe cum in Genesi legatur, omnia quæ Deus fecit, esse bona valde. *Sed malum est homini qui per offendiculum edit.* Cum ergo per naturam omnia bona & munda sint, dubitantibus tamen fiunt immunda; & erit illi offendiculum, qui cum dubitat, edit tamen immunda conscientia; quia quod sibi inutile putat, facit: ideo nulli contradicendum est quid in hac re sequatur. *Bonum est non edere carnem, & non bibere vinū.* Cum de sola carne ageret, adiecit & potum: vt confoueat eos qui ab his abstinent, per id quod licitū est & carnem edere, & vinum bibere. Ne contristarentur ab illis qui his vtuntur, dedit eis respirandi solatium; vt & in voluntate sua quiescerent, & disceptatio per quam discordia fit, cessaret. Cum enim nō latet bonum esse carnem edere, & vinum bibere, & econtrā carnem non edere, & nō bibere vinum, bonum esse addiscunt, nemo litigat. Creatura enim data est ad vsum volentibus, non tamen necessitas est imposita aut volenti aut nolenti.

Neque enim in quo frater tuus offendit, aut scandalizatur, aut infirmatur. Tu fidē habes penes te ipsum: habe coram Deo. Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat. Qui autem discernit, si ederit damnatus est, quia non ex fide.

Eadem dicit, non debere fratri qui infirmum animi sibi constituit ad edendum, fieri quæstionem, ne perturbatus offendat, nesciens quid teneat. *Tu fidem habes penes te ipsum: habe coram Deo.* Hoc est, tu qui edis securus, quia creatura Dei bona est, nō opus est vt de altero iudices, quia plus est vt pacē habeas cum fratre. hoc enim vtile est apud Deum. In esca enim vtilitas carnis est, in pace verò & carnis & animæ: ac per hoc ab huiusmodi disceptatione cessandum est, vt vnusquisque in proposito cordis sui maneat. *Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat.* Vnumquemque proprio iudicio censet condemnandum, qui quod dicit non debere se facere, facit: & hunc beatū qui non aliud facit, quàm sibi vtile probat. *Qui autem discernit, si ederit, damnatus est.* Verum est, quia qui iudicat non edendum, & edit, damnatus est. Ipse enim se damnat, quando id quod sibi inutile afferit, facit. *Quia non ex fide.* Non vtique ex fide edit, qui edendum negat, & edit.

Omne autē quod nō est ex fide, peccatū est.

Rectē peccatū appellat, quod aliter fit, quàm probatum est. Quoniam Romani in lege inducī erant, sicut in primordio epistolæ memorauī: aduenientibus autem qui rectius crederent, quæstiones mouebantur de edenda carne & non edenda, & horum pars qui edendam & non improbandam dicerent, melior videretur, quia omnia mūda valde sunt, infirmos dicit qui edendam negaret siue ex Iudæis, siue ex gentibus, & remittit illos in proposito cordis sui. Nec enim obest non edere, aut prodest erga Deum

1. Cor. 10.

1. Tim. 6.

1. Petr. 5.

Ezech. 33.

1. Cor. 8.

Ioan. 14.

1. Tim. 6.

Matth. 5.

Ephes. 4.

Tit. 2.

Ioan. 5.

1. Tim. 6.

1. Cor. 8.

1. Thess. 5.

2. Tim. 1.

Gen. 1.

Eph. 2.

1. Cor. 8.

Deum edere: ne quavis ratione adstricti, per quod tamen cum scrupulo ederent, delinquerent.

1. Cor. 8.

CAP V XV.

DEBEMVS autē nos firmiores infirmitatibus inualidorū portare, & nō nobismetipsis placere. Vnusquisque vestrūm proximo suo placeat in bonum ad ædificationem.

Galat. 6.

2. Tim. 3.

1. Cor. 12.

1. Cor. 10.

Psalm. 68.

Ioan. 6.

Marc. 15.

Psalm. 68.

Ioan. 9.

Marc. 9.

Matth. 26.

Ioan. 19.

2. Tim. 3.

2. Petr. 3.

1. Cor. 1.

Act. 22.

Phil. 2.

Ioan. 15.

Galat. 5.

quæ fecit per Christum, & post errorem lapsa, per eundem iterum erigere & reformare dignatus est, duplex dans beneficium, misericordiā & cognitionē.

Propter quod assumite alterutrum, sicut & Christus assumpsit vos in honorem Dei. Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei in hoc vt confirmaret promissiones patrum.

Sic assumpti sumus à Christo, dum infirmitates nostras accepit, & ægritudines nostras portauit, vt hoc exemplo nos inuicem nostras infirmitates per patientiam cōfirmemus, vt nomen honoris Dei assumptum in nos non euacuetur. Filij enim dicimur Dei per gratiam Christi. *Dico enim Christum Iesum ministrum fuisse circumcisionis propter veritatem Dei, in hoc vt confirmaret promissiones patrum.* Originem cōmendat Iudæorum. In circumcisione enim filios significat Abrahæ, quibus missus Christus ministravit patribus gratiā repromissam. Vnde Saluator, Ego enim sum, inquit, in medio vestrūm, non vt ministrer, sed vt ministrē. vt veritas in promissione facta patribus probaretur. Circūcisio enim carnis data est Abrahæ in figuram circumcisionis cordis, quam postea Propheta futuram significauit, dicēs, Circumcidite duritiam cordis vestri. His verbis circumcisionis promissā minister Christus est, hoc est, prædicator. Dehinc Apostolis, vt circumcisis carne ministraret cordis circumcisionem, sic ait, Sicut me misisti in hunc mundum, ita & ego misi eos in hunc mundum. Circumcisio autem cordis est, sublata erroris nebula agnoscere creatorem, Deum patrem, & filium eius Christum, per quem creauit omnia, vt veritas Dei impleretur. Promiserat enim daturum se misericordiam, & promiserat patribus Iudæorum. Nam dixerat Abrahæ, In semine tuo benedicetur omnes gentes. Et ad David dixit, De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. & Orietur stella ex Iacob.

Nam & Christus non sibi placuit, sed sicut scriptum est, Detractiones exprobrantium te ceciderunt super me.

Saluatorem nō sibi metipso dicit plauisse, sed Deo patri, quia dicit, Non enim descendi de cælo vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me, patris. Et quia cum hæc diceret, contradicentibus Iudæis quasi peccator occiditur, Psalmodigraphus ex persona eius verba facit ad Deū patrem, dicens, *Detractiones exprobrantium te ceciderunt super me.* hoc est; ego cum voluntatem tuam facerem, dixerunt me peccare in te, qui non me recipiendo, quem misisti, exprobrauerunt te: quia Iudæi peccauerunt in Deum, non recipientes quem misit Christum, in super & occiderunt eum quasi peccantem in Deum. sic peccata peccantium in Deum ceciderunt super Christum. Innocens enim à peccatoribus occiditur quasi blasphemus, sicut scriptum est in Euangelio.

Quæcūque enim scripta sunt, ad nostram disciplinam scripta sunt: vt per patientiam & exhortationem scripturarum, spem habeamus. Deus autem patientiæ & consolationis det vobis vnum inuicem sapere secundum Iesum Christū, vt vnanimes vno ore honorificetis Deū & patrē Domini nostri Iesu Christi.

Manifestum est, quia, quæcūque scripta sunt, ad nostram disciplinam scripta sunt, vt ex ipsa exhortatione proficiamus ad spem, non diffidentes de promissis, si adhuc tardent. *Deus autem patientiæ & consolationis det vobis vnum inuicem sapere secundum Iesum Christum, vt vnanimes vno ore honorificetis Deum & patrē Domini nostri Iesu Christi.* Quasi ad salutem missus Apostolus, bono voto plebem prosequitur, optans vt Deus det eis vnum sensum sapiētiae secundum Iesum Christum, vt iuxta doctrinam Christi sapiant. Tunc enim poterunt dilectionem seruare exemplo Domini, dicentis, Maiorem hac dilectionē nemo habet, quàm vt animam suam ponat pro amicis & fratribus suis: & ita vno ore, vna confessione laudare Deū patrem in Christo, si inuicem se iuxta sensum Christi fuerint exhortati, vt sine cessatione laudent Deum: omnia

Et iterum dicit, Latamini gentes cum plebe eius. Et iterum, Laudate omnes gentes Dominum, & magnificate eum omnes populi.

Esa. 53.

Galat. 3.

1. Ioan. 2.

Gen. 17.

Luc. 22.

Gen. 17.

Hierem. 4.

Ioan. 17.

Hebr. 1.

Gen. 22.

Psalm. 131.

Num. 24.

Psalm. 17.

Ephes. 2.

Psalm. 17.

2. Reg. 22.

Matth. 11.

Psalm. 17.

Deut. 32.

Psalm. 116.

Esa. II. Et rursus Esaias dicit, Erit radix Iesse: & qui exurget regere gentes, in eum gentes sperabunt.

Psalm. II. 6. Eph. 3. Ofce 2. Rom. II.

Act. II.

Esa. II.

Galat. 3.

Ruth 4. Rom. I. Matth. 1.

Coloss. I.

Coloss. 3.

2. Cor. 10.

Rom. II.

fide integra & mente sobria offertur, à Spiritu sancto purificatur.

Habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad Deum. Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non efficit Christus, in obedientiâ gentium verbo & factis, potestate signorum & prodigiorum, in virtute Spiritus sancti.

Gloriam habere se dicit apud Deum in Christo Iesu. Credens enim & seruiens Christo Iesu in conscientia pura, meritum sibi fecit apud Deum patrem, in tantum ut nihil deesse dicat quod non per illum operatus sit Christus ad exhortationem gentium, dando signa & prodigia per manus eius, ut prædicationem eius virtus commendaret. Hinc est unde gloriam se ostendit habere in Christo ad Deum. Seruiens enim Christo gloriam habet ad Deum, in tantum ut indigere non habeat aliquid diuinæ virtutis, quod sibi præstitum non sit à Deo: sed omnia se, quia idoneus inuentus est dispensator, consecutum quæ ad conuersionem gentium per signorum virtutem proficerent, proficitur: quod eo proficit, ut se non minus potuisse probet quam ceteri Apostoli qui fuerant cum Domino, nec aliquid minus inter gentes virtutum operatum esse Deum; ut per hoc ipsum crescant, videntes hanc se gratiam affectos, quam affecti erant Iudæi, qui sibi prærogatiuam vendicabant patrum.

Ita ut ab Hierusalem in circuitu vsque Illyricum impleuerim Euangelium Dei, & filij eius Iesu Christi. Illic autem prædicare nisus sum Euangelium, non ubi nominatus est Christus: ne supra alienum fundamentum ædificarem.

Non sine causa illic se prædicare niti dicit, & non ubi nominatus est Christus, sciens pseudoapostolos aliter quam oportebat Christum tradere. Ad hoc enim circumibant, ut sub nomine Christi aliis dogmatibus populum inciperent: quod postea corrigere maximi erat laboris. Idcirco præuenire voluit, ut inuolata prædicationis verba traderet audientibus, & ut recta linea superficies ordinata incolumis fundamenti robur haberet. Et quia magister datus est gentibus, oportebat eum sollicitè hoc curare, ut illic doceret ubi Christus non fuerat nuntiatus, & ut auctoritatem suam firmaret, & laborum suorum plenum fructum haberet ex iis quos plantauerat. Hinc est unde omnia loca Ecclesiæ occupauit. Hæreses autem postea subtilitate malignantes, sub nomine Christi legis & fidei sensum corrumpere nitentur. Quod testimonio legis monuit, dicens:

Sed sicut scriptum est, Quia quibus non est annuntiatum de eo, videbunt: & qui non audierunt, intelligēt. Propter quod impediēbar plurimum venire ad vos. Nunc verò ulterius locum non habens in his regionibus, cupiditatē autem habens veniendi ad vos ex multis iam præcedētibus annis: cum in Hispaniā proficisci cœpero, videbo vos, & à vobis præmittar illuc, si vobis primum ex parte fruius fuero.

Sed

Act. 10.

2. Tim. 1. Philip. 3. Act. 14. 2. Cor. 5.

1. Cor. 4.

Galat. 2. 2. Cor. 10. Ioan. 8.

2. Cor. 11. Galat. 1.

1. Tim. 2. Rom. 1.

Act. 15.

Esa. 52.

Esa. 52.

Rom. 1.

Rom. 16.

Coloss. 1.

Rom. 12.

1. Cor. 9.

Act. 11.

Hebr. 13.

Matth. 18.

Matth. 5.

Sed sicut scriptum est, Quia quibus non est annuntiatum, &c. In Esaiâ hoc habetur, ut ergo hic intellectus verus atque inuolabilis esset de vero Dei filio, se festinasse semper dicit imbuere gentes euangelica veritate. Propter quod impediēbar plurimum venire ad vos. Nunc verò ulterius locum non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis iam præcedētibus annis: cum in Hispaniā proficisci cœpero, videbo vos, & à vobis præmittar illuc, si vobis primum ex parte fruius fuero. Quod in capite epistolæ memorat, dicens, Quia sæpe, inquit, proposui venire ad vos, & prohibitus sum vsque adhuc: nunc absoluit, ostendens qua causa impeditus sit, ut volens venire aliud ageret quod imminerebat, ut excluderet pseudoapostolorum praua commenta: & denique postquam omnibus in circuitu prædicauit, iam vacare sibi dicit venire Romam, quod olim optauerat. Romanos igitur, quia in lege inducti fuerant, interim per epistolam corrigit. Illos autem qui non audierunt adhuc prædicationem, vtilius esse præsentia sui doceri, ut fundati recta fide difficilè aliud aliquid reciperent. Venturum tamen se promissit tempore quo ad Hispaniam erat iturus, quia illic Christus non erat prædicatus, ut occuparet mentes illorum (quia pseudoapostolis difficile fuit iter ad illos,) ideo tardius si iret, non foret molestum.

Nunc verò proficiscar in Hierusalem ministrare sanctis. Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum, qui sunt in Hierusalem. Placuit enim eis, & debitores sunt eorum. Quoniam si spiritualium eorum participes factæ sunt gentes, debent & in carnalibus ministrare eis.

Præiurum se dicit ministrare sanctis Hierusalem: per quam rem Romanos scire vult quia huiusmodi operibus studendum est. Qui enim per misericordiam viuunt, & iustificati sunt apud Deum, huic inferuire debent. Placuit enim eis, & debitores sunt eorum. Quoniam si spiritualium eorum participes factæ sunt gentes, debent & in carnalibus ministrare eis. Quippe cum debitores eos dicat Iudæorum credentium, ut sicut in spiritualibus participes eorum facti sunt, ita & hi communicent corporalibus necessitatibus illorum: ut gaudentes ex Iudæis credentes collaudent prouidentiam Dei in salutem ipsorum per ministerium eorum. Hi enim totos se diuinis dedentes obsequiis, & nihil mundanum curantes, exemplum bonæ conuersationis præbebant credentibus. Intantum denique nos humanos & misericordes vult esse Apostolus, ut & debitores nos dicat circa eleemosynam largiendam, & bonis operibus exercendum cum alacritate cordis: quia qui misericordiam à Deo sperat, debet esse misericors, ut probet se rectè hanc sperare: quia si homo miseretur, quanto magis Deus? Retributio enim hæc est ut merces; ut qui accipiunt misericordiam, misericordiam faciant. Vnde Dominus, Beati, inquit, misericordes: ipsorum enim miserabitur Deus.

Hoc igitur cum consummauero, & assistam vobis, ut veniam ad vos, in abundantia benedictionis Christi veniam. Obsecro ergo vos fratres per Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem Spiritus sancti, ut sollicitudinem impartiamini mihi in orationibus pro me ad Dominum, ut liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa.

Certus de dispositione & gratia Dei, promissit se in abundantia benedictionis venturum quam prædicat Christi. Benedictio autem hæc, signorum virtus est, per quam confirmati sunt. Obsecro ergo vos fratres per Dominum nostrum Iesum Christum, & per charitatem Spiritus sancti, ut sollicitudinem impartiamini mihi in orationibus pro me ad Dominum, ut liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa. Dehinc orat ut adiuuetur in orationibus, ut euaderet manus Iudæorum infidelium: non quia ipse minus mereatur, sed ordinem sequitur, ut ab Ecclesia fiat oratio pro rectorum suo. Multi enim minimi dum congregantur vnanimis, sunt magni: & multorum preces impossibile est ut non impetrent. Si ergo & ipsi cupidi sint videndi Apostolum, impensius orent ut inde liberati possint suscipere illum in gaudio charitatis.

Et munerum meorum ministratio accepta fiat in Hierusalem sanctis, ut veniam ad vos cum gaudio per voluntatem Iesu Christi, & refrigeret vobiscum.

Etiam hoc orandum dicit, ut ministratio munerum eius accepta fiat sanctis in Hierusalem, & omnia cum voluntate Dei facere se ostendat: ut quia deuotus est animus eius ad ferenda munera, etiam illorum animo Dei iudicio respondere sibi vult; ut intellecta charitate illius erga se, cum illo vnanimis Deo gratias agant. Magnus enim profectus est ei, cuius ministerio læti effecti, Deum laudibus prosequuntur.

Deus autem pacis sit cum omnibus vobis. Amen. Deus pacis, Christus est, qui ait, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis, quem optat esse cum his, sciens dixisse Iesum, Ecce, ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem sæculi. Tales ergo istos cupit esse, ut sit cum illis Dominus Christus Iesus, qui amputata omni discordia erroris humani, dedit ac ostendit quid sit verum, ut in ipsa veritate maneat pacifici.

Commendo autem vobis Phœben sororem nostram, quæ est ministra ecclesiæ apud Cenchres: ut eam suscipiatis in Domino, digne sanctis: & assistatis illi in quibuscumque desiderauerit vestri. etenim ipsa quoque assistit multis, & mihi.

Phœbē venientem commendat, sororem communem, id est, de lege; quam ut merito commendat, ait hanc ministram esse ecclesiæ Cenchris: & quia multos

Rom. 15. sep.

Act. 14.

Act. 12.

Matth. 18.

2. Cor. 1.

Ioan. 14.

Matth. 28.

Eph. 4.

CAP. XVI.



tis adiutorio fuit, dignè ipsam dicit adiuuandam peregrinationis causa. Vt autem sine omissione excipiendam illam & assistendum illi in necessitate, si peruenisset, suaderet, etiam sibi illam affuisse testatur: vt quanto sublimior persona eius ceteris sit, tanto magis reddere huic debitum obsequium per charitatem ostenderet.

Salutate Aquilam & Priscillam adiutores meos in Christo Iesu, (qui pro anima mea suas ceruices supposuerunt: quibus non solum ego gratias ago, sed & cunctæ Ecclesiæ gentium) & domesticam eorum ecclesiam.

Act. 18.

Salutate Aquilam & Priscillam. Hi ex Iudæis fuerunt, qui credentes facti sunt socij laboris Apostoli, qui ita rectè crediderant, vt etiam ipsi exhortarentur ceteros ad fidem rectam. Denique Apollo quamuis fuerit exercitatus in scripturis, ab his tamè viam Domini diligètius instructus est, ideo socios laboris sui dicit eos, sed in Christo Iesu. Cooperarij enim eius fuerunt in Euangelio Dei. Aquila vir Priscillæ est, quos non otiosè Romam venisse manifestum est. Propensiores enim erant in Dei deuotione. Nam ad cõfirmationem Romanorum, ij omnes quos salutat, ex his fuisse intelliguntur. Vnde dicit non solum se, sed & omnes gentium ecclesias gratias his referre, tãgens & Romanos, vt his obediant, quos ad profectum gentium audiunt laborare ad exhortandam fidem in Christo. Quos in tantum laudat, vt pericula pati pro eo non abnuerent. Inimicitias enim & Iudæorum & falsorum fratrum subire non aspernati sunt, dummodo Apostolum obsequiis & charitate iuuarent. Falsi fratres ij erant, qui credentes in Christum, legem tamen seruandam dicebant, non sufficere ad plenum salutis effectum Christum putantes; quod Apostolus destruebat: quare & persecutiones ab his patiebatur. Horum etiam domesticos & vernaculos salutat, quos ecclesiam appellat, quia sanctorum virorum erant discipuli circa fidem.

Galat. 2.

Act. 21.

Salutate Epænetum dilectum mihi, qui est primitiuus Asiæ in Christo. Salutate Mariam, quæ multum laborauit in vobis. Salutate Andronicum & Iuliam cognatos & concaptiuos meos, qui sunt insignes in Apostolis, qui & ante me fuerunt in Christo Iesu. Salutate Ampliam dilectum mihi in Christo. Salutate Urbanum adiutorem meum in Christo: Stachyn quoque dilectum meum. Salutate Apellem probatum in Christo. Salutate eos qui sunt ex Aristobuli domo. Salutate Herodionem cognatum nostrum. Salutate eos qui sunt ex Narcysii domo, qui sunt in Domino. Salutate Tryphanam & Tryphosam, quæ laborant in Domino. Salutate Persidem charissimam, quæ multum laborauit in Domino. Salutate Rufum electum in Domino, & matrem eius & meam. Salutate Asyncritum, Phlegon-

tem, Hermam, Patrobam, Hermen, & qui cum eis sunt, fratres. Salutate Philologum, & Iuliam, & Nereum, & sororem eius, & Olympam, & omnes qui cum eis sunt, sanctos. Salutate vos inuicem in osculo sancto.

Huius Epæneti etiam presentem dignitatem non tacet, vt ostendat & dignitatos credere, & inuitet primos Romanorum ad fidem, aut certè vt humiles crescerent. Salutate Mariam, quæ multum laborauit in vobis. Commonet hoc nomine Mariæ, quam intelligimus ad exhortationem illorum impensius laborasse, vt gratias illi agant. Salutate Andronicum & Iuliam cognatos & concaptiuos meos, qui sunt insignes in Apostolis, qui & ante me fuerunt in Christo Iesu. Hos cognatos & iuxta carnem & secundum spiritum, quomodo & angelus dixit ad Mariam, Ecce Elizabeth cognata tua, &c. quos etiam Apostolis prioribus obsecutos cum testimonio sui declarat, & secum parem captiuitatem passos fidei causa, ideoque istos plenius honorandos. Salutate Ampliam dilectum meum in Christo. Hunc quasi amicum salutat, sed in Domino amicum, non tamen qui interfuerit labori eius aut captiuitati. Salutate Urbanum adiutorem meum in Christo. Non solum istum suum adiutorem dicit, sed & ceterorum fuisse socium in exhortatione credulitatis. Stachyn quoque dilectum meum. Hunc Stachyn quamuis dilectum vocet, tamen subiicit illum Urbano participi operis euangelici. Salutate Apellem probatum in Christo. Hunc Apellem non quasi amicum suum aut participem operis salutat, sed propter quod tentationibus probatus est, & in Christo fidelis inuentus. Salutate eos qui sunt ex Aristobuli domo. Aristobulus iste congregator fuisse intelligitur fratrum in Christo: cuius factum sic probat, vt eos quos congregabat, dignos salutatione sua designet. Salutate Herodionem cognatum nostrum. Hunc quem cognatum tantum vocat, ostendit deuotum in charitate renascibilitatis, non tamen vigilantiam illius designat. Salutate eos qui sunt ex Narcysii domo, qui sunt in Domino. Narcysus hic illo tempore presbyter dicitur fuisse, sicut legitur in alijs codicibus.

Et quia presens non erat, videtis qua causa eos in Domino salutet vt sanctos, qui ex eius erant domo. Hic autem Narcysus presbyteri officio peregre fungebatur, exhortationibus firmans credentes, & quoniam non sciebat Apostolus merita illorum qui cum illo fuerant, sic dixit, Salutate eos qui sunt ex Narcysii domo in Domino; hoc est, quos scitis dignos esse ex his salutatione mea, qui in Domino posuerunt spem suam, illos salutate nomine meo. Salutate Tryphanam & Tryphosam, quæ laborant in Domino. Has vno honore dignas declarat in Christo. Salutate Persidem charissimam, quæ multum laborauit in Domino. Ista anteposita videtur supradictis, quia multum laborauit in Domino. Labor hic in exhortatione est, & in ministerio sanctorum, & in pressura, & in egestate propter Christum, quia domus suas relinquebant fugati, & opprobrio erant infidis. Salutate Rufum electum in Domino, & matrem eius & meam. Ideo istum Rufum preposuit

tem, Hermam, Patrobam, Hermen, & qui cum eis sunt, fratres. Salutate Philologum, & Iuliam, & Nereum, & sororem eius, & Olympam, & omnes qui cum eis sunt, sanctos. Salutate vos inuicem in osculo sancto.

Luc. 1.

Rom. 14.

1. Tim. 4.

2. Tim. 2.

1. Cor. 16.

1. Sal. 25.

Act. 4.

Act. 17.

Act. 3.

Philip. 3.

In prim. epist.

1. Tim. 1.

2. Tim. 3.

Rom. 1.

Galat. 3.

Rom. 15.

posuit matri propter electionem administrationis gratiæ Dei, in qua mulier locum non habet. Electus enim erat, id est, promotus à Domino ad res eius agendas. Matrem tamen tam sanctam habuit, vt Apostolus suam quoque matrem hanc vocaret. Salutate Asyncritum, Phlegontem, Hermam, Patrobam, Hermen, & qui cum eis sunt, fratres. Hos simul salutat, quia sciebat eos esse concordem in Christo, hoc est, iunctos in amicitiam Christianam. Salutat simul & fratres qui erant cum eis, quorum nomina prætermisit. Salutate Philologum, & Iuliam, & Nereum, & sororem eius, & Olympam, & omnes qui cum eis sunt, sanctos. Hi omnes vnanimem intelliguntur fuisse, quos hac causa simul salutat, quorum meritum ex iis qui simul cum eis erant dignoscitur. Sanctos enim nuncupat eos, vt meritò illos salutare videatur. Salutate vos inuicem in osculo sancto. Omnes quibus scribit, & quos nominat, iubet salutare se inuicem in osculo sancto, id est, in pace Christi, non in desiderio carnis, sed in Spiritu sancto, vt religiosa sint oscula, non carnalia.

Salutant vos omnes Ecclesiæ Christi.

Per hoc intelligitur dici ecclesiam, etiam quæ non sit Christi. Vnde Dauid conspiratione iniquorum ecclesiam malignantium vocat. Omnium ergo locorum illorum ecclesias dicit eos salutare, vt crescant in fide. Hoc ergo ad superiorem sensum retulit, vt ostendat Christum esse in quo salus est; & hunc esse cuius populus fidelis est, & cuius nutu viuunt cuncta creatura. Auctor enim vitæ hic est, sicut dicit Petrus Apostolus, non lex in qua quidam illorum putabant sperari debere.

Oro autem vos fratres, vt obseruetis eos qui dissensiones & offendicula præter disciplinam quam vos didicistis, faciunt, & declinate ab illis. Hi enim tales Christo Domino Iesu non seruiunt, sed suo ventri: & per illecebras ac blandimenta sermonum deprauant corda innocentium. Vestra enim obedientia in omnem locum diuulgata est. Gaudeo igitur de vobis. Volo vos proficere, vt cruditi sitis in bonum, rudes verò in malum.

Hoc in loco de personis prorupit pseudoapostolorum, quos in tota epistola cauendos monuit, sicut & nunc; sed sine manifestatione traditionem illorum compressit. Hi enim cogebant credentes Iudaizare, vt Dei beneficium circa se inanirent, sicut supra memorauimus. Compositis enim genealogiæ verbis tractatus sibi coaptabant ad commendationem traditionis suæ, per quos simplicium corda deciperent. Vestra enim obedientia (inquit) in omnem locum diuulgata est. Hoc est quod in primordio epistolæ dicit, Quia fides vestra prædicatur in vniuerso mundo, hoc significat, quod securus sit de obediètia eorum. Erat enim incredulum quod se subiicerent post cognitam veritatem rei stultæ quasi prudentes. Gaudeo igitur de vobis. Et hic sensus de superiore parte epistolæ est. Gaudet enim quia Romani qui regnum habere videntur, subiecerunt se fidei Christianæ. Volo vos proficere vt cruditi sitis in bonum, rudes verò in malum. Eruditus in bono hic est, qui bona operatur: rudes

autem in malum ij sunt, qui ignorant opera mala, id est, vsus malitiæ nesciunt.

Deus autem pacis conterat satanam sub pedibus vestris citò. Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum.

Deus conterat satanam citò, &c. Id est breui. Hoc de aduentu suo dicit, quia aduentus eius opprimeret diabolom ob hoc quod isti spiritalem gratiam accepturi erant: cui rei inuidet satanas, quia vult homines permanere in errore, & vt discrepent cum sint vnus professionis. Gloria Domini nostri Iesu Christi vobiscum. Gratiam quam promissit illis in aduentu suo, iam optat esse cum illis. Si enim merentur accipere, iam cum illis est in spe.

Salutat vos Timotheus confors laborum meorum, & Lucius & Iason, & Sosipater cognati mei. Saluto vos ego Tertius, qui hanc epistolam scripsi, in Domino.

Timotheus confors laborum eius est quasi coepiscopus, & cum magna sollicitudine ecclesiam gubernabat, sed vsque adeo positus in inuidia Iudæorum, vt inter initia circumcideretur propter scandalum ipsorum, vt quia matre Iudæa erat, doctor esse non posset incircumcisus. Illos verò cognatos dicit, partim generis, partim fidei causa. Saluto vos ego Tertius, qui hanc epistolam scripsi in Domino. Tertius nomine, non numero: hic est scriba epistolæ, cui concessit suo nomine salutare plebem Romanam, ad quam scribit, vt ceteros salutent quos nominat. Adhuc enim rectores ecclesijs paucis erant in locis.

Salutat vos Caius hospes meus, & vniuersæ ecclesiæ. Salutat vos Erastus dispensator ciuitatis, & Quartus frater.

Salutat vos Caius, &c. Hic est Caius, vt arbitror, ad quem scribit Ioannes Apostolus, exultans in charitate eius quam exhibebat fraternitati, præbens sumptus illi necessarios. Et cum superius dicat, Salutant vos omnes ecclesiæ Christi, nunc iterat dicens, Salutant vos vniuersæ Ecclesiæ, quod puto non otiosè iteratum. Nihil enim tantus vir & tam tractabilis superfluum ponebat. Sed quia salutant vos, inquit, omnes ecclesiæ Christi, id est, omnes sancti, sicut alio loco dicit, qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt: nunc subiicit etiam hos salutare qui sequentes sunt, vt benedictum populum significet ecclesiæ, quia in omni ecclesia duo sunt populi. Potest & duarum prouinciarum nominasse ecclesias, vt primum vnius, deinde alterius loci dixisset omnes ecclesias, aut certè Iudæorum & gentilium. Salutat vos Erastus dispensator ciuitatis, & Quartus frater. Dispensator ciuitatis est quasi curator, qui dictante iustitia gubernabat ciuitatem, maxime in pretijs moderandis. Hos omnes ideo nominatim enumerat in salutatione Romanorum, vt scirent quales & quanti congaudent bono ccepto illorum.

Ei autem qui potens est vos stabilire secundum Euangelium meum, & prædicationem Iesu Christi, secundum reuelationem mysterij quod temporibus æternis in silentio

fuit, manifestatum est autem nunc per scripturas propheticas secundum imperium aeterni Dei, ad obedientiam fidei, in omnes gentes cognitum, soli sapienti Deo per Iesum Christum, cui gloria in saecula. Amen.

Regm. 11.

Deo patri ex quo sunt omnia, dat gloriam, ut ceptum Romanorum, quia potens est, dignetur implere, confirmando in fide animas eorum ad profectum Euangelij, & reuelationem mysterij absconditi a saeculis, manifestati autem per Christum, vel in Christo. Sacramentum enim quod latuit semper in Deo, temporibus Christi declaratum est; quia non singularis est Deus, quia est apud illum ex aeternis & verbum & paraclitus, in qua veritate omnem creaturam decreuit saluam fieri per agnitionem. Cuius quidem sacramenti veritas per prophetas fuerat designata figuris quibusdam, soli Deo cognitum sapienti: cuius gratiae participes voluit esse gentes, quod latuit genus hominum. Solus ergo est sapiens,

Ephes. 3.

Coloss. 1.

Ioan. 14.

Eph. 3.

quia ab ipso est omnis sapientia, sicut dicit Salomon, Omnis sapientia a Domino Deo est, & cum ipso fuit semper. Sapientia ista Christus est, quia de ipso est, & cum illo erat semper, per quem ipsi gloria in saecula. Amen. Ideo nihil sine Christo plenum, quia per ipsum sunt omnia: qui cum agnoscitur, datur Deo patri laus per ipsum, quia intelligitur per Christum, quasi per sapientiam suam, in qua saluos facit credentes. Gloria ergo patri per filium; hoc est, ambobus gloria in Spiritu sancto, quia vterque in vna gloria est.

Ecc. 1.

1. Cor. 1.

Ioan. 1.

1. Ioan. 5.

Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

In conclusione Christum ponit, per quem facti, & iterum reformati sumus gratia eius ut mentibus nostris haereat: quia si beneficiorum eius memores simus, semper nos tuebitur, sicut dixit, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem saeculi.

Coloss. 1.

Matth. 28.

SANCTI AMBROSII IN EPISTOLAM BEATI PAVLI APOSTOLI AD ROMANOS COMMENTARIORVM FINIS.

SANCTI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI IN PRIOREM EPIST. BEATI PAVLI APOSTOLI AD CORINTHIOS COMMENTARIA.

PRO O E M I V M.

Aff. 18.

1. Cor. 4.

1. Cor. 5.

1. Cor. 11.

1. Cor. 1.

1. Cor. 2.

Ibid.

1. Cor. 4.

1. Cor. 5.

Ibid.

1. Cor. 6.

1. Cor. 9.

1. Cor. 7.

Ibid.



RECEPTO Domini admonitus Apostolus resedit apud Corinthios annum & menses sex, docens inter eos verbum Dei: Hinc est unde magna cum fiducia & charitatis affectu agit cum eis, aliquando commonens, aliquando arguens, aliquando blandiens ut filiis. Nam multae causae sunt, propter quas scribit ad eos. Quarum prima haec est, quod more haeticorum dissentientes ab inuicem, hominibus deuoti, Pauliani, & Perriani, & Apolloniaci dici volebant, non Christiani: quod valde exprobrat Apostolus. Erant tamen inter eos qui ab his dissentirent, Christo soli dicati. Secunda haec est, quia eloquentia delectari ceperant & terrena philosophia, ut sub nomine Christi iis imbuerentur quae contraria sunt fidei. Tertia, eo quod inflati essent, quod non irret ad illos Apostolus. Quarta, propter fornicatorem, quem inter se esse patiebantur. Quinta ut commoneret de praeterita epistola, quam ante hanc quae prima dicitur scripserat. Sexta, quia inuicem sibi iniurias & fraudes faciebant, & infidelium potius examina requirebant. Septima causa est, in qua designat licere sibi sumptus accipere, sed contemnere, ne forma esset rapacibus pseudoapostolis. Octaua vero est, ut respondeat epistolae illorum. Perturbari enim ceperant ab haeticis de matrimoniis. Nona est, in qua declarat sic debere unumquemque manere ut credidit. Decima autem de virginibus, eo quod nihil sit sibi praecipuum. Et reliquae sunt, quae in corpore videbuntur.

PAVLVS

CAP. I.

PAVLVS vocatus Apostolus Christi Iesu, per voluntatem Dei, & Sosthenes frater.

Regm. 1.



AD ROMANOS aliter cepit, quia altera causa est. Hic vero Apostolum se esse Christi Iesu Dei voluntate scribit: quia omnia quae egit, filij Dei egit voluntate, qui dixit ad Paulum, Vade, ego loge ad gentes mittam te. Hinc vocatus est Apostolus, hoc est, Dei voluntate missus ad gentes. Per quod etiam tangit illos quos neque Christus miserat, neque verum erat quod docebant. Deum enim & Christum ideo frequenter nominat, ut Christum Deum non ipsum patrem ostendat, sed esse Christum filium, esse & Deum patrem, non vnione, cum ostenditur filium dici. Multae enim sectae emerferant, quae Euangelium Christi pro sensu sui arbitrio asserbant, ex quibus rami aridi extant nunc vsque; quarum assertores ecclesias eueriebant. Hinc Apostolus omnia quae haeresibus contraria sunt ponit, ac se verum praedcatorem per id quod a Christo Dei voluntate missus est, asseruat. Et Sosthenes frater. Etiam istum sua commendat societate.

Aff. 22.

1. Cor. 9.

1. Cor. 8.

1. Cor. 15.

Ecclesiae Dei quae est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis, cum omnibus qui inuocant nomen Domini nostri Iesu Christi, in omni loco ipsorum & nostro.

Aff. 14.

Tit. 1.

Eph. 5.

Eph. 1.

Ioan. 4.

1. Cor. 3.

1. Cor. 9.

1. Cor. 15.

1. Cor. 1. infr.

1. Cor. 15.

Esa. 26.

Propterea ecclesiae scribit, quia adhuc singulis ecclesiis rectores non erant instituti. Et cum in multis arguat eos, ait, sanctificatis in Christo Iesu. Sed ideo quia regenerati in Christo, sanctificati sunt; post autem ceperant male conuersari: ut ostenderet omnem Ecclesiam sanctificatam fuisse in Christo, sed quosdam illorum praua doctrina pseudoapostolorum euerfos a traditione veritatis. Vocatis sanctis. Hoc est, vocati estis ut sancti sitis: quod est, ut non recedatis a regula sanctificationis. Cum omnibus qui inuocant nomen Domini nostri Iesu Christi, in omni loco ipsorum & nostro. Cum Iudaeis veris iungit & gentes, quia salus ex Iudeis est: ut in omni loco ubi gentes quae inuocant nomen Domini nostri Iesu Christi, & ubi Iudaei supra memorati sunt, similiter sint omnes vnum. Pseudoapostoli enim qui nomen Christi per prudentiam mundi praedcabat, id est admixta philosophia, veterem legem & prophetas reprobabat. Negabit enim Christum vere crucifixum, sed tantum visum crucifigi, sicut nunc Marcion & Manichaeus. Vnde Apostolus, Nos autem, inquit, praedicamus Christum crucifixum. Neque carnis resurrectionem fatebantur, quod propheta Esaias clamat, dicens, Qui in monumentis sunt, resurgent.

Gratia vobis & pax a Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo.

Ne, quia dixerat, Qui inuocant nomen Domini nostri Iesu Christi: patris aut nomen aut donum tacuisse videretur, & suspicionem forte aut occasionem daret vnionis; docet quidem Christum ritum inuocandum, sed omnem gratiam esse patris: ut & duos qui vnum sunt per diuinitatem ostenderet, & patris auctoritatem praferret.

1. Cor. 5.

Ioan. 10.

Gratias ago Deo meo semper pro vobis, super gratia Dei quae data est vobis in Christo Iesu, quia in omnibus ditati estis in ipso, in omni verbo, & in omni scientia, sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis.

Quamquam omnibus in Ecclesia scribat: ita tamen significat, ut cum aliquando corripit, aliquando laudat, vnusquisque cum epistola legitur, intelligat quid pro se, quid aduersum dicatur. In vna enim plebe duobus populis scribit; ut cum arguit, qui male conuersantur, sciant sibi haec scripta: similiter & cum laudat, sciat qui in regula manet, ad se haec dici. Ideoque inquit, Gratias ago Deo meo semper pro vobis, super gratia Dei quae data est vobis in Christo Iesu. Datam dicit gratiam a Deo in Christo Iesu; quae gratia sic data est in Christo Iesu, quia hoc constitutum est a Deo, ut qui credit in Christum, saluus sit sine opere, sola fide gratis accipiens remissionem peccatorum. Quia in omnibus dati estis in ipso, in omni verbo & in omni scientia. Hoc significat, quia in accepta gratia & in verbo veritatis doctrinae scientiam spiritalem assecuti permanserunt: ideoque gratias agit in his Deo. Sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis. Testimonium Christi confirmatum est in his, quia roborati in fide nihil de hominibus sperabant, sed omnis spes illorum in Christo erat, nullius voluptatis illecebris capti.

Coloss. 1.

Ioan. 3.

Ephes. 3.

Ita ut vobis in nullo desit aliqua gratia, expectantibus reuelationem Domini nostri Iesu Christi, qui & confirmabit vos vsque ad finem sine crimine in aduentu Domini nostri Iesu Christi.

Manifestum est hunc expectare diem iudicij, qui circumspetus sollicitus est. Futurum iudicium Dei dicit, in quo Dominus noster Iesus Christus reuelabitur, tam fide quam infidis, ut cognoscant increduli ac sciant verum esse quod credere noluerunt, & pereant: fidei vero gaudeant plus boni inuenientes quam putauerant. Qui & confirmabit vos vsque ad finem sine crimine in aduentu Domini nostri Iesu Christi. Alacri animo confusus de spe illorum securus est: quia inuiolati vsque ad futurum iudicium erunt. Qui enim inter tot discrimina sensuum & perturbationes diuersitatum immutari minimè potuerunt: proculdubio in eodem muros se ostendunt. Cum hos laudat, illos qui errore pseudoapostolorum depruati fuerant inuitat. Dum enim horum fidem praedicat, illos ad poenitentiam vocat.

1. Cor. 3.

2. Thess. 1.

Fidelis Deus, per quem vocati estis in communionem filij eius Iesu Christi Domini nostri.

Quis ambigat de promissis & fide Dei, (quia non erit aliter quam dixit,) filios nos adoptatos sibi credentes in Christum? Hoc enim nobis donat quod credimus, ut quia credimus Christum filium esse Dei, hoc nos esse incipiamus mansuri in eadem dignitate, sicut manet Christus quem credimus filium Dei. Communio enim fraternitatis est, ut quomodo fidem Dei incolumem in hac causa nobis futuram ostendit: ita nos non diffidentes & perfidi in-

Hebr. 6.

Philip. 1.

ueniamur, sed perseverantes in adoptione.

Obsecro autem vos fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes, & non sint in vobis schismata: sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia.

Phil. 2.

Omnes nunc orat ut vnum sentiant, hoc utique in quo renati Dei filij appellati sunt. Ad omnem enim Ecclesiam modò loquitur, ut ij qui dissentire cœperant, reuerterentur ad cœptam fidem, quam videbant in his laudari qui in illa perseuerabāt. Et non sint in vobis schismata, sitis autem perfecti in eodem sensu, & in eadem scientia. Perfectos vult eos esse in eodem sensu quem illis tradiderat, ut non discrepent. Ad illorum enim exemplum quos suprà laudat, hos prouocat ut hoc sentiant ac defendant.

1. Cor. 15.

Coloss. 4.

Relatum est enim mihi de vobis fratres, ab iis qui sunt Chloes, quòd contentiones inter vos sint. Hoc autem dico, quòd vnusquisque vestrum dicit, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollonis, ego verò Cephæ, ego autem Christi.

1. Cor. 11.

Relatum est enim mihi de vobis fratres, &c. Quamuis euerſi fuerant, tamen fratres illos appellat; sicut & in Eſaia propheta dicit Deus ad illos qui secum erāt, ut eis qui pseudoprophetaſ credebant, dicerent, Fratres nostri estis vos ut per id non dissentirent ab his, quasi fratres. Quod autem dicit, Ab iis qui sunt Chloes, aliquibus videntur homines esse manentes & fructificantes in fide Christi: aliquibus videtur locus esse, ut puta si dicatur, Ab iis qui sunt Antiochiæ, aliquibus autem videtur sceminam fuisse Deo deuotam, cum qua multi essent colentes Deum, quibus fides non negaretur, ut quod deferreret de Corinthiis verum esset. Quòd contentiones inter vos sint. Contentiones inter eos esse dixerunt, ut ostenderent diuersitatem mentis illorum de disciplina dominica. Et quæ esset, subiicit dicens, Hoc autem dico, quòd vnusquisque vestrum dicit, Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollonis, ego verò Cephæ, ego autem Christi. Errorem ostendit, sed auctorum nomina non prodidit. Nec enim in loco stabant, sed circumibant ad euerſionem simplicium. Nam hos quos nominat, sine dubio boni erant doctores: sed sub eorum specie falsos apostolos tangit. Si enim in his gloriantur negat, quanto magis in malis doctoribus, quorum doctrinā prauam in subiectis significat? Inter eos tamē hos perseuerantes designat, qui dicebant se Christi esse non hominis: quos superius laudat.

1. Cor. 3.

2. Tim. 5.

1. Cor. 9.

Diuisus est Christus. Numquid Paulus crucifixus est pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati estis? Diuisum dicit Christum, quia gloriam eius homines sibi partiti sunt. Sicut hæretici, qui se aut Photinianos, aut Arianos, aut Cataphrygas, aut Nouatianos, aut Donatianos, aut Manichæos vocari non horrent: ita & Corinthij diuersorum hæreticorum nominibus subiecti cœperant, ut viderentur loco Christi homines venerari; qui dum diuersa de Christo accipiunt, diuidunt Christum. Vnus enim hominem tantum accipit Christum, alter Deum purum

1. Cor. 3.

Gratias ago Deo, quòd neminem vestrum baptizauit, nisi Crispum & Caium: ne quis dicat quòd in nomine meo baptizati estis. Baptizauit autem & Stephanæ doctorem: ceterum nescio si quem alium baptizauerim.

Gratias ago Deo, quia non multos ex illis baptizauit; ne quia error sub hac re cœperat, ex nomine eius error esset in plurimis; per hoc arguens & baptizantes & baptizatos, qui ad iniuriam Saluatoris baptismatis eius gratiam hominibus deputabant, illis dissimulantibus gloriæ causa. Sic enim erant sicut nunc Nouatiani & Donatiani, qui baptismum sibi vendicant, à nostris baptizatos reprobantes: & baptizati ab his gloriantur in personis eorum. Denique Christi nomine abdicato, Nouatianos & Donatianos vocari se gloriantur. Crispus ergo & Caius Corinthij sunt, quos ad testimonium nominat, quia sic baptizati sunt ab Apostolo, ut nullam illi gloriam ex hac causa dandam assererent: Stephanæ autem domus primitiæ sunt Achaia, sicut in postrema parte epistolæ significat: quibus testimonium dat, quòd in ministerium sanctorum se constituerant.

Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare. Quoniam maius est euangelizare quàm baptizare ideo non se misit baptizare dicit, sed euangelizare: quia in episcopo omnium ordinationum dignitas est. caput est enim cæterorum membrorum. Per quod etiam illos humiliat, quibus illi multum dabant, propterea quòd ab illis fuerant baptizati, ut ex eo scirent non magnum esse baptizare, quia non omnis qui baptizat, idoneus est & euangelizare. Verba enim solemnia sunt quæ dicuntur in baptisate. Denique Apostolus Petrus credentem Cornelium cum suis iussit baptizari, nec dignatus est ministris adstantibus hoc opus facere. Si enim defuissent, ipse hoc ageret, necessitate compulſus. Quanto ergo melior his sit quos illi venerantur ostendit, & non tamen hoc nomini suo decerni permisit, sciens periculofum esse gloriam Dei nomini hominis vendicare. est enim quasi idololatria.

Non in sapientia verbis, ut non euacuetur crux Christi. Quia prædicatio Christiana non indiget pompa & cultu sermonis, ideoque piscatores homines imperiti electi sunt qui euangelizarent; ut doctrinæ veritas

Gratias agit Deo, quia non multos ex illis baptizauit; ne quia error sub hac re cœperat, ex nomine eius error esset in plurimis; per hoc arguens & baptizantes & baptizatos, qui ad iniuriam Saluatoris baptismatis eius gratiam hominibus deputabant, illis dissimulantibus gloriæ causa. Sic enim erant sicut nunc Nouatiani & Donatiani, qui baptismum sibi vendicant, à nostris baptizatos reprobantes: & baptizati ab his gloriantur in personis eorum. Denique Christi nomine abdicato, Nouatianos & Donatianos vocari se gloriantur. Crispus ergo & Caius Corinthij sunt, quos ad testimonium nominat, quia sic baptizati sunt ab Apostolo, ut nullam illi gloriam ex hac causa dandam assererent: Stephanæ autem domus primitiæ sunt Achaia, sicut in postrema parte epistolæ significat: quibus testimonium dat, quòd in ministerium sanctorum se constituerant.

Non in sapientia verbis, ut non euacuetur crux Christi. Quia prædicatio Christiana non indiget pompa & cultu sermonis, ideoque piscatores homines imperiti electi sunt qui euangelizarent; ut doctrinæ veritas

Quia prædicatio Christiana non indiget pompa & cultu sermonis, ideoque piscatores homines imperiti electi sunt qui euangelizarent; ut doctrinæ veritas

Quia prædicatio Christiana non indiget pompa & cultu sermonis, ideoque piscatores homines imperiti electi sunt qui euangelizarent; ut doctrinæ veritas

Rem. 5.

Rem. 6.

Act. 18.

1. Cor. 16.

1. Tim. 2.

Act. 20.

Act. 10.

1. Cor. 2.

Matth. 4.

ritas ipsa se commòdaret teste virtute, ne hominum auerſura & calliditate humanæ sapientiæ acceptabilis videretur, non autem veritate; sicut disciplina ab hominibus inuenitur, in quibus non ratio, non virtus, sed verborum queritur cõpositio: ac per hoc gloriam suā querit qui fidē Christi verbis exornare vult. Obscurat enim illam splendore verborum, ut non illa sed ipse laudetur. Sicut & pseudoapostoli, ne stulti viderentur prudentibus mundi, in sapientia hominum Christi prædicabant duplici genere, ut eloquentiæ studerēt, & ea quæ mundus in nobis stulta iudicat, euitaret: ut neque in carnati Dei filiū, & de virgine natum docerent, neque carnis futurā resurrectionem, quia mundi istud sapientia & ratio stultum iudicat: ac per hoc Apostolus non se in sapientia hominū dicit Christū prædicare, ne euacuetur crux Christi: quia qui in sapientia hominū Christum annuntiant, negant veritatem prædicationis, sicut suprà memorauit.

1. Cor. 2.

Act. 17.

Eſa. 29.

2. Petr. 2.

Rem. 1.

1. Cor. 15.

Apoc. 7.

Eſa. 29.

Abdia 1.

Act. 18.

1. Cor. 16.

Hebr. 2.

Eſa. 33.

1. Tim. 2.

Act. 17.

Sap. 13.

Iob. 22.

Pſalm. 93.

Pſal. 72.

Verbū enim crucis percūtibus quidem stultitia est: his autem qui salui fiūt, virtus Dei est. Scriptum est enim, Perdā sapientiam sapientium; & intellectum prudentium reprobabo.

Manifestum est, quia quibus crux Christi stultitia est, in perditione sunt. inferni enim morte non sunt crepti. His autem qui salui fiunt, virtus Dei est. Non est obscurum, quia iis qui credūt, Dei virtus est. Credunt enim nō infirmitatem esse crucem Christi, sed virtutem, intelligentes mortem victam esse in cruce: cuius signum qui habent, salui sunt, quia ab illa teneri non possunt. Scriptum est enim, verdā sapientiam sapientium, & intellectum prudentium reprobabo. Perdit sapientiam sapientium, dum quæ illi negant posse fieri, facit: & reprobat intellectum prudentium, cum Deum quem incuriosum dicunt, aggressum probat ea quæ stulta putant, ut Dei filius incarnatus de virgine crucifigeretur pro humana salute: quod factum verè testatur virtute, non verbis.

Vbi sapiens? vbi scriba? vbi conquisitor huius sæculi? Nōne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi?

Vbi sapiens? &c. His dictis tam in Iudæos quàm in gentiles inuehitur, quia & Iudæorum scribæ & legis doctores Deum filium habere stultum putat credidi. Simili modo & gentes istud risu deputant. Sed Iudæi, quia hoc non tam apertè in lege significatum est, dissidunt: gentiles verò, quia mundi ratio non istud recipit, (nihil enim dicit posse fieri sine cõmixtione,) & stultum iudicant. Conquisitor tamen faculi hic est, qui à constellationibus agi mundum, & duodecim signis ortus & occasus fieri decernit calculis, nihil omnino sine horum motu putans posse fieri. Nōne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Stulta est facta sapientia huius mundi. putans enim se sapere, inuenta est imprudens. Quod enim impossibile iudicabat, possibile declaratum est, Deum incuriosum existimans. Est aliquid hac asseueratione stultius, ut fecisse dicatur mundum, & curam eius non agere? Ut quid fecit, si nō ad illū pertinet quod fecit? Sed quia vident quosdā feliciter mundo frui, quosdā deprimi; & bene agentes despici, maleuolos gloriari: ideoque incuriosum Deum esse credide-

runt. Qui incuriosum Deum dicit, non negat maleuolum aut iniustum. Aut enim iudicaturus est mundum, aut iniustus est dissimulans de bonis, & pariens fieri mala. Si igitur animaduertant seposito odio diuinæ legis, possunt videre causam istam à nobis terminari, qui Dei iudiciū expectamus, in quo depreſsi exaltabuntur, & violenti humiliabuntur: quia non est personarum acceptio apud Deum.

2. Th. 1. 10.

Nam quoniam in sapientia Dei non cognouit mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes.

Non cognouit mundus (id est homines) Deum in sapientia eius: quia vnicam maiestatem eius signum dederunt vel clementis, dissimulantes de eo, per sapientiam carnis putantes hæc debere coli quæ videntur. Propterea placuit Deo prædicationem ordinare, quæ illis stultitia videretur: ut credentes quæ illi dissidunt, salui fierent, illis damnatis. Vicissitudo ergo hæc est, per quam Dei consilio falsum à vero damnatur.

1. Cor. 1. Rom. 1.

Sap. 13.

Quoniam Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam querunt.

Iudæi signa petunt, quia non dissidunt potuisse fieri, sed an factum sit querunt, scientes virgam Aaron aridam germinasse, & fructum tulisse: Ionam à cæto glutitum, in ventre eius tribus diebus & tribus noctibus fuisse, & viuum eiectum esse. Illud tamen præcipuè querunt, ut aliquid tale videant, quale est illud quòd vidit Moyses, Deum in igne, vnde dicit, Nos scimus quia Moyſi locutus est Deus; cum maius sit, mortuum Lazarum iam foetidum quarto die viuum de monumento exisse. Græci verò sapientiam querunt, quia nolunt audire præterquam quæ mundi ratione possibilia sunt.

Matth. 12. Num. 17. Ione 2.

Exod. 3. Iob. 9. Iob. 11. Act. 17.

Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis verò vocatis Iudæis atque Græcis, Christum Dei virtutem & Dei sapientiam.

Scandalum est Iudæis dum audiunt Christum filium Dei se profitentem, & sabbarum euacuantem: gentibus autem stultitia, quia ea audiunt prædicari, quæ dum rationi mundanæ non congruūt, insensata videntur, ut partus virginis, & resurrectio mortuorum. Ipsi verò vocatis Iudæis atque Græcis, Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Suadente virtute, quæ potior verbis est, credentes in Christum intelligunt, Iudæi primum qui signum quærebant, Christum Dei esse virtutem; & Græci similiter vident Christum Dei esse sapientiam: illam autem mundanam, quàm prius putabant prudentiam, maximam esse stultitiam. Virtus ergo Dei est, quia per ipsum omnia fecit pater Deus. Sapientia autem ideoque: quia per ipsum cognitus est Deus. Nec enim posset cognosci Deus, nisi per eū qui esset de eo: quia nemo nouit patrem nisi filius, & cui voluerit filius reuelare.

Iob. 19. Iob. 5. Act. 7.

Matth. 12.

Iob. 1. Matth. 11.

Quia quod stultum est Dei, sapientius est



hominibus: & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus.

Stultum Dei, inquit, non quia verè stultum est, sed quia ab hominibus, dum rationi mundanè nõ conuenit, stultum putatur, cùm sit ratio spiritalis: ac per hoc sapientius dignoscitur esse hominibus, quã spiritalia plus sapiunt quàm carnalia. Non enim spiritalia per carnalia sunt, sed carnalia constant per spiritalia: ideoque subiecta sunt carnalia spiritalibus. Et quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Sine dubio cœlestia vincunt terrena. Quamobrem infirmũ Dei non est infirmum, quia infirmitas Christi magna victoria est. Vicit enim cùm victus videretur, sicut ait, Et vincas cùm iudicaris. Victor enim existit, qui iniustè occiditur, reum constituens à quo occiditur.

Intuemini enim fratres vocationè vestram, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles.

Manifestum est, quia rari sunt qui mundi rationibus inflati magis quàm eruditi sunt, hoc est, qui stellarum motus inspiciunt & decernunt. Ipsos autem dicit & fortes secundum carnem, quos & prudentes. Et ideo fortes, quia passionem crucis Christi infirmam asserunt. Iniquitas enim fortis, & vincere sibi videtur ad tempus. Ipsi etiam nobiles, per quos superstitionis suæ originem antiquitatis assignant, nos nouellos dicentes. Non ergo hanc asseuerationem elegit Deus quæ in paucis est.

Sed stulta mundi elegit Deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & quæ non sunt, vt ea quæ sunt, destrueret.

Stulta mundi sunt, virginem peperisse, & Dei filium crucifixum. Credi enim stultum hoc putat: ideo Deus vt hunc confundat, hos elegit qui hoc credunt, quod hic stultum iudicat. Confunduntur enim sapientes, dum quæ pauci negant, multos vident fateri. Non est enim ambiguum, multorum sententias paucorum anteponi sententiis. Et infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia. Idem sensus est, quia quod pauci infirmum putant, in nempe qui se prudentes existimant in sæculo, diffidentes de spe; à multis virtus asseritur, quia plures credunt quàm non credunt, ad illorum ruborem. Vident etenim infirma Christi nominata, demoniis imperare, prodigia facere. Infirma autem sunt mundo iniuriæ, & passio Saluatoris, nescienti hæc ad virtutem proficere, quia ideo ista pati se permisit, vt vinceret mortem. Iniustè enim pati, & posse resistere & nolle; gloria est patientis, & damnatio occidentis. Et ignobilia mundi, & contemptibilia elegit Deus, & quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret. Ignobilia ergo & contemptibilia elegit: non quia verè ignobilia & contemptibilia sunt, sed sic iudicantur à mundo, quia spernunt rationes mundanas credendo in Christum, vt ea quæ sunt verè ignobilia & contemptibilia destrueret, quia ipsi magis iudicandi & contemnendi sunt qui iudicant. Asseuerationè enim illorum error inuenit, nec fuit ab ini-

tiõ: nostra autè disciplina ab initio est. Destruitur ergo, dũ sine testimonio nudis verbis asseritur: nostra verò non verbis solis, sed & teste virtute probatur.

Vt non gloriatur omnis caro in conspectu eius. Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu.

Vt non gloriatur, &c. Id est, vt sapientia carnis erubescat in errore suo iudice Deo. Sensus enim carnis est diffidere Dei potentia virginem peperisse, &c. quia hoc mundi ratio quæ carni cognata est, non recipit. Ex ipso autem vos estis in Christo Iesu. Ex ipso, id est, ex Deo, qui est omnipotens, esse nos in fide Christi. Dei enim propositum est, vt veritatem eius & misericordiam per Christum disceremus. Veritas est mysterium Trinitatis: misericordia verò, quia cùm essemus captiui, redemit nos.

Qui factus est sapientia nobis à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio: vt quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur, in Domino gloriatur.

Qui factus est sapientia, &c. Ad confirmationè credentium, Christum Dei voluntate dicit egisse quæ gestit: vt sciamus verè nos sapientiam didicisse, & sanctificatos esse, & iustificatos, & redemptos à Deo per Christum. Nemo enim redimit, nisi quod suum fuerat. Siue ergo quod redempti sumus, siue quod sanctificati, id est, ab opere carnis & idolorum immunditia purgati, siue quod iustificati, ( iustum est enim creatorem colere ceteris spretis, ) siue quod sapientes per id quod mūdanos dicimus imperitos, totum hoc Dei beneficium est per Christum. Redemptio tamen nostra hæc est. Obrulit enim se Christo diabolo cupienti, vt peccatorum in se contradictionem sufferret, & sic captiuos eius erueret. Vt quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Hoc scriptum est in Hieremia propheta. Dignum est quod dicit sanctus propheta, vt in Domino gloriemur: quia nõ poterit confundi qui gloriatur in Domino. Opera enim eius & magnificentia in rebus gestis apparent. Ideoq; confundantur, inquit, in idolis suis, qui non pluunt, nec fecerunt caelum & terram. Simili modo & qui in hominibus gloriatur, quos sciunt vtique nullius esse virtutis. Quare & ait scriptura, Vana spes est in homine.

ET ego cùm venissem ad vos fratres, veni non cum eminentia sermonis aut sapientia, prædicans vobis mysterium Dei. Neque enim iudicavi me scire aliquid inter vos, nisi Christum Iesum, & hunc crucifixum.

Quoniam superius gradatim formam disciplinæ nostræ ostendit, nunc se nõ aliter illis tradidisse probat, quàm quæ supra ostendit: quia & in humilitate sermonis, & in stultitia prædicationis, sicut mundo videtur, locutus est illis de Christo mysteriũ. Quod ideo mysteriũ vocat, quia quod incarnatum est occultum erat à sæculis, apud Deum Deus verbũ. Hæreticos autem esse in quibus gloriabantur, quia & per eloquentiam, prauam doctrinam cõmendabãt, & prudentiam mundi secũantes, crucè Christi euacuabant,

Luc. 16. 1. Cor. 2. Psal. 50. Sap. 13. Matth. 3. Ioan. 8. Act. 17. Matth. 10. Heb. 2. Sap. 5. Hebr. 2. Coloss. 1. 1. Tim. 3.

Hebr. 2. Act. 17. Apoc. 5. Hier. 17. Hierem. 9. Ioan. 6. 1. Cor. 6. Sap. 13. Hebr. 12. Hierem. 9. Eccl. 2. Hierem. 10. Psal. 96. Hierem. 17. CAP. II. 1. Cor. 1. Sap. 5. Sap. 9. Ioan. 14. 1. Ioan. 3.

cuabãt, erubescens stulti appellari à mūdo, vt neq; natum Christum ex virgine prædicarent, neque verè crucifixũ docerent: quia stultum videtur Dei filiũ natum hominẽ fateri & crucifixum. Hos & Apostolus Ioannes designat, dicẽs, Qui negat Christum in carne venisse, Antichristus est: & qui negat filium nec patrem habet: quia ipsum patrem sibi filium appellatũ dicebãt. Ex quibus Marcion traxit errorem qui arguit quæ clausa videntur, quia non illa manifestat; sed intelligi vult ex eo quod prudentia mundi inuenitur, quæ est religioni inimica. Quæ autem sunt quæ corripit, ex eius iudicio vult disci, vt quæque nostra deridet velut stulta, ea se omnia in Corinthiis reprehendere ostendat. Corpus enim ipsum memorat, vt ex eo membrorum eius ratio dignoscatur. Corinthiis tamen manifesta erant, quia causas in quibus arguebantur, non ignorabãt.

Et ego in infirmitate & timore & tremore multo fui apud vos: & sermo meus & prædicationis mea non in persuasione sapientiæ verborũ, sed in ostensione spiritus & virtutis Dei.

Et ego in infirmitate, &c. Christum enim in stultitia humanæ sapientiæ prædicans, odium sibi & persecutiones prouocabat, quasi rem vanam annuntians, & inimicam Iudæis atque gentibus. Et sermo meus & prædicationis mea non in persuasione sapientiæ. Ostendit non se vt hominum fauorem acquireret, humanæ sapientiæ placuisse, neque verborum arti studuisse; sed fidem auctori exhibuisse, qui doctrinam suam nõ ornatu traditionis humanæ acceptabilem voluit esse verborum strepitu, sed ipsis rebus; quia res ante verba sunt. Sed in ostensione spiritus & virtutis Dei. Hoc est; quia quæ verbis infirma, iuxta virtutem fortia, res fatuæ comptæ, prudentes videntur; Deus prædicationem suam non testimonio verborum voluit commendari, sed virtutis; vt verbis stultitia iudicata, factis se sapientiam demonstraret spiritali ratione fundatam.

Vt fides vestra non sit in sapientia hominũ, sed in virtute Dei. Sapientiam autem loquimur inter perfectos, sapientiam verò non huius sæculi, neque principum huius sæculi, qui destruuntur.

Vt fides vestra, &c. Hoc est, inter eos qui crucem Christi virtutis testimonio sapientiam fatentur. Hi enim sapientes & perfecti sunt, qui fidem non magis verbis habent, quàm rebus. Sapientiam verò non huius sæculi. Rectè ait, sapientiam non huius sæculi, sed futuri, in quo veritas Dei negantibus apparebit. Hoc enim sæculum rationem hanc non capit infirmitate cogitationis terrenæ. Neque principum huius sæculi, qui destruuntur. Manifestum est non esse sapientiam hanc principum huius mundi, quia destruuntur ab illa: Christianitas enim errores quos hi insulerunt, excidit; id est, idololatram, auaritiam, & cetera vitia, sicut dicit Ioannes Apostolus, Propter hoc venit filius Dei, vt solueret opera diaboli.

Sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est: quam prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram.

Sed loquimur Dei sapientiam, &c. Occultum sensum manifestare se missum testatur, quem neque principes neque potestates scirent, neque mundus audierit, ac per hoc stultum putari, quia incognitum est. Essè autem rationale & salutare teste virtute, cui omnis intentio, cõdit ratiocinationis humanæ. Abscondita est ergo Dei sapientia, dũ nõ in verbis, sed in virtute est; non humana ratione possibilis, sed spiritus efficacia credibilis. Quæ prædestinavit Deus ante sæcula in gloriam nostram. Vique adeo vera sapientia & cum Deo semper fuisse declaratur, vt ante sæcula prædestinata in gloriam nostram dicatur qui credimus. Præsciens enim Deus errores futuros in mundo quem erat facturus; decreuit ad confusionem illorum qui sibi stultitiam sapientiam facturi erant; ad nostram autem gloriam qui credituri eramus & credimus.

Quam nemo principum huius sæculi cognouit. Si enim cognouissent, numquam Dominum maiestatis crucifixissent.

Principes huius sæculi non solum homines accipiedos Iudæorum ac Romanorum: sed & hos principes ac potestates, quos supra dixit, ad quos verè pertinet dictum hoc, aduersus quos nobis colluctatio est, spiritalis nequitia in cœlestibus: quia cõsilio ac voluntate illorum crucifixus est Christus. Denique post tentationes diabolus recessit, ait, vsque ad tempus. Et ipse Dominus, Princeps, inquit, huius mundi venit, & in me inuenit nihil. Principes ergo huius sæculi per ignorantiam Dominum maiestatis crucifixerunt. Nam Iudæorum principes, quomodo principes huius sæculi possunt intelligi, qui erant subiecti regno Romano? Et neque Romanorum principes crucifixerunt Christũ, quippè cùm dixerit Pilatus, Nullam causam mortis inuenio in eo. Vnde & manus lauit, dicens Iudæis, Innocens ego sum à sanguine iusti huius: vos videridis. Hi ergo principes crucifixerunt Dominum, quos detriumphauit liberè in semetipso: quamuis dicat Marcus Euangelista de dæmonibus: Sciebant enim Christum ipsum esse Iesum. Scierunt quidem ipsum esse, sed qui in lege promissus erat: mysterium tamen eius quod filius Dei est, nesciebant. Hoc etiam & Petrus Apostolus ad populum Iudaicũ dixit, Scio fratres, quia per ignorantiam egistis hoc malum, sicut & principes vestri: non tamen huius sæculi. Si ergo per ignorantia serui occiderunt Dominũ, peccatũ eis adscribi nõ debet. Sed nõ licet hoc ignorare. Et quamuis Dominũ esse nescirent, nescij tamen non erant quia rem impiam faciebant, Dominus tamen maiestatis crucifixus dicitur, cùm mori nesciat. Sed quia verbũ caro factũ est, id est, Dei filius incarnatus, homo factus est, ipsi adscripta est mors: quia Iudæi non vtique carnem persecuti sunt, sed eum qui operabatur per carnem: ac per hoc quamuis Dominum maiestatis mortem ignoret, quantum tamen ad Iudæorum votum pertinet, & ad principum huius sæculi, Dominum occiderunt in carne.

Sed sicut scriptũ est, Quod oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit, hoc præparauit Deus diligentibus eum.

Ephes. 3. Coloss. 1. 1. Cor. 4. Eccl. 2. 4. Sap. 5. 1. Cor. 1. Eph. 6. Luc. 4. Ioan. 14. Ioan. 19. Ioan. 18. Mat. 27. Coloss. 2. Marc. 1. Luc. 4. Act. 3. Ioan. 1. Coloss. 1. 1. Ioan. 3.

Esai. 64.

Hoc scriptum est in Esaiâ propheta aliis verbis. Per hoc exemplum inopinatam rem factam dicit, & quæ non solum in humanum sensum non caderet, sed & cælestes potentias lateret, Dei scilicet filium incarnatum; ut quod supra dixerat, firmaret: quia si principes huius sæculi Deum hominem factum non intellexerunt, quanto magis homines? Sed si verba offendiculum vel scandalum faciebant, virtutibus tamen & signis fides non debuerat denegari. Infirmi tati enim & ignorantia humanæ virtus debuerat præponi, & credi quod humanæ rationi impossibile videbatur: ideoque diligentibus Deum, id est, credentibus præparauit donum hoc.

Rom. 8.

Nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum.

Ephes. 1.

Quia principes sæculi hoc ignorabant, Deus hoc per spiritum suum reuelauit credentibus: quia res Dei non potest sine spiritu Dei addisci. Nam non solum hominibus sacramentum istud missum se dicit declarare, sed & principibus & potestatibus in cælestibus, qui Dominum crucifixerunt: ut hoc prædicante in terris, dicant qui sunt in carnalibus cælis, qui degunt sub elementis firmamenti. Hic ergo singularis Apostolus est, qui hanc gratiam consecutus est: quia Trinitatis mysterium à nullo sic potuit explanari: unde & vas electionis diuino iudicio vocitatus est.

Ephes. 6.

Ast. 9.

Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Quis enim hominum scit hominis abscondita, nisi spiritus hominis qui in ipso est? Sic & quæ Dei sunt nemo nouit, nisi spiritus Dei.

Ioan. 16.

1. Cor. 14.

Quia enim de Deo est hic spiritus, omnia nouit Dei. Profunda autem ideo ait, quia omnem virtutem & præscientiam eius nouit: quod omnino creaturæ impossibile est. *Quis enim hominum scit hominis abscondita, nisi spiritus hominis qui in ipso est?* Manifestum est cogitationes nostras à nullo sciri, nisi ab animo nostro, quem spiritum dixit. Denique in Euangelio inter cætera sic ait. Et spiritus eius reuersus est ad illa. *Sic & quæ Dei sunt nemo nouit, nisi spiritus Dei.* Hic spiritus Dei docuit nos, quos sit naturaliter non doctos; & docuit nos de mysterio Christi, quia non solum spiritus Dei est, sed & Christi.

Luc. 8.

Ioan. 6.

1. Ioan. 2.

Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est: ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis.

Iuo par. 11.

cap. 6.

1. Reg. 18.

Hinc scimus quia spiritum qui de Deo est, accepimus: quia mundi spiritus non potest scire quæ ab hoc nobis insinuata sunt. Spiritus tamen mundi hic est, per quem arripiuntur phanatici, qui sine Deo sunt. Est enim inter mundanos spiritus potior: unde solet coniecturis quæ mundi sunt diuinare, quem Pythonem appellant. Hic est qui per verisimilia fallitur & fallit: hic est qui per Sibyllam locutus est, sensum nostrorum secutus, locum volens inter cælestes habere. *Ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis.* Quia enim Dei spiritus datus est nobis, scimus quæ à Deo donata sunt nobis. Non enim hæc possemus scire si mundi spiritum haberemus, quia non potest ea quæ sunt Dei scire mundi spiritus. Sentum enim

Dei nemo nouit, nisi qui de Deo est spiritus Dei. Inferiora enim non possunt superiorum scire consilium, neque creatura conditoris sui dignoscere uoluntatem.

Quæ & loquimur non in sua foris humanæ sapientiæ verbis: sed in ostensione spiritus, & virtute Dei, spiritualibus spiritualia comparantes.

Ut hinc manifestum sit scire nos quæ à Deo nobis donata sunt: quia hæc & loquimur, ut & alij discant per doctrinam spiritalem. Prædicatoribus enim, id est Apostolis, insinuata diuinitus sunt quæ traderent populis, & addicerent principes huius sæculi quid admississent mali. *Non in sua foris humanæ sapientiæ verbis: sed in ostensione spiritus.* Verba enim humanæ sapientiæ hunc sensum non uident; neque litterarum studiis apprehenditur, sed per fidem spiritali ratione concipitur, dicente Esaiâ propheta, Nisi credideritis, neque intelligetis. Naturali enim magis lege, quam cursu siderum, & calculis signorum quæ in firmamento denotantur, adipiscitur. Denique credentes non humanis verbis, sed naturæ suæ uident congruere quod credunt. Opus enim agnoscit opificem: ideoque Euangelium animis nostris loquitur spiritualia, excitat illos ad cognitionem sui creatoris. *Spiritualibus spiritualia comparantes.* Hoc est, iis qui mundanam prudentiam refutat, spiritali efficaciam tradere, quæ mysterio fidei continetur ad illuminandos sensus beneuolentium hominum. Credentes enim quæ mundi sapientia stulta iudicat, spirituales sunt.

Animalis enim homo quæ sunt spiritus Dei nescit, & stultitia est illi, & non potest scire: quoniam spiritaliter iudicatur.

*Animalis enim homo, &c.* Pecoribus enim similis sensum suum in terrâ deprimit: ideoque non assequitur nisi quæ uidet, nec putat aliquid posse fieri quàm quomodo scit. Ideo quidquid aliter audit quàm nouit, stultum iudicat. nihil enim æstimat posse fieri sine commixtione. Unde ridet audiens Deum filium genuisse, quem scit simplicem & incorporeum; & uirginem peperisse, & resoluta corpora rursum reuocari ad uitam: cum hæc magis ad laudem Dei proficiant, ut credatur fecisse, cuius operis ratio inuestigari non possit. Deus est enim qui fecit. Imbecillitas enim humana stultum putat quod scientia sua non concludit, cum hoc magis stultum deberet habere, & illud prudens: quod quia Dei factum dicitur, non potest comprehendere. *Et non potest scire: quoniam spiritaliter iudicatur.* Humanam traditionem sequentes, dum unius Dei fidem abnegant, spiritaliter factum est, quod ratione carnis inflati putant fieri non posse: & sic reprobi adnotati, spiritaliter condemnati sunt.

Spiritalis uero diiudicat omnia, & ipse à nemine iudicatur. Quis enim cognouit sensum Domini? quis instruxit eum? Nos autem sensum Christi habemus.

Quoniam uera ratio spiritalium est, id est credentium, (hoc enim quis nuncupatur quod credit,) ideo ipsi omnia iudicant. Ipsorum enim exemplo infidelitas

Rom. 5.  
Esai. 40. et 45.  
Rom. 11.

Luc. 10.  
Ioan. 14.

Esai. 7.  
Sep. 13.

1. Cor. 1.

Psal. 48.

Ast. 17.  
Ezele. 8.

Coloss. 2.

1. Cor. 6.

1. Cor. 3.

Esai. 40. et 45.  
Sep. 11.

Math. 19.

CAP. III.

1. Cor. 10.  
Sep. 1.

1. Cor. 15.  
1. Cor. 9.

ibid.

Luc. 8.

Math. 17.

delitas diiudicabitur: ipsi autem à nemine iudicabuntur. Quis enim cõdemnet uera dicentem? Cum enim constet omnes inimicos fidei falsa tenere pro ueris, accusatio illorum in irritum iam deducta est, uerum iudicio condemnata: quia qui non crediderit, inquit Dominus, iam iudicatus est. *Quis enim cognouit sensum Domini? quis instruxit eum?* Sensus Dei est, quo hæc spiritaliter iussit fieri, per quem mundi sapientia stulta probaretur, negans posse fieri quod factum est. Quem sensum nullus esse qui cognouerit, & displiceat illi ut emendet consilium Dei: quia qui cognouit, laudat potentiam Dei: quem qui omnia negat posse, nec mundum credit fecisse. Quid enim magnum est, ut de se credatur generasse, qui non ambigitur cuncta ex nihilo fecisse? quippe cum dicat Saluator, Apud Deum autem omnia possibilia sunt. *Nos autem sensum Christi habemus.* Hoc dicit, quia qui credentes sumus, eiusdem, id est diuinæ sciëntiæ sensum habemus.

ET ego fratres non potui uobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Quasi paruulis in Christo lac uobis potum dedi, non escam. nōdum enim poteratis; sed neque nūc potestis: adhuc enim carnales estis.

Nunc his loquitur, qui propterea quod sæculi adhuc uoluptatibus seruiebant, carnales erant. Quauis iam baptizati essent, & Spiritum sanctum accepissent: tamen quia post baptismum statim ad ueterem hominem fuerant reuersi, cui abrenuntiauerat, dicuntur carnales. Spiritus enim sanctus tunc permanet in eo cui se infuderit, si permaneat in proposito regenerationis: si quo minus, abscedit, ita tamē, ut si se reformauerit homo, redeant ad illum. Semper enim paratus ad bonum est, diligens poenitentiam. *Quasi paruulis in Christo lac uobis potum dedi, non escam.* Quauis renati essent in Christo, tamen non fuit dignum tradi his spiritualia. Accepta enim fide, quæ est uel semen spiritale, nullum fructum Deo dignum fecerunt, ut perfectionis uerba mereantur addiscere, sed quasi paruuli imperfectionis sensibus studebant. Apostolus autem uir diuinus, & medicus spiritalis, unicuique secundum vires eius tradebat, ne per imperfectionem & imperitiam quis de rebus spiritalibus scandalum pateretur. *Nondum enim poteratis.* Ostendit aperte non illos debuisse audire quæ confirmatis dicenda sunt. *Sed neque nūc potestis: adhuc enim carnales estis.* Hic ualde arguit temeritatem illorum qui querebantur dudum se non audisse spiritualia, cum adhuc indigni essent audire. Pseudoapostoli enim promiscuè omnibus uia atque eodem genere tradebant, nullius personam discernentes, ut acceptabiles fierent per hypocrisim commendati: cum constet Dominum & auctorem nostrum Christum aliter populis, aliter discipulis interfatum, & inter ipsos Apostolos fecisse distantiam. Tribus etenim discipulis gloriam suam in monte ostendit, dicens illis ut taceret uisum quamdiu à mortuis resurgeret.

Cum enim in uobis æmulatio & contentiones sint; nōnne carnales estis, & secundum

hominem ambulatis? Cum enim quis dicat, Ego sum Pauli; alius autem, Ego Apollo, nōnne homines estis?

Indignitatis causam ostendit: quia de homine sperat auxilium, carnalis est. Qui autem spreta humanitate, de Deo sperat, spiritalis est; quia Deus spiritus est. *Cum enim quis dicat, Ego sum Pauli, alius autem, Ego Apollo, nōnne homines estis?* Sicut enim gloriantes in Deo, & de ipso omnem gratiam sperantes, dii dicuntur à Deo adoptati: ita & in homine gloriantes, & homines & carnales dicuntur sententia Dei conclusi, qui ait, Ego dixi, dii estis: uos autem sicut homines moriemini. A sua ergo persona incipit, ne forte putaretur per inuidiam magis personas illorum destruere; ostendens magnum errorem, & ad Dei contumeliã pertinere, quando Deo prædicato gloria datur hominibus. Quid ergo minus est à gentilitate, dū adhuc aliquid de hominibus speratur?

Quid igitur est Apollo? quid uerò Paulus? Ministri eius, cui credidistis: & unicuique sicut Dominus dedit.

Ut quia ministri sunt, spes in his non sit, sed in Deo cuius ministri sunt. Illi enim gratiarum actio deferenda est, cuius donum est: hi uero serui, quos etiam inuitos oportet dispensare. Numquid non Moyses coactus est ire ad Pharaonem; & Ionas inuitus missus est prædicare Niniuitis; & Ananias contradicēs missus est Saulo manum imponere? *Et unicuique sicut Dominus dedit.* Id est, sicut uoluit & sciuit diuisit singulis officia ministerij.

Ego plantauit, Apollo rigauit: sed Deus incrementum dedit.

Plantare est euangelizare, & ad fidem attrahere: rigare uerò, baptizare solemnibus uerbis: peccata autem dimittere, & spiritum dare, Dei solius. Si ergo effectum salutis Deus dat, nulla gloria in hac re hominis est. Scimus enim & Spiritum sanctum sine manus impositione datum à Deo; & non baptizatum consecutum remissionem peccatorum. Numquid non hic inuisibiliter baptizatus erat, quādo donum baptismatis consecutus est?

Itaque neque qui plantat est quidquam, neque qui rigat: sed qui incrementum dat Deus. Qui enim plantat & qui rigat, unum sunt. Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.

Et plantata enim solent emori, & rigata ad effectum fructu dicitatis minimè peruenire, nisi det Deus vegetam uitam. Quantum ergo ad honorificentiam Dei pertinet, nihil est homo: quantum autem ad ministerium pertinet, necessarius est ut honorificetur quasi seruus, non ut aliquid de illo speretur ad iniuriam Dei. *Qui enim plantat & qui rigat, unum sunt.* Unum sunt, quia ambo mercenarij sunt, quamuis diuersa sint illorum officia. *Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem.* Quauis enim unum sint, sed quia maior est qui euangelizat, quàm qui baptizat, ideo discreuit mercedes il-

Ioan. 4.

Psal. 81.  
Ioan. 10.  
Psal. 81.

Psal. 117.

Exod. 4.  
Ione 1.  
Ast. 9.  
Ephes. 4.

Luc. 5.

Ast. 2.  
Act. 10.

Iob 4.

Iob 7.

lorum: & non solum ad hoc, sed ad doctrinam sinceritatem pertinet, vt maiori mercede sit dignus qui inuolantam tradit doctrinam.

Dei enim fumus operis adiutores: Dei cultura, Dei edificatio estis. Secundum gratiam Dei qua data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posuit, alius autem superedificat. Vnusquisque autem videat quemadmodum superedificet.

Dei enim fumus operis, &c. Hoc ad Apostolorum personam pertinet, quos constat Dei esse adiutores, quia vicarij sunt Christi. Secundum gratiam Dei que data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui. Gratiam sibi datam dicit, vt dignus esset predicare Euangelium: vt & hoc Dei esse ostenderet, non hominis. Secundum hanc itaque gratiam, vt sapientem architectum fundamentum se dicit posuisse. Sapiens architectus est, qui iuxta disciplinam auctoris collocat fundamentum: id est, qui secundum traditionem Saluatoris euangelizat. Alius autem superedificat. Superedificia sunt, que post predicationem Apostolorum a superuenientibus traduntur aut malis aut bonis doctoribus. Vnusquisque autem videat quemadmodum superedificet. Id est, vt superedificia congruat fundamento, ne si obliqua fuerint & friuola, ruinam faciant, manente incolumi fundamento: quia si male docuerit, Christi nomen permanet, quod est fundamentum: doctrina autem mala peribit, sicut dicit Dominus, Omnis plantatio quam non plantauit pater meus caelestis, eradicabitur.

Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Si quis autem superedificat supra fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, faenum, stipulam, cuiusque opus manifestum erit. Dies enim declarabit, quia in igne reuelabitur: & vnus cuiusque opus quale sit, ignis probabit.

Fundamentum aliud, &c. Ideo nemo potest ponere aliud fundamentum, quia quamuis haeretici sint aliqui, non tamen docent nisi sub Christi nomine. Aliter enim commenta erroris commendare non possunt, nisi interposito Saluatoris nomine predicent, vt res contrarias & absurdas nominis dignitas faciat acceptabiles. Si quis autem superedificat supra fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos. Lapidis pretiosi sunt, quos non corrumpit ignis. Tria genera posuit praecleara in mundo, in quibus bonam doctrinam significauit. Ligna, faenum, stipulam. Tria alia genera posuit, sed friuola. In his corrupta & vana doctrina designata dignoscitur. Cuiusque opus manifestum erit. Dies enim declarabit, quia in igne reuelabitur. Hoc est, mala doctrina in igne omnibus apparebit, nunc enim quosdam fallit. Et vnus cuiusque opus quale sit, ignis probabit. Quia enim per ignem examinatio fiet, si in aliquo non inuenierit quod exurat, manifestat illum bonum fuisse doctorem. Mala enim & adultera doctrina idcirco in li-

gno, faeno, & stipula significata est, vt ostenderetur ignis esse esca.

Si cuius opus manserit quod superedificauerit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, damnatum patietur: ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem.

Si cuius opus manserit, &c. Cum enim nihil in illo fordus inuentum fuerit prauae doctrinae, vt in bono auro, ita erit vt tres fratres in camino ignis, mercedem vitam aeternam cum gloria accepturus: quia sicut aurum & argentum, & lapides quos ignis non corrumpit, ita & bonus magister incorruptibilis permanebit. Si cuius opus arserit, damnatum patietur. Opus quod ardere dicitur, mala doctrina est, quae interibit. Cuncta enim mala peribunt, sicut iter impiorum quia non sunt substantiae, sed asseuerationes peruersae. Damnatum autem pati, est poenas perpeti. Quis enim in poena postus iacturam non facit? Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Saluum illum futurum dixit, quia non interibit substantia qua constat: sicut & doctrina mala peribit, quia accidens causa est. Ideo autem dixit, Sic tamen quasi per ignem, vt salus haec non sine poena sit; quia non dixit, Saluus erit per ignem; vt merito suo ab igni non combustus, saluus fiat examinatus per ignem: sed cum dicit, Sic tamen quasi per ignem, ostendit saluum illum quidem futurum, sed poenas ignis passurum, vt per ignem purgatus fiat saluus, & non sicut perfidi aeterno igne in perpetuum torqueatur, vt ex aliqua parte operae pretium sit credidisse in Christum. Saepem enim erubescat necesse est, qui se videt falsum defendisse pro vero. Et simili modo semper fiduciam habebit Dei qui abiecto falso secutus est verum, & sprete impietate succubuit pietati. Extra catholicum enim quid. Luc. 11. quid est, contrarium est.

Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei habitat in vobis? Si quis templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos.

Templum Dei nos dicit, vt Deum in nobis habitare sciamus. In templo enim suo habitet necesse est. Et quia spiritus Dei dicit habitare in nobis, Deum significat intelligendum spiritum sanctum. Si quis templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Haec idcirco praemisit, vt illos compungat, qui turpiter viuentes, corpora sua violando corruerant, maxime ille qui uxorem patris habebat; vt ante esset reus, quam causa illius in medium prorumperet. Denique simili, immo eodem modo, cum causam illius iudicat, loquitur, dicens, An nescitis quia corpora vestra templum est spiritus sancti qui in vobis est, quem habetis a Deo? Hic templum Dei dicit, infra vero templum spiritus sancti. Quis hic dubitet, quia spiritum sanctum Deum significauit?

Nemo se deducat. Si quis videtur sapiens esse inter vos in hoc saeculo, stultus fiat vt sit sapiens. Sapientia enim huius mundi, stultitia est apud Deum.

Nemo

Nemo se deducat, &c. Id est, nemo proprio vel humano consilio putet se sibi prodesse. Ad superiorem sensum redit. Si quis videtur sapiens esse inter vos in hoc saeculo, stultus fiat vt sit sapiens. Hoc dicit, quia si quis intelligit salutem promissam, & mysterium incarnationis Domini nostri Iesu Christi, stultus fiat: id est, sapientiam mundi fugiat, vt stultus ab ea iudicetur, & tunc erit prudens: quia stultus saeculo prudens est Deo, dum credit, Deum fecisse quae ratio mundi non capit, sicut supra memorauimus. Pseudoapostoli autem prudentes volentes videri in mundo, neque Deum filium habere, neque incarnationem veram esse, neque carnem posse resurgere praedicabant. Sapientia enim huius mundi, stultitia est apud Deum. Sic stultitia est sapientia huius mundi apud Deum, dum facit Deum quod mundus fieri posse negat, sapientiam illius stultitiam probat: & cum multos deos dicant, fides autem vnum probet teste virtute, imprudentia sua confundentur.

Scriptum est enim, Apprehendam sapientes in astutia eorum. Et iterum, Dominus nouit cogitationes sapientum, quoniam vanae sunt. Itaque nemo gloriatur in homine.

Dominus nouit cogitationes, &c. Istud in Psalmo habetur x c i i. Denique idem sensus est. Sciens enim vanas cogitationes illorum, vt stultos esse probaret, sapientiam illorum apprehendit, ostendens verum esse quod falsum dicebant, & falsum quod verum putabant. Itaque nemo gloriatur in homine. Quoniam enim humanae cogitationes & consilia improuida & infirma sunt, non est gloriandum in homine, sed in Deo, cuius consilium retractari non potest. quidquid enim homines sine Deo sapiunt, stultum est.

Omnia namque vestra sunt: siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue praesentia, siue futura omnia vestra, vos autem Christi, Christus vero Dei.

Alio loco dicit de eodem sensu, Nos autem seruos vestros propter Iesum. Seruos pro ministris posuit, vt non singulos sibi deferrent, cum omnibus vterentur, sicut & Dominus dicit, Ego sum in medio vestrum non vt ministrer, sed vt ministrum. Nam mundus vti que noster est, sed vt de illo secundum Dei voluntatem sentiamus, & decretos cursus eius in Dei voluntate ponamus. Et vita praesens concessa nobis est, sed vt modeste illam & cum Dei gloria transigamus. Siue mors: vt pro Christo mori libenter habeamus spe promissionis futurae. Siue praesentia: vt sic praesentibus vtamur ne offendamus. Siue futura: vt futura credentes, ipsis non magis quia meliora sunt, accommodemus. Vos autem Christi: vt quomodo haec iudicio nostro concessa sunt & subiecta, ita & nos Christo subiiciamur, quippe cum per ipsum esse ceperimus & in prima origine, & regeneratione. Christus autem Dei: Christus Dei est patris sui proprius filius, faciens voluntatem eius, vt & nos ipsius faciamus. Si ergo Christi sumus famuli, quid est vt ad eius iniuriam de hominibus aliquid speremus?

S. Ambr. tom. 3.

T

ITA nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Hic iam quaeritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.

ITA nos existimet homo, &c. Hoc significat, quia minus de illo sentiebant aliqui Corinthiorum: sed vt homo hoc de illo sentiret quod & Deus qui illum elegerat, ideo ministros Christi ait, & dispensatores mysteriorum Dei. Quando enim non verborum strepitu, neque humana sapientia nitebatur intelligi, debuit sacramentum Christi dispensare, in quo non verba sed virtus fulgebat, non per quod homo, sed Deus gloriosus videretur. Collega enim piscatorum, non aliter quam illi Christum praedicabat. Cum ergo ministrum se Christi & sacramentorum Dei probat, pseudoapostolos notat, & abnegat Christi esse quod tradunt, per id quod discordaret a traditione apostolica. Hic iam quaeritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur. Hoc quod dicit, non solum ad pseudoapostolorum personam pertinet, sed & ad reliquorum, qui accepta dispensatione, aut verecundia, aut timore, aut certe commendationis suae causa constanter arguere trepidabant aut malos sensus aut mores. Hic enim tam constans erat, vt nec vitae suae parceret, dummodo fideliter omnia consummaret.

Mihi autem pro minimo est vt a vobis iudicer, aut ab humano die: sed neque me ipsum iudico. Nihil quidem mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, qui autem iudicat me, Dominus est.

Mihi autem pro minimo est, &c. Quos in tantis vitiis reprehendit, minimum dicit ab his se iudicari; quippe cum nec a iustis iudicandum se sciret. Aut ab humano die: hoc est, quia nec a legibus mundo creditis iudicandus erat. Supergressus enim humanam iustitiam, caelesti iustitiae studebat, sicut dicit Dominus, Nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Pharisaeorum, non intrabitis in regnum Dei. Humanum ergo diem cum dicit, significat & diuinum, in quo iudicaturus est Christus: quia sicut iurisconsulti seu pontifices, quos vocant sacerdotes, certos dies quibus iudicatur decreuerunt; ita & dies Domini definitus est, quo iudicaturus est mundum. Sed neque me ipsum iudico. Nihil quidem mihi conscius sum. Apertum est, quia conscientiam puram habens sollicitus de se non erat. Sed non in hoc iustificatus sum. Nunc humiliat se, & loquitur vt homo qui possit culpam incurrere nescius. Qui autem iudicat me, Dominus est. Recte ait: quamuis enim humiliauerit se, tamen Domino Christo plurimum dedit, quia potest quod hominem latet, dum occulta iudicat, manifestare, non vt reum faciat, sed prudentem. Quis enim homo est, quem non aliquid lateat? Interdum enim aliquid vtile putamus, quod inutile est. Nec enim omnia membra aut latera conuersationis humanae descripta habemus: ab iis autem quae grauius sunt aperte, prohibiti sumus. Nam quaedam causa nos fallere solent ex causis aliquibus ortae, vt quod non est vtile, putemus vtile: quod leue quidem est, quia propositum liberum est.

1. Petr. 1.

Matth. 24.

2. Tim. 3.

Matth. 7.

Ephes. 2.

Matth. 7.

2. Tim. 2.

Matth. 15.

2. Cor. 5.

Galat. 1.

1. Tim. 5.

1. Cor. 1.

2. Cor. 2.

1. Cor. 15.

1. Cor. 8.

1. Cor. 5.

1. Cor. 9.

Sap. 13.

Sap. 9.

1. Cor. 11.7.

1. Cor. 4.

Luc. 22.

Sap. 16.

Philip. 1.

Ephes. 1.

Ioan. 6.

Dan. 3.

Psalm. 1.

Matth. 25.

Luc. 11.

2. Cor. 6.

1. Ioan. 5.

1. Cor. 5.

1. Cor. 6.

Nemo

CAP. III.

1. Cor. 1.

1. Cor. 2.

Ibid.

Galat. 2.

1. Cor. 9.

1. Cor. 15.

Matth. 10.

1. Cor. 6.

1. Cor. 6.

Matth. 5.

Matth. 17.

Psalm. 18.

Rom. 2.

Rom. 14.



promissam accipiamus : si quo minus , geminabitur G nobis poena illorum : qua maior notitia legis plus facit reum . Propterea qui se putat stare , videat ne cadat . Hoc ad eos loquitur , qui praesumens de scientia qua licitum est omnia edere , infirmis fratribus scandalo erant , & putantes aliquid se proficere doctrina pseudoapostolorum , deteriorauerant ; & iudicabat Apostolum , cum ipsi essent rei . Superbiam ergo amputat , ne per hanc tententur , sicut Iudaei tentati sunt , & perierunt .

Tentatio vos non apprehendat , nisi humana .

Ac per hoc detrahentes Apostolo , Dominum tentare videntur : quia & tunc cum Moyse detraherent , & dubitarent de eo , Deum tentasse dicuntur . Omne enim quod probatum non habetur , tentatur . Ideo ut haec tentatio conuelleretur , admonet cum terrore . Ut autem non nisi humana tentatio illos apprehendat hortatur . Humana enim tentatio est propter spem Dei diffidere de homine , quia vana spes in homine : ut in necessitate aut pressura non desperet de Deo , humanum auxilium requirendo , sicut & Iudaei qui dubitantes de Deo , idolorum adminicula exorabant , hoc est , humanum auxilium : quia diipaganorum terra sunt , & culturam idolorum humanus error inuenit . Propter Christum ergo pati , humana tentatio est , per quam proficitur apud Deum .

Fidelis autem Deus , qui non patietur vos tentari supra quam potestis : sed faciet cum tentatione etiam prouentum , ut possitis tolerare .

Ideo fidelem dicit Deum , qui non patietur vos tentari supra quam potestis , quia daturum se promissit Deus diligentibus se regna caelestia ; & det necesse est , quia fidelis est . Propterea ergo tribulatis pro se aderit , nec patietur tantum irrogari quod tolerari non possit ; sed faciet ut aut cito cesset tentatio , aut si prolixa fuerit , det tolerandi virtutem : alioquin non dabit quod promissit , quia vincetur qui patitur . Homo est enim infirmitati subiectus , & non erit qui eripiat . Sed quia fidelis est Deus qui promissit , subuenit ut impleat quod promissit . Denique breuiatos dies dicit Dominus , ut saluentur electi , ut possint consequi regnum Dei . Quomodo tamen a Deo adiuuatur , si tantum permittatur tentari , quantum potest ? Adiuuatur plane , dum non plus permittitur ei imponi , quam scitur ferre posse : ut quarto die pati non permittatur , qui scitur ultra non posse quam triduo tolerare .

Quapropter charissimi , fugite ab idolorum cultura . Quasi prudentes vos iudicate quod dico .

Hortatur etiam nunc ut abstineant se ab omni societate idololatriae , ut non solum spes , sed & animus inde tollatur , ne per hoc nascatur in Deum tentatio . Nemo enim assiduus in idolio aliquid speret de eo . Hinc enim sperare , dubitare de Deo est : sicut & Saul relicto Deo , qui ei fuerat delicti causa iratus , ad idololatriam se contulit , aliquid sperans de ea . Cui quidem & in praesenti obfuit , & in futurum gehennam

ultricem prouidit . Quasi prudentes vos iudicate quod dico . Exempla subiicit , ut facilius suadeat : quia cui verba satis non faciunt , solent exempla suadere .

Calix benedictionis quem benedicimus , nonne communicatio sanguinis Domini est ? Panis quem frangimus , nonne communicatio corporis Domini est ? Quia vnus panis , vnum corpus multi sumus . omnes enim de vno pane & de vno calice participamus .

Quoniam vnum sumus , alter alterius membra ; vnum nos sentire debere dicit , ut fides vna vnū habeat sensum & opus .

Videte Israel secundum carnem : nonne qui edunt hostias , participes sunt altaris ? Quid ergo dico , quia simulacro immolatum aliquid est : non quia simulacrum est aliquid : sed quae sacrificant , demoniis immolant .

Videte Israel secundum carnem , &c . Hoc est , discite homines videntes Deum , quemadmodum se habent carnalia , id est idololatria . Nonne qui edunt hostias , participes sunt altaris ? Sicut enim nos de vno pane & de vno calice percipientes , participes & confortes sumus corporis Domini : ita & qui edunt hostias , participes sunt altaris erroris . Quid ergo dico , quia simulacro immolatum aliquid est : non quia simulacrum est aliquid : sed quae sacrificant , demoniis immolant . Simulacrum verè nihil est , quia imago videtur rei mortuae : sed sub tegmine simulacrorum diabolus colitur .

Nolo vos participes fieri demoniorum . Non potestis calicem Domini bibere , & calicem demoniorum . non potestis mensae Domini communicare , & mensae demoniorum .

Nolo vos participes fieri demoniorum . Ostendit illis non hoc esse tantum quod videtur in idolo , sed esse occultum iniquitatis mysterium , quod ut vnus Dei fidem corrumperet , Satanus adinuenit . Vnde & Ioannes Apostolus in epistola sua dicit , Ad hoc venit filius Dei , ut solueret opera diaboli . Non potestis calicem Domini bibere , & calicem demoniorum , non potestis mensae Domini communicare , & mensae demoniorum . Sicut & Dominus ait , Non potestis Deo seruire , & mammonae . Quia qui calicem demoniorum bibit , calici Domini insultat : & cum mensae demoniorum communicat , mensae Domini , id est , altari obstrepit , & Domini corpus crucifigit . Idcirco enim Christus crucifixus est , ut dissolueret opera diaboli . Qui ergo facit opera diaboli , Christo repugnat .

Aut aemulamur Dominum Iesum ? Numquid fortiores illo sumus ? Omnia mihi licent , sed non omnia expediunt . Omnia mihi licet , sed non omnia aedificant . Nemo quod suum est quaerat , sed quod alterius .

Aut aemulamur Dominum Iesum ? Vix fit ut humilis zeletur potentem . scit enim non sibi competere in quo illi potest inuideri : sed aut aequali inuidetur , aut propè

propè aequali . Ideo Apostolus non posse dixit homines aemulari Dominum Iesum . Præterea qui illum sciunt Dominum , si quo minus , non videtur eis dignus esse vocari Dominus , què zelatur ne Dominus sit . Zelo enim Satanus idololatriam inuenit , ut homines negando Deum Dominum , idolis seruiat quasi diis & dominis . Omnia mihi licent , sed non omnia expediunt . Omnia dicit licere secundum legem naturæ . omnia enim munda sunt . De escis enim agebatur , & carne idolis immolata . Nam quæ prohibita & interdicta sunt , quomodo dici possunt licere , cum hic etià ipsa quæ concessa sunt , significet aliquid non expedire : sicut dicunt Apostoli : Si hæc est causa viri cum vxore , non expedit nubere . Omnia mihi licent , sed non omnia aedificant . Idem sensus est : quia licet omnia edere , sed quod idolis immolatur , non aedificat , quia scandalum facit fratri , sicut supra dictum est : ideoque à licitis aliquando temperandum est , ut proficit . Hinc est vnde sumptus ab iis , cum ei liceret , noluit accipere , sciens non expedire .

Omne quod in macello venit , edite , nihil interrogantes propter conscientiam . Domini est enim terra , & plenitudo eius .

Vt omnia munda ostenderet , exemplo Psal . xxxiii . hoc roborauit , quia non potest immundū esse quod Domini est . Et quoniã superius de escis ait , Omnia licent ; statim subsecutus est , Omne quod in macello venit , edite , nihil interrogantes propter conscientiam . Hoc autem ideo subiicit , ut libera sit conscientia . Licet enim aliquid pollutum sit per accidentiam , id est oblationem idoli ; cum hoc tamen nescit qui emit , nullum patitur scrupulum , & apud Deum immunis est .

Si quis vocat vos ex infidelibus ad cœnam , & itis : omne quod appositum vobis fuerit , edite , nihil disquirentes propter conscientiam . Si verò aliquis dixerit , Hoc immolatum est ; nolite manducare propter illum qui indicauit , & propter conscientiam . Conscientiã autem dico non tuam , sed alterius .

Omne quod appositum vobis fuerit , edite , &c . Hoc est , simpliciter manducate quod apponitur , non interrogantes vnde sit . Si verò aliquis dixerit , Hoc immolatum est ; nolite manducare propter illum qui indicauit , & propter conscientiam . Conscientiam autem dico , non tuam , sed alterius . Hoc perfectis loquitur , qui possunt contemnentes idololatriam , quia nihil est , manducare de sacrificio ; certi quia quod sub Dei creatoris nomine editur , non potest pollueri : sed quia alius qui idolis seruit , gloriabitur te edente de sacrificatis , quasi veneris idola , ideo non debet edi . Apud conscientiam enim ille lætabitur suam , quia videt te libenter appetere quod idolis immolatum est .

Vt quid enim libertas mea iudicatur ab alia conscientia ? Si ergo gratiæ particeps sum , quid blasphemor pro quo ego gratias ago ?

Vt quid enim libertas mea , &c . Hoc dicit , quia cum ab idoli deuotione conscientia sit libera , quid opus est ut putetur quia venerationis causa edat idolis im-

molata ? Iudicatur enim non distare ab eo qui colit idola , quando non horret quod oblatum est simulacro . Si ergo gratiæ particeps sum , quid blasphemor pro quo ego gratias ago ? Id est , si ego gratiæ Dei communico , quia in ipsius nomine edo : quid opus est arbitrari hoc aliquem quia ego idolo deuotus sum , dum non horreo quæ oblata sunt idolo ? hoc est , blasphemor . Et me ergo blasphemat , & ille in idolo suo gaudet , dum me putat participem , habet occasionem permanendi in errore , & fratribus malum datur exemplum . Nam si præceptum est in lege , ut luci & aræ & tituli & ipsa idola confringantur ; vide si non peccatum est non solum hæc non facere , sed & interesse epulis huiusmodi . propterea de sacrificatis non expedit edere .

Siue igitur editis , siue bibitis , siue quid facitis , omnia in gloriam Dei .

Per hæc subiecta declarauit in idolio edere , inimicum esse Deo quauis licet conscientia . Ad opprobriū enim Dei vnus hæc diabolo dedicantur . Nam in gloriam Dei edere & bibere & aliquid facere , hoc est , ut sub inuocatione creatoris cum modestia conuiuuium celebretur . In gloriam enim Dei aliquid fit , cum in actibus & conuersatione Christiani Deus laudatur , vel cum filiorum procreatio à Deo speratur .

Sine offensione estote Iudæis & Græcis , & Ecclesiæ Dei : sicut ego omnibus per omnia placeo , non quaerens quod mihi vile est , sed multis , ut salui fiant .

Sine offensione estote , &c . Sic temperandam conuersationem docet , ut nullus in ea scandalum patiat . Offensio ergo Iudæis fit , cum idola quæ illi abominantur , Christianum , qui se dicit legem & Prophetas accipere , vident non horrere . Græcis verò , id est , gentilibus , hæc est offensio , si in eo in quo sunt , non solum non arguantur , sed & promptiores fiant , dum non vitantur vota idolorum illorum . Ecclesiæ autem Dei fit offendiculum , quando quosdam ex numero suo videt iis quæ inimica sunt Deo adhærere . Sicut ego omnibus per omnia placeo , non quaerens quod mihi vile est , sed multis , ut salui fiant . Omnibus per omnia placere , est sine scandalo cuiusquam agere ad profectum utilitatis illorum , ut & illis & huic sit vile .

IMITATORES mei estote , sicut & ego Christi .

Humanum est quod dicit , ut imitatores eius sumus , qui à Deo nobis magister indultus est . Si enim hic Dei imitator est , quare non nos hominis ? Quia sicut Deus pater misit Christum magistrum & auctorem vitæ : ita & Christus misit Apostolos nobis magistros , ut eorum imitatores essemus , quia eius esse non possumus . Ita enim ait Dominus ad patrem , Sicut me misisti in hunc mundum , ita & ego misi eos in hunc mundum . Et quia digni & imitatores eius erant , subiicit , Et pro eis sanctifico meipsum .

Laudo autè vos fratres , quod omnia mea memoria retinetis : & quomodo vbique tradidit , traditiones meas tenetis .

2. Pet. 2.  
1. Cor. 8.  
Matth. 7.  
1. Cor. 10. sup.

Num. 14.

Thren. 4.

Exod. 32.

Sap. 13.  
1. Pet. 2.

Iacob. 1.  
Rom. 8.  
Hebr. 10.

Iob 14.  
Psalm. 90.

Matth. 24.

1. Cor. 8.

1. Reg. 28.

Iob 25.

1. Pet. 20.

1. Cor. 6.

Genes. 1.

Rom. 14.

Matth. 19.

1. Cor. 8.  
1. Cor. 9.

Psalm. 23.

Ast. 10.  
1. Cor. 8.

26. q. 2. c. licet aliquid.  
100 par. 11. c. 96.

Luc. 10.

Sap. 15.

Rom. 14.

1. Cor. 8.

Rom. 12.  
Rom. 15.

Gen. 32.

Deut. 32.  
Sap. 13.

Sap. 15.

1. Ioan. 3.

Matth. 6.  
Luc. 16.

1. Ioan. 3.

Deut. 7.

Coloss. 3.  
1. Pet. 4.  
1. Tim. 2.

Ast. 15.

Rom. 14.

1. Tim. 2.  
Ioan. 13.

Ioan. 17.

Ibid.

1. Cor. 9.

Postquam mores & conuersationem illorum arguit, nunc traditiones vult corrigere. Ideo non hoc confirmat, sed succenset eis, quia cum esset Apostolus eorum, immemores erant traditionum eius; neque quod adhuc non didicerant, ex aliarum ecclesiarum traditione sequebantur; ac per hoc quasi nouiter tradit illis, dicens,

Volo vos scire quia omnis viri caput, Christus est: caput autem mulieris, vir: caput autem Christi, Deus.

2. Cor. 5.

Eph. 5. Hebr. 1.

Psal. 109.

Luc. 11.

Gen. 2.

Ad auctoritatem retulit, quia homo à Deo quidem, sed per Christum. *Caput autem mulieris vir.* Quia quamuis & mulier per Christum, de viro tamen facta est, ac per hoc subiicitur viro. *Caput autem Christi, Deus.* Dignum est vt filij caput pater dicatur, quasi genitor eius. Aliter tamen caput viri Christus est, & aliter vir mulieris, & aliter Deus caput Christi est. Deus autem ideo caput Christi est, quia de eo vel ab eo genitus est. Mulieris verò caput idcirco vir est, quia ex eius costa Dei virtute formata est. Christus autem ideo caput viri est, quia per ipsum cum non esset, formatus est. Vna ergo dictio diuersam habet intelligentiam: quia & personarum discrepant & substantiarum.

Omnis vir orans aut prophetans velato capite, deturpat caput suum. Omnis autem mulier orans aut prophetans non velato capite, confundit caput suum. vnum est enim atque id ipsum, vt decaluata. Si autem non velatur mulier, tondeatur. Si autem turpe est mulieri tonderi aut decaluari, velet caput. Vir enim non debet velare caput, cum sit imago & gloria Dei: mulier autem gloria viri est.

1. Cor. 14.

*Omnis vir orans aut prophetans, &c.* Orare dicit deprecari: prophetare autem, aduentum fore Domini voce symboli post orationem essari. *Omnis autem mulier orans aut prophetans non velato capite, confundit caput suum.* vnum est enim atque id ipsum, vt decaluata. Si autem non velatur mulier, tondeatur. Si autem turpe est mulieri tonderi aut decaluari, velet caput. Vir enim non debet velare caput, cum sit imago & gloria Dei. Quamuis vna substantia sit & vir & mulier, tamen quia vir caput est mulieris, anteponendus traditur, vt per causam & rationem maior sit, non per substantiam. Inferior ergo mulier viro est, portio enim eius est, quia origo mulieris vir est, ex eo enim est: ac per hoc obnoxia videtur mulier viro, vt imperio eius subiecta sit. Honorificentiam & dignitatem viri ob stare dicit, ne velet caput. Imago enim Dei incongruum est vt veletur, abscondi enim non debet. Dei enim gloria videtur in viro. *Mulier autem gloria viri est.* Multum distat inter gloriam Dei, & gloriam viri. Vir enim ad imaginem Dei factus est, non mulier. Hæc est autem imago Dei in viro, quia vnus Deus vnum fecit hominem, vt sicut ab vno Deo sunt omnia, ita essent & ab vno homine omnes homines: vt vnus Dei inuisibilis, vnus homo visibilis imaginem haberet in terris, vt vnus Deus in vno homine videretur auctoritatem vnus principij conseruare ad confusionem diaboli, qui sibi, neglecto vno Deo, do-

Gen. 2.

Gen. 3.

Genes. 1.

Act. 17.

minium & diuinitatem voluit vsurpare. Quod propheta Ezechiel significat, & Apostolus idem. Ait enim, Ita vt in templo Dei sedeat, ostendens se quasi sit Deus.

Non est enim vir ex muliere, sed mulier ex viro, etenim non est creatus vir propter mulierem, sed mulier propter virum. (propterea debet mulier potestatem habere supra caput etiam propter angelos.)

Potestatem velamen significauit: angelos episcopos dicit, sicut docetur in Apocalypsi Ioannis. Et quia vtique homines sunt, quod non corripent plebem, arguuntur: & quod rectum est in illis, laudatur. Mulier ergo idcirco debet velare caput, quia non est imago Dei, sed vt ostendatur subiecta. Et quia præuaricatio per illam inchoata est, hoc signi debet habere, vt in ecclesia propter reuerentiam episcopalem non habeat caput liberum, sed velamine tectum: nec habeat potestatem loquendi, quia episcopus personam habet Christi. Quasi ergo ante iudicem, sic ante episcopum, quia vicarius Domini est, propter reatus originem subiecta debet videri.

Verumtamen neque mulier sine viro, neque vir sine muliere in Domino. Nam sicut mulier de viro, ita & vir per mulierem: omnia autem ex Deo.

*Neque vir sine muliere in Domino, &c.* Ideo in Domino, quia Deus ex vno fecit ambos & vnum, vna enim caro & vnum corpus sunt in Domino; hoc est, secundum Dominum qui creauit. Denique qui non credunt mulierem de viro sumptam, hi sine Domino, vel non secundum Dominum credunt hominum originem. *Nam sicut mulier de viro, ita & vir per mulierem.* Hoc firmavit quod dixit, quia ambo vnum sunt in natura, quia origo mulieris vir est, sicut legitur in Genesi factum à Domino creatore. *Omnia autem ex Deo.* Postquam gradatim exposuit singula, vt omnia Deo subiceret, vnum seruans principium, ait, *Omnia autem ex Deo.* vt neque mulier subiectionis suæ causa contristaretur, neque vir quasi exaltatus superbiret.

Vos ipsi iudicate: decetne mulierem non velatam orare Deum? Nec ipsa natura vos docet: quia vir quidem si comam habuerit, ignominia est illi: mulier autem si comam habuerit, gloria est illi, quoniam coma pro velamine data est ei.

*Vos ipsi iudicate: decetne, &c.* Hinc est vnde superius illis per ironiam succenset, dicens, Laudo, quia omnia mea memoria retinetis: & quomodo vbique trado, traditiones meas tenetis. Cum enim hæc esset traditionis ratio, vt velatae essent mulieres in ecclesia, illi contra reuelatas eas in ecclesia patiebantur. Ideoque iam non auctoritate traditionis quam neglexerant, sed per ipsam naturam suadere illis nititur veritatem, dicens, *Nec ipsa natura docet vos: quia vir quidem si comam habuerit, ignominia est illi. Hoc secundum legem locutus est: prohibet enim virum esse comatum. Mulier autem si comam habuerit, gloria est illi,*

Exech. 28. 2. Thess. 2.

Apost. 2.

33. 4. 5. c. mulier debet. Iuo par. 8. cap. 92.

Ecl. 25.

Act. 20.

Genes. 3.

Gen. 2.

Ibid.

Ibid.

2. cor. 5.

1. Cor. 11. sup. 1. Tim. 2.

Leuit. 19.

1. Cor. 14.

Num. 5.

Matth. 18. Luc. 9.

1. Cor. 1.

Tit. 1.

1. Cor. 11.

est illi, quoniam coma pro velamine data est ei. Naturaliter hoc honestum & propemodum decretum vult esse, vt velata mulier satisfaciat, & gratias agat Deo. Coma ergo indicium velaminis est, vt naturæ & voluntas addatur. Denique nulla mulier etiam reuelata adit potestatem.

Si quis autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neque Ecclesia Dei. Hoc autem præcipio, non laudans quod non in melius, sed in deterius conuenitis.

*Nos talem consuetudinem non habemus, &c.* Post rationem redditam, vt contentiosos vincat, auctoritatem interponit: quia neque Iudaismus hoc habuit, vnde dicit, *Neque nos, neque Ecclesia Dei.* vt neque Moyses, neque Saluator sic tradiderit. *Hoc autem præcipio, non laudans quod non in melius, sed in deterius conuenitis.* Quomodo particulatim conuersationem illorum per correctionem emendat, ita & traditiones illorum, non laudans vtique, sed vituperans eos.

Primum enim conuenientibus vobis in ecclesiam, audio dissensiones esse, & partim credo. Oportet enim & hæreses esse, vt & qui probati sunt, manifesti fiant inter vos.

*Primum* dicendo, genus peccati ostendit vnde orti sunt errores quos reprehendit. Vbi enim dissensio est, nihil rectum est. *Conuenientibus vobis in ecclesiam, audio dissensiones esse, & partim credo.* Oportet enim & hæreses esse, vt & qui probati sunt, manifesti fiant inter vos. Sciendo nonnullos mente corruptos versutia diaboli, dicit, *Oportet hæreses esse.* Non vtique voluit, nec optauit, sed quia sunt, futurum dixit; sicut & Dominus: Oportet (inquit) venire scindala: & Oportet filium hominis pati. præcius, quia Iudas proditor erat futurus. Vt probati autem, cum dicit, manifesti fiant inter vos: illos significat, qui in traditione accepta durantes, exempli probationis erant euangelicæ disciplinæ ad condemnationem ceterorum. Il sunt quos in capite epistolæ significat, eo quod dicerent, Nos verò Christi, cum alij dicerent, Ego Pauli, ego Apollo.

Conuenientibus igitur vobis in vnum, iam non est dominicam cœnam manducare. Vnusquisque enim vestrum propriam cœnam præsumit in manducando. Et alius quidem esurit, & alius ebrius est. Numquid domos non habetis ad edendum & bibendum? aut Ecclesiam Dei contemnitis: & confunditis non habentes? Quid dicam vobis? Laudo vos? In hoc non laudo.

Hos notat qui sic in ecclesiam conueniebant, vt munera sua offerentes, aduenientibus presbyteris, quia adhuc rectores ecclesiis non omnibus locis fuerant constituti, totum sibi qui obtulerat, vendicaret schismatis causa. Dissensiones enim inter eos pseudoapostoli seminauerant, ita vt oblationes suas zelarentur, cum vna atque eadem prece omnium oblationes benedicerentur, vt ij qui (vt assolet fieri)

non obtulerant, aut vnde offerrent non habebant, pudore correpti confundentur non sumentes partem: & tam citò illud agebant, vt superuenientes non inuenirent quod ederent. Ideoque sic, inquit, conuenitis, vt vnusquisque suum sumat, domi hæc agenda, non in ecclesia, vbi vnitatis & mysterij causa conuenitur, nõ dissensionis & ventris. Munus enim oblatum totius populi fit: quia in vno pane omnes significantur. Per id enim quod vnum sumus, de vno pane omnes iumere oportet. *Quid dicam vobis? Laudo vos? In hoc non laudo.* Apertum est: deprehensio & correpto errore, vt de cætero corrigant, & sciant hoc verum quod dudum in primordiis ipsi didicerant, formam illis quæ à Saluatore in re huiusmodi data est, iterat, dicens,

Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem, & gratias agens, fregit, & dixit, Accipite, & manducate; Hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur, hoc facite in mei commemorationem. Simili modo & calicem, postquam cœnatum est, dicens, Hoc poculum nouum testamentum est in meo sanguine. hoc facite quotiescumque biberitis, in mei commemorationem.

Ostendit illis mysterium eucharistiæ inter cœnandum celebratum, non cœnam esse. Medicina enim spiritalis est, quæ cum reuerentia degustata, purificat sibi deuotum. Memoria enim redemptionis nostræ est, vt redemptoris memores, maiora ab eo consequi mereamur.

Quotiescumque enim comederitis panem hunc, & de poculo biberitis, mortem Domini annuntiabitis donec veniat.

Quia enim morte Domini liberati sumus, huius rei memores, in edendo & potando carnem & sanguinem, quæ pro nobis oblata sunt significamus, nouum testamentum in his consecuti, quod est noua lex, quæ obediẽtem sibi tradit cælestibus regnis. Nam & Moyses accepto sanguine vituli in patra asperit filios Israël, dicens, Hoc est testamentum quod disposuit Deus ad vos. Hoc figura fuit testamenti quod Dominus nouum appellauit per prophetas, vt illud vetus sit quod Moyses tradidit. Testamentum ergo sanguine constitutum est, quia benedictij diuini sanguis testis est. In cuius typum nos calicem mysticum sanguinis ad tuitionem corporis & animæ nostræ percipimus: quia sanguis Domini sanguinem nostrum redemit, id est, totum hominem saluum fecit. Caro enim Saluatoris pro salute corporis, sanguis verò pro anima nostra effusus est, sicut prius præfiguratum fuerat à Moysse. Sic enim ait, Caro pro corpore vestro offertur, sanguis verò pro anima. Ideoque non manducandum sanguinem. Si igitur apud veteres imago fuit veritatis, quæ nunc apparuit & manifestata est in Saluatoris aduentu: quomodo hæreticis contrarium videtur vetus nouo, cum ipsa sibi inuicem testimonio sint?

1. Cor. 14. Rom. 12. 1. Cor. 12.

Matth. 26.

Mar. 14. Luc. 22.

De consec. di. c. quia mori

Matth. 5.

Exod. 24.

Hebr. 9.

Hierem. 31.

Hebr. 9.

Lib. 4. sent. dist. 11. S. sequare.

Leuit. 17.

Num. 18.

1. Ioan. 1.

Itaque quicumque ederit panem hunc, aut biberit calicem Domini indignè Domino, reus erit corporis & sanguinis Domini.

2. Thess. 2.

Indignum dicit esse Domino qui aliter mysteriū celebrat, quàm ab eo traditum est. Non enim potest deuotus esse, qui aliter præsumit quàm datum est ab auctore. Ideo que præmonet vt secundum ordinem traditum deuota mens sit accedentis ad eucharistiam Domini, quoniam futurum est iudicium, vt quemadmodū accedit vnusquisque, reddat causas in die Domini Iesu Christi: quia sine disciplina traditionis & conuersationis qui accedunt, rei sunt corporis & sanguinis Domini. Quid est autem reos esse, nisi pœnas dare mortis Domini? Occisus est enim ab iis qui beneficium eius irritum ducunt.

Rem. 14.

2. Cor. 5. Hebr. 10.

Hebr. 6.

Probet autem se homo, & sic de pane illo edat, & de poculo bibat. Qui enim manducat & bibit indignè, iudicium sibiipso manducat & bibit, non discernens corpus Domini. Ideo multi in vobis inualidi & ægroti, & dormiunt multi.

1. Tim. 2. c. 6. S. deuoto.

Iudicium sibiipso manducat, &c. Deuoto animo & cum timore accedendum ad communionem docet, vt sciat mens reuerentiam se debere ei, ad cuius corpus sumendum accedit. Hoc enim apud se debet iudicare, quia Dominus est, cuius in mysterio sanguinem potat, qui testis est beneficij Dei. Quem nos si cum disciplina accipiamus, non erimus indigni corpore & sanguine Domini: gratias enim videbimur reddere redemptori. Ideo multi in vobis inualidi & ægroti, & dormiunt multi. Vt verum probaret, quia examen futurum est accipientium corpus Domini, iam hinc imaginem iudicij ostendit in eos qui inconsideratè corpus Domini acceperant, dum febribus & infirmitatibus corripiebantur, & multi moriebantur: vt in his cæteri discerent, & paucorum exemplo territi emendarentur, non inultum scientes corpus Domini negligenter accipere; & eum quem hinc pœna distulerit, grauius tractandum fore, quia contempsit exemplum.

Galat. 6.

2. Cor. 13.

Ioan. 6.

Hebr. 10.

Leuit. 22.

Hebr. 2.

Quòd si nosmetipsos discerneremus, non vtique iudicaremur. Dum iudicamur autem, à Domino corripimur, vt nō cum hoc mundo damnemur.

Iob. 13.

Prm. 3.

Hebr. 12.

Tit. 1.

Hoc dicit, quia si nosmetipsi errores nostros corrigeremus, non à Domino iudicaremur. Et quòd corripimur, tamen pro nobis est, vt timore ipso emendemur. In paucis enim omnium est emendatio, ne cum hoc mundo, id est, cum infidelibus damnemur. Nihil enim differt ab infideli, qui inconsideratè ad mensam Domini accedit.

Exod. 12.

Itaque fratres, cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. Si quis esurit, domi manducet: vt non in iudicium conueniatis. Cætera autem cum venero, disponam. Inuicem expectate, &c. Adinuicem expectandum dicit, vt multorum oblatio simul celebretur, & vt omnibus ministretur: & si quis impatiens est, domi

terreno pane pascatur. Vt non in iudicium conueniatis. Hoc est, ne mysterium reprehensibiliter & cum offensione agatis. Cætera autem cum venero, disponam. Caput prius salutis ordine agendum ostendit, & quomodo in ecclesiam ab vtroque sexu conueniatur, præmisit. In quibus rebus si error fuerit, non leue peccatum est. Cætera autem quæ ad ædificationem ecclesiæ pertinent, præsentia sua ordinare se promisit.

1. Cor. 14.

DE spiritualibus autem nolo vos ignorare fratres. Scitis quia gentes eratis, simulacrorum forma euntes prout ducebamini.

CAP. XII.

Ephes. 4.

1. Thess. 1.

Spiritualia illis traditurus, exemplum prioris conuersationis memorat, vt sicut simulacrorum fuerunt forma, colentes idola, & ducebantur duce voluntate dæmoniorum: ita & colentes Deum sint forma legis dominicæ, ambulantes sicut placet Domino. Forma enim vnus cuiusque legis in professione & conuersatione cultoris debet videri. Ille enim forma & imago legis Dei est, in cuius fide & conuersatione Euangelij veritas lucret.

Propter quod notum vobis facio, quòd nemo in spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesu. Et nemo potest dicere Dominum Iesum, nisi in spiritu sancto.

1. Cor. 3.

Quoniam rationem spiritualium ignorantes, per singula charismata hominibus potius quàm Deo dabant gloriam, non assecuti per Spiritum sanctum hoc donum ministrari: & quia qui Dominum Iesum vocat, nō sine spiritu sancto hoc dicit. (habet enim gratiam in eo ipso fidei suæ, propter gloriam nominis Christi. non enim sine dono Dei est, Dominum dicere Iesum.) per hoc ostendit illis in omnibus Dei esse laudem & gratiam: quia sicut idolorum imago in ministris eius est, ordinem suum habens per singulos gradus, totum tamen hominis est: ita & in lege dominica gradus charismatum sunt, officijs Ecclesiæ, non vtique meritis humanis indulti, sed vt membra ad ædificationem Ecclesiæ pertinētia, quæ per se & in se habent gloriam; sicut est etiam in humanis officijs. Scholæ enim sunt quæ positæ in se dant dignitatem, vt loci honor hominē faciat gloriosum, non propria laus. Ait ergo, Nemo in spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesu. Vox enim quæ dicit anathema Iesu, humano est errore prolata, quidquid enim falsum est, ab homine est. Et nemo potest dicere Dominum Iesum, nisi in spiritu sancto. Dicit enim ipsū quo significatur Dominus Iesus, non adulatione hominum, sicut & idola dii vocantur, sed Spiritus sancti veritate profusum est. Quidquid enim verū à quocūque dicitur, à sancto dicitur spiritu. Ne ergo hominum fauorem existimarent in regula Christiana, & propter hoc se argui minimè paterentur, sicut est & in simulacris: (homo enim adinuenit vt Deus dicatur qui non est, ac per hoc subiecti sunt antistites illis:) ostendit eis nullum beneficium esse humanum in eo: cum dicitur, Dominus Iesus; sed magis donum Dei, qui dignatus est mysterium suum hominibus declarare. Etenim ipsa professio remissionem acquirit peccatorum, sicut exaggerat dicatio idolorum.

Psal. 134.

Ephes. 4.

Marc. 9.

Psal. 115.

1. Cor. 8.

Eib. 1. sent. di. 46. S. quibus facile.

1. Thess. 2.

Sap. 13. & 15.

Sap. 16.

Sap. 14.

1. Cor. 1.

rum. Docet ergo eos quia non præstant religioni beneficium, dicentes Dominum Iesum, sed accipiunt: ne more idolorum hominum putarent gratiam esse in lege Domini, dum vocatur Deus qui non est. Denique non intelligentes Dei donum esse in fide, singuli singulos sibi homines delegerat quos sequerentur, dicētes, Ego sum Pauli, ego verò Apollō. Superbiam ergo illorum humiliat, vt patiantur se, sicut dixi, argui.

Diuisiones verò gratiarum sunt: idem autē spiritus. Et diuisiones ministratōnū sunt: idem verò Dominus. Et diuisiones operationum sunt: idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus.

1. Tim. 4.

1. Cor. 3.

Rem. 12.

Ephes. 4.

Ioan. 10.

1. Ioan. 5.

Ioan. 5.

Diuisiones gratiarum, &c. Non hoc humanis meritis vult adscribi, sed gratiæ Dei, ad honorificentiam nominis eius. Sicut enim qui dicit Dominum Iesum, in Spiritu sancto dicit, qualisvis sit: ita & in loco ordinis officij ecclesiastici positus, gratiā habet, qualisvis sit: non vtique propriam, sed ordinis per efficaciam Spiritus sancti. Vnde & inter initia dicit, Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Idem autem spiritus. Et diuisiones ministratōnū sunt. Per eundem spiritum diuersa dona dicit præstari. Idem verò Dominus. Et diuisiones operationum sunt. Lungit nunc Christum Spiritu sancto. Idem autem Deus, qui operatur omnia in omnibus. In tantum non hoc hominibus dandum quasi proprium, sed soli Deo asserit, vt etiam donum Spiritus sancti, & gratiam Domini Iesu, vnus Dei dicat operationem, ne gratia & donum diuisum sit per personas patris & filij & spiritus sancti, sed indiscrētæ vnitatis & naturæ trium vnus opus intelligatur, vt ad vnum omnem gloriam redigat & diuinitatem. Diuisiones autem gratiarum sunt officijs Ecclesiæ, non humanis meritis deputatæ. Si enim Spiritus sanctus idem Dominus est, & Dominus idem Deus est, tres vnus Deus est. Cum enim Spiritus sancti gloria, & potestas, & natura Dei est, & Dominus Iesus idem est in natura quod Deus est, vnus vtique Spiritus sanctus, & Dominus Iesus, & pater Deus est. Et singuli enim Deus vnus, & tres Deus vnus. Denique operante vno, tres operari dicuntur; vt Trinitatis mysterium in vnus Dei natura & potestate claudatur, cum sit immensum.

Vnicuique autem datur manifestatio spiritus ad vtilitatem. Cuidam enim datur per spiritum sermo sapientiæ, alij verò sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alij gratia curationum in vno spiritu, alij fides in eodem spiritu, alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. Omnia autem hæc operatur vnus atque idem spiritus, diuidens vnicuique prout vult.

1. Petr. 2.

Vnicuique autem datur, &c. Hoc est, donum accipit, vt diuinis retinaculis vitam suam gubernans, & sibi & alijs vtilis sit, dum exemplum bonæ conuersationis ostendit. Cuidam enim datur per spiritum sermo sa-

pitia. Id est, datur illi prudentia non ex litteris, sed corusco Spiritus sancti, vt cor habeat illuminatum & prudens, & discernat quæ vitanda sunt, quæ ue sequenda. Alij verò sermo scientiæ secundum eundem spiritum. Hoc est, vt habeat scientiam rerum diuinarum. Alij gratia curationum in vno spiritu. Id est, vt medellam tribuat infirmis, vel ægris. Alij fides in eodem spiritu. Hoc dicit, vt fidei profitendæ ac vendicandæ pressa verecundia accipiat facultatem. Alij operatio virtutum. Potestatem dari significat in eiciendis dæmonij, aut signis faciendis. Alij prophetia. Id est, vt spiritu repletus dicat futura. Alij discretio spirituum. Vt intelligat & iudicet quod dicitur, an spiritus sancti sit, an muadani. Alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. Interpretari est, vt dicta illorum qui linguis loquuntur vel litteris, per donum Dei fideliter interpretetur. Omnia autem hæc operatur vnus atque idem spiritus, diuidens vnicuique prout vult. Quod superius trium personarum dicit, nunc per vnum Spiritum sanctum agi proficitur: vt quia vnus naturæ sunt & virtutis, quod vnus operatur, operantur tres, vnus tamen est Deus, cuius gratia diuiditur vnicuique prout vult, non ad meritum magis hominis, sed ad ædificationem Ecclesiæ suæ: vt omnia quæ mundus imitari vult, sed non implet, quia carnalis est; hæc in Ecclesia, quæ domus Dei est, singulorum officijs & dono & magisterio Spiritus sancti indulta, ad probationem veritatis in ijs qui contemptibiles mundo sunt, videantur.

Sicut enim corpus vnum est, & membra habet multa, omnia autem membra ex vno corpore cum sint multa, vnum sunt corpus: ita & Christus. Etenim in vno spiritu nos omnes in vnum corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue Græci, siue serui, siue liberi: & omnes vnum spiritum potauimus.

Per hæc docet nullius personam quasi despecti contemnendam, neque alicuius quasi perfecti præferendam; nec gloriam quæ soli Deo debetur, hominibus tribuendam, quando in omnibus vnus atque idem Deus sit gloriosus: quippe cum omnes & vnum baptisma habeamus, & vnum atque eundem Spiritum sanctum. Hoc propter supradictam causam, quia in aliquibus gloriabantur, aliquos verò velut contemptibiles spernebant.

Nam & corpus non est vnum membrum, sed multa. Si dixerit pes, Quia nō sum manus, non sum de corpore: num propterea non est de corpore? Si dixerit auricula, Quia non sum oculus, non sum de corpore: num propterea non est de corpore?

Nam & corpus non est vnum membrum, &c. Hoc dicens, ostendit vnitatem varietatis officiorum, & diuersitatem hanc non discrepare in vnitatem potestatis, quando vnitatis corporis non in singularitate consistit, sed in multis membris, vt inuicem sibi præstent quod debent. Si dixerit pes, Quia non sum manus, non sum de corpore: num propterea non est de corpore? Hoc est, non posse cum qui infirmus videtur inter fratres, negari esse de corpore, quia non est potens. Si dixerit

Lic. 11.

Marc. 16.

Luc. 10.

2. Petr. 1.

1. Ioan. 14.

1. Ioan. 5.

1. Cor. 14.

1. Tim. 3.

Ephes. 4.

1. Tim. 1.

Ephes. 14.

1. Cor. 10.

Rem. 12.

Rem. 14.



auricula, Quia non sum oculus, non sum de corpore: num propterea non est de corpore? Non debere dicit illum qui paulo inferior est, non necessarium putari corpori, propterea quod de primis non sit.

Si totum corpus oculus, ubi est auditus? Si totum auditus, ubi est odoratus? Nunc autem Deus posuit membra, vnumquodque in corpore sicut voluit. Si autem fuissent omnia vnum membrum, ubi corpus? Nunc autem multa quidem membra, vnum autem corpus.

1. Cor. 14. Si totum corpus oculus, ubi est auditus? Id est, si omnes vnus essent officij & operis, quomodo impleretur reliqua necessitas corporis, cum constet multis officijs opus esse ad gubernacula corporis? Nunc autem Deus posuit membra, vnumquodque in corpore sicut voluit. Voluntate Dei, quia prouida & rationalis est, membra dicit corpori aptasse, vt nihil desit multis membris perfectu. Si autem fuissent omnia vnum membrum, ubi corpus? Manifestum est, quia si omnes fuissent vnus dignitatis, non dicerentur membra, neque corpus: ideoque variis membrorum officijs con-gubernatur. Omnia enim vnum membrum esse non poterant. Ideo autem multa sunt, quia ab inuicem differunt dignitate. Nunc autem multa quidem membra, vnum autem corpus. Hoc dicit, quia multa membra cum inuicem sui egeant, non discrepant in vnitatem naturam, quamuis diuersa sint: quia diuersitas hæc in vnum concurrunt, vt corporis vtilitas expleatur: sicut & ea quibus mundus ipse constat, cum sint diuersa non solum officijs, sed & naturis, ad vnus tamen mundi proficiunt perfectionem, & ex omnibus his nascitur temperies quædam in fructibus, qui humanæ proficiunt vtilitati.

Non potest autem dicere oculus manui, Opera tua non indigeo: aut iterum caput pedibus, Non estis mihi necessarij. Sed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt.

Non potest dicere oculus manui, &c. Hoc est, non potest dicere potior inferiori, Non mihi opus es: quia oculus quidem videt, sed manus sunt quæ operantur. Aut iterum caput pedibus, Non estis mihi necessarij. Id est, maior gradu & dignitate non potest sine illo esse qui humilis est: quia est quod humilis potest, quod non potest sublimis; quia ferrum potest quod non potest aurum: ac per hoc honorem capiti faciunt pedes. Sed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt. Manifestum est, quia quamuis aliquis dignitate sublimis sit, si subiectus tamen defuerit qui obsequijs suis illum faciat gloriosum, ipsa dignitas contemptibilis erit. Officium est, per quod dignitas constat. Tale est si imperatori desit exercitus. Quamuis ergo magnus sit imperator, necessarium tamen habet exercitum. Caput est enim corporis eius ante se habens tribunos, comites, & magistratos. His omnibus inferiores sunt milites, & magis necessarij sunt, sicut membra corporis quæ cum inferiora videntur, plus vtilia sunt. Sine oculis enim manus operatur, & pes ambulans videntur quæritat.

Et si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra: siue glorificatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro.

At quæ putamus ignobiliora esse membra corporis, his abundantiorum honorem circumdamus: & quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorum honorem habent.

Quæ putamus ignobiliora, &c. Similis est sensus, quia qui putantur sine dignitate esse, inuenimus in eis quod laudemus, sicut & in membris: vt plus nobis placeat, quàm quod in cæteris inuenimus. Quo enim honore dignæ sunt manus, quando quod volumus, tenemus: vel pedes, cum quod volumus, inus? Propterea & nos addimus eis honorificentiam, vt puta pedibus, quos quia humiles sunt & sine dignitate, calcamentis ornamus. Et quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorum honorem habent. Manifestum est, quia pudenda nostra, quæ turpia videntur, dum aspectus publicos vitant, honestate se contegunt, ne per irreuerentiam horreant. Simili modo & quidam fratrum cum sint egestate & habitu inhonesti, non tamen sunt sine gratia, propter quod membra sint corporis nostri. Nam solent succincti vesticula tetrica nudo pede incedere. Quamquam ergo videantur contemptibiles, magis honori sunt, quia solent vitam habere mundiorum. Quod enim hominibus videtur despectum, solet à Deo pulchrum iudicari.

Quæ autem honesta sunt nostra, nullius egent. Sed Deus temperauit corpus, ei cui decrat, abundantiorum tribuendo honorem, vt non sit schisma in corpore, sed pro inuicem sollicita sint membra.

Honestata nostra nullius egent, &c. Apertum est, quia caput non eget, neque facies, neque manus, vt his addatur per quod decorentur: ita & fratribus in quibus studium peritiam, & conuersationis viget honestas, nihil est quod à nobis addatur. Debitus enim illis redditur honor. Despectis verò vel humilibus exhortatio necessaria est, per quam addatur illis aliquis honor vt fiant vtilis: si quo minus, ipso contemptu negligentiores circa se erunt, in quibus magis proficiendum est. Sed Deus temperauit corpus, ei cui decrat, abundantiorum tribuendo honorem, vt non sit schisma in corpore, sed pro inuicem sollicita sint membra. Sic dicit à Deo moderatum humanum corpus, vt omnia membra eius necessaria sint; ac per hoc pro se inuicem sollicita, quia aliud sine altero esse non potest; & quod inferius putatur, magis necessarium est: sicut & de fratribus expositum est vel disputatum, quia nullus debet velut inutilis despici.

Et si quid patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra: siue glorificatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro.

Si patitur vnum membrum, &c. Hoc de membris corporis carnis ambiguum non est: quia si oculus, aut pes, vel manus capiatur ægritudine aliqua infirmitatis, totum condolet corpus. Ita & nos docet condolere fratribus, si aliquid huiusmodi aut necessitatis emerferit. Siue glorificatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Manifestum est, quia latum est

1. Cor. 14. Sap. 12. Sap. 11. Rom. 12. Ephes. 4. 1. Cor. 10. Rom. 12. Act. 17. 1. Petr. 3. 1. Paral. 28. 1. Pet. 2. Act. 13. Luc. 9. Act. 19.

481 Eusef. 37. Colof. 2. Rom. 12. Ephes. 4. 2. Cor. 5. Act. 11. 1. Cor. 1. Sap. 5. 1. Tim. 11. Act. 21. Act. 11. 2. Cor. 5. Tit. 11. Act. 13. Act. 2. 1. Cor. 14. 1. Pet. 2. Act. 13. Luc. 9. Act. 19.

est caput siue cætera membra, si pedes fuerint accurati vel sani. Sic debemus & nos alacres fieri, si fratrem aliquem viderimus cultorem Dei, & auctum honestate morum, hoc est, sanum esse consilio. Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro. Ostendit apertè nostram se causam per membrorum carnalium rationem tractasse, quia non omnes possumus eadem, sed singuli pro qualitate fidei gratiam habemus concessam.

Et quosdam posuit Deus in Ecclesia: primum quidem Apostolos, secundò prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, deinde gratiam curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum, interpretationes sermonum.

Posuit Deus in ecclesia primum quidem Apostolos, &c. Caput itaque in Ecclesia Apostolos posuit, qui legati Christi sunt, sicut dicit idem Apostolus, Pro quo legatione fungimur. Ipsi sunt episcopi, firmant istud Petro Apostolo, & dicente inter cætera de Iuda, Et episcopatum eius accipiat alter. Secundo prophetas. Prophetas duplici genere intelligamus, & futura dicentes, & scripturas reuelantes: quamuis sint & Apostoli prophetæ, quia primus gradus omnia subiecta habet. Denique pessimus Caiphas propter quod princeps sacerdotum erat, prophetauit, ordinis vtique causa, non proprii meriti. Tamen specialiter erant prophetæ & scripturarum interpretes, & futura dicentes: sicut erat Agabus, qui exitia & vincula huic Apostolo prophetauit futura Hierosolymis; & famem cecinit, quæ facta est sub Claudio. Ideo quamquam melior apostolus, aliquando tamen eget prophetis. Et quia ab vno Deo patre sunt omnia, singulos episcopos singulis ecclesijs præesse decreuit. Tertio doctores. Illos dicit doctores qui in Ecclesia litteris & traditionibus retinendis pueros imbuebant more synagoga, quia traditio illorum ad nos transitum fecit. Deinde curationum, deinde gratiam curationum. Potest enim aliquis non esse episcopus, & habere in se donum virtutis sanitarum. Opitulationes, gubernationes. Vt in rebus diuinis vigilet intellectu: ita tamen, vt in aliquibus quæ implere non conceditur, ab alio sumat quod non habet, quia totum vni concedi non potest. Sunt & gubernatores, qui spiritalibus retinaculis hominibus documento sunt. Genera linguarum. Vt donum sit Dei, multas linguas scire. Interpretationes sermonum. Vt hoc alicui gratia Dei impertiat, vt sermonum interpretandorum habeat peritiam.

Numquid omnes Apostoli? num omnes prophetæ? num omnes doctores? num omnes virtutes? num omnes gratiam habent curationum? numquid omnes linguis loquuntur? numquid omnes interpretantur?

Numquid omnes Apostoli? Verum est, quia in ecclesia vnus est episcopus. Num omnes prophetæ? Non est ambiguum, non omnibus concedi prophetiam. Num omnes doctores? Ille doctor est, cui alios erudire conceditur. Num omnes virtutes? Hic potest habere virtutem, cui dat Deus dæmonia eicere. Num omnes

gratiam habent curationum? Quomodo potest fieri vt omnes habeant dona curationum? Numquid omnes linguis loquuntur? Non vtique, nisi qui accipit donum in hac re. Numquid omnes interpretantur? Ille potest sermones interpretari, cui dat Deus. In supradictis sensum hæc inferenda. Explanauit enim reddita ratione omnes habere diuersas gratias, nec totum alicui concedi, exemplo membrorum. Exemplo enim corporis carnis, spiritale corpus insinuat, ac per hoc in omnibus Deum benedicendum, & in ipsius nomine gloriantum cuius gratia est. Hanc rationem etiam in rebus physicis inuenimus. Aurum enim cum melius argento sit, plus tamen in vtu argenti est: & cum æs necessarium sit, plus tamen ferro opus est, nihil enim penè sine ferro fit, cum sit inferius. Et post hæc:

Emulamini autem charismata meliora. Et adhuc magis excellentiorum viam vobis demonstro.

Emulamini charismata meliora. Hoc mox in subiectis absoluit. Et adhuc magis excellentiorum viam vobis demonstro. Gradatim illos ad vtiliora prouehit, ostendens illis gratiam supradicti omni doni, quæ in hominibus videntur, siue loquendi, aut curandi, aut prophetandi, non ad meritum hominis pertinere, sed ad honorificentiam Dei. Ideoque nunc viam se dicit illis ostendere planiorum, quæ itur ad cælum, quæ meritum collocat apud Deum. Nam quia supradicta non semper ad meritum pertinent, docet Saluator: Multi mihi dicent in illa die, id est, iudicij: Domine Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et quia non hoc ad meritum pertinet, sed officia sunt Ecclesiæ: ad confusionem gentilium, & Dei honorificentiam protestandam, dicit eis Dominus, Recedite à me, non noui vos, operarij iniquitatis. Securi enim quia Dei in illis operatio cernebatur, negligentes erga se fuerunt. Nam & illis septuaginta discipulis gaudentibus quod dæmonia illis subdita fuerant, dicit Saluator, Nolite in hoc gaudere quod dæmonia vobis subiecta sunt, sed in hoc gaudete, quod nomina vestra scripta sunt in cælo. Quare? nisi quia nomini Dei subiecta sunt, non hominis merito? Et quare nunc non ita fit, vt habeant homines gratiam Dei? Inter initia fieri oportuit, vt fundamenta fidei acciperent firmitatem. Nunc autem non opus est, quia populus populum adducit ad fidem, cum videntur eorum bona opera, & prædicatio simplex.

Silinguis hominum loquar & angelorum, Scharitatem autem non habeam: factus sum velut aramentum resonans, aut cymbalum tinniens.

Magna vtique videtur gratia diuersis loqui linguis: plus autem aliquid est, etiam si possit angelorum linguam scire, id est, si spiritaliter cognitum possit habere angelicum motum. Verum hoc ad meritum non adscribitur, sed ad Dei gloriam, subiectis ostendit, dicens sic esse vt aramentum resonans, aut cymbalum tinniens: quia sicut aramentum impulsu alterius resonat, & cymbalum tinnit: ita & hic qui linguis loquitur

1. Cor. 14. Ephes. 4. 1. Cor. 13. Ephes. 4. Math. 7. 1. Cor. 14. Math. 7. Luc. 10. 1. Pet. 2. 1. Cor. 12. 1. Cor. 14. X

Matth. 10.

Numer. 22.

Matth. 23.

Luc. 19.

Act. 10.

tur, Spiritus sancti effectum habet & motum ut loqui possit, sicut & alio loco dicit Saluator, Nō enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Nam & asina locuta est humana lingua ad Balaā filium Beor, ut addisceret Dei maiestatem: & pueri infantes in laudem Dei proruperunt, ad confusionem Iudæorum. Saluator autem non solum istos, sed & lapides ad condemnationem perfidorum, & gloriam Dei clamare posse ostendit. Et inter ipsa primordia ad commendationem fidei, qui baptizabantur, linguis loquebantur.

Et si habeam prophetiam, & sciam omnia mysteria, & omnem scientiam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest.

Psalm. 113.

Num. 24.

Ioan. 11.

1. Reg. 19.

Matth. 26.

Ezech. 28.

1. Cor. 3.

Luc. 11.

2. Petr. 2.

Verè nihil prodest. Ad Dei enim gloriam prophetatur, sicut dicit David propheta, Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Nam & Balaam prophetauit, cum propheta non esset, sed ariolus: & Caiphas prophetauit, nō merito, sed dignitate ordinis sacerdotalis: & Saul prophetauit, cum iam inobedientiæ causa spiritu malo fuisset repletus, & propter Dei causam non posset comprehendere David, quem & occidere volebat. Et sciam omnia mysteria. Iudæ enim nihil profuit fuisse cum Apostolis, & didicisse mysteria, cum charitatis hostis tradidit Saluatorem. Et propheta Ezechiel diabolum mysteria cælestia scire ostendit, quando increpata voce in paradiso illum Dei fuisse, & pretiosos lapides habuisse testatur: quos lapides idem Apostolus doctrinæ diuinæ mysteria significauit: & illi nihil profuit, quia charitatis immemor in superbiam profiliuit. Et omnem scientiam. Nihil mihi prodest scientia, si charitas non sit. Denique Scribis & Phariseis nihil profuit, dicente Saluatore, Vos habetis clauem scientiæ, & neque vos intratis, neque alios finitis introire. Per inuidiam enim charitatem corruptentes, scientiam eius ad nihilum deduxerunt. Nam & Tertullianus & Nouatianus non parui scientiæ fuerunt: sed quia per zelum charitatis fœdera perdiderunt, in schisma versi ad perditionem sui hæreses creauerunt.

Et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam: & si erogauero omnem substantiam meam: & si tradidero corpus meum ut ardeam, nihil mihi prodest.

Marc. 16.

1. Cor. 12.

Coloss. 2.

1. Ioan. 3.

Ephes. 3.

Si habuero omnem fidem, ita ut montes, &c. Virtutes facere, aut dæmonia per fidem eiicere, Dei virtus & gloria est: nec hoc ad meritum proficit, nisi quis bonæ conuersationis fuerit æmulus, sicut supra memorauimus. Et si erogauero omnem substantiam meam. Apertum est, quia si omnis substantia impendatur, nihil proficit charitate neglecta; quia caput religionis, charitas est: & qui caput non habet, vitam non habet. Et si tradidero corpus meum ut ardeam, nihil mihi prodest. Sine charitate nihil prodest, quia fundamentum religionis charitas est. Quidquid ergo sine charitate fit, caducum est.

Charitas magnanima est, iucunda est. Charitas non æmulatur, non inflatur, non perperam agit, non ambitiosa est, non querit quæ

sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet in iniquitate, congaudet autem veritati: omnia tolerat, omnia credit, omnia sperat. Charitas numquam cadit.

Tanta præconia charitatis edocuit, ut non immeritò hanc cæteris anteponeere videretur, & incassum laborare eos, qui alijs mandatis operam dant, huic non obtemperantes. Hinc ait Ioannes Apostolus, Charitas Deus est, ut qui charitatem non habet, sciat se Deum non habere. Vnde & in alia epistola idem Paulus Apostolus ait, Deus autem qui diuus est in misericordia, propter multam charitatem suam misertus est nostri. Qui ergo charitatem non habet, ingratus est misericordiæ Dei, quia non diligit per quod saluatus est. Ut proinde dicerent, quia grauiter delinquebant qui escam fraternæ charitati proponebant. Nam hæc est quæ & in præsentibus prodest, & in æternum cum Deo permanet.

Sive prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia euacuabitur. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est.

Omnia charismatum dona euacuari dixit, quia non tantum possunt comprehendere, quantum ipsa veritas habet. Neque nos aut capere aut narrare possumus plenitudinem veritatis, quæ enim fieri potest ut lingua humana omne cōplectatur quod Dei est? Ideo destruetur imperfectio nostra, non id quod verum est euacuabitur: sed dum additur quod deest, imperfectio destruetur. Destructio enim imperfectiois est, quando id quod imperfectum est, impletur in verum.

Cum essem paruulus, quasi paruulus loquebar, quasi paruulus sapiebam, quasi paruulus cogitabam: at ubi factus sum vir, ea quæ paruuli erant destruxi. Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc verò facie ad faciem. Modò scio ex parte: tunc verò cognoscam sicut & cognitus sum.

Quasi paruulus loquebar, &c. Hoc dicit, quia exeuntes sancti de hoc mundo, plus necesse est inueniant, quam nunc putant, sicut Ioannes Apostolus de Saluatore dixit, Tunc videbimus illum sicuti est. In hac ergo vita paruuli sumus, ad comparisonem futuræ: quia sicut vita hæc imperfecta est, ita & scientia. Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc verò facie ad faciem. Apertum est nunc imagines videri per fidem, tunc res ipsas. Modò scio ex parte: tunc verò cognoscam sicut & cognitus sum. Id est, videbo quæ promissa sunt, sicut videor, hoc est præsentē esse ad Deum, ubi Christus est.

Manent autem nunc, fides, spes, charitas, tria hæc: maior autem horum est charitas.

Dignè maior est charitas, quia ut fides prædicaretur, & spes esset futuræ vitæ, charitas præstitit, sicut supra memorauimus. Vnde & Ioannes Apostolus: Ex hoc cognoscimus, inquit, charitatem eius, quia ipse pro

Coloss. 2.

CAPVT XIII.

1. Thess. 5.

Pro. 9. & 13.

1. Cor. 13.

Hebr. 4.

1. Cor. 2.

Ephes. 4.

2. Petr. 1.

Tit. 1.

Ephes. 2.

1. Cor. 12.

Rom. 15.

Act. 19.

pro nobis animam suam posuit. Iustè igitur maior charitas, per quam reformatū est genus humanum.

SECTAMINI charitatem, emulamini spiritalia: magis autem ut prophetetis.

Post charitatem, prophetandi studium magis habendum hortatur: quia quamuis magni sint spiritalis gradus quos enumerat, hic tamen melior, qui ad vtilitatem Ecclesiæ proficit, ut discant omnes diuinæ legis rationem. In quo enim quis animum dederit, in eo ipso accipit donum, dicente Salomone, Scire legem, sensus est optimi. Scientia enim charitate subnixâ non inflatur, sed est mansuetâ, proficiens omnibus ad vtilitatem.

Nam qui loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo. nemo enim audit: spiritu autem loquitur mysteria. Qui enim prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & consolationem. Qui loquitur lingua, seipsum edificat: qui verò prophetat, Ecclesiam edificat.

Nam qui loquitur lingua, &c. Hoc est quod dicit, quia qui loquitur incognita lingua, Deo loquitur, quia ipse omnia nouit. homines verò nesciunt, ideoque nullus est ex hac re profectus. Spiritu autem loquitur mysteria, non sensu, quia ignorat quod dicit. Qui enim prophetat, hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem, & consolationem. Aedificatur enim, quando quæstionum solutionem addiscit. Exhortatio autem illi fit, ut desiderium patiatu prophetandi. Consolatur verò, quia contemptum disciplinæ in spe videt. Scientia enim legis firmat animos, & prouocat ad spei melioris profectum. Qui loquitur lingua, seipsum edificat: qui verò prophetat, Ecclesiam edificat. Per id enim quod fortè solus scit quod loquitur, se solum edificat: nam qui prophetat, omnem plebem edificat, dum intelligitur ab omnibus quid loquatur. Prophetas interpretes dicit scripturarum. Sicut enim propheta futura prædicit quæ nesciuntur: ita & hic dum scripturarum sensum qui multis occultus est, manifestat, dicitur prophetare.

Volo autem vos omnes loqui linguis: magis autem ut prophetetis. maior est enim qui prophetat, quam qui loquitur lingua: nisi interpretetur ut Ecclesia ædificationem accipiat.

Non poterat prohibere loqui linguis, quia superius donum istud dicit esse Spiritus sancti: sed ideo prophetandi magis studium habendum, quia vtilius est. Maior est enim qui prophetat, quam qui loquitur lingua, nisi interpretetur. Quia si interpretari poterit, non erit minor, quia Ecclesiam edificat. Hoc enim maius est, quod omnibus prodest. Hic enim per donum Dei linguis loquitur, qui etiam interpretatur: sicut & illi duodecim in Actibus Apostolorum.

Nunc autem fratres, si venero ad vos linguis loquens, quid vobis prodero, nisi loquar vobis aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina? Tamen quæ sine

anima sunt vocem dantia, siue tibia, siue cithara, si distinctionem sonis non dederint, quomodo cognoscetur quod per tibiam canitur, aut quod citharizatur? Etenim si incertam vocem tuba dederit, quis se parabit ad prælium? Ita & vos per linguam nisi significantem sermonem dederitis, quomodo scietur quid loquimini? Eritis enim in æra loquentes. Tam multa, ut puta, genera linguarum sunt in hoc mundo, & nihil sine voce. Si ergo nesciero virtutem vocis, ero ei cui loquor, barbarus: & is qui loquitur, mihi barbarus.

Quid vobis prodero, nisi loquar vobis, &c. Hæc omnia vnum significant. Docere enim nemo poterit, nisi intelligatur. Tamen quæ sine anima sunt vocem dantia, siue tibia, siue cithara, si distinctionem sonis non dederint, quomodo cognoscetur quod per tibiam canitur, aut quod citharizatur? Etenim si incertam vocem tuba dederit, quis se parabit ad prælium? Quoniam exempla facilius suadet quam verba, exemplis commendat per quæ facile assequantur non debere illos in ecclesia loqui linguis, qui interpretari non possunt. Ut quid enim loquatur, quem nemo intelligit? Ita & vos per linguam nisi significantem sermonem dederitis, quomodo scietur quid loquimini? Eritis enim in æra loquentes. Hoc est, nihil proficientes. Tam multa, ut puta, genera linguarum sunt in hoc mundo, & nihil sine voce. Multa quidem genera sunt linguarum, inquit, sed habent proprias vocum significaciones; ut intelligantur. Si ergo nesciero virtutem vocis, ero ei cui loquor, barbarus: & is qui loquitur, mihi barbarus. Non utique id studendum monet, ut inuicem per incognitam linguam barbari sibi videantur: sed quia concordia res est; his nitendum est, ut per vnanimitatem intellectus, communi lætitia gloriantur.

Sic & vos, quoniam æmulatores estis spirituum, ad ædificationem Ecclesiæ querite ut interpretetur. Nam si orauero lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est.

Querite ut prophetetis, &c. Quia prodest scripturas explanare, (nam incitatur & gaudet animus quando aliquid de scripturis percipit: & quantum propèrior in hac parte fit, tantum deserit vitia:) propterea ad hanc partem studium monet applicandum. Ideo qui loquitur lingua, orat ut interpretetur. Eum qui linguis loqui desiderat, orare debere ut accipiat donum interpretandi, ut proficiat cæteris studium eius. Nam si orauero lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est. Manifestum est ignorare animum nostrum, si lingua loquatur quam nescit, sicut assolent Latini homines Græcè cantare, oblectati sono verborum, nescientes tamen quid dicant. Spiritus autem qui datur in baptismo, scit quid orat animus, dum loquitur, aut perorat lingua sibi ignota: mens autem qui est animus, sine fructu est. Quem enim potest habere fructum, qui ignorat quæ loquatur?

Quid est ergo? Orabo spiritu, orabo & mēte: psalmum dicam spiritu, psalmum dicam & mēte. Cæterum si benedixeris spiritu: quis supplet locū idiotæ? Quomodo dicet, Amen, super tuam benedictionem? quia nescit quid dicas.

Orabo spiritu, orabo & mente, &c. Hoc dicit, quia cum quis hac lingua loquitur quam nouit, tam spiritu quam mente orat: quia non solum spiritus eius quem dixit datum in baptismo, scit quid oratur, sed etiam animus simili modo & de psalmo non ignorat. Cæterum si benedixeris spiritu. Hoc est, si laudē Dei lingua loquaris ignota audientibus. Quis supplet locum idiotæ? Quomodo dicet, Amen, super tuam benedictionem? quia nescit quid dicas. Imperitus enim audiens quod non intelligit, nescit finem orationis, & non responderet, Amen, id est verum, vt confirmetur benedictio. Per hos enim impletur confirmatio precis, qui respondent, Amen; vt omnia dicta veri testimonio in audientium mentibus confirmetur.

Nam tu quidem bene gratias agis, sed alius non ædificatur. Gratias ago Deo meo, quod omnium vestrūm lingua loquor.

Nam tu quidem bene gratias agis. De eo dicit qui cognita sibi loquitur, quia scit quid dicat. Sed alius non ædificatur. Si utique ad ædificandam ecclesiam conuenitis, ea debent dici quæ intelligant audientes. Nam quid prodest vt quis lingua loquatur quam solus scit, vt qui audit, nihil proficiat? Ideo tacere debet in ecclesia, vt ij loquantur qui profint audientibus. Gratias ago Deo meo, quod omnium vestrūm lingua loquor. Quoniam superius linguis loqui, donum esse dixit Spiritus sancti, ideo ad Deū refert quod omnium linguis loqueretur. Et ne fortē quasi amulus per inuidiam hoc dicere videretur, ostendit se omnium quidem horum loqui linguis, & quia non valde prodest:

Sed in ecclesia volo quinque verba loqui per sensum meum, vt & alios ædificem: quam decem millia verborum in lingua.

Per sensum meum, vt & alios ædificem, &c. Vtilius dicit paucis verbis in apertione sermonis loqui quod omnes intelligant, quam prolixam orationem habere in obscuro. Hi ex Hebræis erant, qui aliquando Syra lingua, plerumque Hebræa in tractatibus aut oblationibus utebantur ad commendationem. Gloriabantur enim se dici Hebræos propter meritum Abrahamæ. Quod idem Apostolus pro nihilo habuit, dicens, Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi.

Fratres, nolite pueri effici sensibus: sed malitia paruuli estote, vt sensibus perfecti sitis. In lege enim scriptum est, Quia in alijs linguis & in labiis alijs loquar populo huic, & nec sic me audient, dicit Dominus.

Vt sensibus perfecti sitis. Perfectos illos vult esse, vt sciant quid ad instructionem ecclesiæ sit necessarium: vt recedentes à malitia & erroribus, iis studerent quæ proficerent ad utilitatem fratrum. Hic est

enim sensu perfectus, qui id agit vt profit alicui, maxime fratri. In lege enim scriptum est, Quia in alijs linguis & in labiis alijs loquar populo huic, & nec sic me audient, dicit Dominus. Hoc dominus de his dixit, quos præscit nec Saluatori credituros. In alijs enim linguis & in alijs labiis loqui, nouum testamentum est prædicare, sicut dicit Hieremias propheta, Ecce veniet dies, dicit Dominus, & consummabo domui Israel & domui Iudæ testamentum nouum, non secundum quod disposui patribus illorum. hoc est immutata ratione aliter loqui quam se legis veteris verba habeant, dum audiunt sabbatū solui, neomenias euacuari, circumcisionem cessare, sacrificia immutari, escas dudum prohibitas licere edere, Christū Deū de Deo prædicari: hoc est alijs linguis & alijs labiis loqui: & nec sic perfidi Deum obaudire voluerunt. Potest & sic intelligi, vt quia multi Iudæorum maleuoli erant, & propterea dignum non erat his in reuelatione loqui Euangelium, in parabolis loqueretur ad eos: & intelligentes ideo sibi non reuelari quia mali erant, nec sic se corrigerent, vt merentes se facerent per explanationem audire verba Dei. Vnde dicunt discipuli ad Dominum, Domine, quare in parabolis loqueris illis: Et Dominus, Quia vobis datum est, inquit, nosse mysterium regni Dei, illis autem non: vt videntes non videant, & audientes non intelligant; ne indigni salutem perciperent, quod animaduertentes pro meritis suis factum, nec sic conuersi Deo satisfacere voluerunt.

Itaque linguæ in signum sunt, non utique iis qui credunt, sed non credentibus: prophetia autem non incredulis, sed iis qui credunt.

Linguæ in signum sunt. Hoc est, velamine incognitæ linguæ obscurati sunt sermones Dei, ne videantur à perfidis: vt cum audiuntur incognitæ linguæ, signum sit quia propter perfidiam factum est, ne audiens intelligat. Non utique iis qui credunt, sed non credentibus. Hoc est quod dixi, quia ad occultandos sensus incredulis proficiunt linguæ. Prophetia autem non incredulis, sed iis qui credunt. Hoc est, non competit fidelibus audire linguas quas non intelligant, sed infidelibus qui non sunt digni intelligere, sicut dicit Esaias propheta, Vade & dic populo huic, Aure audietis, & non intelligetis, &c.

Si conuenerit vniuersa ecclesia in vnum, & loquantur omnes linguis, introeant autem infideles & idiotæ, nonne dicent quia insanitis? Si autem omnes prophetent, intret autem aliquis infidelis vel idiota, increpatur ab omnibus, redarguitur ab omnibus, occulta cordis eius manifesta fiunt: & tunc cadens in faciem, adorabit Deum, pronuntians quod verè in vobis Deus sit.

Nonne dicent quia insanitis? Manifestum est, quia si omnes diuersis linguis loquantur, tumultus fit quidam inconditus populi quasi phrenesin patientis. Si autem omnes prophetent, intret autem aliquis infidelis vel idiota, increpatur ab omnibus, redarguitur ab omnibus, occulta cordis eius manifesta fiunt: & tunc cadens in faciem, adorabit Deum, pronuntians quod verè in vobis Deus sit. Cum enim

enim intelligit & intelligitur, audiens laudari Deum & adorari Christum, peruidet veram esse & venerandam religionem, in qua nihil fucatum, nihil in tenebris videt geri; sicut apud paganos, quibus velantur oculi, neque sacra vocant perspicientes, variis se vanitatibus cernant illudi. Omnis enim impostura tenebras petit, & falsa pro veris ostendit. Ideo apud nos nihil astutè, nihil sub velamine, sed simpliciter vnus laudatur Deus, ex quo sunt omnia, & vnus Dominus Iesus, per quem omnia. Si enim nullus sit qui intelligat, aut à quo ipse discutiatur, potest dicere seductionem esse quandam & vanitatem, quæ ideo linguis canitur, quia pudoris est si reueletur.

Quid est igitur fratres? Cum conuenitis, vnusquisque vestrūm canticum habet, doctrinam habet, reuelationem habet, linguam habet, interpretationem habet; omnia ad ædificationem fiant.

Canticum habet, &c. Id est, laudem Dei per canticum eloquitur. Doctrinam habet. Hoc est, sensu per spiritalem prudentiam habet expositionem. Reuelationem habet. Id est, subest ei propheta occultorum, quæ ad omnium mentem perueniat fauente Spiritu sancto. Linguam habet. Vt eos qui lingua loqui poterant, non contristaret, permisit eos loqui linguis; ita tamē, vt interpretatio sequeretur. Ideo ait, Interpretationem habet. Vt si interpretes adesset, daretur locus loquēdi linguis. Omnia ad ædificationem fiant. Conclusio hæc est, vt nihil incassum in ecclesia geratur, hocque elaborandum magis, vt & imperiti proficiant, ne quid sit corporis per imperitiam tenebrosū. Idcirco omnes paratos vult conuenire diuersis donis spiritualibus, vt ipsa auiditate animi vigilantes, inuicem se exhortati, meliora dona amularentur ad illuminationem fratrum.

Si lingua quis loquitur, per duos, aut vt multum tres, & particulatim, vt vnus interpretetur. Quod si non fuerit interpretes, taceat in ecclesia: sibi autem loquatur, & Deo.

Per duos, aut vt multum tres, &c. Hoc est, duo aut tres non plus linguis loquantur, & singuli, non simul omnes, ne insanire videantur. Aut vt multum tres, ne occuparent diem linguis loquentes, & interpretes illorum, & non haberent prophetæ tempus scripturas disserendi, qui sunt totius ecclesiæ illuminatores. Quod si non fuerit interpretes, taceat in ecclesia: sibi autem loquatur, & Deo. Hoc est, intra se tacite oret aut loquatur Deo, qui audit muta omnia. In ecclesia enim ille debet loqui, qui omnibus proficit.

Prophetæ autem duo vel tres loquantur, & alij examinent vel interrogent. Quod si alij reuelatum fuerit sedenti, prior taceat. Potestis enim per singulos prophetare: vt omnes discant, & omnes exhortentur.

Prophetæ autem duo vel tres, &c. Ipsum modum tenuit dicendo, Duo vel tres loquantur, singuli autem, sicut supra. Cæteros aut interrogare permisit de iis quæ fortè in ambiguum veniunt, aut quæ assequi aliquis non potest, quia diuersa sunt ingenia, vt di-

sputatione planiore dilucidentur. Quod si alij reuelatum fuerit sedenti, prior taceat. Id est, permittat potior inferiori, vt si potest dicat, nec ægrè ferat: quia potest & illi dari donum vt dicat, cum videtur inferior, quod potiori concessum non est. Sicut enim totum vni concedi non potest, licet potiori: ita & non potest alicui, quamuis inferiori, nihil impertiri, vt nemo sit vacuus à gratia Dei. Potestis enim per singulos prophetare: vt omnes discant, & omnes exhortentur. Hæc traditio synagogæ est, quam nos vult sectari, quia Christianis quidem scribit, sed ex gentibus factis, non ex Iudæis; vt sedentes disputent seniores dignitate in cathedris, sequentes in subsellis, nouissimi in pauimento super mattas. Quibus si reuelatum fuerit, dandum locum dicendi præcipit, nec despiciendos, quia membra corporis sunt.

Et spiritus prophetarū prophetis subiectus est. Nō est enim dissensionis auctor, sed pacis: sicut in omnibus ecclesijs sanctorum doceo.

Quia enim vnus atque idem spiritus est, qui tam prophetis futura dicentibus, quam iis qui reuelant scripturas, infundit se pro ratione & qualitate causarum, idcirco dixit, subiectus est prophetis, vt ingenia accenderet hac spe, quod spiritus conatus adiuuet. Desiderio enim optimo ad Dei res enarrandas subuenit, vt impleat boni propositi voluntatem. Nam & de Saluatore idem dictum est, Bibebant autem de spiritali sequēte petra: petra autem erat Christus. Hoc est & subiectum esse, quod & sequi. Sequebatur enim, vt humanis suffragiis deficientibus adesset ad auxilium tribuendum. Ita & spiritus subiectus dicitur, vt conatus bonos adiuuet, cum suggerit. Subiectus enim videtur, qui cœpta alterius perficit. Non est enim dissensionis auctor, sed pacis. Quia ergo pacis auctor est, dicente Saluatore: Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis: nemo alterum non sinat dicere, neque debet dicenti studio contradicendi resistere, ne discordia fiat in corpore. Qui enim in pace vocantur, patientiæ debent studere, ne pacis iura soluantur. Sicut in omnibus ecclesijs sanctorum doceo. Hoc dicto hortatur illos, vt quæ præcepit faciāt, quando similiter se ecclesijs sanctorū prædicare testatur.

Mulieres vestræ in ecclesia taceant: non enim permittitur illis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit.

Nunc tradit quod prætermiserat. Superius enim velari mulieres in ecclesia præcepit, modo vt quiete sint & verecundæ ostendit: vt operæ pretiū sit, quia velantur. Si enim imago Dei vir est, non femina, & viro subiecta est lege naturæ: quanto magis in ecclesia debent esse subiectæ propter reuerentiam eius qui illius legatus est, qui etiam viri caput est? Non enim permittitur illis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit. Quid dicit lex? Ad virum tuum conuersio tua, & ipse tui dominabitur. Lex enim specialis est. Hinc Sara dominum vocabat Abraham virum suum. Ac per hoc in silentio iubetur esse, ne supradictæ legis sententia infirmetur, cuius memor Sara viro suo erat subiecta, sicut dictum est. Quamuis vna caro sit, sed duabus ex causis iubetur esse subiecta: quia & ex viro est, & per ipsam intrauit peccatum.



Si quid autem discere volunt, domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulieribus in ecclesia loqui.

Genes. 3. 1. Tim. 3. Rom. 5. Ecdes. 15. 1. Cor. 14.

Turpe est, quia contra disciplinam est, ut in domo Dei qui eas subiectas viris suis esse præcepit, de lege loqui præsumant, cum sciant illic viros habere primatum, & sibi magis competere ut in domo Dei precibus vacent, linguam retinentes, aures aperiant ut audiant quomodo misericordia Dei mortem vincit per Christum, quæ per eas regnavit. Nam si audeant in ecclesia loqui, dedecus est, quia idcirco velantur, ut humiliatæ appareant. Illæ autem se inuerecundæ ostendunt, quod & viris opprobrium est. In mulierum enim insolentia, etiam mariti notantur.

An à vobis verbum Dei profectum est? aut in vos solos deuenit?

1. Cor. 4.

Arguentis verba sunt. Sic enim inflati erant, quasi ipsis promissa fuisset hæc salus, & exemplo eorū cæteræ gentes vocarentur ad fidem, aut non essent aliqui qui possent accipere gratiā Dei Apostolis prædicantibus. Sic enim se iactabant, quasi beneficium darent magis quam acciperent accedentes ad fidem. Vnde dicit, *Aut in vos solos deuenit verbum Dei*: Omnis enim qui vult aliquid emere quod scit ab aliis non requiri, cum quodam fastidio accedit ad emptionem, quasi beneficium præstiturus videnti. Ideo hoc Apostolus arguit in Corinthiis, qui tales se præbebant elatione vanitatis, quasi si ipsi non obedirent verbis fidei, nemo esset qui crederet, sicut dicit Iudæis, *Vobis primum oportebat loqui verba vitæ huius: sed quia repulistis ea, indignos vos facientes æternæ vitæ, ecce conuertimus nos ad gentes.*

Aff. 15.

Rom. 1. & 16

Aff. 13.

Si quis existimat Propheta esse, aut spiritalis, cognoscet quæ scribo vobis, quia Domini sunt mandata. Si quis autem ignorat, ignorabitur.

1. Cor. 3.

Si quis existimat Propheta esse, &c. Hoc dicit tangens supra memoratos falsos Apostolos, à quibus fuerat deprauati, qui pro desideriis hominum non diuina sed terrena docebant. Ideo hinc nihil suum tradere se dicit, sed Domini, ut quibus suadet, Deo acquisiti non hominibus videantur: qua fiducia & constanti prædicat, liberā habens conscientiam, quia non hominibus placere vult, sed Deo. Vnde peccatoribus non blanditur ut crescant, sed admonet ut desinant. *Si quis autem ignorat, ignorabitur.* Rectè, quia qui nescit Domini esse quæ loquitur Apostolus, & ipse à Domino ignorabitur in die iudicij, dicente Domino, *Amen dico vobis, quod nescio vos.*

Matth. 25.

Propter quod fratres, æmulationem habete prophetæ, & loqui linguis nolite prohibere. Omnia autem honestè, & secundum ordinem fiat.

Esa. 66.

1. Cor. 12.

Quamuis arguat hos, & in multis reprehendat & corripiat, eo quod recesserant à traditione eius: tamen fratres eos vocat, quia dicit Esaias ad plebem Domini: *Dicite iis qui non rectè ambulant in viis meis, Fratres nostri estis vos.* Ut ergo consolaretur istos post correptiones, fratres illos vocat: & ad æmulationem prophetiæ hortatur, ut assidua disputa-

tionem & explanationem legis diuinæ fieret instructiores, ut possent dicere peruersas esse pseudoapostolorum prædicationes. *Et loqui linguis nolite prohibere.* Et hoc propter charitatē, ut qui possunt loqui linguis, & qui interpret fuerit præsens, non vetentur, ne fiat dissensio. *Omnia autem honestè, & secundum ordinem fiat.* Hoc est, secundum ordinem supradictum. Honestè autem illud fit, quod cum pace & disciplina fit.

2. Cor. 12.

Philip. 2.

**N**OTVM vobis facio fratres, quia Evangelium quod prædicaui vobis, quod & accepistis, in quo & statis, per quod & salui efficiemini, quod & sermone annuntiaui vobis, debetis tenere: nisi fortè sine causa credidistis.

CAPVT XV.

Ostendit illis quia si in hac causa quæ subiecta est, à traditione eius seducti sunt, perdiderunt quod crediderunt. Omnis enim spes creditum in hoc sensu est, quia mortui resurgent. Quod autem dicit, *In quo & statis*: his dicit qui firmi erant in fide traditionis huius. Promiscuis enim loquitur, ut & ij qui in fide fixi sunt, gaudeant: & qui nutant, corripi se doleant, & corrigantur.

1. Cor. 15. inf.

1. Cor. 5.

Tradidi enim vobis in primis, quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas, & quia sepultus est.

*Tradidi enim vobis in primis, &c.* Scripturas testamenti veteris memorat, quæ futuram passionem Domini cecinerunt. Dicit enim Esaias propheta: *Vt ovis ad immolandum ductus est.* Et inter cætera: *Quoniam tolletur à terra vita eius, ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem.* Hæc in Christo reperta noscuntur. Sed quia præteriti temporis significatio videtur, non est aduersum: quia apud Deum qui omnium præsciens est, nihil futurum est: ideo sic dicit quod futurum est nobis, quasi factum sit. Nam in Apocalypsi Ioānis Apostoli dicitur, *Agnus qui occisus est à constitutione mundi.* Quia enim aliter non fiet quàm scit Deus, factum dicitur, nobis enim fit, non Deo, quia apud Deum nihil est quod futurum dicatur. Et in psalmo ait, *Dominus regnavit à ligno.* Et Moyses de cruce eius ita significauit, dicens, *Tunc videbitis vitam vestram pendentem ante oculos vestros, & non credetis.* Idcirco enim in eadem causa & futuri temporis aliquando significantiā ponit, ne à peruersis non de Christo dictum defenderetur, si totum quasi præteritum significaret. *Et quia sepultus est.* Nulli dubium sepultum esse, sicut dicit Esaias propheta: *Et dabo malos pro sepultura eius.*

Esa. 53.

Ibidem.

Sap. 8.

Apoc. 13.

Hebr. 4.

Psalm. 95.

Deut. 28.

Esa. 53.

Et quia resurrexit tertia die secundum scripturas: & quia visus est Cephæ, postea illis undecim. Deinde apparuit plus quàm quingentis fratribus simul, ex quibus plures manet usque adhuc, quidam autem dormierunt. Deinde apparuit Iacobo, postea Apostolis omnibus. Nouissimè autem omnium quasi abortiuo visus est & mihi.

*Et quia resurrexit tertia die, &c.* Omnia in fide clausa sunt, ideo sub persona populi resurrectio Domini tertia

osee 6.

Colos. 2.

Psalm. 8.

Ioan. 1.

Luc. 24.

Ioan. 20.

Aff. 1.

Matth. 28.

Ioan. 20.

Aff. 9.

Aff. 22.

Ephes. 3.

tertia die futura descripta est. Dicit enim Osee propheta, *Post biduum sanos faciet nos, & in tertio die resurgemus, & viuemus in conspectu eius.* In Christo enim omnes resurrexissent, sicut in Adā mortuos esse, nemo fidelium denegat. Simili modo & in psalmo sub persona hominis etiā de Christo significat, dicens, *Omnia subiecisti sub pedibus eius: gloria & honore coronasti eum.* *Et quia visus est Cephæ*: i. Petro. Hoc etiā Cleophæ & socio suo dixerunt discipuli, ut in Evangelio *Ἐφθαλμῶν*, quæ apparuit Simoni, *postea illis undecim.* Et hoc in Evangelio continetur. *Deinde apparuit plus quàm quingentis fratribus simul.* Hoc sua fide dicit. *Ex quibus plures manet usque adhuc, quidam autem dormierunt.* De his quibus post resurrectionem apparuit Dominus, tunc multos dicit fuisse in corpore. *Deinde apparuit Iacobo.* Singulariter Iacobo apparuit, sicut & Petro. Quod ideo puto factum, ut multifaria apparitiō fide resurrectionis firmaret. *postea Apostolis omnibus.* Iterū omnibus Apostolis visus est in monte vbi constituerat illis Iesus, sicut refert Matthæus Euāgelista. Antè in Hierusalē post dies octo resurrectionis suæ, id est, dominica die ianuis clausis intrauit ad discipulos, ut Thomæ animus firmaretur, sicut dicit Ioānes Apostolus. In monte enim intelligitur madata illis dedisse. *Nouissimè autem omnium quasi abortiuo visus est & mihi.* Apparuit illi primū in cælo, post orati in templo. Abortiuū se dixit, quia extra tempus natus in Christo, apostolatū accepit iam Christo in cælos recepto cum carne.

Ego enim sum minimus omnium Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei. Gratia autem Dei sum id quod sum: & gratia eius egena in me non fuit, sed plus illis omnibus laboravi. non ego autem, sed gratia Dei mecum. Siue igitur ego, siue illi, sic prædicamus, & ita credidistis.

*Ego enim sum minimus, &c.* Humiliat se, & temporis causam sibi adscribit. Tempore enim minor est, non dignitate. Sed quia & persecutor fuit, inclinat se, dicens: *Qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum Ecclesiam Dei.* Gratia autem Dei sum id quod sum. Deo dat gloriam qui eum elegit, & dignitatem suam non sibi defendit, sed indignum se dicit. Vnde verè plus meretur, sciens dixisse Dominum, *Qui se humiliat, exaltabitur.* *Et gratia eius egena in me non fuit.* Hoc dicit, quia non propter quod persecutus est, minorem gratiā in apostolatu accepit. *Sed plus illis omnibus laboravi.* Ad dit ad causam, quia non solum minoratus non est, sed & amplius propter constantiā qua vigebar in Christo, afflicus est: quod non agere res, dignior factus est. *Non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Ne se extulisse iactatè putaretur, statim se humiliat, cum hoc ipsum non magis sibi, sed Dei gratiæ adscribit: ut semper omnem gloriā reportet ad Deum, unde iure exaltandus est. *Siue igitur ego, siue illi, sic prædicamus, & ita credidistis.* Hoc est quod supra significauit, quia non inferiorè gratiā in prædicatione accepit, quàm ceteri Apostoli, sed vnā atque eandem. Vnde magis arguit perfidiā Corinthiorum, quia cum manifestata esset credulitas hæc apud omnes ecclesias, hi ab hac fide & spe desiciunt, quæ subiecit, dicens:

Si autem Christus prædicatur quod ex mortuis resurrexit: quomodo dicunt quidam inter vos, quoniam resurrectio mortuorum non est? Si ergo resurrectio mortuorum non est: neque Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, vacua est & fides vestra.

Hæc à falsis Apostolis erant tradita, qui Christum neque natū, neque in carne passum, neque resurrexisse asserabant: quos & Ioānes Apostolus denotat, quod Christū in carne venisse negabāt. vnde dicit, *Qui negat Christū in carne venisse, hic est Antichristus: & qui negat filiū, nec patrem habet.* Isti ambulabāt, & quorundam fidem, ne imprudētes à mundi sapiētibus iudicarentur, subuertebāt: quia prudētes saculi stultū iudicant cum audiunt resurrectionem mortuorum. Quod si, inquit, verū est quia Christus non resurrexit, falsi sumus prædicatores, & fides vestra inanis est. Hoc enim crediderunt Apostolo prædicante, quia mortui resurgent, & hac spe attracti sunt ad fidem. Quod utique ad detrimentū illorū proficere asserit, si crediderūt quod futurū non est: & pudoris est ut aliquis profiteatur hoc se credidisse quod falsum est. Et verecundiā ergo illis incutit, & labores illorū dicit infructuosos, si quod à falsis apostolis audierunt, verū est, quia mortui non resurgēt: quod nemo utique de se patitur audire: ut vidētes hoc cōtra se esse, reuertentur ad primam fidem.

Inuenimur autem & falsi testes Dei, quia testimonium diximus aduersus Deum, quod suscitauerit Christum, quem non suscitauit, si mortui non resurgunt. Nam si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit. Quod si Christus non resurrexit, vana est fides vestra: adhuc enim estis in peccatis vestris. Ergo & qui dormierunt in Christo, perierunt.

*Inuenimur autem & falsi testes, &c.* Qui asserit quod Christum Deus à mortuis suscitauit, falsus est testis, si non est factum: virtutem tamen Dei prædicat, non utique ut inimicus, qui tam admirabile factum virtuti eius adscribit. Quod si verū est quia excitauit Christum à mortuis, quid huic dicendum est qui & testis contra Deum falsus est, & opus eius stultitiā asserit? *Nam si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit. Quod si Christus non resurrexit, vana est fides vestra: adhuc enim estis in peccatis vestris. Ergo & qui dormierunt in Christo, perierunt.* Terret illos, ut quia nemo sibi malè vult, doleat illis hoc cœpisse credere quod contra ipsos est. Quis enim peccata sibi remissa nolit audire? *Et qui dormierunt in Christo, perierunt.* Addit ad terrorem, quia carorum suorum excessum nolint æstimare perditionem. Qui enim non timuerunt, sub hac spe de sæculo exierunt, siue occidi non timuerunt, quia resurgere exemplo Christi crediderunt: quod si non est verum, perierunt. Hoc illis dicit, quod amore suorum defunctorum nolunt audire, ut illis amputet quod prius per errorem volebant audire.

Si in hac vita tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus.

1. Petr. 1.

Sap. 5.

2. Joan.

Rom. 5.

Sap. 1.

Gen. 3.

Rom. 5.

Joan. 5.

Ast. 17.

Ast. 26.  
Rom. 6.

Apoc. 21.  
Matth. 27.

Manifestum est, quia & in hac presenti vita & in futura speramus in Christo. Nec enim hic deserit seruos suos Christus, sed dat illis gratiam, & in futuro erunt in gloria aeterna. Si autem futurae vitae spes non esset, omnibus hominibus (quod dixit) miserabiliores essemus. Vt quid enim ieiunia, vigiliae, exitus, munda vita, iustitia, misericordia, mors, si pro his nulla merces erit in futuro? Increduli autem vel hac vita fruuntur.

Nunc autem Christus resurrexit à mortuis, initium dormientium: quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificantur.

Nunc autem Christus resurrexit, &c. Hoc dicens, tangit Pseudopphetas, qui Christum natum negabant, ac per hoc non reuixerunt carnem: quia qui natus non est, nec moritur. Sic autem probat Christum à mortuis resurrexisse, quia homo fuit, ut dubium non sit hominem à Deo à mortuis excitatum: ut quia peccato hominis mors inuenta est, Christi iustitia resurrectionem meruerit mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificantur. Hoc dicit, quia sicut Adam peccans mortem inuenit, & tenuit, ut omnes ex eius origine dissoluantur: ita & Christus non peccans, & per hoc vincens mortem (quia qui non peccat, vincit mortem, quia mors ex peccato,) omnibus ex eius corpore acquisiuit vitam, id est resurrectionem. Quamuis ergo generalem tribuerit resurrectionem, ut sicut in Adam omnes siue iusti siue iniusti moriuntur, ita & in Christo omnes tam credentes quam diffidentes resurgant, licet ad poenam: increduli tamen uiuificari videntur, quia corpora sua recipiunt, iam non morituri, sed passuri poenam in eis sine fine: quod credere noluerunt.

Vnusquisque autem in suo ordine primitiae Christus: deinde qui sunt Christi, qui in aduentum eius crediderunt.

Nunc ordinem resurrectionis vult exponere, ne ideo putarent fabulosum esse, quia facta non est adhuc in caeteris: ordinem illis exponit & tempora quando facta sit, & quando futurum ut resurgant mortui. Primitiae Christus. Sicut in Actibus Apostolorum testatur scriptum esse in Moysse, si passibilis Christus, si prior surgens ex mortuis, &c. Prior ergo resurrexit, ut forma fieret credentibus sibi. Deinde qui sunt Christi, qui in aduentum eius crediderunt. Hoc duplici modo intelligendum est, quia & in aduentu eius secundo sancti resurgent, iuxta fidem Apocalypsis Ioannis, sicut & in primo aduentu cum resurrexerit, multa corpora sanctorum resurrexerunt ad prestationem cuiusdam mortis ac spoliatae. Sub vna ergo significatione duplicem aduentum Domini comprehendit.

Deinde finis, cum tradiderit regnum Deo & patri, cum destituerit omnem principatum & omnem potestatem, & omnem virtutem,

& omnem dominationem. Oportet enim illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Nouissimè autem inimica destruetur mors. Omnia enim subiecit sub pedibus eius.

Cum tradiderit regnum Deo, &c. Hoc dicit quia tradito regno finis erit mundi, impleta resurrectione. Quod quidam terrii asperitate sermonis, dum quasi pie volunt sentire, à proprietate sensus declinant. Horrent enim sonum verbi, audientes, Cum tradiderit regnum Deo & patri: putantes traditionem hanc regni, si iuxta sonum verbi intelligatur, vacuam remanere; ut si tradit, iam ipse non habeat: quasi pater tradens omnia filio euacuauerit se. Sed quia ipse Dominus ait, Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et postea, Haec est autem vita aeterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum: apparet quod regnante filio regnat & pater. Quomodo iterum tradens regnum filius euacuare se creditur, cum dicat angelus ad Mariam, Et dabit illi Dominus Deus sedem David patris sui, & regnabit in domo Iacob in aeternum, & regni eius non erit finis? Et Daniel de eodem regno dicit inter caetera: Deus caeli excitabit aliud regnum, quod numquam corrumpetur: & hoc regnum erit aeternum. Nemo ergo dubitet filium semper regnatum cum patre. Traditio autem hęc regni est, ut cum omnia filio fuerint subiecta, & adorauerint illum ut Deum, destructa morte: tunc filius ostendet illis non se esse ex quo omnia, sed per quem sunt omnia: & hoc erit tradere regnum Deo & patri; ostendere ipsum esse ex quo omnis paternitas in caelis & in terra nominatur: & tunc erit finis. Destructio tamen mortis est resurrectio mortuorum.

Cum verò dicat, Omnia subiecta sunt ei: nimirum, praeter eum qui subiecit ei omnia. Cum autem subiecta illi fuerint omnia: tunc & ipse filius subiicietur illi qui subiecit omnia: ut sit Deus omnia in omnibus.

Idem sensus est, quem nunc aperit, ut manifestet quid sit filium tradere regnum Deo & patri: hoc tamè addit ad sensum, quia tradens pater filio regnum, non se subiecerit ei sicut filius patri se subiecit. Incongruum est enim ut pater subiiciatur filio. Omnia ergo subiecit pater filio, ut similiter honorificetur & pater. Cum ergo omnia confessa fuerint Christum Deum substrata pedibus eius, tunc & ipse Christus Dominus subiicietur Deo patri: ut sit Deus omnia in omnibus. Hoc dicit, quia cum omnium principum & potestatum & dominationum fuerit pressa superbia, & adorauerint Christum quasi Deum: tunc & Christus propter vniocam auctoritatem patris, Deum quidem se ostendet, sed de Deo, ut vnus principij sublimis & ineffabilis auctoritas maneat. Hoc est subiicere se filium patri, hoc est Deum esse omnia in omnibus: quia cum dicitur omnis creatura caput suum esse Christum, Christi autem caput Deum patrem; omnia in omnibus est Deus pater. hoc est, ut omnis creatura vnum sentiat, vna voce omnis lingua caelestium & terrestrium & infernorum confiteatur

Psal. 109.

Psal. 8.

Apoc. 6.

Matth. 11.

Ioan. 17.

Matth. 28.

Luc. 1.

Dan. 2.

Psal. 8.

Rom. 11.

1. Cor. 8.

Ephes. 3.

2. Tim. 1.

1. Petr. 3.

Ioan. 13.

Hebr. 2.

Ephes. 1. & 3.

Psal. 109.

1. Cor. 11.

Coloss. 2.

Philip. 2.  
2. Cor. 5.  
1. Cor. 8.

Rom. 11.

Indic. 11.

Hebr. 11.

1. Cor. 15. Supp.

2. Cor. 11.

Ezech. 33.

2. Cor. 1.

Ast. 17.

Esa. 22.

Ast. 17.

Ast. 19.

Ast. 21.

teatur vnum esse Deum, ex quo sunt omnia. Si autem dixisset, Vt sit Deus in omnibus; intelligeretur in omnibus quidem esse, sed per affectum aut communem sensum, non tamen ea ipsa ex ipso esse. Sed cum dixit, Omnia in omnibus; hoc significauit, quia & ex ipso sunt, & in ipsis est. Ex ipso, quia ab ipso creata sunt: in ipsis autem, quia in omnium confessione vnus erit deus. Non tamen sic subiicitur filius patri, sicut filio creatura.

Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt: ut quid & baptizantur pro illis?

In tantum ratam & stabilem vult ostendere resurrectionem mortuorum, ut exemplum det eorum qui tam securi erant de futura resurrectione, ut etiam pro mortuis baptizarentur, si quem forte mors praueuisset, timentes ne aut malè, aut non resurgeret, qui baptizatus non fuerat, viuis nomine mortui tingebatur. Vnde subiecit, Vt quid & baptizantur pro illis? Exemplo hoc non factum illorum probat, sed fixam fidem in resurrectionem ostendit.

Vt quid & nos periclitamur omni hora? Quotidie morior pro gloria vestra, quam habeo in Christo Iesu Domino nostro.

Dicendo, Vt quid & nos periclitamur? discereit personas, ostendens non catholicos esse qui pro mortuis baptizabatur. Denique supra dixit, Vt quid & baptizatur pro illis? Nūquid & baptizatur pro illis? Nā & Iephte quāuis in re que accepta fieri posset, fidelis inuentus est, offerens filia suā secundū votū suū quod stultè vouerat. Non ergo factū probatur, sed perseuerantia fidei in exemplū praefertur. Praedicantiū pericula & labores memorat, dicens, Quid & nos periclitamur? & subauditur, Nisi quia speramus futuram resurrectionem? sicut supra memorat. Securi enim quia post istam mortem vera vita sequetur, pericula non timent illata ab infidelibus propter zelum illorum, quos quia crediderunt se perdidisse, dolent. Solitudinem ergo suam ostendit quam habebat erga salutem illorum propter gloriam promissam à Domino, sicut & in lege dictum est, Exalta sicut tuba vocem tuā, si te audierint, lucraberis animas illorum. Ad hoc festinabat Apostolus semper sollicitus, ut gloria illi cresceret apud Deum acquisitae salutis multorum.

Si secundum hominem, ad bestias pugnaui Ephesi: quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? Manducemus & bibamus: cras enim moriemur. Nolite seduci: Corruptunt mores bonos colloquia mala.

Si secundum hominem, ad bestias pugnaui, &c. Hoc est, si secundum humanum sensum (qui videns hoc in rerum naturam non cadere, ut caro iam soluta reformetur ad vitam, minimè credit futuram resurrectionem mortuorum) bestiis offerri non timui, nihil profeci. Sed non hoc est, quia certus de promissa vita, non solum non timuit, sed & libenter bestiis offerri se passus est, sicut inter caetera ait in Actibus Apostolorum: Ego enim non solum ligari, sed & mori paratus sum in Hierosolyma pro nomine Domini

Iesu Christi. Manducemus & bibamus: cras enim moriemur. Hoc ab Esaia propheta dictum est propter hos, qui quasi nihil futurum esset post mortem, ventri tantum studebant quomodo pecora, sicut & ij qui Corinthios deprauabant. Nolite seduci: corruptunt mores bonos colloquia mala. Significat confabulatione malorum hominum eueri posse bonorum propositum. Assiduitas enim prauis colloquij vitiat mentem, ac per hoc ab his cauendum. Quicumque enim acceptam fidem custodire vult, maximè inter ipsa initia obstrepentes debet vitare, ut impleat quod vtile iudicauit.

Vigilate, iusti estote, & nolite peccare. Ignorantiam enim Dei quidam habent, ad verecundiam vobis loquor.

Vigilandum monet, ne circumuentione prauis sensus capti & à fide abducti deprauentur, mortuorum resurrectionem non credendo. Iustos esse praecipit, ut non solum terrenam iustitiam excolant, sed & caelestem: quia terrena iustitia meritum non facit reum. Quid enim magnum est aliena non tollere, quippe cum hoc timoris sit? Magnum est autem de proprio non habenti largiri. haec est vera iustitia, & ut non peccent, subiecit. Vnde intelligi voluit non se iustitiam temporalè seruandam mandasse, sed diuinam, quia qui caelestem iustitiam seruat, sine dubio in hac presenti perfectus est. Ignorantiam enim Dei quidam habent, ad verecundiam vobis loquor. Propositum Dei ignorantes ij qui inter eos conuersabantur, mortuos resurrecturos stultum esse dicebant credere. Ideo pudorem illis incutit quasi imprudētibus, credebant enim eis, qui ignorantiam Dei habentes, contra Dei statuta docebant.

Sed dicet aliquis, Quemadmodum resurgent mortui? quòve corpore venient? Stultè, tu quod feminas, non uiuificatur, nisi prius moriatur. Et quid feminas? Non corpus quod futurum est, feminas: sed nudum granum, ut puta tritici, aut alicuius caeterorum. Deus autem illi dat corpus prout vult: & unicuique feminum proprium corpus.

Quemadmodum resurgent mortui? Hos dixit ignorantiam Dei habere, quorum deprauatae sententiae verba protulit, dicens, Quemadmodum resurgent mortui? quòve corpore venient? Cui congruè respondit, dicens, Stultè, tu quod feminas, non uiuificatur, nisi prius moriatur. Cum animali homine non utique legis auctoritate agit, ut exemplis suadeat, quae si reciperet, non erraret: sed physica ratione, de qua sibi blanditur, ut non credat resurgere resoluta & mortua corpora. Ostendit enim mortua rursus reparari ad vitam, & multiplicata, ut confundatur error humanus. Et quid feminas? Non corpus quod futurum est, feminas: sed nudum granum, ut puta tritici, aut alicuius caeterorum. Deus autem illi dat corpus prout vult: & unicuique feminum proprium corpus. Si ergo nudum granum feminatur, ut dei nutu quodammodo elementorum ministerio vestitum resurgat, multa secum habens incrementa utilitatis humanae: cur non credibile sit Dei virtute mortuum posse resurgere, meliorata tantum substantia, non numero multiplicatum? Quid ergo requiritur ab in-

Esa. 22.

Ecl. 10.

2. Tim. 2.

Tit. 3.

1. Cor. 16.

Matth. 5.

2. Cor. 9.

Matth. 3.

Hierem. 5.

Sap. 2.

1. Cor. 2.

Job. 19.

Ioan. 12.





Si autem venerit Timotheus, videte ut sine timore sit inter vos: quia opus Domini operatur, sicut & ego. nequis illum spernat. Deducite autem illum in pace, ut veniat ad me, expecto enim illum cum fratribus.

Ut sine timore sit inter vos, &c. Sine tribulationis formidine, vel etiam vestri contemptus. Deducite autem illum in pace, ut veniat ad me, expecto enim illum cum fratribus. Nihil admittentes quod ad animi eius proficiat laesionem.

De Apollo autem fratre notum vobis facio, quia multum illum rogavi venire ad vos cum fratribus: & utique non fuit voluntas eius ut nunc veniret: veniet autem cum oportunum fuerit. Vigilate, stete in fide, viriliter agite, & confortamini, omnia vestra cum charitate fiant. Obsecro autem vos fratres, noveritis domum Stephanæ, & Fortunati, & Achaici, quoniam sunt primitiæ Achaiae, & in ministerium sanctorum se ordinaverunt, ut & vos subiecti sitis talibus, & omni cooperanti & laboranti in vobis. Gaudeo autem in praesentia Stephanæ, & Fortunati, & Achaici, quoniam id quod vobis deerat, ipsi adimpleverunt, refecerunt enim & meum spiritum, & vestrum. Cognoscite ergo qui huiusmodi sunt.

1. Petr. 5. Ephes. 6. Dent. 31. Ephes. 6. 1. Cor. 1.

Vigilate, stete in fide, &c. Vigilate, metis oculis ad diaboli astutias praecauendas. Stete, quia stantibus difficile somnus obrepit. Viriliter agite, muliebris enim omnis inconstantia & varietas iudicatur. Confortamini, ut sit in vestra virtute profectus. Omnia non inanis gloriae causa, sed charitatis gratia facere festinate. Obsecro autem vos fratres, noveritis domum Stephanæ, & Fortunati, & Achaici, quoniam sunt primitiæ Achaiae, & in ministerium sanctorum se ordinaverunt, ut & vos subie-

Et si talibus, & omni cooperanti & laboranti in vobis. Gaudeo autem in praesentia Stephanæ, & Fortunati & Achaici, quoniam id quod vobis deerat, ipsi adimpleverunt. Quia praesentes sunt apud vos, & in illis magnum potestis habere profectum: siue quia mihi venerunt pro vobis ministrare officium charitatis. Refecerunt enim & meum spiritum, & vestrum. Pro charitate vestrum, pro laetitia meum spiritum refecerunt. Cognoscite ergo qui huiusmodi sunt. Unde alibi ait, Cognoscite eos qui ita ambulant, ut habeatis formam nostram. Hic cognoscite, id est honorate, cognoscentes eorum studium vel laborem.

Salutant vos ecclesiae Asiae. Salutant vos in Domino Aquila multum & Priscilla, cum ea quae in domo eorum est ecclesia, apud quos etiam hospitor. Salutant vos fratres omnes. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutatio, mea manu Pauli. Si quis non amat Dominum Iesum Christum, sit anathema. Maranatha. Gratia Domini nostri vobiscum. Charitas mea cum omnibus vobis, in Christo Iesu. Amen.

Cum ea quae in domo eorum est ecclesia. Domesticam congregationem fraternitatis ecclesiam nominavit. Salutant vos fratres omnes. Salutatio in osculo sancto. Salutatio mea manu Pauli. Si quis non amat Dominum Iesum Christum, sit anathema. Sicut illis qui eum amant, redemptio venturus est Christus: ita qui eum non amant, anathema sit, id est, ut illos abominetur & perdat. Maranatha, magis Syrum est quam Hebraeum: tamen ex sermone utrumque linguarum aliquid Hebraeum sonat, & interpretatur, Dominus noster venit. Gratia Domini nostri vobiscum. Propriae manus consueta subscriptio. Charitas mea cum omnibus vobis. Ut quomodo vos ego diligo, ita & in Christo inuicem diligatis. In Christo Iesu. Non secundum saeculi charitatem. Amen. Confirmatio est benedictionis hic sermo, sicut superius ipse demonstrat: Quomodo, inquit, dicit; Amen, super tuam benedictionem?

1. Cor. 12. 1. Cor. 4. 2. Cor. 1. 11.

SANCTI AMBROSII IN PRIOREM EPISTOLAM BEATI PAULI APOSTOLI AD CORINTHIOS COMMENTARIORVM

FINIS.

S. AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI IN POSTERIOREM EPISTOLAM BEATI PAULI APOSTOLI AD CORINTHIOS COMMENTARIA.

PROOEMIUM.

SECUNDAM epistolam Apostolus scribit Corinthiis, cuius haec principalis est causa, quoniam in prima pro quorundam peccatis doctores eorum praecipue corripuerat, unde multum fuerant contristati: nunc eos consolatur, suum eis proponens exemplum, & docens non debere agere quod pro aliorum salute correpti, cum ipse pro aliena salute periculis quotidie morti subiaceat.

1. Cor. 3. 1. Cor. 4. 2. Cor. 1. 11.

CAP. I.

PAVLVS Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater, ecclesiae Dei quae est Corinthi, cum omnibus sanctis qui sunt in vniuersa Achaia. Gratia vobis & pax a Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo.

VERITVR cur in omnibus epistolis contra usum epistolarum primo suum nomen ponat Apostolus, quam eorum ad quos litterae destinantur. Sed haec auctoritas est apostolici ordinis, quia minoribus scribit: sicut etiam & iudices saeculi solent ad eos quos regunt, scripta dirigere. Per voluntatem Dei. Dei, non hominum voluntate: simul ut ostendat, non sine patris voluntate se missum a Christo. Et Timotheus frater, ecclesiae Dei quae est Corinthi. Non dixit, Paulus & Timotheus, quia non ambo Apostoli. Ad Philippenses vero, ubi non erat tanta auctoritas, serui ambo ponuntur. Cum omnibus sanctis. Hic sancti possunt accipi sacerdotes, qui in prima ponuntur, Dominum inuocantes: & ad Philippenses, cum episcopis & diaconis. Idem autem postea nominantur, ne parum intelligentes eos praetermissos esse putarent, cum iam sint in ecclesia comprehensi. Qui sunt in vniuersa Achaia. Cuius est metropolis Corinthus. Gratia vobis & pax a Deo.

1. Cor. 12. coloss. 2. Tim. 1. Philip. 1. 1. Cor. 1. Philip. 1. 1. Cor. 12.

Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & Deus omnis consolationis, qui consolatur nos in omni pressura nostra: ut possimus & ipsi consolari eos qui sunt in omni angustia, per consolationem qua consolamur & ipsi a Deo. quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis: ita & per Christum abundat consolatio nostra.

1. Cor. 12. 1. Cor. 12. 1. Cor. 12.

Pater misericordiarum. Quia ex ipso est omnis misericordia. Et Deus omnis consolationis. Id est, perfectae consolationis, ut significaret quia non est minus tribulatione solatium. Qui consolatur nos in omni pressura nostra. Non in aliqua, sed in omni. Ut possimus & ipsi consolari eos qui sunt in omni angustia, per consolationem qua consolamur & ipsi a Deo. Propterea liberamur, ut nos

& alios consolari, & de tristitia liberare possimus. Aut ita formam nobis dat alios consolandi, ut per consolationem qua ipsi a Deo consolamur, agnoscamus quod Deus timentium se neminem derelinquat; & multo magis in futuro remuneret, quos etiam in praesenti non deserit. Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis. Id est, pro nomine Christi. Ita & per Christum abundat etiam consolatio nostra. Ut & Petrus est de carcere liberatus, & ipse Paulus visione Domini, & voce confirmatus in templo.

Siue autem angustiam patimur, pro vestri exhortatione & salute, quae operatur per patientiam earundem passionum quas & nos ipsi patimur, ut spes nostra certa sit pro vobis: siue consolationem consequimur, pro vestri consolatione & salute, quia scimus quod sicut socij estis passionum, sic & consolationis eritis.

Pro vestri exhortatione, &c. Id est, quia vos ad salutem exhortamur, siue ut vobis exemplum tolerantiae praebamus. Nam manifestum est quia pro quo patimur, ipse nobis adest, consolans nos per liberationem, eripiens nos de pressura interuentu maiestatis suae. Quae operatur per patientiam earundem passionum quas & nos ipsi patimur, ut spes nostra certa sit pro vobis: siue consolationem consequimur, pro vestri consolatione & salute: quia scimus quod sicut socij estis passionum, sic & consolationis eritis. Generaliter loquitur: ut quia causa crediturum persecutiones patiebantur a perfidis, subiecti iniuriis & caedibus; sic iterum auxilio Dei liberarentur, ad consolationem credentium, ne scandalum passi, a fide exciderent: quia iniuriae Apostolorum tentationes erant credentium, sicut scriptum est in Propheta Zacharia, Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis. Quamuis futura credant fideles, tamen inter ipsa primordia pressurae nouellis faciunt scandalum. Putant enim inanem esse promissionem, si vi oppressum viderint praedicantem. Sed si iam firmus est credens, compatitur suo magistro, fidens de spe futura, ut si muld consoletur cum quo & compatitur.

Non enim volumus vos ignorare fratres, de pressura quae nobis facta est in Asia: quia supra modum grauati fuimus supra vires, ita ut desperaremus nos etiam viuere. Quin & ipsi in nobis responsum mortis accepimus, ut non

Y

essemus fidentes in nobis, sed in Deo, qui suscitavit mortuos.

Quia supra modum grauari sumus. &c. Ideo passiones pressurarum indicat propè usque ad mortem illatas, ut ostendat quæ mala salutis illorum causa patiebatur, ut non grauius ferrent, si corripentur errores illorum ab iis qui hæc tam aspera tolerabant pro illis. Quis enim Medicorum non arguat susceptum suum negligentius se tractantem, ne cura medicina eius sine effectu remaneat? Quin & ipsi in nobis responsum mortis accepimus, ut non essemus fidentes in nobis, sed in Deo qui suscitavit mortuos. Tantam insolentiam iniquitatis significat insurrexisse contra fidei prædicatores, ut mortem ante oculos haberent. Denique erepti de ipsa pressura, resuscitados se dicunt. Sic enim afflicti fuerant, ut desperarent de præsentia vita. Sed quia Deus præsidia sua non negat in necessitate positus, maximè suis, eripuit illos desperantes de semetipsis, fidentes autem de Deo. Nimia enim pressura deficere se profitebantur, nisi adesset Deus.

Qui de tantis mortibus liberavit nos, & liberat: in quæ speramus, quia & liberabit, accedente pro nobis etiã vestra oratione: ut quod multorum faciebus donum in nos collatum est, per multos in gratiarum actione celebretur pro nobis. Gloria enim nostra hæc est, testimonium conscientia nostra.

Ut quod multorum faciebus donum, &c. Hoc dicit, quia gratia Dei multorum causa consolata est Apostolos, id est, omnium credentium, quorum causa & pressuræ eis ingerebantur: ac per hoc, quia omnium causa est, cuncti Deo gratias referant cum cessat tentatio: aut cum oritur, simul obsecrent. Gloria enim nostra hæc est, testimonium conscientia nostra. Hoc dicit, quia de conscientia sua præsumebant, quæ pura erat ab omni simulatione, quam obrem de Dei auxiliis non diffidebant.

Quia in simplicitate & sinceritate, non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus in hoc mundo: abundantius autem apud vos.

Quia in simplicitate & sinceritate, &c. Hæc est gloria conscientia quam dixit, simplicitas & sinceritas. Et quia hæc de Dei doctrina sunt, adiecit, Non in sapientia carnali, sed in gratia Dei: ut ostenderet non humanæ sapientia, sed euangelicæ prædicationi liberam se conscientiam exhibuisse. Præterita replicat. Hoc enim significat quod in prima epistola arguit fucatam prædicationem iuxta humanum sensum aptatam, cuius prædicatores duplici genere in sapientia carnali accusat, quia & iuxta mundi sensum prædicabant, ne facile offenderet homines, & quæstus causa hoc agebant, propriis lucris carnalibus studentes. Vnde Apostolus nunquam à Corinthiis sumptus voluit accipere, ne his occasionem daret, eo quod similis eis esset in hac re. Hinc est quod dicit, Abundantius apud vos simpliciter conuersati: quia cum ab aliis acceperit, ab his noluit, ne arguendi eos auctoritatem amitteret.

Non enim alia scribimus vobis, quam que legitis & cognoscitis. Spero autem quod usque ad finem cognoscetis, sicut & cognouistis nos ex parte, quia gloria vestra sumus, sicut & vos nostra, in die Domini nostri Iesu Christi.

Ea se dicit scribere, quæ non solum litteris cernebant, sed & operibus eius manifesta haberent: ut probaret ea quæ loquitur, gestis se implere, quibus vniuersi mens & propositum discitur. Spero autem quod usque ad finem cognoscetis, sicut & cognouistis nos ex parte, quia gloria vestra sumus, sicut & vos nostra, in die Domini nostri Iesu Christi. Proficere illos sperat, ex eo quod iam ceperant meliores effici cognito affectu circa se Apostoli, & gloriabantur in eo velut filij in patre charissimo. Vnde & Apostolus gloriam suam videri restatur in filiis obaudientibus, & tunc debere videri quando prodest, id est, in die iudicij Dei. Hoc dicens, perferendum monet.

Et hac fiducia volueram prius venire ad vos, ut plenam gratiam haberetis: & per vos transire in Macedoniam, & iterum à Macedonia venire ad vos, & à vobis deduci in Iudæam. Hoc ergo cogitans, numquid leuitate usus sum? aut numquid quæ cogito, secundum carnem cogito, ut sit apud me, est & non?

Et hac fiducia, &c. Hæc fiducia ex emendata est vita illorum. Iam enim & desiderare illos se significat, quos antè indignum erat videre. Plenam ergo gratiam habuissent de aduentu eius; quia imago est epistola, præsentia autem veritas. Non est itaque otiosum quia voluerat ire, & non iit. Intelligi enim vult esse aliquos inter eos quorum causa voluntatè suam non impleuit, ut adhibita opera purificarentur. Hoc ergo cogitans, numquid leuitate usus sum? aut numquid quæ cogito, secundum carnem cogito? Quoniam dixit, Volueram venire ad vos, & non veni, idcirco numquid leuitate usus sum? inquit, quia videtur qui dicit aliquid & non facit, leuitate uti. Ideò ne fortè istud de Apostolo arbitrarentur, hoc purgat: quia non istud leuiter, sed cum consilio fecit, ut non impleret quod disposuerat. Aut numquid quæ cogito (inquit) secundum carnem cogito? Qui enim secundum carnem cogitat, tunc non implet quæ disponit, quando aut personis amplioribus defert, aut certè lucris aut apparatibus vincitur: quod Apostolus semper spreuit. Spiritalis autè tunc dispositum non implet, quado prouidentius aliquid pro salute animæ meditatur: sicut & Apostolus ideò non impleuit quod voluerat, ut per hoc ipsum meliores efficerentur, scientes ideò distulisse eum, quia quidam adhuc inter eos non se purificauerat à peccatis. Vt sit (inquit) apud me, est & non. Hoc significat, quia non aliud egit quam sciuit agendum, quia utilitas anteponebatur voluntati. Hic sensus spiritalis est. Carnalis autem sensus sic mutatur, ut anteponat voluntatem utilitati.

Fidelis autem Deus, quia sermo noster apud vos non fuit, est & non, sed est in illo est. Dei enim filius Iesus Christus qui in vobis est, qui per nos

per nos prædicatus est, per me & Siluanum & Timotheum, non fuit in illo, est & non, sed est in illo fuit.

Sermo noster apud vos non fuit, est & non, &c. Hoc est quod dicit & ad Galatas, Si quæ destruxi, hæc eadè ædifico, præuaricatore me constituo. Ideo ergo fidelem in se dicit Dei prædicationem. Nam illud faciunt adulatorum. Frequenter enim, ne homines offendant, quæ vera sunt prætermittunt. Dei enim filius Iesus Christus qui in vobis est, qui per nos prædicatus est, per me & Siluanum & Timotheum, non fuit in illo, est & non, sed est in illo fuit. Quantum ad idoneos prædicatores pertinet, hoc debet esse ut sit apud illos, est est, non non; ut non aliud faciant quam sciunt vtile. Quia enim frequenter aliud volumus quam est vtile, ne voluntas vincat utilitatem, ideo Apostolus voluntati suæ utilitatem præposuit, ne iret ad illos. In Christo enim Iesu non fuit, est & non, sed est in illo fuit: quia nunquam aliud voluit quam est vtile. Semp̄ enim voluntas eius cum utilitate est: nec immutata est ut faceret inuitus, sicut homo, quod est vtile: aut vt am bigeret de aliquibus, & mutaret voluntatem.

Quotquot enim promissiones Dei sunt, sunt in illo est: & per ipsum Amen, Deo ad gloriam per nos. Qui autem confirmat nos vobiscum, Christus Dominus est; & qui vnxit nos, Deus: qui & signauit nos, & dedit pignus spiritum in cordibus nostris.

Promissiones Dei sunt, sunt in illo est, &c. Manifestum est, quia semper in Deo veritas est (hoc est, Amen) manifestata per Christum, post per Apostolos prædicata ad gloriam Dei, signorum virtutibus testimonium perhibentibus vera esse quæ promisit Deus per Christum Dominum nostrum. Gloria enim Dei est, cum ab illo omnia, & per illum, & in illo esse dicuntur. Qui autem confirmat nos vobiscum, Christus Dominus est, & qui vnxit nos, Deus: qui & signauit nos, & dedit pignus spiritum in cordibus nostris. Christum dicit confirmare gentes in fide promissa Iudæis, quia ipse est qui fecit vtraque vnum, id est, circumcisione & præputiũ, in vno nouo homine faciens pacem. Dominus ergo confirmat, & Deus qui vnxit nos, id est, qui dedit regiam honorificetiam, sicut dicit Petrus Apostolus: Quia sumus, inquit, genus regale, per vnctionem spiritalem, cuius typus fuit in regibus Iudæorum. Qui & signauit nos, dando spiritum suum nobis pignus, ut non ambigamus de promissis eius. Si enim adhuc mortalibus spiritum suum credidit, dubium non est quin immortalibus addat gloriam. Vnum tamen opus dicit patris & filij, quia & Christum dicit confirmare, & Deum. Quem enim confirmat filius, confirmat & pater: & cum dat spiritum patet, dat & filius; quia vtriusque est Spiritus sanctus, sicut dicit ad Romanos: Si quis autem spiritum Christi non habet, hic non est eius. Quoniam ergo de perfectione hominis locutus est, Trinitatis hoc loco fecit mentionem. Omnis enim summa perfectionis in Trinitate consistit.

Ego verò testem Deum inuoco in animam meam, quod parcens vobis, nõdum veni Co-

rinthũ, nõ quòd dominemur fidei vestrae, sed adiutores sumus gaudij vestri, nam fide statis.

Quòd parcens vobis, nõdum veni Corinthum. Nunc manifestat qua causa, cum voluisset ire ad illos, distulit, ut tunc iret quando iam propè omnes emendatos inueniret. His enim nunc loquitur, qui videbantur se velle corrigere, sed operam non dabat ut hoc implerent. Quia ergo corripere illos necesse erat, iter suum ab illis diuertit, ne contristaret multos, & hoc fuit illis parcere. Quod ut mentibus eorum cõmendet, Deum testem dat, ne putarent se indignos esse, & cõtemni ab illo: quo comperto, ut præsentia eius mererentur, emendarent se. Non quòd dominemur fidei vestrae, sed adiutores sumus gaudij vestri, nam fide statis. Quoniam fides nõ necessitatis, sed voluntatis res est; ideò dicit, Nõ quòd dominemur fidei vestrae. Dominatus enim necessitatis causa est. Sed adiutores sumus (inquit) gaudij vestri. Hoc est, quia sicut in malo opere tristitia est, ita & in emendatione gaudium. Huius gaudij adiutores sumus, inquit, quia volentibus eis emendare se, offerunt commonitiones, ut quod velle ceperat, possent implere.

DECREVI autè hoc apud me, ne iterum in tristitia venirem ad vos. Si enim ego contristo vos, & quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me?

Apertum est, quia ideò noluit ire, ne fortè corripens paucos, multos contristaret, ipse etiam contristatus. Compatiuntur enim omnia membra vnus morori. Si enim ego contristo vos, & quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me? Hoc dicit, quia nõ vult eos contristare, sed quia peccatis studuerant, necesse erat illos contristari inuito Apostolo; ita tamen, ut de cætero obaudientes facti lætificarent eos qui contristabantur cum eis: ut qui corripiendo contristauerat eos, lætificaretur ex his dum corriguntur.

Et scripsi vobis hoc ipsum, ne cum venissem, tristitia haberem de quibus oportuerat me gaudere: certum habens, quia meum gaudium, omniũ vestrum est. Nam ex multa pressura & angustia cordis scripsi vobis per multas lacrymas, non ut contristemini, sed ut cognoscatis quam charitatem habeam abundantius erga vos.

Et scripsi vobis hoc ipsum, &c. Idcirco dicit hæc se scripsisse, ut postea veniens, non esset vnde contristaretur sublati vitiis, sed gauderet cū eis quasi cum charissimis filiis: ut quia ab infidelibus tribulationibus afficiebatur, ab his vtiq̄ gauderet qui crederant. Gaudium enim Apostoli, purificatio est populi. Ideò enim gaudet, quia vituperatio non est in eis quos simul oportet gaudere. Nam ex multa pressura & angustia cordis scripsi vobis per multas lacrymas, non ut contristemini, sed ut cognoscatis quam charitatem habeam abundantius erga vos. Manifestum est, quia quado hoc affectu quis aliquem corripit, ut plus illo doleat peccatis eius; non vtiq̄ ut illum cõtristet corripit, sed ut ostendat illi quo amore diligit eum. Qui enim non

Rom. 8. 1. Cor. 4.

1. Cor. 10. 2. Petr. 2.

Rom. 15.

1. Ioan. 4. 1. Tim. 1.

Pror. 11. Philip. 1.

1. Cor. 9.

2. Cor. 4. 1. Cor. 9.

2. Cor. 11.

2. Cor. 10.

2. Tim. 3.

1. Thef. 2.

1. Cor. 4.

Num. 23. Iacob. 1.

Proverb. 23.

Iacob. 4.

Hester 16. Act. 19.

1. Thef. 2. Hebr. 11.

Rom. 12. 2. Cor. 8.

2. Cor. 10.

Galat. 2.

1. Tim. 1. Act. 18.

Matth. 5. 1. Cor. 10.

Rom. 3. Ephes. 4. Act. 14. 1. Cor. 8.

Ephes. 2.

2. Petr. 2. 1. Reg. 20. Ephes. 1.

Ioan. 16.

Rom. 8. 1. Ioan. 5.

2. Cor. 13.

Rom. 5.

Philip. 1.

Luc. 15.

1. Thef. 4.

CAPVT II.

1. Cor. 12.

2. Cor. 7.

2. Cor. 13.

Philip. 2.

Hebr. 12.

hoc affectu corripit, fratrem cōtristat. Insultat enim qui non condolet fratru.

Si quis autem cōtristauit me, non me contristauit, sed ex parte, vt non onerem vos omnes. Satis est ei qui talis est, obiurgatio hæc quæ fit à pluribus: ita vt e contra magis donetis & consolemini, ne quo modo abundantiori tristitia absorbeatur qui eiusmodi est.

Non me contristauit, sed ex parte, vt non onerem vos omnes, &c. Omnes quos hic dicit, ex parte, sancti sunt. Duæ enim partes in populo sunt, sicut in prima epistola memorauit. Hi ergo ex parte sanctorum sunt, quos contristatos in errore fratris significat, sicut & semetipsum. Hoc autè dicens, onerauit peccantem. Plus autè fit reus in cuius delicto multi tribulantur: ac per hoc, inquit, Satis est ei qui talis est, obiurgatio hæc quæ fit à pluribus. Magnum dolorè vtiq; patitur qui delictum suum videt plures horrere. Ita vt e contra magis donetis & consolemini, ne quo modo abundantiori tristitia absorbeatur qui eiusmodi est. Afflicto homini peccati proprii causa subuenire præcipit, quia pœnitentia si de vero animo est, hoc est, si correptus statim in animo doleat, protinus habet fructum. Denique in Regnorū libro habetur, quia Achab, cum arguisset eū Propheta, commotus animo statim meruit veniam. Et Dauid in causa Vriæ Hethæi correptus, quia cognouit se peccasse, delictum eius deletum est. Ita & Apostolus illum qui incestum commiserat habens uxorem patris, obiurgatū & abiectum, dolentem reuocari iubet; ne diu videns se contristatū sperni, desperas de se, daret animū ad mūdo fruendum, quasi qui locum apud Deū iam nō haberet. Hoc est enim

1. Cor. 5.

2. Cor. 7.

3. Reg. 21.

2. Reg. 12.

1. Cor. 5.

Genes. 4.

Apo. 21.

Lib. 4. sent. dist. 14. §. post hæc.

maiori tristitia absorberi, desperantem de se cōuertit ad admittēda peccata, quibus grauatus absorbeatur à secunda morte. Hæc enim vera pœnitentia est, iam cessare à peccato. Sic enim probat se sibi dolere, si de cætero peccare desinat.

Propter quod obsecro vos, vt confirmetis in illum charitatē: nam ad hoc scripsi, vt probarem, an in omnibus obedientes sitis. Si cui autē quid donastis, & ego. Nā & ego si quid donauit, propter vos donauit in persona Christi, ne possideamur à Satana, non enim ignoramus astutias eius.

Vt probarem, an in omnibus obedientes sitis. Quantū datur intelligi, obediētes hos factos in cæteris probat. Emendauerant enim quæ ad ordinē ecclesiasticum pertinet. Vnde etiam in hoc vult illos esse obedientes, vt confirmet fratrem in charitate, suscipientes eum in cōmunionem. Si cui autem quid donastis, & ego. Manifestum est, quia quod iubet fieri, ipse facit: nec potest hoc abnuere, quod etiā obsecrans vt fiat scribit, cum haberet potestatem iubendi. Sed quia in prima epistola graue eius detulit crimen, vt horrent illū omnes: nunc cum recipi illū vult, orat ne adhuc exulcerato animo aduersum illum, durum illis esset habere cum illo cōmunionē ecclesiæ. Neque enim tanta in eis erat, quanta in Apostolo prouidentia, vt statim intelligeret faciendū esse quod dicebat Apostolus in causā huius dumtaxat: ideo obsecrat vt di-

1. Cor. 14.

2. Cor. 13.

1. Cor. 5.

1. Cor. 7.

mittant illi, significans Deum illi ignouisse, quia nihil sine Dei spiritu agebat Apostolus. Nam & ego si quid donauit, propter vos donauit in persona Christi. Hoc dicto grauat illos, quia si magister petētib; discipulis donauit cui voluerunt peccatū, quāto magis obaudire debent discipuli magistro? Et vt ratū ei cui donauit, ostenderet apud Deum, ait in persona Christi se donasse quod donauit: hoc est, accepto tulisse Christū cuius legationeungebatur, vt factū Apostoli factū sit Christi, sicut dixit, Quæcūque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo. Si ergo huic

pro quo perierūt, per Apostolum Christus ignouit: quanto magis huic iam ignotum erat, cui vt donēt, ipse etiā hortatur: Ne possideamur à Satana, nō enim ignoramus astutias eius. Hoc dicit quod supra memorauit, quia consolatio debet subsequi fratrem delictum flentē, ne diu contristatus & cōtemptus à charitate ecclesiæ, incipiat desperare de se, & videns qui semper in insidiis est subtilis diabolus, mētē eius vilē effectam, accedat, & suggerat ei, vt vel presentibus fruatur, qui de spe futuri præmij deiectus est; & pereat frater possessus à diabolo, cui ad hoc pœnitentia data erat, vt cōuersus reformaret se, sicut dicit in Ezechiele Propheta, Nolo mortem moriētis, quantum vt reuertatur & viuat. Et iterum, Conuertantur, inquit, & replantabo illos.

Cum autē venissem Troadē propter Euangelium Christi, & ostium mihi apertū esset in Domino, non habui requiem spiritui meo, eo quod nō inuenerim Titum fratrem meū, sed vale illis facto, profectus sum in Macedoniā.

Troadem se perrexisse significat ad prædicandum eis Euangelium Christi: & cum cœpisset prædicare, fuisse qui caperent verbum fidei. Sed quia solatium Titi defuit, intolerabilis erat labor perstreptium causa. Quamuis enim quidā eorum aperuerant corda sua ad recipiēdum sermonem Dei: tamen impudentia infidelium non minima existerat insurgens in Apostolum zelo credentium: & hæc duo ab vno impleri non poterant, nempe & fideles instruere, & incredulis repugnare. Ideo que vale illis facto qui susceperant eum, profectus est in Macedoniā.

Deo autem gratias, qui semper triūphat per nos in Christo Iesu, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco: quia Christi bonus odor sumus Deo in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt.

Qui semper triumphat per nos, &c. Hoc est Deum per Apostolos triumphare in Christo, victores illos facere in fide Christi, vt calcata perfidia trophæū habeat fides, dum ex perfidis fiunt fideles, & maleuoli non proficiunt in persequendo credentes. Et odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus Deo in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt. Odor notitiæ Dei, in Christo, & per Christū est. Odorem autem idecirco dixit, quia sicut quædā res cum non videatur, per odorem tamen cognoscuntur, & intelligis in loco aliquo esse quod non vides: ita & Deus quia inuisibilis est, per Christum se voluit intelligi, vt prædicatio Christi (quæ vtiq; inuisibiliter,

Galat. 4.

2. Cor. 5. Matth. 18.

Galat. 6. 1. Petr. 5.

1. Cor. 8. Ezech. 18. Hierem. 17. et 23.

Ezech. 36

Aff. 16.

Aff. 20.

Rem. 8. 2. Tim. 3.

Genes. 27.

Ioan. 1. Matth. 11.

liter, sicut ad nares odor, ita ad aures peruenit) Deū patrem insinuaret creatorem, & filium eius vnigenitum. Cuius rei legatione fungentes Apostoli (sicut dicit Dominus ad Deum, filius ad patrem: sicut emisisti in hunc mundum, ita & ego eos mitto in hunc mundum) odorem notitiæ Dei & Christi per signa & prodigia manifestarent. Vera hæc esse de Deo & Christo prædicatio, virtutis testimonio probatur. Quæ ideo in odore significata est, quia cum Deus non videatur, per hanc quæ inuisibiliter operatur, in Apostolis esse intelligitur, vt veritas doctrinæ manifestetur. Qui ergo rectè asserit Christū, bonus odor est Deo, laude dignus in eo qui credit, nec vituperabilis in illo qui non credit. Qui verò non rectè asserit Christum, malus odor est Deo, tam in his qui fidi sunt, quàm in illis qui diffidūt, pro vtriusque enim reus erit. Qui enim diffidit, idcirco videtur non credere, quia peruersum est quod audit: & qui credit, malè credit. Apostolus ergo rationem legis locutus est, vt sicut in lege qui hostias bono voto offerrebat, bonus odor erat Deo, & acceptabilis: ita & nunc prædicationis virtus doctrinæ odorem præstat fragrantem Deo. Quam ob causam auxiliis suis tutos præstabat Deus Apostolos, vt verba cognitionis eius infunderent patētibus auribus, siue Iudæis, siue gentilibus; addito his sacramēto natiuitatis Domini Iesu secundum voluntatem Dei & patris eius in vnitatem fidei salutaris, ad salutem credentium, & perditionem diffidentium.

2. Cor. 5. Ioan. 17.

Aff. 2. 5. 14.

Rem. 1. 1. Petr. 2.

Leuit. 1. Num. 15.

Aff. 14. 18.

1. Cor. 1.

Matth. 9.

2. Cor. 1. 1. Thes. 2.

Ezech. 3. 33.

1. Cor. 4.

Aff. 13. 1. Cor. 1.

2. Cor. 4. 8.

INCIPIMVS iterū nosmetipsos cōmendantis epistolis ad vos, aut ex vobis?

Quoniā pseudoapostolos notat, praua eorū commenta deligans, se autem verum prædicatorem testatur. videtur iterum commēdare se, sicut in prima epistola. Et ne hoc veritas aliqua terrestrius lucra gratia facere videretur, adiecit, Numquid indigemus, sicut quidam, commendatiis epistolis ad vos, aut ex vobis? Hoc dicēs, & suū sensum purgat, & adhuc pseudoapostolos notat, quos proprii honoris & quæstus causa circuire ecclesiis probat, ad auferendā, non ad tribuēdam salutē. Ex his erāt quibus dicit Dominus, Commeditis domos viduarū & pupillorū, oratione longa orātes, propterea accipietis maius iudiciū. Hi enim & res eorū & animas inuadebāt: Apostolus autē nec res eorū tægebat, & veritate doctrinæ animas eorum saluabat. Nō ergo carnaliter, sed spiritualiter se commendabat ad profectum salutis illorū, vt de illo hoc crederent quod erat: quia qui de bono malè sentit, peccat: ac per hoc commendatio hæc istis magis proficit.

Epistola nostra vos estis, scripta in cordib; nostris, quæ cognoscitur & legitur ab omnibus hominibus: manifestari quia estis epistola Christi, ministrata à nobis.

Epistola Apostoli, salutis indicium est. Rectè ergo ait, quod salus Corinthiorū in corde erat Apostoli, & eorū qui cum illo erāt, semper enim de salute eorū cogitabāt. Cum ergo in corde sint Apostoli, & eorū qui cum ipso erant, epistola sunt scripta in cordibus eorum, quia qui semper alicuius memor est, scriptus est in animo eius. Quæ cognoscitur & legitur ab omnibus hominibus: manifestari quia estis epistola Christi, ministrata à nobis. Apertū est, quia cum dicuntur Christiani, epistola Christi sunt, indicantes salutem quam dedit Deus in Christo omnibus hominibus, scribentibus Apostolis: dum enim docent, scribunt.

Scripta non atramento, sed spiritu Dei viui; non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.

Quoniā quæ promissa sunt, æterna sunt: idcirco Dei spiritu scripta dicuntur, qui semper est: tēporalia autē atramento, quod obsolescit, & perdit memoriam. Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Nunc legem veterē pulsā, quæ primū data in lapideis tabulis abolita est, fractis tabulis sub monte à Moysē. Noua autē lex in animo scribitur, hoc est in corde, non per calamum, sed per spiritum, quia fides æterna res est, ab spiritu scribitur, vt maneat: vetera autem præcepta deficiente mundo cessabunt. Quomodo ergo differt lex à lege, ita differunt dispensatores illius legis à dispensatoribus legis fidei.

Fiduciā autem talē habemus ad Deum per Christū: non quod sufficētes simus æstimare aliquid à nobis, tāquā à nobis sit: sed sufficētia nostra ex Deo est, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamēti, nō littera, sed spiritu. Littera enim occidit, spiritus autē viuificat.

III. CAP. V.

2. Cor. 7.

1. Cor. 4.

2. Tim. 3.

Matth. 23.

2. Cor. 12.

Matth. 20.

1. Cor. 16.

2. Cor. 13.

Esa. 49.

1. Cor. 3.

1. Petr. 1.

Exod. 32.

Hierem. 31.

Hebr. 8.

1. Cor. 4.



1. Thess. 2.  
Hebr. 3.

Quanta dignitas sit in Apostolis, manifestat cum dicit, *Fiduciam autem talem habemus ad Deum per Christum*. ut ostendat veteres non hanc habuisse fiduciam ad Deum, quia minor fuit administratio. *Non quod sufficientes sumus aestimare aliquid a nobis, tanquam a nobis sit; sed sufficientia nostra ex Deo est, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti, non littera, sed spiritu. Littera enim occidit, spiritus autem uiuificat.* Quamuis preferat apostolicam dignitatem; in Dei tamen laudem prorupit; non istud meritis humanis adscribens, sed eius gratia qui dignatus est pro vita humana salutarem praedicationem ordinare, quae quos lex vetus reos tenebat, saluaret, data remissione peccatorum per Iesum Christum Dominum nostrum. Litterae enim ad hoc datae sunt Moyse, ut contemnentes legem occideret secundum ius naturae. Spiritus autem, id est lex fidei quae non scribitur, sed animo continetur, uiuificat reos mortis; conuertentes tamen se ut iustificati, de caetero non peccent. Recte ergo data fuerat lex, ut timor esset peccanti. Sed quia fragile est genus humanum, misericordia Dei data est in praedicatione Apostolis, ut donatis peccatis euaderent mortem, credentes in Christum. Haec est praedicatione noui testamenti, quod promiserat Deus per Prophetas.

Ephes. 4.  
Tit. 3.  
Rom. 7.  
Galat. 3.

Rom. 8.  
Exod. 20.

Rom. 11.  
Rom. 1.

Quod si administratio mortis, litteris formata in lapidibus, fuit in gloria, ita ut non possent intueri filij Israel in facie Moyse propter gloriam vultus eius, quae euacuatur: quomodo non magis administratio spiritus crit in gloria?

Hebr. 3.  
Rom. 7.  
Galat. 3.

Manifestum est maiorem esse gratiam legis fidei, quam legis Moyse. Quamuis enim ad hoc data sit lex Moyse ut proderet: contempta tamen, facta est lex mortis. Ergo quia peccatoribus prouidere non potuit, venit lex fidei, quae hos saluaret, non solum ignoscens, sed & iustificans eos. Multum ergo interest inter legem & legem. Tunc enim maculati peccato in vultum Moyse descendentes de monte cum lege, accepta in tabulis, intueri non poterant, quia gloriosa facta erat facies eius, ne a peccatoribus posset aspicere, qui digni erant morte. Quae nunc gloria euacuatur per legem spiritus, cum accepta remissione peccatorum facti iusti, digni sunt aspicere & possunt gloriam Dei, sicut viderunt in monte Petrus & Ioanes, & Iacobus gloriam Christi.

Exod. 34.

Galat. 3.

Matth. 17.

Si enim in administratione damnationis est gloria: multo magis abundat administratio iustitiae in gloria. Nec enim gloriosum factum est id quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam. Si enim quod euacuatur, fuit in gloria: multo magis quod permanet, in gloria est.

Galat. 3.  
Matth. 5.

Multo magis abundat administratio iustitiae, &c. Hoc dicit, quia amplius est donum iustitiae Dei per fidem Christi, quam legis veteris: quia magis gloria in salute est, quam in morte, quamuis iuste damnet, tamen ad laudem proficit magis si indulgeat, ut possit reus corrigere se. *Nec enim gloriosum factum est id quod claruit in hac parte, propter excellentem gloriam.* Manifestum est

non esse factum gloriosum quod visum est in vultu Moyse gloriosum. Quando enim nulli profuit gloria vultus eius, sed magis obfuit, non habuit fructum gloriae, licet non suo vitio, sed peccantium: tamen in hac parte gloria non est. Illa autem est magis gloria quae abundat in gratia, ut purificati homines dono Dei, absterfa caligine possint videre gloriam Christi. *Si enim quod euacuatur, fuit in gloria: multo magis quod permanet, in gloria est.* Non negat gloriam fuisse in lege, vel in vultu Moyse; quanta est genitoris eius, quia figura erat in Moyse; non veritas: id est adueniente Salvatore cessauit figura, quia apparuit veritas manens semper: ut quantum interest inter imaginem & veritatem, tantum interest inter gloriae vultus Moyse, & gloriam Christi. Ideo supra dixit, *Propter excellentem gloriam.* Illa enim tanta erat gloria, quanta debuit credi seruo: haec verò tanta, quanta est genitoris eius, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Sicut enim vesperae stellae gloriosae sunt, oriente autem sole euacuatur earum claritas: ita & Moyse gloria euacuatur apparente gloria Christi.

Exod. 34.

Hebr. 3.

1. Cor. 10.  
Hebr. 10.

Hebr. 3.  
Philip. 2.

Hebr. 8.

Habentes igitur talem spem, multa fiducia vtamur.

Spem habere nos dicit videndi gloriae, non talem qualis fuit in vultu Moyse, sed eam quam viderunt tres Apostoli in monte, reuelante se Domino. Hinc igitur conicere debemus quantum nobis contulerit diuina clementia, quantumque nos superioris gratiae dono ditare dignata est, quam dederat Iudaeis. Iudaei enim, cum minor esset gloria vultus Moyse, eam speculati non poterant: nos verò non Moyse gloriam, quae inferior est, sed excellentem Saluatoris gloriae visuros nos credimus. Iudaei ergo serui gloriam non meruerunt videre: nos autem Domini communis gloriam sumus visuri. Ideoque & nos vicē reddere in quantum possumus debemus benevolentiae Dei, ut propensiores simus in eius amore, qui nobis fiduciam dedit, abluens nos a peccatis, videndi gloriam Dei. Nunc itaque opus est ut crescat in nobis fiducia bonis actibus parata. Tantum enim videbimus, quantum credimus.

Matth. 17

Exod. 34.  
Philip. 3.

1. Pet. 5.

1. Cor. 13.  
1. Ioan. 3.

Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, ne intuerentur filij Israel in faciem eius quod euacuatur, sed obtusi sunt sensus eorum vsque in hodiernum diem.

Exod. 34.

Quoniam digni facti sumus per gratiam Dei videre gloriam Christi, idcirco ait: *Et non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, ne intuerentur filij Israel in faciem eius quod euacuatur.* Ideo ponebat velamen, quoniam splendorem vultus eius ferre non poterat causa peccati, quo sublato potestas datur videndi gloriam Dei vsque ad finem eius: quia tandem non reuelatur, quamdiu relicta lege conuertantur ad gratiam fidei, & sic euacuatur. Accedente enim dignitate per fidem, euacuatur indignitas. *Sed obtusi sunt sensus eorum vsque in hodiernum diem.* Tandem obtusos dicit, quamdiu non credunt. Quae obtusio infidelitatis causa obuenit, id est conuersis ad fidem acuitur acies mentis, ut videant diuini luminis splendorem.

1. Ioan. 1.  
Exod. 34.

Galat. 3.  
1. Cor. 13.

Rom. 11.

Haec ipsa obtusio in lectione veteris testamenti manet, dum non reuelatur, (quia in Christo

sto euacuatur) sed vsque in hodiernum diem, cum legitur Moyses, velamen est positum supra cor eorum. Cum autem conuersi fuerint ad Dominum, auferetur velamen.

Exod. 34.  
Act. 28.

Exod. 34.

Esa. 6.  
Ephes. 2.  
Colos. 2.

Obtuso, ait, haec in lectione Exodi manet, quoadiu credant. Non enim reuelatur, nisi credat. In Christo enim euacuatur, hoc est, per fidem Christi auferitur velamen. A moto enim delicto incipient videre, quod obstante peccato videre non poterat. *Sed vsque in hodiernum diem, cum legitur Moyses, velamen est positum supra cor eorum.* Manifestum est, quia cum legitur haec pars legis, sententia illorum recitatur qui sunt sub lege. *Cum autem conuersus fuerit ad Dominum, auferetur velamen.* Conuerterti ad Dominum hoc est, credere in Christum, ut agnosces Dominum, veniam mereatur accipere. Hoc est auferri velamen, sententiam euacuari quae tenebatur reus sub lege.

Dominus autem spiritus est. Vbi autem spiritus Domini, ibi libertas. Nos itaque omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes, ad eandem imaginem transformamur a gloria in gloriam, sicut a Domini spiritu.

1. Ioan. 4.  
Hebr. 8.  
1. Cor. 2.  
Hebr. 11.

Quoniam Deus spiritus est; per Christum legem dedit spiritus, non litteris utique scriptam, sed per fidem animis intimatam: non quae visibilia doceat, sed inuisibilia credi suadeat, quae animus spiritualiter colligat, non quae oculus cernat. Haec lex dat libertatem, solam fidem potens: ut quia quae non videt credit, de conditione erui mereatur. *Nos itaque omnes reuelata facie gloriam Domini speculantes, ad eandem imaginem transformamur a gloria in gloriam, sicut a Domini spiritu.* Nos dicit omnes qui libertatem sumus consecuti dono gratiae Dei, gloriam Domini per fidem speculantes, ad eandem imaginem transformari quam speramus: id est, ut similes inueniamur transacta hac vita imagini gloriae Christi, sicut dicit Ioannes Apostolus: *Scimus, inquit, quia cum apparuerit, similes ei erimus. A gloria in gloriam, sicut a Domini spiritu:* id est, sublato beneficio Dei a gloria Moyse, quam reatus causa cernere nequibamus, transformamur ad gloriam quam credimus dari nobis a Domini spiritu. Tantum enim dabitur gloriae, quantum dignum est dare Deum per spiritum suum. Ideo enim dixit, *Sicut a Domini spiritu:* ut ostenderet talem gloriam dari, quae sublimitati congruat dantis. Moyse enim gloria nec tanta fuit, nec perennis. Pro modo enim legis & gloriam accepit: ita & pro modo legis fidei in qua spiritus Dei est, dabitur gloria credentibus. Tantum enim concessit Deus fidelibus, ut spiritum suum det eis pignus illius gloriae quam promisit.

1. Ioan. 3.  
2. Cor. 4.

Exod. 34.

Rom. 8.

Hebr. 3.  
Galat. 4.  
Ephes. 1.

CAPVT III.

QVARE habentes hanc administrationem; propter misericordiam consecuti sumus, non deficiamus, sed renuntiamus occultis dedecoris.

Talem spem dicit habere administrationis huius ut non deficiat in pressuris, confortatus fide promissio-

tionum. Vnde superius dixit, *Multa fiducia vtamur.* Fidentes enim in his quae promissa sunt, quidquid aduersum acciderit, tolerant. Quod non humanis meritis deputat, sed misericordiae Dei, quae hominem primo abluat, deinde iustificat, adoptans in filium Dei, ut donet cum gloria simili gloriae filij proprii Dei. *Sed renuntiamus occultis dedecoris.* Vt illi gloriae dignus sit homo, omnia turpia & polluta quae fieri & cogitari possunt, amouenda docet, ut non solum de opere, sed & de cogitatione pellantur. Inuitantis verba sunt. Sub sua enim & suorum persona ad meliorem vitam hortatur, propter supradicta vitia quae in his epistolis saepe reprehendit. Possunt, & haec occultis dedecoris esse, quae prauo sensu ad praedicandum meditantur ut fallant. Vnde subiicit,

2. Cor. 3.

Rom. 8.

Colos. 3.

Ephes. 5.

Non ambulantes in astutia, neque adolterantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo.

*Non ambulantes in astutia, &c.* Ad idedecus enim deformatione eius proficit, qui subdola mente con- fingit doctrinam ad decipiendum corda simplicium: turpis enim inuenietur in die iudicij Dei. Nam astutia mala mentis, ut id quod sibi libitum est, expleat, verba Dei adulterat, ut sensum inuertat. Adulterare est autem, verum sensum per falsum velle excludere. *Sed in manifestatione veritatis commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo.* Hoc dicit, quia in praedicatione euangelica nulli se fecit suspectum, addens amplius, cum dicit, *Coram Deo:* ut hoc ipsum non solum hominibus manifestum probet, sed etiam Deo, cui nihil occultum est. Testimonium ergo Dei implorat, ut vel sibi credatur, quia ita praedicat sicut datum est ab auctore: & Deus hoc modo restis est, dum dat signa & prodigia fieri per manus eius.

2. Tim. 2.

1. Petr. 2.

2. Petr. 3.

2. Cor. 11.

2. Cor. 12.

Hebr. 3.

Rom. 15.

2. Cor. 12.

Quod si adhuc opertum est Euangelium nostrum, in his qui pereunt est opertum, in quibus Deus saeculi huius obcaecauit sensus infidelium, ut non peruideant lumen Euangelij maiestatis Christi, qui est imago Dei.

Quod si opertum est Euangelium nostrum, &c. Verum est, quia increduli non vident, perfidia obcaecante splendorem virtutis Dei. Velamen enim est supra cor eorum, & obtusio infidelitatis, in Iudaeis maxime. *In quibus Deus saeculi huius obcaecauit sensus infidelium, ut non peruideant lumen Euangelij maiestatis Christi, qui est imago Dei.* Deum dicit, saecularium hominum, quia maleuoli sunt erga fidem Christi, sensus obcaecare, ne videant veritatem Euangelij maiestatis Christi. Hoc ergo illis praestat quod volunt. Quia enim maleuoli sunt homines, & intelligentes verum dicunt esse falsum, in eo ipso adiuuantur, ne possint credere quod nolunt. Christum autem, cum sit imago Dei, corporeum tantum asserunt: & relinquentes gesta eius, solius carnis faciunt mentionem, de quibus dixit Esaias: *Obcaecauit oculos eorum ne videant, & auribus ne audiant vsque in hodiernum diem.*

Rom. 11.

2. Cor. 3.

Colos. 3.

Esa. 6.

Nec enim nos ipsos predicamus, sed Christum Iesum Dominum nostrum: nos autem seruos vestros propter Iesum.

Nec enim nos ipsos predicamus. Hoc est, non nostram gloriam annuntiamus, ne quis nos dicat propter nos ipsos euangelizare, ut nobis proficiat forte ad tempus: sed Iesum Dominum nostrum annuntiamus, subicientes nos virtuti, maiestati que eius. Quando ergo nullum grauamus, nullum concutimus, & Christum Dominum nostrum fatemur: quid est ut elati iudicemur quasi pro nostra propria utilitate predicare, ut gloriosi appareamus? Nos autem seruos vestros propter Iesum. In tantum se seruuum Christi esse probat, ut iubente ipso ministrum se horum in predicatione testetur: ut pro utilitate horum subiecti sint in ministerio Euangelij. Seruos ergo dicēs, ministros significat: sed ut humiliter loqueretur, sic dixit, ut verē ostenderet non ad suam gloriam se predicare Euangelium, sed ad claritatem Domini nostri, cui obedit, cui seruit, sicut & ipse Dominus ait, Ego sum in medio vestrum non ut ministrer, sed ut ministrem: non merito horum quibus ministrat, sed propter imperium Domini.

Quia Deus qui dixit de tenebris lumē fulgere, illuxit in cordibus nostris, ad illuminationem cognitionis glorię Dei, in facie Christi Iesu.

Hoc dicit, quia misericordia Dei factū est ut nos, inquit, qui fuimus increduli in ignorantia, hoc est in tenebris, per nos daret Deus lumē ceteris gentibus. Quantum se adhuc humiliat, ut Dei solius & Christi gloriā pręferat. Humiliatur enim, ut cognitionem habeant glorię Dei per Christū. Ideo glorię Dei ait cognitionem, & nō Dei solius, sed & Christi, qui est gloria eius: ut significaret non solum Deū cognosci, sed & opera eius & misericordiam & prouidentiam qua condidit & saluauit genus humanum, visus in Christo per gloriā virtutis suę.

Habemus autē thesaurū hunc in vasis fictilibus, ut eminentia sit virtutis Dei, & non ex nobis.

Thesauro, sacramentum significauit Dei in Christo, quod credentibus manifestatur, incredulis verō quodam reclusum est velamine: quia sicut thesaurus in occulto ponitur, ita & sacramētum Dei intra hominem, id est, in corde humano absconditur. Hunc ergo thesaurum in animo & corpore dicit esse à Deo datum, ut eminentia virtutis eius appareat per homines predicatorum dūtaxat, ut reconcilietur omnis lingua creatori suo, non ad honorificentiam hominū, sed Dei, qui se manifestat per homines: qui cum humiles & imperiti essent, acceperunt potestatem à Deo & loquendi magna, & agēdi. Fictilia ergo vasa dicens, infirmitatem naturę humanę significat, quę nihil potest, nisi à Deo acceperit virtutem, & ad laudem suā Deus per hęc se predicet quę infirma sunt ut gloria illi detur, nō homini qui ex luto fictus est.

In omnibus pressurā passi, sed nō coangustati: inopiam passi, sed non destituti: persecutionem passi, sed nō derelicti: deiecti, sed non

perimus: semper mortē Domini Iesu in corpore circumferentes, ut & vita Iesu in corpore nostro manifestetur.

Nunc ostendit propter quod idonei erant predicatorum, quia semper illis in necessitate affuit Deus. Ideo pressuram (ait) passi, sed non coangustati: hoc est, nō permisit Deus tantum nos opprimi ut cederemus. Inopiam passi, sed non destituti: id est, in inopia positus affuit pastor Deus. Persecutionem passi, sed nō derelicti: Verum est, quia consulebat eis Deus, ne satis sibi facerent de his inimici. Deiecti, sed non perimus. Id est, verbis prostrati, sed obstante Deo non mortificati. Siue enim clausi, siue vinculati, adiutorio Dei manus hostiū euadebant. Denique Paulus & Silas cum essent clausi iam cæsi, & pedes eorum iam essent in neruo conclusi, alacres hymnum canebāt Deo, fortiores iis facti qui non erant cæsi. semper mortem Domini Iesu in corpore nostro circumferentes, ut & vita Iesu in corpore nostro manifestetur. Dubium non est, quia in martyribus Christus occiditur: & in iis qui pro fide patiuntur aut exitus, aut vincula, aut verbera, Christi passiones sunt, ut & vita eius in corpore eorū palam fiat. Passiones enim sunt quę ostendunt meritū ad futuram vitam quam promisit Christus. Vnde alio loco dicit, Cum infirmior, tunc potens sum. Et iterū, Per tribulationes oportet nos intrare in regnū Dei.

Semper enim nos qui viuimus, in mortē tradimur propter Iesum: ut & vita Iesu palam fiat in hac mortali carne nostra. Itaque mors quidem in nobis operatur, vita verō in vobis.

Apertum est quod dicit, quia idē in mortē traditur propter Iesum, inquit, non recusamus cum possimus viuere, ut vita qua resurrexit à mortuis Christus, huic mortali carni nostrę præstetur. hoc est, nō timemus mori propter resurrectionem promissam. Itaque mors quidem in nobis operatur, vita verō in vobis. Hoc dicit, quia pro salute eorum morti subiiciebantur. Gentibus enim prædicātes, inimicitias sibi excitabant tam à Iudæis, quam à gentibus vsque ad mortem.

Habemus autem eundem spiritum fidei, secundum quod scriptum est, Credidi, propter quod locutus sum: & nos credimus, propter quod & loquimur, scientes quod qui suscitauit Dominum Iesum, & nos per Iesum suscitabit, & constituet vobiscum.

Habemus autem eundem spiritum fidei. Hoc est, cōmunem spiritum per quem firmatur fides, habemus vobiscum. Ideo enim pro ipsis tāta patiebantur mala, ut inuicem sibi copularentur in fide. Secundum quod scriptum est, Credidi, propter quod locutus sum: & nos credimus, propter quod & loquimur. Exemplū idē dedit de Psalm. cxv. ut ostenderet idē se promptum esse ad omnia toleranda, quia credit futurā resurrectionē. Securus ergo de futura vita, presentis vitę non habet curā: quippe cum hoc credatur, ut tunc illa beata vita speretur, si hęc contemnatur. Securus ergo quia quod credidit verum est, audet hoc predicare, ut ceteros spei suę participes faciat. Scientes quod qui suscitauit Dominum Iesum, & nos per Iesum suscitabit, & constituet

1. Thef. 2. 2. Cor. 1. 2. Cor. 7. Act. 18. 2. Cor. 6. Rom. 1. Luc. 22. Tit. 3. Ephes. 3. Ephes. 1. Matth. 17. Colof. 1. Matth. 13. Ephes. 3. Philip. 2. Act. 2. 2. Tim. 2. 1. Cor. 1. Genes. 1.

1. Cor. 10. 2. Cor. 6. Act. 16. Colof. 1. Apoc. 13. 2. Cor. 12. Act. 14. Rom. 8. Rom. 6. Heb. 11. Act. 14. Psal. 115. 2. Cor. 7. Psal. 115. Heb. 11. Rom. 8. Luc. 9.

constituet vobiscū. Hac spe dicit laborari propter fidē, quia exemplū præcedit resurrectionis Domini Iesu, quid futuri erunt qui credunt: quia sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Adam enim forma mortis est, causa peccati: Christus verō forma vitę propter iustitiā, quia peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Et quoniam participes hos communis fidei dixit, resuscitatos (inquit) constituet vobiscum, ut vnus fidei in vna sint domo pacis. Cum enim intelligunt quia pro ipsis patiuntur exitia, & isti solliciti sunt de passionibus horū velut compatiētes, simul & participes erunt invita promissa: ut simul cōtristati, simul gaudeant: propter illos sic loquitur qui resurrectionē negabant, quos & in prima epistola exprobrat.

Omnia enim propter vos, ut donum abundans, per multorum gratiarum actionem abundet ad gloriā Dei.

A munere suo Deus nullū voluit esse alienum. Et quia non omnes capiunt verbū fidei, Apostolus Dei voluntatē sciens, persecutiones & pericula pati non timuit, dummodō omnibus fideliter prædicaret, ut plures possent credere: ut abundans donum Dei non per paucorum gratiarum actionem minueretur ad contumeliam Dei, sed multis proficiēs afflueret per multorū gratiarū actionem ad gloriā Dei. Quāto ergo hic dignus honore est qui animā suam semper morti subiecit, ne donū Dei longē aliter proficeret quā datum est? Numquid non magna cōtumelia eius est qui cōenam faciens opulentam, ac multos inuitans, paucos habet in summa?

Quapropter nō deficiamus, & licet qui foris est homo noster corrumpatur: interior tamen renouatur de die in diem.

Quapropter non deficiamus. Manifestum est hęc ad superiorem sensum pertinere. Ut enim deuotionem suam adhuc propensiorē in Dei rebus ostendat, hęc subiecit, quibus nullo genere deficere se probat, quo minus id quod Deo placitū est impleatur, securus tamē de resurrectione promissa. Et licet qui foris est homo noster corrumpatur, interior tamen renouatur de die in diem. Pressuris, plagis, fame, siti, frigore, nuditate caro corrumpitur, sed anima spe futuri præmij renouatur, quia assiduis tribulationib. purgatur. Proficit enim in pressura, non interit, ita ut accedentibus tentationibus quotidie acquirat ad meritum, quia & corpori corruptio hęc proficit ad immortalitatem merito animę.

Id enim quod in presenti est momentaneū & leue pressurę nostrę, supra modum in sublimitate æternam glorię pondus operatur in nobis: non contemplantibus quę videntur, sed quę non videntur. Quę enim videntur, temporalia sunt: quę verō nō videntur, æterna.

Presentis temporis tribulationes quę causa fidei ingeruntur, momentaneas & leues dicit, quia sunt temporales: supra modum tamen in sublimitate æternam glorię pondus operari patientibus. Paruis enim laboribus magna redditur merces, & pro leui

1. Cor. 15. Rom. 5. 1. Petr. 2. 1. Cor. 12. 17. 2. Cor. 1. 1. Cor. 15. Matth. 19. 1. Cor. 4. Act. 20. Luc. 14. 2. Thef. 1. Colof. 3. 2. Cor. 12. Philip. 1.

tribulatione supra modum sublimitas glorię præfabitur perpetuę. Non contemplantibus quę videntur, sed quę non videntur. Quę enim videntur, temporalia sunt: quę verō non videntur, æterna. Desiderium cęlestium & spiritualium habentes, hęc presentia & terrena spernere profitentur, quia ad cōparationem spiritualiū hęc nulla sunt. Sic enim sunt hęc ad superna, quomodo figura ad veritatem. Figura deperit, veritas manet: ac per hoc exire de isto sæculo non metuunt iusti, sed gaudent.

SCIMVS autem, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluetur, quod ædificationē ex Deo habemus, domum non manufactam, æternam in cælis.

Hac fiducia dicit non timendum dissolui de corpore violentia infidelium, aut sorte vitę, quia præparata est huiusmodi hominibus habitatio in cælis æterna, ut de temporali & terrena expulsi, in perpetuam domum recipiantur. Vnde & hoc optandum est, si fieri potest. Sed quia optandum non est, ne in tua gloria alius pereat: si tamen acciderit, libenter ferendum est. Terrestrem enim domum carnē hanc dixit, quia mortalis est: ut si de hac dissoluti fuerimus, ædificatam inueniamus in cælis domum æternam. Hęc domus corpus immortale significat, in quo resurgentes semper erimus, cuius forma iam in cælis est in Domini corpore declarata.

Etenim in hoc ingemiscimus, habitaculo nostro quod de cęlo est, superindui cupiētes, siquidem induti, non nudi inueniamur.

Propterea dicit in precibus ingemisci, ut gloria promissa de cælis possit resurgentes induere. Hoc ergo desiderantes insistant precibus, ne resurgentes recepto utique corpore, nudi, id est, alieni à promissa gloria inueniantur. Hoc enim opus est, ut induta anima corpore, Dei iudicio superinduatur & gloria, quę est immutatio in claritatem. Mors enim de terra est, resurrectio verō de cælis: si tamen immutetur in gloriā. Alij codices sic habent, Siquidem expoliati, non nudi inueniamur: id est, si exeuntes de corpore Christum vestiti fuerimus: quia quicumque in Christo baptizantur, Christum induunt. Itaque si in forma baptisimi & traditione manserimus, expoliati corpore, non nudi inuenimur: quia in interiore homine habitat Christus, quem cum induti, siue Spiritu sancto dato nobis videbimus, erimus digni superindui promissa cęlesti gloria. In illum enim decidet promissa claritas, quem viderit signum adoptionis habere.

Nam qui sumus in hoc corpore, ingemiscimus grauati, eo quod nolumus exui, sed superindui, ut absorbeatur mortale hoc à vita. Qui autē perficit nos in hoc ipsum, Deus est, qui etiam de dit nobis pignus spiritum.

Ingemiscimus grauati, &c. Idem sensus est. Ideo enim dicit grauatos nos passionibus corporis, & ipsius mundi tempestatibus, postulationes ad Deum dirigere, ne immutemur victi, & indigni efficiamur: sed ut contigerit exitus, perseuerantes in fide

Hebr. 11. 1. Cor. 2. Sap. 5. 2. Cor. 5. Math. 10. 2. Cor. 4. Philip. 1. 1. Petr. 1. Philip. 3. 1. Cor. 15. Rom. 8. Apoc. 16. 1. Cor. 15. Galat. 3. Ephes. 3. 2. Cor. 3. Rom. 8.

induti inueniamur sancto Spiritu, qui in substantia G  
Christu. est. Tunc enim superindui promissa gloria  
poterimus, si exuti corpore, non despoliati à sancto  
Spiritu fuerimus. Sic mortale absorbetur à vita, vt  
resurgentes superinduemur immortalitate cum glo-  
ria, ne vltra mori possit, aut passionibus implicari: &  
hoc est absorberi à vita. Non enim dicendus est ab-  
sorberi à vita, qui ad hoc surgit vt pœnis agatur. *Qui  
autem perficit nos in hoc ipsum Deus est, qui etiam dedit no-  
bis pignus spiritum.* Hoc quod ingemiscentes posci-  
mus, id est, non vt exui, sed vt superindui mereamur,  
iuxta supradictum sensum, in die iudicij Deum per-  
ficere dicit, quia qui promissit, & fidelis est, dans hu-  
ius rei implendæ pignus spiritum. Ipse est enim signa-  
culum adoptionis nostræ.

Fidentes igitur semper, & scientes quia in-  
habitantes in hoc corpore, peregrinamur à  
Domino: (per fidem enim ambulamus, non  
per speciem.)

Manifestum est, quia per fidem cum Domino su-  
mus, non per præsentiam: ac per hoc peregrinamur  
non fide, sed specie. Et quare, cum idem dicat in A-  
ctis Apostolorum: In ipso enim viuimus, & moue-  
mur, & sumus: hoc loco peregrinari nos à Domino  
dicit? Si vbiq; est, quomodo hic positi peregrina-  
mur à Domino? Sine dubio vbiq; immò omnia in  
Deo sunt. Sed quia sedes Dei in cælis est, & illic sem-  
per videtur: idè hinc positi, vbi non videtur, peregrin-  
ari ab eo dicimur. Quando enim non cum vide-  
mus, licet præsens sit, absentes ab eo sumus.

Audemus, & consentimus magis peregrin-  
ari à corpore, & præsentis esse ad Dominum. K  
Et idè contendimus siue præsentis, siue pe-  
regrinantes placere illi. Omnes enim nos o-  
portet ante tribunal Christi assistere, vt reci-  
piat vnusquisque facta corporis, prout gessit,  
siue bona siue mala.

Res èdè ait, *audemus.* Habentes enim fiduciam pro-  
missionis Dei, & scientes multo magis expedire illic  
esse quàm in corpore: cõsentiunt & optant excede-  
re de corpore, vt requiescant vsque in diem resurre-  
ctionis sub altare Dei. *Et idè contendimus siue præsen-  
tes, siue peregrinantes placere illi.* Id satagendum dicit, &  
bonis operibus insistendum, vt siue in hac adhuc vita  
positi, siue ante tribunal Christi, præsentis placea-  
mus ei. Vnde si disciplina seruetur, & hinc & illic pla-  
cebimus: quia qui hinc placet, illic non displicebit.

*Omnes enim nos oportet ante tribunal Christi assistere, vt reci-  
piat vnusquisque facta corporis, prout gessit, siue bona, siue  
mala.* Igitur si iudicante Christo vnusquisq; nostrum  
facta corporis recipiet, non vtiq; sine corpore ad-  
iudicabitur bonus aut malus. Et non dixit, facta car-  
nis; quia carnis vitia puniendæ semper, sed facta cor-  
poris, quia aliquando spiritaliter, aliquando carna-  
liter operatur.

Scientes igitur, timorem Domini homini-  
bus suademus: Deo autem manifesti sumus.  
Spero autem & in conscientis vestris mani-  
festos nos esse.

*Timorem Domini hominibus suademus.* Quoniam ergo  
iudicium Dei futurum est per Christum ad singulo-  
rum discriminanda opera: idcirco A postolus iua-  
de se dicit ad bonum sensum & vitam, vt auditores  
eius securi sint de pœna futura, & ipse gloriatur in  
his, habens fructum laborum suorum; quia quorun-  
dam prauiloquio dies iudicij Dei in dubiũ deducit-  
ur. Corruptum enim mores bonos colloquia ma-  
la. *Hominibus suademus,* ait, vt credant & prouideant  
ne incurrant, & tunc pœniteant, quando pœnitenti-  
a fructu non habet. *Deo autem manifesti sumus.* hoc enim  
prædicabat quod Deus iusserat, & hoc scire dicitur  
Deus quod bonum est. Denique malè agētibus di-  
cit, *Nescio vos. Spero autem & in conscientis vestris ma-  
nifestos nos esse.* Manifesta erat puritas eorum Corin-  
thiis, quia neque aliquando in adulatione fuerant  
depreheni, neque prædicatio illorum displicerat  
sanctis, nec ab aliquo illorum quidquam, vt assolet,  
occulte elicere tentauerant, vt foris simplices apud  
urbas, intus verò impostores essent, idè conscientiam  
illorũ pulsât, vt ipsi sibi testes essent de veri-  
tate eorum.

Non iterum nos commendamus vobis, sed  
occasionem damus vobis gloriãdi de nobis:  
vt aliquid habeatis aduersus eos qui in facie  
gloriantur, & non in corde. Siue enim mente  
excedimus, Deo: siue sanum sapimus, vobis.

*Non iterum nos commendamus vobis.* Quoniam su-  
perius veram prædicationem suam obtestans, lau-  
dare se visus est: idcirco nunc eadem significat, non  
ad laudem suã hoc dicere se, sed ad eorum gloriam,  
vt gaudeat integram prædicationem se addidicisse  
his annuntiantibus. *Sed occasionem damus vobis gloriãdi  
de nobis: vt aliquid habeatis aduersus eos qui in facie glori-  
antur, & non in corde.* Hoc dicit, quoniam multi per elationem  
gloriabantur in se de Apostolis, profitentes se ab his doctos  
qui semper cum Domino fuerunt: idè què hinc dicit dare se  
& his rationem per quã & ipsi glorientur aduersus eos,  
quia Apostolus erat à quo & isti didicerat. Vnde alio loco dicit,  
Nihil minus feci ab his qui valde sunt Apostoli. Quod quidè  
coactus dicit, ne silentium eius istis obesset. Qui ergo  
in corde gloriatur, superbiã reprimat; sciens quia  
humilibus Deus dat gratiam, superbis autè resistit.  
Superborum enim mens fructum non facit Deo di-  
gnum. *Siue enim mēte excedimus, Deo: siue sanum sapimus,  
vobis.* Hoc dicit, quia si elatè vel insanè putatur locu-  
tus, quia laudare se visus est verum dicens; Deo hoc  
remittendũ. Omnis enim superbia velut insania ha-  
betur. Si autem non superbiè intelligitur, sed ad glo-  
riam audientium est locutus, Corinthiis proficere  
dicit: vt tunc sanum sit dictum audientibus, si ita in-  
telligatur vt dictum est.

Charitas enim Christi vrget nos: hoc iudi-  
cantes, quòd si vnus pro omnibus mortuus  
est, ergo omnes mortui sunt. Pro omnibus  
verò mortuus est Christus: vt & qui viuunt,  
iam non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mor-  
tuus est & resurrexit.

Charitas

1. Ioan. 5.  
Apo. 16.  
1. Cor. 15.  
Apo. 21.  
Apo. 16.  
2. Tim. 2.  
Rom. 8.  
1. Cor. 13.  
Act. 17.  
Phil. 138.  
Sep. 7.  
Esa. 66.  
Philip. 1.  
Apo. 6.  
2. Petr. 3.  
Rom. 14.  
Rom. 2.  
Ioan. 5.  
Rom. 8.

Galat. 2.  
Rom. 15.  
Rom. 5.  
2. Cor. 4.  
Rom. 5.  
1. Thess. 1.  
Rom. 14.  
1. Petr. 4.  
Rom. 6.  
Esa. 53.  
Ioan. 8.  
Philip. 2.  
Esa. 43.  
Apo. 21.  
1. Cor. 8.  
Genes. 18.  
1. Ioan. 5.  
Ephes. 3.

*Charitas enim Christi vrget nos, &c.* Quoniam Chri-  
stus diligens genus humanũ, vt eos redimeret, mor-  
ti se dedit: idè Apostoli vt vicem ei reddant, homi-  
nes ex aliqua parte exhortantur ad eius obsequium:  
& vt eos attrahant, necesse est vt verum se prædica-  
re testentur, aliis praua docentibus: nec suum meri-  
tum taceant, vt malorum doctorum pœnam desi-  
gnent. Non ergo elatione mentis hæc agebant, sed  
vt donum Christi intelligeretur ab omnibus, & fi-  
deliter deuoti ei gratiarum actiones referrent. Pro-  
pter Christi ergo charitatem, quæ & quanta dona  
circa diligentes eum sint, non tacent, vt laus Apo-  
stolorum nosceretur; non iactantiæ causa, sed vt in-  
uitent audientes ad eius deuotionem, ne mors Chri-  
sti instructuosa videretur. Per meritum enim & glo-  
riam Apostolorum agnoscitur Christi gratia & be-  
neficium Dei. *Ergo omnes mortui sunt. Pro omnibus verò  
mortuus est Christus: vt & qui viuunt, iam non sibi viuunt, sed  
ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit.* Quia omnes ne-  
cesse est mori causa Adæ, pro omnibus mortuus est  
Christus vt eos à secunda morte liberaret: idè què  
qui viuunt in corpore, scientes Christum mortuum  
esse pro se, sint ei subditi, profitentes hunc Domi-  
num. Quia enim prodest eis mors eius, testimonium  
perhibet resurrectio eius. Igitur hic sibi non viuunt,  
qui paratus est Domini sui facere voluntatem.

Itaque nos neminem ex hoc nouimus se-  
cundum carnem. Et si cognouimus secundum  
carnem Christum, sed nunc iam non nouimus.

Verum est, quia Christo resurgente à mortuis iam  
cessat in eo carnalis natiuitas, cessat infirmitas cor-  
poris, cessat & passio mortis. Vsque ad crucem enim  
suspicio fuit infirmitatis in Christo: postea autem  
apparuit esse quod non credebatur, sicut & ipse ait,  
Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognosce-  
tis quoniam ego sum. Hoc ergo idcirco Apostolus  
memorat, vt ostendat qua deuotione obsequium  
est Christo. Pro salute enim hominum non solùm  
hominem se nasci non dedignatus est, sed & iniuriis  
agi, & mori voluit: vt intelligentes quàm pretiosa sit  
mors eius, propensus illi seruiat, non quasi homini  
vicem reddentes, sed Deo: quia vniciq; pro per-  
sona eius & meritis refundenda obsequia sunt.

Quare si qua est in Christo noua creatura: E  
vetera transierunt, ecce omnia facta sunt no-  
ua. Omnia autem ex Deo.

*Si qua est in Christo noua creatura, &c.* Manifestum est,  
quia per Christum renouata sunt omnia, si animad-  
uertant dignitatem eius. Nouus enim fit his quibus  
prius homo tantum videbatur, cum intelligitur esse  
Deus: vt recedente infirmitate agnoscat diuinitas,  
& cessante errore veteri, qui introducta multorum  
deorum opinione, ab vnus veri Dei fide transdu-  
xerat genus humanum, reuertantur omnia ad sim-  
plicitatis professionem, vnus Deum adorantia in  
Trinitate. *Omnia autem ex Deo.* Quamuis Christus  
nos redemerit, omnia tamen ex Deo, quia ab ipso  
est omnis paternitas: idè què necesse est præferri  
personam patris.

Qui reconciliauit nos sibi per Iesum Chri-  
stum, deditque nobis ministerium reconci-

liationis; quoniam quidè Deus erat in Chri-  
sto, mundum reconcilians sibi, non impu-  
tans illis delicta ipsorum: & posuit in nobis  
verbum reconciliationis. Pro Christo ergo  
legatione fungimur, tamquam Deo vos ex-  
hortante per nos.

*Qui reconciliauit nos sibi per Christum, &c.* Deus om-  
nipotens genitor Christi, (cum omnia quæ per Chri-  
stum fecerat, errore caduca fuissent effecta, creato-  
ris sui oblita) Christum Dominum nostrum de sacris  
sedibus ad terrena mittere dignatus est, & carnem in  
specie hominis fieri, vt forma esset hominibus, quæ ad-  
modum sibi Deum creatorem suum pacificum facerent. Deus  
ergo erat in Christo. Quomodo? Quasi in vicario aut  
legato, sicut fuit in prophetis, aut aliter? Nō sicut fuit  
in prophetis, intelligi potest sic fuisse & in filio: filius  
enim naturaliter est patris Dei. Vnde dicit, Quia pater  
in me est, & ego in patre. Pater enim per id intel-  
ligitur esse in filio, quia vna eorũ sit substantia. Ibi enim  
est vnitas, vbi nulla est differentia: ac per hoc inui-  
cem sunt, quia & imago & similitudo eorum vna est:  
vt videns filium, vidisse dicatur patrem, sicut & ipse  
Dominus ait, Qui me videt, videt & patrem. Re-  
cèdè ergo dicitur, *Deus erat in Christo,* hoc est, pater in  
filio, mundum reconcilians sibi, non imputans illis  
delicta eorum: quoniam creatura peccauit in Deum,  
nec pœnituit vt reuerteretur ad eum: Deus opus  
suum nolens perire, misit filium suum, per quem  
prædicata eis remissione peccatorum, reconciliaret  
eos sibi per ipsum, per quem nos creauerat. Siue er-  
go per filium, siue per seruos Deus exhortatur po-  
pulum: quia ad ipsum omnis summa referenda est,  
cuius voluntate & prouidentia Christus incarnatus  
est ad salutem hominum redimendam. Qui cum  
reueri vellet ad patrem, dispensationem acceptam  
à patre dedit discipulis.

Rogamus pro Christo vos recõciliari Deo.  
Eum enim qui non nouerat peccatum, pro  
nobis peccatum fecit, vt nos essemus iustitia  
Dei per ipsum.

*Rogamus pro Christo vos reconciliari Deo.* Hoc est quod  
dixi, quia pro Christo vicarios dedit Apostolos, vt  
pro ipso prædicarent reconciliari Deo. *Eum enim qui  
non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit.* Deum di-  
cit patrem peccatum fecisse filium suum Christum,  
eum vtiq; qui peccatum nesciebat, id est, qui non  
peccauerat: quia factus caro non immutatus, sed in-  
carnatus factus est peccatum: sicut qui fit perfectus,  
non amittit quod erat, sed assumit vtiq; quod non  
erat. Homo ergo factus est causa peccati, quem non  
tangebant fors, neq; dignitas nasci hominẽ. Propter  
quod autè omnis caro sub peccato est, idè factus caro,  
factus est etiam peccatum. Et quoniam oblatas est  
pro peccatis, non immeritò peccatũ factus dicitur,  
quia & hostia in lege quæ pro peccatis offerebatur,  
peccatum nuncupabatur. *Vt nos essemus iustitia Dei per  
ipsum,* qui peccatum nesciebat, dicente Esaia, Qui  
peccatũ non fecit, nec dolus inuētus est in ore eius,  
quasi peccator occisus est, vt peccatores iustifica-  
rentur apud Deum in Christo. Zelum enim passus  
est Satanas aduersus Saluatorem, videns eum doce-

Ioan. 1.  
Sap. 18.  
Ioan. 1.  
Esa. 61.  
Ioan. 14.  
Lib. 1. senten.  
distin. 19. §.  
inde est.  
Ioan. 14.  
2. Petr. 3.  
Ephes. 1.  
Ioan. 17.  
20.  
Ephes. 4.  
1. Petr. 2.  
Hebr. 9.  
Rom. 8.  
Num. 13.  
Osee 4.  
Esa. 53.  
1. Petr. 2.  
Zach. 3.  
Ephes. 4.



Aff. 2.

Osc. 13. Hibr. 2.

CAPVT VI.

Esa. 49.

2. Tim. 2.

Esa. 49. Ephef. 1.

Esa. 61. Luc. 4.

Sap. 16.

1. Thef. 5.

Rom. 2. 1. Petr. 2.

1. Thef. 2.

2. Cor. 11.

2. Cor. 12.

Aff. 14.

re homines quomodo sibi propitiū facerent Deum, abrenuntiantes diabolo: & propter hoc occidit eū, nesciēs futurū aduersus se. Christus enim post crucem descendens ad inferos deuicta morte, quia peccatum nesciebat, teneri a morte non poterat: quia mors per peccatum inaniuit infernum, vt mors iusti peccatoribus proficeret: vt de cætero mors eos qui signum crucis habent, tenere non possit.

**Q**UIN & adiuuantes obsecramus, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. Dicit enim, In tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te.

*Adiuuantes obsecramus*, &c. Duplici genere Apostolus humanæ salutis curam se agere contendit, vt & Dei prouidentia deuotus existeret, & hominibus charitatis officium exhiberet. In tempore accepto exaudiui te, & in die salutis adiuui te. Hoc scriptum est in Elia Propheta. Prædestinatam docet gratiā Dei in tempore Christi: sic enim decreuit Deus affluere misericordiam suam, vt nomen Christi poscentibus auxilium largiretur.

Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis: nemini dantes vllā offensionem, ne vituperetur ministerium nostrum.

*Ecce nunc tempus acceptabile*, &c. Tempus adesse dicit, quo possint ad indulgentiam proficere peccatores. Tēpus adesse dicit, quo morbis mortalibus medicamina possint infundi; & idē se sollicitū esse circa ægrorū salutem, ne fortē negligentia aliqua medicinae gratia effectū careret & bonæ voluntatis suæ. Fide ergo & vigilantia sua omnem offensionem negligentibus amputat, ne horum fortē segnitia offensionis occasione pareret discipulis: ac per hoc liberos se significant, quia quod salutare est, simpliciter omni instantia prædicant. Vnde subiecit, *Ne vituperetur ministerium nostrum*. Vituperaretur enim ministerium ipsorum, si ea quæ verbis docebant, operibus suis vt fierent, exempla non darent.

Sed in omnibus commendemus nosmetipsos vt Dei ministri, in multa patientia, in pressuris, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in perturbationibus, in laboribus, in vigiliis, in ieiuniis, in castitate, in scientia, in longanimitate, in benignitate, in Spiritu sancto, in charitate non simulata, in verbo veritatis, in virtute Dei.

*In omnibus commendemus nosmetipsos, vt Dei ministri*, &c. Dei ministri sine adulatione docent, vt ei cuius ministri sunt placeant, non sicut pseudoapostoli, qui scientes nō se à Deo missos, præsentī vtilitati studebant. In multa patientia. Patientia est quæ saluat homines. Nisi enim patientiā habuisset, quomodo saluasset Corinthios, quos post prædicationē suam tantis vitiiis morum, & erroribus diuersarum sectarum inuenerat inuolutos, quos patientia sua paulatim ad veram doctrinam reuocat. In pressuris. Pressuras pertulit, sciens quid à Deo pro his sit promissum. In ne-

*cessitatibus*. Necessitas erat etiam in pressura positum docere, quia à Domino erat missus. In angustiis. Spe futuri angustatus, perfidorum oppositionibus non cessit. In plagis. A Iudæis & gentibus cæsus frequenter, non tacuit gratiam Christi. In carceribus. Sæpē in carcerem missus cōtempta salute sua, etiam illic donū Dei prædicauit. In perturbationibus. In tantū Deo deuotus erat, vt nec perturbatio fiduciam quam in Deo habebat, minueret. In laboribus. Laborare non destitit manibus suis, ne cui grauis esset, certus hoc sibi proficere apud Deum. In vigiliis. Tam sollicitus erat circa officium sibi delegatum, vt nec nocte cessaret. In ieiuniis. Aliquando voluntaria, aliquādo necessitatis ieiunia pertulit causa penuriæ, & Deo gratias egit spiritaliter se pascendi: quia idē contentus erat, ne ventris causa inclinaretur. In castitate. Castitatem siue corporis siue Euangelij vindicans, non paucos fecit inimicos. In scientia. Scientiam non in sapientia humana, neque in simulatione asserens, Deo se fidelem dispensatorem Christi exhibuit. In longanimitate. Grandis animi erat in baiulandis infirmitatibus fratrum, & in contemptu mundi huius.

Vnde alio loco dicit, Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In benignitate. Benignus erat, quia sicut arguebat, ita & blandiebatur, vt post correptionem leni exhortatione consolaretur. In Spiritu sancto. Spiritus sanctus effugit fictum. Quoniam ergo sinceriter docebat, in Spiritu sancto Dei donum tradebat. In charitate non simulata. Simulata charitas in his est, qui in necessitate deserunt fratres. Vnde hic semper necessitates fratrum suas faciens, simplex erat in charitate. Compatiebatur enim omnibus, sicut alio loco dicit, Quis scandalizatur, & ego non vrōr? Hæc enim vera charitas est, si sua vtilitate cōtempta, eius curam agat quæ diligere se proficitur: quod semper fecit Apostolus. In verbo veritatis. Verbum veritatis erat in eius doctrina, quia non aliud tradebat, quàm à Domino acceperat. In virtute Dei. Virtus in eo Dei erat quæ per signa atque prodigia hunc idoneū ministerium probabat.

Per arma iustitiæ à dextris & sinistris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam.

*Per arma iustitiæ*, &c. Liberum se significat fuisse à fidelibus & incredulis. Arma enim iustitiæ perimūt iniquitatem. *Per gloriam & ignobilitatem*. His qui Euangelium Dei gloriam æstimabant, manifestē integrum se & fidelem prædicatōrē dicit. Simili modo & eis qui verba diuinæ doctrinæ ignobilitatē & deformationem putabant, fidelem se Dei ministrū exhibuit, dum nō terretur, neque pudore patitur ea illis loqui quæ horrent audire. *Per infamiam & bonam famam*. Etiam his integrum se Dei dispensatōrē præbuit, qui fidei bonam opinionē faciebāt, & qui malā, dum non metuit hanc inuidiā, sed cōstans est.

Vt seductores, sed veraces: vt ignoti, sed qui cognoscimur: vt morientes, sed ecce viuimus: quasi tentati, sed morti non traditi: vt tristes, semper autem gaudentes: vt pauperes, multos autem ditantes: vt nihil habentes, omnia autem possidentes.

Vt

Aff. 17.

2. Cor. 2.

2. Cor. 4. Aff. 13. Aff. 5.

1. Cor. 10.

Math. 5.

Iacob. 2. 1. Pet. 5.

Aff. 4.

Proverb. 10. & 28.

2. Cor. 9. Iacob. 11.

1. Cor. 3.

Ezech. 3. & 33.

1. Cor. 4.

1. Ioan. 3.

*Vt seductores, sed veraces*, &c. Increduli, seductores eos vocabant: fideles econtrā, veraces & simplices eos pronuntiabant. Nec hoc odio cedit, vt superducat fucum veritati. *Vt ignoti, sed qui cognoscimur*. Malis ignoti erant, bonis noti. agnoscebant enim in his veritatem. *Vt morientes, sed ecce viuimus*. Odio illos habentes, quotidie putabant non euadere minas iniquitatis. Isti autem, quia Deo propitio docebant auxilio Christi tuti præstabantur à morte præsentī & futura. *Quasi tentati, sed morti non traditi*. Tentati videbantur, quando sic tractabantur vt cedere putarentur: & quia non vincebantur, morti non addicebantur. Hic enim addicitur morti, qui in fide non permanet; & morti non huic, sed futura. Potest & de præsentī morte intelligi. Tentari enim eos patiebatur Deus, vt pressuris crescerent merita: non tamen permittebat eos occidi. *Vt tristes, semper autem gaudentes*. Verum est, quia tristitia hæc gaudium operatur: & qui eos iniuriis contristabant, gaudium eorum exaggerabāt. *Vt pauperes, multos autem ditantes*. Quantum ad præsentem vitam pertinet, pauperes videbantur, sed spirituales diuitias credentibus largiebantur, egeni in terris, in cælis diuites. *Vt nihil habentes, omnia autem possidentes*. Hoc fuit in Apostolis gloriosum, vt sine sollicitudine & nomine possidendi non solū ea quæ in possessionibus erāt, sed & ipsos eorum dominos possiderent. Omnia enim necesse erat ante eorum poni pedes causa virtutum, sicut legimus in Actibus Apostolorum.

Os nostrū patet ad vos Corinthij, cor nostrum dilatatum est. Non angustamini in nobis, angustamini autem in visceribus vestris, eandem habentes mercedis retributionē (tāquam filiis dico) dilatamini & vos.

*Os nostrum patet ad vos*, &c. Hoc libertatis causa loquitur, & puræ conscientia. Mali enim sibi conscia mens loqui trepidat, sensum perdit, in verbis errat. *Cor nostrum dilatatum est*. Eorum cor dilatatur, qui fiducia bonæ conuersationis gaudent in sese, aut certe futuri spe præmij in tribulatione non angustantur, quia sicut in hac vita nisi præcesserit labor, redditus non sequitur: ita & in rebus diuinis si non exitia anteierint, præmij non sequitur. *Non angustamini in nobis, angustamini autem in visceribus vestris, eandem habentes mercedis retributionem*. Hoc dicit, quia non oberat magistro, si discipuli malè verterentur contemnentes vigorem doctrinæ, quia vnusquisque pro operibus suis mercedē accipiet: quia quod ad magistros pertinet, non tacuerunt, dicente Domino ad Ezechielem prophetam, Exalta vocem tuam, & loquere ad plebem, si te audierint, lucraberis eos: si quo minus, tu animam tuam saluabis. *Tāquam filiis dico, dilatamini & vos*. Ad bonam conuersationem & spem eos hortatur, vt fidentes & purgantes conscientias possint in semetipsis gaudere, habentes fiduciā puræ mentis, sicut & eorum magistri, separantes se ab infidelium societate in operibus malis. Et bene ergo agendo, & futura sperando dilatari vult illos animo. Qui enim operatur, laborat, & futura non credit, sicut infidelis, angusti animi est desperatione futuri.

Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ

anem portio iustitiæ cum iniquitate? Aut quæ societas lumini cum tenebris? Quæve confessio Christi cum Belial? Aut quæ pars fidelis cum infideli? Vel quæ conuentio templo Dei cum idolis?

*Nolite iugum ducere cum infidelibus*. Manifestum est hæc quæ enumerat, esse contraria: ac per hoc fugiendum ab his docet, quia dicit Dominus, Nemo potest duobus dominis seruire. Lex enim iustitiæ prædicat, vt fugiatur iniquitas: lumen ostendit quod est veritas, vt ab ignorantia quæ tenebræ sunt, recedatur: Christus in Dei mysterio annuntiat, vt à diabolo qui se Deum mentiri vult, recedatur: credentibus vitam pollicetur æternam, vt perfidia exuti ab omni infidelium errore sint alieni: idola prohibuit coli, quia templo Dei sunt inimica.

Vos enim templum estis Dei viui, sicut dixit Deus, Quoniam inhabitabo in illis, & inter eos ambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. Quapropter exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus, & immundum nolite tangere, & ego suscipiam vos: & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens.

*Vos enim templum estis Dei viui*. Nihil tam inimicum homini quàm idola, quia ab vnus Dei fide cogunt eum recedere. *Sicut dixit Deus: Quoniam inhabitabo in illis, & inter eos ambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus*. Quapropter exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus, & immundum nolite tangere, & ego suscipiam vos: & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens. Interim primæ causæ sensum explicemus, vt cuius personæ verba sint, declaremus dicentis, *Quoniam inhabitabo in illis, & inter eos ambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus*. Hæc verba Christi sunt. Hoc est enim quod inter cætera Hieremias restatus est, dicens, Post hæc in terris vilus est, & inter homines conuersatus est. Hic enim habitauit in nobis, dicente Ioāne Apostolo, Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Et quia Deus noster est, dicit iterum Hieremias, Hic est Deus noster. Et quia populus eius sumus, dubium non est. Ecclesia enim Christi est: idēque separari nos vult ab omni cōtaminatione, vt suscipiat nos in filios, sicut dicit, Filioli, adhuc medicum vobiscum sum. Et quia omnipotens est, puto ambigi non debere, sicut ipse dicit, quod quæcumque facit pater, eadem & filius facit similiter: hoc est, quod filius omnia potest, quæ potest & pater. Patrem verò omnia posse, testis idoneus est filius qui dicit de patre, Apud Deum autem omnia possible sunt. Hoc prophetæ testimonio & nos ad purā vitam exhortatus est, & Iesum iam olim Dominum nostrum, & suscepturū nos in affectu charitatis suæ, prædestinatum ostendit.

**H**ÆC ergo habentes promissa charissimi, mundemus nos ipsos ab omni inquinamento carnis, vt perficiamus sanctitatem spiritus in timore Dei.

CAP. VII.

Galat. 5.  
1. Pet. 2.

Rom. 7.

1. Pet. 1.

Heb. 11.  
Rom. 14.

Tit. 1.

2. Cor. 11.  
1. Tim. 6.  
2. Cor. 11.

1. Cor. 4.

Philip. 1.

1. Cor. 10.  
2. Cor. 1.  
2. Cor. 7.

Iacob. 5.

Ast. 16.

Thren. 5.  
2. Cor. 4.

Mundemus nos ipsos ab omni inquinamento, &c. Manifesta sunt quæ dicit. Inquinamentum tamen carnis multifariè intelligendum est. Ideo etenim non dicit, ab inquinamento carnis, sed, ab omni inquinamento, vt tota vitia carnalia fugiamus. Omne enim quod lex prohibet, carnale est. Vt perficiamus sanctitatem spiritus in timore Dei. Sanctitatem sic perficiemus spiritus, si in timore Dei recta sequamur, vt sub nomine Christi à peccatis nos abstinentes sancti simus. Qui enim sine professione Christi à vitii se cohibere videntur, sancti sunt iuxta mundum, non secundum Dei spiritum: quia secundum Deum hi mundi sunt qui fideles sunt; ceteri verò qualesvis sint, immundi sunt. Quidquid enim sine Christo est, immundum est, sicut dicit ad Titum, Quia infidelibus nihil est mundum, inquinata est enim corum mens & conscientia.

Capaces estote nostri. Nemini nocuimus, neminè corrupimus, neminè circūuenimus. Non ad condemnationem vestri hoc dico. Prædixi enim iam vobis, quòd in cordibus nostris estis ad commoriendum & ad conuiuendum.

Capaces estote nostri. Considerare vult illos quæ dicit, vt receptis his in animum, conferant secum vera esse quæ loquitur, & spernentes hos quos tangit, omnem animum transferant ad eos quos videt vero affectu se diligere. Pseudo enim Apostoli erant qui & nocebant illis, corruptentes sensus illorum, & grauibant sacculos eorum circumuentione serpentina astutia. Non ad condemnationem vestri hoc dico. Hoc est, non vos abiicio, sed vt corrigatis moneo. Qui enim aliquem condemnat, non illi dimittit. Prædixi enim iam vobis, quòd in cordibus nostris estis ad commoriendum & ad conuiuendum. Ex prædictis vult illos cognoscere quo animo loquatur ad eos. Quos enim participes vult habere & ad præsentis passionis pro Christo, & ad futurâ vitâ; nō vtique illos abiicit, sed vt participatione dignos se faciant, exhortatur.

Multa mihi fiducia apud vos, multa mihi gloriatio de vobis: repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni pressura nostra.

Fiducia hæc de primæ epistolæ correptione est, quam quia non asperè susceperunt, fiduciam dederunt admonendi se. Visti sunt enim velle corrigere se, vnde gloriatur: pro his animum etiam suum consolatum ex hac parte pronuntiat, in tantum vt in omni pressura superabundare se gaudio obtestetur. Videns enim esse spem in his pro quibus angustias patitur, gaudet cum tribulatur, certus mercedem se à Deo accepturum acquirere salutis eorum.

Etenim cum venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra.

Pressuras & cædes memorat, quas patiebantur causa credentium, vt magis prouocet eos ad charitatem. Nullam, (inquit,) requiem habuit caro nostra: vt compaterentur eis, certi quia pro salute fidelium animas suas traderent vsque ad mortem. Antequam dirigeretur enim tribulatio & corporalis iniuria, altera veniebat, vt requies patienti non esset. Nam

quoniam sensu bruta est omnis caro, idcirco nullam requiem hanc habuisse vel habere in passione significat. animam autem, quamquam ipsa patiebatur in corpore, ex hac tamen parte requiem habere, quæ sperat pro tribulationibus his quæ pro fide irrogantur à perfidis, daturum Deum mercedem. Denique in ipsa pressura Deo hymnos canebant.

Sed in omnibus afflicti fuimus. foris pugnet, intus timores.

Iuxta historiam, Domino vocante intrauerunt in Macedonia: & cum nō pauci credidissent, inuenissent que solatium Lydiæ mulieris quæ cum omnibus suis eredit: tunc factum est vt spiritum Pythonem, id est diuinum, fugaret de ancilla quorundam, qui videntes perdidisse se non minimum quæstum quæ puella refrebat diuinando, concitauerunt seditionem Paulo & Silæ, & traxerunt eos in forum ad magistratus: qui multas eis plagas imponentes, miserunt eos in ima carceris, ita vt pedes eorum in neruo concluderent. Hæc est pressura quam passi sunt in Macedonia, & hinc est vnde dicit, Nullam requiem habuit caro nostra: sed in omnibus afflicti fuimus, foris pugnae, intus timores. Pugnae erant corpori, dum cædebantur: animo timores. Illic enim timor est, vbi intellectus est. Sed timor hic propter eos erat qui crediderant, ne passione eius scandalizarentur. Nam sibi quid iam timeret qui patiebatur? præterea cum dicat in Actis Apostolorum, non solum ligari, sed & mori paratum se pro nomine Iesu Christi? Videtur enim totum hominem afflictum in carne significasse, vt ex parte spiritus qui homini datur vt maneat, quia impassibilis est, affligi potuisse minimè intelligatur: sed vt homo totus ex parte corporis & animæ afflictus in carne dicatur; ex parte verò spiritus impassibilis. Potest & sic intelligi, vt foris pugnae, id est, in publico à perfidis fierent contra fidos, dum furore pleni resistebant veritati: cuius rei nūtius intus timores generabat, vbi erat Apostolus. Quis enim homo non timeat angustias? Sed quia in Dei rebus propensior erat, timorem hunc spe superabat.

Sed qui consolatur humiles Deus, consolatus est nos in aduentu Titi: & non solum in aduentu eius, sed etiam in cōsolatione qua consolatus est ipse in vobis, annuntians nobis vestrum desiderium, vestrum fletum, vestram emulationem pro me; ita vt magis gauderem. Vnde & si contristauit vos in epistola, nō me pœnitet: & si pœnituisset, videns quòd epistola illa (etsi ad horam) contristauit vos, nunc gaudeo: non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Contristati enim estis secundum Deum.

Sed qui consolatur humiles, &c. Quoniam Deus suorum non est immemor, sed semper dat eis in tribulatione solatium, accelerauit aduentum Titi, vt refrigerio esset positus in feruore. Magna enim consolatio est patientis, si secum habeat condolentem. Et non solum, (ait,) in aduentu eius, sed etiam in consolatione qua cōsolatus

est ipse in vobis. Plus addit ad consolationem, quia audisse se à Tito significat conuersionis eorum promptam voluntatem, in tantum vt Titus qui dolorem habebat in obauditionis eorum, consolationem acciperet de pœnitentia illorum. Quantum affectum haberet circa eos, ostendit Apostolus, vt nec ima carceris, nec plagarum dolore computaret scissi corporis, neque neruum quo pedes eius conclusi erant: sed audita correptione eorum lætaretur, & imemor factus passionum, Deo gratias ageret pro eorum salute, sic hoc æstimans quasi remunerationem tribulationum. Annuntians nobis vestrum desiderium. Nuntiauit Titus desiderium habere illos emendandi se. Addiscentes enim quæ promissa sunt bene viuentibus, incitati sunt ad desiderium horum. Vestrum fletum. Correpti flebant, dolentes quia peccauerunt, nec excusare nisi sunt: vnde Apostolus gloriatur in his. Vestram emulationem pro me. Addiscentes enim charitatem Apostoli erga se, cœperunt illum defendere contra aduersarios. Ita vt magis gauderem. Vnde etsi contristauit vos in epistola, non me pœnitet. Manifestum est, non debere pœniteri ex hac re quam secutus talis effectus est, quoniam seuerius in prima epistola corripuit errores eorum. Non, inquit, me pœnitet aperius scripsisse, quia hoc causa poposcit. Et si pœnituisset, videns quòd epistola illa (etsi ad horam) contristauit vos: nunc gaudeo. Hoc dicit, & si me pœnituisset, propter charitatem, quia vos contristauit: nunc gaudeo, quia consolatio succedit gaudij, quia profuit quòd vos contristati. Non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Contristati enim estis secundum Deum. Idcirco gauisum se dicit, quia cum pudore contristati sunt, non cum ira. Qui enim reprehensus pudore patitur, corrigere se promittit: qui verò irascitur, peiorem se futurum ostendit.

Ita vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis. Quæ enim secundum Deum est tristitia, pœnitentiam ad salutem stabilem operatur: tristitia autem huius mundi mortem operatur. Ita vt in nullo detrimentum patiamini, &c. Vt omnia, inquit, nostra effectum habeant in vobis, etiã quòd contristauimus vos, pro vobis est. Quæ enim secundum Deum est tristitia, pœnitentiam ad salutem stabilem operatur. Manifestum est, quòd qui tristis est quia peccauit, secundum Deum tristis est. dolet enim quia fecit quod odit Deus. Hoc ad stabilitatem salutis pertinet. Tristitia autem huius mundi mortem operatur. Hoc dicit, quia sicut secundum Deum tristitia vitam operatur, (pœnitet enim, & sperat Dei misericordiam:) ita secundum mundum tristitia mortem operatur. Detectus enim peccator tristis est quasi puniendus, non habens à quo speret misericordiam: etsi fortè ad præsens defuerit qui vindicet, Dei tamen iudiciu euadere non poterit.

Ecce enim hoc ipsum secundum Deum contristari, quantam in vobis efficit sollicitudinem, non excusationem, sed indignationem, sed timorem, sed desiderium, sed emulationem, sed vindictam. in omnibus castos vos exhibuistis esse in eo negotio.

philip. 2.

Ast. 16.

2. Cor. 8.

1. Cor. 3. 5. 6.  
8. 9.

Ast. 21.

1. Tim. 9.

Zecel. 7.  
Baruc. 2.

1. Cor. 2.

Genes. 4.  
1. Pet. 3.

Hoc ipsum secundum Deum contristari, &c. Verum est, quia qui pœnitet, sollicitus est ne denuo peccet. Non excusationem. Rectè, quia pœnitentia non habet excusationem, sed confessionem. Sed timorem. Ostendit timorem in peccatore, qui delicti causa veniam postulat. Sed desiderium. Desiderat reformari se, qui se scit factum per peccatum deformem. Sed emulationem. Zelum incipit pati bonorum operum perficiendorum, qui intelligit pro se esse quòd corripitur. Sed vindictam. Necessè est vt quis vindicet eum, cuius erga se sentit affectum: & in seipsum vindicat, qui se causa delicti affligit. In omnibus castos vos exhibuistis esse in eo negotio. Quando omnia quæ ad profectum melioris spei pertinent, meditari videntur, zelum habentes Apostoli & præceptoris sui, in omnibus officiis humanæ conuersationis, duce fide probos se videri contendunt.

Igitur & si scripsi vobis, non propter eum qui iniquè versatus est, neque propter eum qui iniquè tractatus est: sed vt manifestaretur sollicitudo nostra, quam pro vobis habemus coram Deo.

Igitur & si scripsi vobis, non propter eum qui iniquè versatus est, &c. Iniquè versatum dicit illum qui incestum admiserat: nec non etiam hos tangit quos iniurias & fraudes fratribus in prima epistola fecisse significat. Sed neque propter eum qui iniquè tractatus est. Hi iniquè tractati sunt, qui à fratribus contraria passi sunt. Hic sensus est què in capite epistolæ memorat, vbi dicit: Si cui aliquid donastis, & ego. Ostendit enim non magis horum causa qui peccauerunt, scripsisse remitti illis debere, sed magis propter Ecclesiam: quia in vno male agente multi sunt qui confundantur, & in vno contumeliam aut fraudem patiete, multi sunt qui indignentur: quia si patitur aliquid vnum membrum, cōpatiuntur omnia membra. Sed vt manifestaretur sollicitudo nostra, quam pro vobis habemus coram Deo. Emendando iniustos, & pollutos sanctificando, & Ecclesiam reciliando, totius populi sollicitudinem se habere demonstrat, secundum quòd supra memorauit.

Ideo consolationem accepimus. In consolatione autè nostra, magis magisque gaudio repleti sumus super consolatione Titi, quia requieuit spiritus eius in omnibus vobis: & quoniam in quibuscumque de vobis gloriatus sum, non sum confusus.

Ideo consolationem accepimus. Accepisse se, ac per hoc & dare dicit consolationem. Accipit autem cum dicit corrigere se velle quos arguebat, vt per pœnitentiam se reformarent: dat autem dum eos reuocat ad Ecclesiam, ne diu contristati desperarent de se, & ad publicam & funestam vitam declinarent. In consolatione autem nostra, magis magisque gaudio repleti sumus super consolatione Titi, quia requieuit spiritus eius in omnibus vobis. Correptos per primam epistolam audiens se velle corrigere, consolationem accepit. A Tito autem addiscens quia dolorem paterentur erroris sui, auctus est in consolatione gaudio repletus, quia voluntas eorum in opere cœperat approbari, Tito hoc idoneo teste cum lætitia animi referente.

Z ij

1. Cor. 5.  
Psal. 50.  
Luc. 18.  
Rom. 12.  
1. Cor. 11.

1. Cor. 5.

1. Cor. 6.

1. Cor. 2.

2. Cor. 12.

2. Cor. 12.

2. Cor. 12.

1. Cor. 5.

Et quoniam in quibuscumque de vobis gloratus sum, non sum confusus. Antequam pergeret Titus ad Corinthios, audiuit ab eis, id est, ab Apostolo, & qui erant cum eo, bonam voluntatem esse Corinthiorum in emendandis vitiis: ac per hoc regresso, & eadem referente, non vtiq; confusus est Apostolus, sed alacer factus est, quia non aliter inuenerat Titus, quam audierat ab eis.

Sed quemadmodum omnia de vobis in veritate locuti sumus, ita & gloriatio nostra apud Titum veritas facta est: & viscera illius abundantius in vobis sunt, reminiscens omnium vestri obedientiam, quomodo cum timore & tremore exceperitis illum. Gaudeo quod in omnibus confido in vobis.

*Iacob. 5.* Sed quemadmodum omnia de vobis in veritate locuti, &c. Exultans in spiritu hæc scribit Apostolus, sic gaudens in his, ut efficaciam eorum tam veram probet, quam est, & prædicatio eius ad eos in correptione duntaxat. Veritas enim arguentis in eo ipso tunc videtur esse manifesta, si ij qui arguatur, incipiant emendare se. Dum enim correpti immutantur, testimonium perhibent arguenti. *Et viscera illius abundantius in vobis sunt.* Animum & affectum Titi dicit esse in eis, quia vidit profectum illorum. Sancti enim animus in omni bono est. *Reminiscens omnium vestri obedientiam, quomodo cum timore & tremore exceperitis illum.* Scientes Corinthij ab Apostolo esse missum Titum ad se, qui in tantis vitiis ab ipso iam fuerant correpti, terribili sunt in aduentu eius. Et quia vitam suam ceperant emendare, solliciti erant obedire præceptis eius, ut regressus, animam Apostoli mitigaret eis: quam rem Titum laudasse significat. nam in Tito Apostolum reueriti sunt. *Gaudeo quod in omnibus confido in vobis.* Non solum in bonavoluntate eorum lætatus est, sed & in operibus bonis, quibus quæ peccauerant, emendabant. Ideo, *in omnibus, (inquit,) confido in vobis.*

CAPVT VII.

**N**OTAM autem vobis facimus fratres, gratiam Dei quæ data est in ecclesiis Macedoniae, quod in multa probatione pressuræ abundauit gaudium ipsorum, & profunda paupertas illorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum.

*Act. 16. 1. Cor. 7.* Notam vobis facimus gratiam Dei, &c. Quoniam Macedoniae deuoto animo perceperunt verbum fidei, idcirco eis gratiam datam à Deo dicit, ut in tribulatione Pauli & Silæ, quam supra memorauimus, scandalum non paterentur, sed in exultatione mentis acciperent confidentes de spe promissa, ut probatos se horum passionibus demonstrarent. *Et profunda paupertas illorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum.* Verum eorum prædicat, quia cum tenues essent substantia facultatum, animus ipsorum diues inuentus est in ministerio sanctorum: pura enim conscientia operati sunt, non ut hominibus, sed ut Deo placerent.

2. Cor. 9.

Quia testimonio illis sum, quod pro viribus, & supra vires voluntarij fuerunt, cum

multis precibus orantes suscipi in gratiam & communionem ministerij quod fit in sanctos.

*1. Cor. 16.* Quod pro viribus, & supra vires voluntarij, &c. Quantum dignum fuit, & Deo placitum, qui vires illorum sciuit, in facultaribus dederant ad ministerium. Et quia ex toto corde Deo se dederant, amplius volebant offerre quam eorum vires admittebant. *Cum multis precibus orantes suscipi in gratiam & communionem ministerij quod fit in sanctos.* Tam simpliciter & deuoto animo obtulisse illos ministerium quod ultra vires eorum erat, prædicat, ut cum lacrymis deprecates offerrent, ut vel sic cogere accipi à se quod accipiendum non videbatur, quia plus erat quam poterat eorum substantia; ne forte eis postea egestas boni operis poenitentiam suaderet. Sed quia tales se ostenderunt, ut puro animo iam præsentia postponentes, futuris se promissionibus confidentia fidei confirmarent, accipi ab eis visum est, ne boni cordis gratia fructum amitteret.

Et non ut sperabamus: quin immo semet ipsos primum dederunt Deo, deinde nobis per voluntatem Dei.

Idcirco, inquit, ab his accipi debuit, quia prius emendantes errores pristinos & vitæ vitia ac morum, ultra quam sperabatur, Deo se deuouerunt. Visum est enim simpliciter illos hoc agere, ut nec timeret quod offerebatur accipere: quia non vtiq; hoc animo offerebant, ut redimentes præpositos suos, vitia eorum paterentur, nec arguerent: quia munera excæcant oculos, & vim auctoritatis inclinât. Dantes ergo se Deo, dum emendant vitia, deinde fratribus, dum offerunt sumptus, contristari non debuerunt, qui antè propè quam inciperent, perfecti esse voluerunt. Horum igitur exemplo inuitat Corinthios, ut ea quæ ceperant, hac exhortatione aucti, mente sedula consummarent.

Ita ut rogaremus Titum, quod quemadmodum cepit, ita consummet in vobis etiã gratiam istam.

Quoniam Titi affectum sciebat sincerum circa istos, nec non hos obedientes ei: idcirco per ipsum etiam ad hoc opus exhortari illos facilius posse significat; ut quomodo in cæteris rebus exhortationis suæ habuit fructum in eis, haberet etiam in hac gratiam, ut ad ministerium sanctorum promptos eos faceret: ut quia iam vitia emendabant, huius largitatis fructum haberent. Qui enim ad hoc dant ne arguantur, nullum fructum huius rei habebunt.

Vos autem quemadmodum in omnibus abundatis fide, & sermone, & scientia, & omni sollicitudine, & illa quæ ex vobis in nos est charitate, facite ut in hac quoque gratia abundetis. Non secundum imperium dico, sed propter aliorum sollicitudinem, & vestræ charitatis bonum animum comprobans.

*Facite ut in hac quoque gratia abundetis.* Magis exhortatur illos, ut gloriatur de his apud cæteras ecclesias.

Hæc

Hæc est enim probatio emendationis eorum, si prompti sint ad ministerium sanctorum. *Non secundum imperium dico, sed propter aliorum sollicitudinem, & vestræ charitatis bonum animum comprobans.* Manifestum est quia non imperat, sed exhortatur, ut penuriam patientibus mittant sumptus, & releuent sollicitudinem illorum, bonum animum suum Deo & hominibus ostendentes: pro quare sine dubio mercedem accipient.

Nostris enim gratiam Domini nostri Iesu Christi, quia propter vos pauper factus est, cum diues esset: ut illius inopia vos ditaremini.

Pauperem Christum dicit factum, quia Deus nasci dignatus est homo, virtutem potestatis suæ humiliâs, ut hominibus diuinitatis diuitias acquireret: ut, sicut dicit Petrus Apostolus, diuinæ essent consortes naturæ. Homo ergo factus est, ut hominè in Deum assumeret, sicut scriptum est, Ego dixi, dii estis. Hoc modo exhortatur, ut largiendo quasi pauperes fiât, ut profit paupertas eorum, sicut Christi paupertas profuit nobis: & Christi quidem nostri, non sui causa pauper factus est; nos autem, ut nobis proficiat.

Et consiliu in hoc do. hoc enim vobis vile est, qui non tantum facere, sed & velle ceperitis ab anno priore, nunc ergo etiam factis consummate: ut quemadmodum prompta fuit voluntas in vobis volendi, ita sit & perficiendi ex eo quod habetis. Si enim voluntas propria est, secundum facultatem acceptabilis est, non secundum quod non habet.

*Nunc ergo etiam factis consummate, &c.* Hoc dicit, ut voluntas illorum in opere appareat, si vera est, secundum vires: ut tantum det, quantum potest & vult animus, ut munda fiat conscientia, non in simulatione ut hominibus placeat, & mercedem apud Deum non habeat. *si enim voluntas prompta est, secundum facultatem acceptabilis est, non secundum quod non habet.*

Quoniam Corinthij ad hoc opus ministerij prouocantur, hoc eis indicitur, ut non plus tribuant quam possunt: ne plus forte offerentes coacti, non voluntarij, grauari viderentur sine mercede futuri: quia qui coactus aliquid facit, mercedem non habet. Ecclesiarum enim Macedoniae vltro obrulerunt cum precibus (ut probarent tota se voluntate hoc facere) ut plus offerrent quam poterant, ideoque acceptabile fuit. Quanto enim amplius obrulerunt, tanto plus accepturi sunt. Nam si tantum quis det, quantum vult aut potest, acceptum est. Iudicio enim videtur hoc facere: ac per hoc tantum det, quantum potest & vult animus, ut rei huius possit habere mercedem.

Non enim ut aliis relaxatio sit, vobis autem angustia: sed ex æqualitate in hoc tempore, ut vestra abundantia illorum inopia, & illorum abundantia vestram suppleat inopiam.

*Non enim ut aliis relaxatio sit, &c.* Verum est, quia sic dandum est, ut non egestatem præstet dantibus. *sed ex æqualitate in hoc tempore.* Dicit hoc, ut quantum habent, ad tempus diuidant cum sanctis. Non enim plus exigitur, quam sibi debent retinere: quia, Dili-

Matth. 22.

ges, inquit, proximum tuum sicut teipsum. Vnde Zaccheus, Ecce dimidium, inquit, bonorum meorum do pauperibus. *Ut vestra abundantia illorum inopiam, & illorum abundantia vestram suppleat inopiam.* Hoc est quod dicit, ut quia iuxta tempus sancti inopiam patitur, deserentes omnia mundi, & se in diuinis solis operibus constituentes, ut doctrinæ & orationi insisterent ad profectum multorum: ij qui credunt, & artibus aut negotiis insistant, aut certe facultates paternas habent, ministrent sanctorum inopiis: & iterum sancti illic ubi diuites sunt, & isti inopes, communicent eis, quasi vicem repedentes ministerio illorum, sicut dicit Dominus, *Quamdiu fecistis vni ex minimis istis, mihi fecistis.*

Ut fiat æqualitas, sicut scriptum est, Qui multum, non abundauit: & qui modicum, non minorauit.

*Ut fiat æqualitas, &c.* Hæc est æqualitas, ut quia isti in hoc tempore ministrant sanctis, reddatur illis vice in futuro. debitores enim sibi faciunt sanctos. *Qui multum, non abundauit: & qui modicum, non minorauit.*

Hoc in Exodo legitur. Plus enim sancti habent in spe futuri sæculi, & magis quam ij qui hoc tempore videntur diuites; & tamen æquabuntur illis vtrique: ut sicut beneficio horum, sanctorum inopia sustentatur, ita & beneficio sanctorum diuites fiant hi in futuro sæculo, in quo videntur pauperes. Non enim totos se dederunt Deo, ut hic pauperes, illic essent diuites: sed ex hac parte qua hic diuites sunt, illic pauperes, sanctorum suffragio qui hic positi, iam illic merite sunt, ditabuntur. Non enim quaecumque meritum est de iustis laboribus ministrare sanctis.

Gratias autem Deo, qui dedit hanc ipsam sollicitudinem pro vobis in corde Titi, quoniam exhortationem quidem accepit: cum sit autem sollicitior, voluntarius profectus est ad vos.

*Gratias autem Deo, qui, &c.* Deus quia iustus est, sciens Corinthios velle proficere, Titi affectum incitat circa eos, ut adimpleret exhortatione sua voluntatem illorum in opere bono: qui videns profectum illorum, consolatus est, lætaturque in eis. *Cum sit autem sollicitior, voluntarius profectus est ad vos.* Hoc est, videns proficere illos circa bonos actus, sollicitior factus est circa affectum illorum: ita ut voluntarius proficisceretur ad eos, qui prius etiã rogatus se excusarat ab eis propter vitia illorum.

Misimus etiam cum illo fratrem nostrum, cuius laus est in Euangelio per omnes ecclesias: non solum autem, sed etiã ordinatus est ab ecclesiis comes peregrinationis nostræ, in hac gratiam quæ ministratur à nobis ad Domini gloriam, & promptitudinem vestram: deuitates hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine quæ ministratur à nobis in Domini gloriam. Prouidemus enim bona non solum coram Deo, verum etiam coram hominibus.

*Cuius laus est in Euangelio, &c.* Istum commendat,



quia ignorabatur ab his, vt scirent in quanta iam essent boni opinione, ad quos tales viri mittebantur, vt congauderent cum eis, augentes eos in fide operationis Dei: ad cuius gloriam sollicitè hoc agebant vicarij Christi, vt conditor Deus cæli & terræ agnosceretur in his. *Deuit, antes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine quæ ministratur à nobis.* Quoniam de ministerio agebatur, ideo hoc subiecit, ne negligens circa curam pauperum vel sanctorum iudicaretur, si hoc segnius ageret. De hac enim re constituerant inter se Apostoli, vt memores essent pauperum: quod ad Galatas significat. Cum ergo inuituperabilis esset in omnibus Apostolus; ne in hac causa indiligens iudicaretur, idcirco hoc se pramonere significat, vt hoc opere impleto, in omnibus sollicitudo eius & prouidentia appareret. *Prouidemus enim bona non solum coram Deo, verum etiam coram hominibus.* Prouidet bona coram Deo, dum quod iubet Deus circa ministerium sanctorum vel pauperum, fieri docet: coram hominibus verò prouidet bona, quia tales mittit ad hoc opus exhortandum, qui probitate sua non faciunt eis scandalum, sed prouocent eos, ne bona doctrina Apostoli per improvidos ministros eius in vituperationem caderet.

Misimus autem cum illis & fratrem nostrum, (quem probauimus in multis sæpe sollicitum esse, nunc verò multo sollicitiorem) multa fiducia vestri, siue per Titum qui est socius meus & adiutor in vobis, siue per fratres nostros Apostolos ecclesiarum gloriæ Christi. Ostensionem ergo charitatis vestræ, & nostræ pro vobis exultationis, demonstrate in eos in facie ecclesiarum.

*Siue per Titum qui est socius meus, &c.* Titum ideo socium suum vocat, quia & ipse episcopus erat. Cui ministerium dedit notum in omnibus ecclesiis ipsius provincie. Quibus addit & Tertium fratrem, probatum in multis operibus bonis atque sollicitum. Per Titi autem relationem referentis bonam voluntatem Corinthiorum & caterorum missorum, quos Apostolos ecclesiarum gloriæ Christi appellat, sollicitiorem se factum ostendit videndi illos, & exhortandi ad ministerium sanctorum. Fiduciam enim accepit, audiens meliores esse factos Corinthios. Vnde fatagebat ad eos, certus quia obaudirēt bona opera facere. *Ostensionem ergo charitatis vestræ, & nostræ pro vobis exultationis, demonstrate in eos in facie ecclesiarum.* Commonet eos, vt in his quos mittit, dilectionem suam ostendant, vt bona quæ de ipsis audierant, vera probarent. Sic enim ostēderēt profecisse se monitis Apostoli, si missos ab eo cum honore exciperēt, vt ceteræ ecclesie agnoscerent vera esse bona quæ de eis dici cœperant. Prouocat ergo animos eorum; quia de quo bene sentitur, solet se meliorem præbere.

CAP. IX.

**N**AM de ministerio quod fit in sanctos, superfluum est mihi scribere vobis. Scio enim promptam voluntatem vestram, pro qua de vobis glorior apud Macedones. Quoniam

Achaia parata est ab anno priore, & vestra æmulatio prouocauit plures.

*Superfluum est mihi scribere vobis.* Et hæc oblectantis verba sunt. Superfluum enim esse dicit scribere de ministerio quod fit in sanctos, vt de his bene sentire videatur. Superfluum est enim si commoneas eum quæ scias facturum. Sed vt diligentiam suam ostendat, necessarium est vt scribat, & vt hos promptiores faciat, & quid de eis ceteris prædicet, manifestet. Superflua enim solent maiorem parere sollicitudinē. Nam & Dominus non dubitans de amore erga se Petri Apostoli, tertio dicit ei, Simon Ioanis, amas me? Quæ trina repetitio quasi superflua videtur, sed prodest ad perfectionem monitionis, vt sciat magna se cum diligentia debere curare quod frequenter mandatur. *Quoniam Achaia parata est ab anno priore.* Post Macedones Achaia, id est, ecclesie provincie Achaie, (non omnes, quia & Corinthij Achaici sunt) præparauerant se æmulatione ductæ Macedonum, vt ministrarent sanctis. Quo dicto plus exhortatur Corinthios, cum dicit illos paratos ab anno priore, sed expectare iam hoc vt diuideretur ministeriū illorum pro vniuersiuique necessitate. *Et vestra æmulatio prouocauit plures.* Post Macedones Achaia paratam dicit, vt & Corinthij fiant parati secundum promissum suum; & cetera ecclesie æmulatione Corinthiorum, dum audierunt illos prius multis erroribus fuisse implicatos, post autem corrigētes se bonæ voluntatis effectos, incitata sunt ad bonum opus: quia si ij qui post acceptam fidem malè versati sunt; hanc occeperant habere voluntatem; quanto magis isti, in quibus hæc vitia non sunt reperta?

Misi autem hos fratres, ne gloria nostra qua vos præferimus, inanis fiat in hac parte, vt quemadmodum dixi, parati sitis: ne cum venerint mecum Macedones, & inuenerint vos imparatos, erubescamus nos, vt non dicam omnes vos, in hac parte.

*Misi autē hos fratres, &c.* Hos fratres memorat quos supra, id est Titum, & quos ei adiūxit adiutores, qui impensius exhortarentur eos ad promissionem implendam in ministerio sanctorum: vt non solum litteris, sed & facie ad faciem oblectarent eos crebris admonitionibus, ne exultatio Apostoli qua in splendore animi eorum gloriabatur, euacuaretur. Sapiens ergo hoc memorans, sollicitudinem suam circa eos ostendit, nolens illos confundi. *Ne cum venerint mecum Macedones, & inuenerint vos imparatos, erubescamus nos, vt non dicam omnes vos, in hac parte.* Manifestum est, quia si non hoc inuentū fuerit quod testificatus est de his, & ipse erubescat in ipsis, & ipsi amplius confundantur, qui nec propterea quod testis eis extitit Apostolus, id agere nisi sunt, quò verum illud facerent vel propter tanti viri personam.

Necessarium ergo existimaui rogare fratres vt præcederent ad vos, & præpararent promissam benedictionem hanc vestram: sed sic eam paratam esse, quasi benedictionem, non quasi circumuentionem.

Vt

Vt sollicitudinem suam adhuc manifestet, rogasse se dixit fratres, per quos admoniti adimplerēt quod promiserant, & non implebant. Cum supra Titi dicat voluntarium profectum, hoc est, non illi fuisse extortum, sed mox vt audiuit, libeter amplexus est, vt videatur voluntarius ad illos profectus propter spem illorum: nunc non ideo se rogasse hos significat quasi nolentes ire, sed suum affectum probat circa illos, quando volentes ire insuper rogat, vt sine aliqua mora fiat quod & illi volunt, & hic precatur. Hoc ergo agit cum his, vt in promissione sua fideles sint, & se ideo commoneat propter existimationem illorum, non circumuenire, sed vt tantum offerant, quantum non pœniteat.

Hoc autem dico: quia qui parè seminatur, parè & metet. Qui autem in benedictione seminatur, de benedictione & metet. Vnusquisque secundum propositum cordis, non ex tristitia, aut necessitate. hilarem enim datorem diligit Deus.

*Qui parè seminatur, &c.* Per parum, avarum significat, cui extorquetur vt inferat. pœnitet enim quia promissit. Hoc de tarditate illorum colligit qui olim promiserat, & diu deliberabant. Huic parco per parua messis est, quia cum dubitatione seminatur, nescit enim professe quod facit. *Qui autem in benedictione seminatur, de benedictione & metet.* Hic in benedictione seminatur, qui bona voluntate sub spe futuræ retributionis hoc facit. *Vnusquisque secundum propositum cordis, non ex tristitia aut necessitate, hilarem enim datorem diligit Deus.* Docet illos, tunc professe hoc in futurum, si læto animo fiat. Ex his enim qui inferunt, hunc eligit Deus cui retribuatur, qui deuoto corde operatur, quasi thesaurizans sibi apud Deum: quia qui inuitus facit propter præsentem pudorem, ne aliis inferentibus turpis inueniatur, mercedem non habet.

Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis, vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omni opere bono.

*Potens est autem Deus omnem gratiam, &c.* Dei potentiam adesse illis exoptat, vt sicut in emendandis vitiis & doctrinæ veritate compugit corda illorum, ita & in hoc faueat cœptis illorum, vt abundant in omni opere bono per gratiam Dei. *Vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omni opere bono.* Hoc dicit & optat, vt in omni re semper sufficientes sibi sint Dei nutu, nec indigeant iis quæ ad salutem necessaria sunt. Si ergo sufficientiam solam sibi eligant, poterunt in Dei opere abundare. Illud enim sibi retinendo quod sufficit, cetera in vsum sanctorum vel pauperum impendant necesse est, & hoc erit abundare in omni opere bono. Licet enim exigui hominis parum sit quod tribuit, abundat tamen, quia recto iudicio fit; & non solum quaritur quantum, sed & de quanto, & quo animo detur. Denique illa vidua in Euangelio de paruo laudata est: & qui multa mittebant, laudati non sunt. Illius enim paruum multum est, quia plus misit quam poterat: diuites autem minus miserunt, cum plus possent: ac per hoc

modicum illius quæ ultra vires suas misit, plus inuentum est, quam diuitum multum, quia de eo quod abundabat eis, miserunt. Qui ergo tantum dat quantum potest, rectè facit: viduam tamen illam ante se habet, quia hæc omne quod habuit, misit.

Sicut scriptum est, Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in æternum.

Hoc in Psalmo scriptum est cx i. & per exemplum addit ad curam pauperum, vt in omni opere bono abundant. Si enim huius qui pauperibus largitur, iustitia manet in æternum: quanto magis eius qui ministrat sanctis? Pauperes enim possunt dici qui publicani egeni sunt. Sancti enim discernuntur ab his, quia hi serui Dei sunt, insistentes orationibus & ieiuniis, puram vitam agētes, sicut & Anna prophetissa, quæ non discedebat de templo, ieiuniis & orationibus seruans die ac nocte, omnem mundi curam postponens. Misericordia ergo hæc, iustitia appellata est; quia sciens qui largitur, omnia Deum communiter omnibus dare, quia sol eius omnibus oritur, & pluit omnibus, & terram omnibus dedit: idcirco diuidit cum iis qui copiam terræ non habent, ne beneficiis Dei priuati videantur. Iustus ergo est qui sibi soli non detinet quod scit omnibus datum: & iustus non solum in tempore, sed & in æternum, qui in sæculo futuro hanc habebit secum in perpetuum.

Qui autem subministrat semen seminanti, & panem is ad edendum ministrabit: & multiplicabit semen vestrum, & amplificabit fructum iustitiæ vestræ: vt in omnibus locupletemini in omnem simplicitatem, quæ operatur per nos gratiarum actionem Deo.

*Qui autem subministrat semen seminanti, &c.* Omnia Dei sunt: & semina & nascencia Dei nutu crescunt & multiplicantur ad vsum hominum. Deus ergo qui hæc dat, ipse & iubet de his communicari eis qui indigent: ac per hoc non poterit qui tribuit iuxta Dei voluntatem, Dei nutu non augeri incrementis huiusmodi ad amplificandum fructum iustitiæ. Danti enim addit, vt eo amplius habeat vnde largiri. Hæc est iustitia, vt quia Deus dat, retribuatur ex eo & homo ei cui deest. Hos enim vult ministros esse eorum, qui potiora eligentes, copias præsentis temporis spernunt, totos se Dei rebus obligantes. Vnicuique enim secundum bonam voluntatē Deus præstat auxilium. Sancti enim qui nihil volunt hinc possidere, nisi victum habere & vestitum: hos qui hæc habere volunt, tutores illorum Deus esse disposuit: vt qui bene & simpliciter eis ministrauerit, amplificetur Dei nutu, vt habeat vnde largiri semper, & ad præsens locupletatus, & in futurum. Semel enim seminans, bis metet; ita vt si futuris confusit spebus, nolit eos subiectos habere, sed magis se eis inclinet, quia à Deo huius rei accipiet mercedem. Si enim ad præsens humiliari eos sibi voluerit, spem futuri amittit. Hic enim accipit mercedem operis sui, hoc non simpliciter agens, sicut dicit Dominus, Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.

Z iij

Ioan. 17.

2. Cor. 6.

Galat. 2.

2. Cor. 11. 1. Cor. 4.

Rom. 12. 2. Cor. 6.

Act. 18. Tit. 1.

2. Cor. 7.

Matth. 10. 1. Petr. 2.

ibid.

Coloss. 1.

2. Cor. 8.

Ecl. 35.

Galat. 6.

1. Cor. 9.

Philom.

1. Cor. 9.

1. Cor. 15.

Luc. 11.

1. Cor. 7. Luc. 21.

Psal. 111.

Prou. 22.

Hebr. 10.

1. Tim. 5.

Luc. 2.

Matth. 5. Psal. 113.

Prou. 21.

Isa. 66.

1. Cor. 3.

Luc. 19. 1. Parah. 29.

1. Tim. 6.

Matth. 25.

Matth. 6.

Quoniam ministerium officij huius non solum supplet ea quæ defunt sanctis, sed & abundat per multorum gratiarum actiones Deo, per probationem ministerij huius magnificantes Deum in subiectione confessionis vestræ in Euangelio Christi, & in simplicitate communicationis vestræ in ipsos, & in omnes, & in ipsorum oratione pro vobis, desiderantium vos videre propter superabundantem gratiam Dei in vobis. Gratias autem Deo super ineffabili dono eius.

*Hebr. 10.* Quoniam ministerium officij huius, &c. Hoc dicit, quia quicumque operatur per dispensatores doni Dei hoc opus, unde gratiæ agantur Deo, ab iis qui necessarios sumptus accipiant sub nomine Christi non mendicitati subiecti, sed Deo, de cuius bonis alii se norunt: non tantum ab eis gratiæ illis referuntur, sed à reliquis fratribus, qui pro his gratias agant Deo commendantes factum ipsorum Domino, ut paucis tribuentes, multorum obsecrationibus Deo commendentur. Probantes enim mentem eorum in hoc opere, magnificant in eis Dominum, cuius spe firmati obediunt Euangelio Christi in subiectione mentis, ne velint eos sibi humiliari, ut præbeant que necessaria sunt sanctis. Et hoc erit in simplicitate gratias agere communicationis illorum, commendantes se orationibus illorum, & desideriis eorum. Quis enim non cupiat oculis videre, necessitatibus suis propter Dei nomen subiectos? Denique Dei dona vocantur. Deo enim dat, qui his ministrat: quia qui iubet fieri, ipsi imputatur quod datur. *Gratias autem Deo super ineffabili dono eius.* Donum enim Dei est quod incitat homines ad bonum opus. Spes enim promissa laceffit ad ministerium supradictum.

CAPVT X.

**I**psæ autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudinē & modestiam Christi, qui ad faciem quidem humilis sum inter vos, absens verò confido in vobis.

Hoc est quod nunc dicit, quia talis est absens, qualis & præsens. Nec enim humilis erat ad faciem adulatione aut subiectione alicuius rei, qui constantiam suam sic zelabatur, ut aliquando etiam à licitis temperaret, ne inclinaretur. Unde dicit in alia epistola, Omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate. Esca ventri, & venter escis: Deus autem huc & has destruet. Ideo ergo absens obsecrat, & modestiam Christi interponit, ne præsens durior inueniatur causa vitiorum eorum, quam est in epistola, ut componentes se qui adhuc non emendauerant; mollirent sibi rigorem Apostoli; ut moderatos eos inueniens, pressa seueritate lætaretur in eis. Confidentiam itaque fiduciam seueritatis significauit, quam fortè in epistola tantum habere putabatur, non tamen præsens facie, quia in prima epistola seuerus & nimis rigidus videbatur: & ideo commonet ne eadem seueritate præsens vtatur, sicut non sperabant.

Rogo autem vos, ut non præsens audeam per eam fiduciam qua existimor audere in quosdam, qui arbitrantur nos secundum carnem ambulare.

*Rogo autem vos, ut non præsens audeam, &c.* Idem sensus est, quem vt dilucider, repetit. Orat enim vt tales illos inueniat, ne cogatur irasci, sed vt requiescat cum eis. Hic ergo aperuit quod supra significauit, & adhuc in subiectis plenius manifestat, hanc esse confidentiam, quam hic fiduciam dixit, datæ sibi potestatis à Christo, cuius vicarius est, vt vindicet in eos qui sub nomine Christi agentes non obaudiant vt corrigantur in quibus reprehenduntur. Hos dicit qui non recipiendo spiritalia quæ ab Apostolo dicebantur, sic cum existimabant quasi carnalia loqueretur, quæ recipienda non essent. Ideo dicit, *Qui arbitrantur nos secundum carnem ambulare:* quia qui spernit spiritalia, putat illa carnalia.

Nam in carne ambulantes, non secundum carnem militamus. (Arma enim militiæ nostræ non carnalia sunt, sed fortia Deo ad destructionē munitiōnū.) cogitationes destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus cognitionem Dei: & in captiuitatem redigentes omnem intellectum ad obedientiam Christi: & parati in omnibus vindicare omnem inobedientiam, cum impleta fuerit obauditiō vestra.

*Nā in carne ambulantes, &c.* Hoc est, in corpore positi spiritaliter viuimus. Spiritaliter autē viuit qui facit quod placet Deo. Hic ergo secundum carnem militat, qui desideriis carnis obtemperat. Omnis enim error, caro dicitur, Christo autem ipse militat, qui obaudit ei in fide & disciplina. *Arma enim militiæ nostræ non carnalia sunt, sed fortia Deo.* Ideo fortia, quia incorrupta. Omnia enim carnalia corrupta sunt. Arma ergo ideo, quia repugnant vitiis, signum habentia imperatoris sui Christi, qui hostis est vitiorū. Sicut enim imperator per milites suos vindicat suum regnum: ita & Saluator per nos seruos suos defendit vnus Dei professionem & disciplinam. *Ad destructionem munitiōnū, cogitationes destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus cognitionem Dei.* Arma spiritalia fides est incorruptæ prædicationis. Per hæc Deus vincit principes & potestates, quos constat vt sibi vsurpent imperium, extolli contra fidem Christi, cogitationibus se hominū inferentes, vt auocent eos à Dei dominio; quas cogitationes destruit veritas fidei. Munitiōnes ergo principes dicit & potestates & spiritalia nequitia, qui se extollunt, & armant infidelium animos ad contradicendum Christo; contra quos pugnat Dei lex, dissipans consilia eorum. *Et in captiuitatem redigentes omnem intellectum ad obedientiam Christi.* Captiuat intellectum dum contradicentem ratione vincit, & ad fidem Christi cui prius repugnauerat, humilem & mansuetum inducit. *Et parati in omnibus vindicare omnem inobedientiam, cum impleta fuerit obauditiō vestra.* Manifestum est quia vindicat inobedientiam, cum illam condemnat per obedientiam, tunc illam destruens

2. Cor. 13.  
1. 1. thess. 2.  
2. Cor. 8.  
  
1. Cor. 6.  
1. Cor. 13.  
  
2. Cor. 4.  
  
2. Cor. 5.  
2. Cor. 7.

struens quando eos qui resistunt, perducit ad fidem, vt perfidia ab iis à quibus defendebatur, damnetur.

Quæ secundum faciem sunt, videte. Si quis confidit se esse Christi, hoc cogitet iterum apud se, quia sicut ipse Christi est, ita & nos.

*Quæ secundum faciem sunt, videte.* Nunc vult eos quæ palam sunt considerare, id est, ea quæ dicitur est, quia sunt aperta, diiudicare. Dicit ergo, *Si quis confidit se esse Christi, hoc cogitet iterum apud se, quia sicut ipse Christi est, ita & nos.* Iis loquitur quorum tangit superbiam, qui de se præsumentes inflatione animi, minus quam dignum erat de Apostolo sentiebant quasi non egerent præceptis eius. Quos commonet, vt si de se confiderent quia erant serui Christi, non vtique deberent de Apostolo dubitare, sed & de eo, quamuis impar sit, vel similiter sentire, cum vtique magis præferre sibi deberent magistrum gentium. Sed hic illos humilitatē in se docet, æquans se illis, cum esset vas electionis, & magister gentium in fide & veritate. Hoc vult ergo illos considerare, quod vtique clara luce videtur, quia de Apostolo nemo credentium non plus æstimet quam de se, quanto magis nemo minus quam de se debeat æstimare: Hoc ergo contestatur & docet, ne elatione mentis bonæ vitæ meritum perderent, Qui enim scit se aliquid esse, humiliet se, vt amplior fiat.

Nam & si aliquid amplius gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem, non in destructionem vestri, non erubescam.

Nunc id significat, quia superius se humiliavit, ipsis se comparando, cur si se erigat, non erubescat, quia à Domino accepit potestatem prædicandi, vt saluet, non vt perdat obaudientes. Si ergo hic qui à Domino missus est, inclinat se, & comparat se inferioribus: quanto magis ij qui nullius erant testimonij, comparare se non deberent, non dicam præferre, maioribus?

Vt autem non existimemur quasi terrere vos per epistolas, (quia epistolæ quidem, inquit, graues & fortes sunt, præsentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis:) hoc æstimet qui eiusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales sumus & præsentem in opere. Non enim audeamus conferre aut comparare nos ipsos quibusdam, qui seiplos commendant.

*Vt autem non existimemur quasi terrere, &c.* Ille potest videri terrere per epistolas, qui neque auctoritatis alicuius est, neque præsens fiduciam habet arguendi: absens autem ideo audet, quia præsens timet. *(Quia epistolæ quidem graues & fortes sunt, præsentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis) hoc æstimet qui eiusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales sumus & præsentem in opere.* Ideo non se alium esse absentem quam præsentem probat, quia non erat præsumptor. A Domino enim potestatem accepe-

1. Cor. 4.  
2. Tim. 1.  
1. Tim. 2.  
1. Tim. 2.  
Luc. 18.  
Ecl. 3.  
2. Cor. 5.  
Galat. 2.  
2. Cor. 13.  
Gal. 6.  
1. Cor. 13.

rat. Cui enim non est data potestas, absens potest audere, præsens autem pudorem patitur. Ideo Apostolus non erubescit dum corripit, quia fiducia potestatis hoc agit. Hæc propter hos loquitur, qui non missi prædicabant adulantes, quia seiplos commendare volebant. *Non enim audeamus conferre aut comparare nos ipsos quibusdam, qui seiplos commendant.* Hi seiplos commendant, qui non accepta potestate dominari volunt, non in suo vendicantes auctoritatem. Qui enim mittitur, non sibi, sed ei à quo mittitur, vendicat potestatem: per quod etiam ostendit se à Domino dispensatorem electum. Sic ergo non cōiungit se aut comparat iis qui non missi prædicant, dum nihil vltra concessum præsumit.

Sed ipsi in nobis nosmetipsos mensurantes, & comparantes nosmetipsos nobis, non in immensum gloriabimur, sed secundum mensuram regulæ quam partitus est nobis Deus mensuram pertingendi vsque ad vos.

Tanta se vt dicit potestate, quanta concessa est ab auctore, nec mensuram egredi. Idcirco non superba erit, inquit, gloriatio nostra, quando non egredimur terminum datæ potestatis. Gloriam pro auctoritate posuit, qua vtatur in correptionibus peccatorum, vt saluos eos faceret. Nec tamen gloriari se dicit in extollentia potestatis, sed ad ædificationem illorum. Ostendit enim potestatem, de qua si gloriari vellet, non illum pueret, quia data est illi à Domino. Sed hic sic illa vtitur, vt non gloriatur nisi in profectu credentium, corripiens constanter vitiosos, vt gloriatur in salute illorum: vt potestas data saluti proficiat, non elationi. Dupli ergo genere non se in immensum gloriari testatur, & quia secundum datam potestatem, sicut dixit, & quia non vltra quam prædicatio eius personabat, vindicabat sibi auctoritatem. De his enim confidebat, quos ipse fundauerat in fide Christi. Partitum enim dicit vnicuique ad quos in prædicatione dirigeretur, vt singuli proprias aliquas ciuitates haberent, de quorum fide gloriarentur. Dei enim nutu Macedonibus prædicare aduocatus est hic Apostolus: & vt Corinthijs euangelizaret à Domino admonitus est. Iis ergo audenter loquitur quos ipse fundauit, & ad quos Dei nutu peruenit: cæteris non tali fiducia, quia in aliena regula erant, hoc est, in parte alterius euangelistæ.

Non enim quasi non pertingentes vsque ad vos, superextendimus nos. nam vsque ad vos peruenimus in Euangelio Christi, non in immensum gloriantes in alienis laboribus.

*Non enim quasi non pertingentes vsque ad vos, &c.* Hoc est, non quasi non peruenimus vsque ad vos, superextendimus nos in prædicatione, sed destinati, Deo mittente nos, ad vos peruenimus. Superextendi autem est, vltra extendi quam cōceditur. Sed non vltra, quia mensuram dedit Deus, quam seruarent euangelistæ eius, quam hic se custodisse testatur. Ideo enim hoc ostendit, vt sciant quoniam à Deo ad hos directus est, ac per hoc obaudire illos debere monita eius, ne contemnent, Deo à quo missus est, resistere viderentur. *Nam vsque ad vos per-*

2. Cor. 4.  
1. 1. thess. 2.  
2. Cor. 3.  
1. Cor. 7.  
1. Cor. 4.  
2. Cor. 8.  
1. Cor. 11.  
2. Cor. 13.  
2. Cor. 12.  
2. Cor. 1.  
1. Cor. 4.  
1. Cor. 9.  
1. Cor. 16.  
1. Cor. 18.  
1. Cor. 9.  
1. Cor. 16.  
Ephes. 4.  
1. Cor. 13.  
Rom. 13.

uenimus in Euangelio Christi, non immensum gloriantes in alienis laboribus. Hic manifestius apparet quod dicit, quia ipse illos fundauerat, ideo tanta fiducia ad hos loquitur. Nec enim labore alterius acquisiti fuerant ad fidem, sicut in alia epistola ait, in Christo enim per Euangelium ego vos genui. Non ergo extra mensuram gloriatur, qui in labore suo gloriatur.

Spem verò habentes crescentis fidei vestrae, in vobis magnificari secundum regulam nostram in abundantia, & vt etiam in regionibus quae ultra vos sunt, euangelizem, vt non in aliena regula preparatis gloriemur.

Spem verò habentes crescentis fidei, &c. Quia fructum laboris sperat quæsitæ fidei eorum, idcirco non negligenter hoc agere se proficitur, ne tædijs & molestiis cederet: quia magnificari se credit apud Deum si auceantur in fide auditores eius, sicut dicit Dominus, Pater, sicut misisti me in hunc mundum, & ego misi eos in hunc mundum, & pro eis sanctifico meipsum. Hoc dicit, quia testimonium magistri est in discipulis obaudientibus. Vnde ait: *In vobis magnificari secundum regulam nostram in abundantia, & vt etiam in regionibus quae ultra vos sunt, euangelizem.* Lætiior de fide eorum ultra eos prædicaturum se necessarium proficitur ad augendam gloriâ prædicationis, vbi adhuc non fuerat prædicatum. *Vt non in aliena regula preparatis gloriemur.* Manifestum est, quia vir prudens non in his confidit, neque gloriam sperat, quæ in aliorum laboribus constant. Ideo & Apostolus non audet in hos qui alijs prædicantibus crediderunt, ne in alienis laboribus gloriari videretur: sed hoc nititur, vt eis prædicet, quibus non erat annūtiatum vt gloriam labori suo quærat.

Qui autem gloriatur, in Domino gloriatur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quem Dominus commendat.

Qui autem gloriatur, &c. Hoc dicto significauit ipsam confidentiam & gloriam Domino dandam, cuius gratia est vt qui in potestate euangelica confidit, Deo auctore confidat, vt quæstus omnis negotij diuini Domino in lucrum veniat. Sed qui non accepit potestatem à Deo, non potest in Domino gloriari, quia gloriâ suam quærit. *Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quem Dominus commendat.* Verum est, quia illum Dominus commendat, & ille probatus est, quem dignum habet, ac mittit vt prædicet donum eius. Quem autem non mittit, non illum commendat. Ipse autem se commendat, qui non missus prædicat, ac per hoc idoneus non est, sed præsumptor & reprobus.

CAPVT XI.

**V**T IN AM sustineretis pusillū imprudentiam meam, sed & patimini me. zelans enim sum vos Dei zelo. nam parauī vos vni viro virginem castam assignare Christo.

Incipiens vera de seipso narrare, insipientem se dicit, quia ad laudem eius videtur pertinere. Propter quod dictum est, Non te laudent labia tua, sed

proximi tui. Sed hic dolore cōpellitur propter hos qui cum de eo bene præcæteris sentire deberent, indignè sentiebant. *Zelans enim sum vos Dei zelo, nam parauī vos vni viro virginem castam assignare Christo.* Quæ locutus est, amore eorum dicturum se ostendit, vt non magis ad laudem eius proficiat, sed ad profectum horum, vt discant quemadmodum parenti suo in Euangelio faueant: quia vituperatio patris, detractio filiorum est; & laus filiorum, gloria patris est. Virgines ergo vult eos esse in fide. Vnde & corruptores fidei zelatur ab his, vt in die iudicij incontaminatos eos assignet iudici Christo. Hinc est vnde in Apocalypsi Ioannis legitur: Hi sunt, inquit, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim permanserunt. Hi sequuntur Agnum quocumque ierit. In mulieribus errorem significauit, quia error per mulierem cœpit: sicut & Iezabel mulierem dicit propter vxorem Achab, quæ zelo Baal Dei prophetas occidit, cum intelligatur idololatrica, qua corrupuntur mores, & fidei veritas. Nam si per mulieres mulieres intelligas, vt ideo putes virgines dictos, quia corpora sua incōtaminata seruauerunt; excludis ab hac gloria sanctos, quia omnes Apostoli, exceptis Ioāne & Paulo, vxores habuerunt. Et vide an conueniat accusare Petrum Apostolum, qui primus inter Apostolos est, quanto magis inter cæteros?

Timeo autem, ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, sic sensus vestri corrumpantur à castitate quæ est in Christo Iesu.

Ostendit qua causa cogitur vera de se protestari. Ad hoc enim gloriam sibi datam proficitur, non vt se laudet, sed vt illos deformet qui sub nomine Christi, contra Christum prædicabant, à quibus Corinthij seducebantur; & quod veritas hæc his magis quam ei proficeret. Hoc enim agit, ne audiantur seductores quos diabolo comparauit propter astutiam thalitiæ eorum, quia corrumpere fidelium corda à veritate Christi conantur. Hoc ergo timens, semper sollicitus de eis est ne violentur.

Nam si is qui venit, alium Christum prædicat quem non prædicauimus, aut aliū spiritum accipitis quæ non accepistis, aut aliud Euangelium quod non recepistis: rectè pateremini.

Quare ait, Rectè pateremini, si alius vobis Christus prædicatus fuisset, aut si alius spiritus, vel aliud Euangelium traditum vobis fuisset, cum dicat Galatis, Si quis vobis annuntiauerit præterquam quod accepistis, anathema sit? Si Galatis peruersum erat aliud accipere, quam ab Apostolis fuerat traditum: quomodo Corinthiis rectum erat, si alius Christus prædicatus illis fuisset? Sed sciens Apostolus, numquam alium Christum quam hunc qui crucifixus est, prædicari, idcirco ait, Rectè pateremini, si vobis alius potior Christus ab iis qui veniunt, prædicatus fuisset. Galatis autem anathema dixit, si aliud audirent quod non vtique maius esset, sed contrarium. Porro autem, inquit, si ipse Christus prædicatur ab iis, qui à nobis annuntiat, & hoc Euangelium; quid causæ est vt nos inferiores habeamur, cum

cum nihil amplius ab illis addiscatur? Superius de A pseudoapostolis loquitur fidei corruptoribus; hoc loco autem de veris prædicatoribus: quia plebs Corinthiorum varijs erroribus fluctuabat, vt aliqui faueret pseudoapostolis, quidam eis à quibus compositis verbis eadem audiebant quæ ab Apostolo audierant: alij autem Apostolis fauebant, quia cum Domino fuerant, Apostolum suum Paulum deformantes, quia in carne non viderit Dominum.

Existimo enim, me in nullo inferiorem fuisse ijs qui valdè sunt Apostoli.

Nō vult gratiam Dei inferiorem in se videri, quia similiter docuit, & eadem fecit quæ faciebant Apostoli, qui potiores videbantur, quia priores cœperant docere, & fuerant cum Domino, vnde maioris auctoritatis esse putabantur: cum huius Apostoli electio insigni probata fuerit testimonio, & ipse amplius cæteris laborauerit, & Dominum in templo orans viderit, & locutus sit ei.

Nam etsi imperitus sermone sum, non tamen scientia.

Hoc non ad Apostolos pertinet, quia non erant eloquentes, vt pote sine litteris, pleni tamen Spiritu sancto: sed hos tangit quos præferbant Corinthij causa accurati sermonis, cum in religione vis sermonis necessaria sit, non sonus dulcis. Quomodo tamen se humiliat, vt imperitum se esse dicat in sermone? Et vbi est illud quod Festus ait, Paule, inquit, Paule, multæ litteræ te faciunt excordem? Hoc ergo dicens, non se loqui nescire voluit intelligi, sed propter eos qui non per fidem, sed per eloquentiam commendari volebant. Et in eo tamen se dixit imperitum quod non habet crimen. In eo autem quod acquirit salutem, & cuius ignorantia non caret crimine, non se imperitum pronuntiauit: quia qui imperitus est in sermone, reus non est apud Deum: qui autem scientiam Dei non habet, reus est ignorantia: quia non licet ignorare, maxime quod pertinet ad salutem. Quomobrem Apostolus sprete eloquentia id agebat, vt fides teste virtute acceptabilis esset: vt non fidem eloquentia commendaret, sed virtus cui cedit eloquentia.

In omnibus autem manifestus sum vobis.

Manifestū se dicit esse Corinthijs in omnibus, quia non ignorabant etiam loquendi habere illum peritiam, & hoc scientes alijs fauebant in eo quod istum inferiorem nesciebant: ideoque commotus loquitur, quia hoc peius erat; vt cum scirent illum in nullo deesse, humiliarent illum cæteris; cum vidissent per eum non solum impleri prædicationem, sed & signa & prodigia fieri apostolica.

Aut numquid peccatum feci, meipsum humilians, vt vos exaltemini? quoniam gratis Euangelium Dei prædicaui vobis?

Quoniam instati erant eo quod sumptus ab eis accipere noluit, & propter hoc alios ei præponebat: idcirco numquid peccaui, ait, quia me humiliavi vt me indignum ad accipiendum iudicarem; quia inde mihi irascimini, cum hoc non peccati sit, sed gloriæ? Itaque sic se humiliavit, cum id quod sibi debebatur, non exegit. Debitum enim erat, vt sum-

ptus ab ijs acciperet, quibus prædicabat Euangelium Dei, sicut Dominus instituit, dicens, Dignus est operarius mercede sua; sed vt ad vtilitatē eorum proficeret, refutauit. Duabus enim ex causis oblatos sumptus refutauit, ne & pseudoapostolis similis inueniretur, qui non ad gloriam Dei, sed ad suam vtilitatem prædicabant, vt non occasione acciperent depradandi, alio enim non accipiente, non potest alter multum expetere: & ne vigor euangelicæ potestatis torpesceret. Qui enim à peccantibus accipit, arguendi auctoritatem amittit. Sic ergo exaltantur, cum ideo ab eis non accipitur, vt correpti emendentur, à morte eleuati ad vitam.

Alias ecclesias expoliaui, accepto stipendio ad ministerium vestrum.

Onerat eos. Ostendit enim non solum noluisse se accipere ab eis, sed & ab alijs accepisse, & eis ministrasse. Et vt multum hoc ostendat fuisse, non parum, ait, *Alias expoliaui ecclesias.* Non parua ergo significat se in eos impendisse. Cum enim dicit, *expoliaui*, multa accepta & data significat, non extorta. Vnde subiecit, *Accepto stipendio.* Stipendium est enim quod militans accipit ad sumptus vice mercedis. Ruborem ergo incussit eis, quia non vtique dolo refutauit, quando ipse eis ministravit, & vt per hoc ministerium, quod promiserant facilius implerent, scientes se esse debitores: vt non valdè gloriosum iam sit ministerium eorum, sed debitum, ne vel inde se iactarent.

Et cum apud vos essem, & egerem, nulli grauis fui. nam indigentiam meam suppleuerunt fratres qui venerunt à Macedonia: & in omnibus sine onere vestro meipsum seruauī, & seruabo.

*Et cum apud vos essem, & egerem &c.* In tantum eis proficere voluit, vt egestatem suam consolaretur propter eorum salutem. Passus enim egestatē contentus fuit, ne illi aliquod scandalum paterentur. Qui enim dat, putat se exaltari, & iam se non patitur argui. *Nam indigentiam meam suppleuerunt fratres qui venerunt à Macedonia.* A Macedonibus semper accepit, quia prius vitia sua correxerunt. Et sicut à Corinthijs accipiendum non erat, ne illis in scandalum proficeret: sic iterum à Macedonibus accipiendum erat, ne bene seminantes fructum amitterent. *Et in omnibus sine onere vestro me ipsum seruauī, & seruabo.* In eo semper se permanserunt dicit, vt sic se corrigant, propter pseudoapostolos, qui occasionem quærebant depradandi eos.

Est veritas Christi in me: quoniam gloria hæc non infringetur in me in regionibus Achaia. Quare? Quia non diligo vos? Deus scit. Quod autem facio, & facturus sum, vt amputem occasionem eis qui volunt occasionem: vt in eo de quo gloriantur, inueniantur sicut & nos.

*Quoniam gloria hæc non infringetur in me, &c.* Horatur omnem Achaiam vt ministrent sanctis; sibi autem non permittere, ne cœptam gloriam non impleret. Gloria est enim à licitis abstinere, maxime

1. Cor. 4.

Ioan. 17.

Esai. 52. Rom. 15.

Ioan. 4. Rom. 15. Hierem. 9.

1. Cor. 1.

1. Cor. 9.

Ioan. 5. & 7.

Esai. 6. Rom. 14. Hier. 23.

CAPVT XI.

Psalm. 27.

1. Cor. 4.

Prois. 19. Eccl. 3.

Apoc. 14. Eccl. 25. Apoc. 2.

3. Reg. 18.

Ast. 9. 1. Cor. 15. Ast. 22.

Ast. 4.

1. Cor. 4.

Ast. 26.

1. Cor. 2.

2. Cor. 4.

2. Cor. 11.

1. Cor. 14. 1. Cor. 2.

2. Cor. 5.

1. Cor. 9. 2. Cor. 12.

1. Cor. 9.

2. Cor. 6. & 7. 1. Cor. 9.

Math. 24.

1. Cor. 3.

Galat. 2.

2. Cor. 12.

1. Cor. 2. 1. Cor. 9.

2. Cor. 12. Galat. 2.

Ast. 9. 1. Cor. 15. Ast. 22.

Ast. 4.

1. Cor. 4.

Ast. 26.

1. Cor. 2.

2. Cor. 4.

2. Cor. 11.

1. Cor. 14. 1. Cor. 2.

2. Cor. 5.

1. Cor. 9. 2. Cor. 12.

1. Cor. 9.

2. Cor. 6. & 7. 1. Cor. 9.

Zuc. 10. 2. Cor. 4.

1. Cor. 9.

Ibid.

2. Cor. 8. 1. Cor. 9.

2. Cor. 9. Rom. 15.

2. Cor. 8.

2. Cor. 9.

Ibid.

2. Cor. 12.

2. Cor. 9.



1. Cor. 6. & 10.

Galat. 1. 1. Cor. 9.

2. Cor. 10.

2. Thess. 3.

Iuda.

2. Tim. 3.

2. Cor. 2.

Ios. 5.

Matth. 14. Ibid.

1. Cor. 4. 2. Cor. 9.

Philip. 3. Apoc. 14. 1. Cor. 6.

2. Cor. 11. in print.

ad aliorum salutem. In Achaia ergo regionibus noluit uti, in caeteris usus est: & amplius promittit sub testimonio Christi, dicens in eo se mansurum, ne aliquando ab Achaia regionibus acciperet. *Quare? Quia non diligo vos? Deus scit.* Reddita ratione etiam Dei scientiam testem dat dilectionis suae quam habebat erga eos: quia non ideo nolebat accipere, quia non illos diligebat, sed ideo magis quia amabat eos ut hoc ipsum prodesset illis, sicut dixi. *Quod autem facio, & facturus sum, ut amputem occasionem eis qui volunt occasionem: ut in eo de quo gloriantur, inveniuntur sicut & nos.* Gloria pseudoapostolorum in pecuniis erat accipiendis. Ideo Apostolus hoc refutavit, ne illis similis videretur: quia nisi hoc ab Apostolo fuisset vitatum, maior occasio illis data fuisset accipiendi, aut magis extorquendi, quando in hac re formam ab Apostolo datam ostenderent.

Huiusmodi enim pseudoapostoli, sunt operarii subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi. Nec utique mirum, ipse enim satanas transfiguratur velut angelus luminis. Non ergo magnum, si & ministri eius transfigurantur sicut ministri iustitiae: quorum finis erit secundum opera eorum.

*Pseudoapostoli sunt operarii subdoli, &c.* Subdoli sunt, quia avaritiae causa, non religiosa mente, neque missi praedicabant Christum, nomen sibi apostolicum usurpantes. *Nec utique mirum, ipse enim satanas transfiguratur velut angelus luminis.* Manifestum est quia frequenter multos fallit satanas, ostendens se illis quasi angelum Dei, ut decipiat. Vnde Iesus Naue sollicitus quaesivit quis esset qui ei apparuit. Et Apostoli in naui perterriti putabant phantasma esse. Vnde Petrus Apostolus dicenti Domino, Nolite timere, ego sum: non facile credens, ait, Si tu es, iube me venire ad te super aquam, ut si firmiter posuisset pedem super aquas, sciret verum esse quia non erat phantasma quod apparebat. *Non ergo magnum, si & ministri eius transfigurantur sicut ministri iustitiae.* Ministri iustitiae Apostoli sunt, quorum se hi socios mentiebantur, ut deciperent audientes. *Quorum finis erit secundum opera eorum.* Sine dubio, quia iudicabuntur huiusmodi secundum animi sui nequitiam: quia non propter Deum, sed propter suum ventrem simulant se esse ministros Dei. Finem tamen illorum secundum opera illorum dixit: ut sicut opera & cura ventris interit, ita & hi interire intelligantur.

Iterum dico, (ne quis existimet me insipientem: alioquin velut insipientem accipite me, ut & ego modicum quid glorier.)

*Velut insipientem accipite me, &c.* Supra iam dixit, Utinam sustineretis pusillum imprudentiam meam: hoc nunc repetit. Semper enim proponit, quod postea multis interpositis prosequatur. Quod ergo supra proposuit, modo incipit enarrare. Nam vera dicitur, velut insipientem se dicit, quia videntur ad laudem eius pertinere. *Ut & ego modicum quid glorier.* Modicum hoc dicit, quia in verbis, non in sensu est.

Non ergo verè ad gloriam suam haec loquitur, sed vult illis ostendere, quia quos putant gloriosos, nihil plus ab hoc habent: ac per hoc si putantur hi gloriosi, & ego inquit. Ideo insipientis hoc esse dicit, ut ad laudem suam aliquid prosequatur, se autem coactum haec loqui. Dolet enim ei, ut illos putarent sublimes hoc contempto, qui nihil plus cohaberent.

Quod loquor, non loquor secundum Deum, sed quasi in insipientia, in hac substantia gloriationis. Quandoquidem multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor.

*Non loquor secundum Deum, &c.* Secundum Deum non loquitur, quia ad carnis tumorem haec pertinent; nec de inflatione apud Deum surgit gloria, quia apud Deum humilitas gloriosa est. *Sed quasi in insipientia, in hac substantia gloriationis.* Non plenam dixit insipientiam, sed ex parte: veritas enim est. Sed quia elatio vitiosa res est: ideo quamvis verum sit quod dicitur, quasi in insipientia tamen est unumquemque laudare se. Plena autem insipientia est, si se falsò quis laudet. Ille enim superbus de vero est, hic stultus de falso. Substantia tamen gloriationis in hac causa carnalis est, quia sicut flos sceni, ita decidit gloria ista. *Quandoquidem multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor.* Hoc dicit, quoniam aliqui ex Iudaeis credentes praesumebant sibi quod essent filij Abraham. Hoc est secundum carnem gloriari, nobilitatem sibi carnis vendicare. Inde enim sibi defendunt generis praerogativam, quia filij eius dicuntur qui Deo crediderint: cum anima que peccaverit, ipsa moriatur. Si ergo haec gloria est, inquit, & ego gloriabor, quia & ego filius sum Abraham. Sed nihil prodest filium esse Abraham apud Deum, quia fides est quae saluat, non propago generis Abraham. Ideoque gloria haec, carnis est gloria; ut puta si dicatur, filius nobilis hominis.

Libenter enim sustinetis insipientes, cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim si quis vos in servitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos caedit. Secundum ignobilitatem dico, quasi nos infirmi fuerimus in hac parte.

*Libenter enim sustinetis insipientes, &c.* Insipientes appellat, qui de carnis circumcissione gloriabantur. Et quia à Corinthiis portabantur ut gloriosi viderentur, ideo Apostolus etiam se sustineri ab his vult, ut & ipse hoc se esse ostenderet quod erant hi, & non tamen gloriari ex hac parte secundum Deum: vnde gloriam hanc insipientiam vocat. Gloriarum enim se dicit secundum carnem; sed hoc stultum esse profiteretur, ut & gloriam hanc inaniret, & se coactum in laudem carnis erupisse doceret. Igitur ironia est haec. Nam quomodo prudentes sunt, qui saepe reprehenduntur? Nonne plus sapit insipientia Apostoli, quam horum prudentia? Hic enim sapiens sustinet imprudentes, qui patientia sua suffert eos, ut possint proficere; ne provocans eos aut abiiciens, peiores illos faciat: aut certe si in illis proficere non potuerit, suam modestiam custodit.

Horum

2. Cor. 11.

1. Cor. 9.

Iacob. 4.

Prov. 27. Esai. 40.

Philip. 3.

Exech. 18.

Matth. 3. Galat. 5.

Galat. 6.

Philip. 3.

2. Cor. 13.

2. Tim. 2.

2. Cor. 2.

Horum in Corinthiis nihil est. Quomodo ergo libenter sufferunt imprudentes, cum ipsi sint sapientes: nisi quia non sic vult intelligi, sicut sonant verba? Hoc in sensu & pronuntiatione est, quia eadem quidem verba non eundem habent sensum aliter pronuntiat, ut aliquando confirmet, aliquando neget quod dicit. Hi enim ut prudentes, insipientes sufferebant falsos apostolos. *Sustinetis enim si quis vos in servitutem redigit.* Hoc verum est, quia redigebatur in servitutem, non per prudentiam, sed per stultitiam ut famularentur pseudoapostolis. *Si quis deuorat.* Nec hoc falsum est, quia contenti erant deuorari res suas à falsis doctoribus. *Si quis accipit.* Accipere est aliquè dolo capere: ideoque significat hos capi à dolosis magistris, & ferri quò non expedit. *Si quis extollitur.* Extollentia superbia est. Hos ergo tangit qui superbi erant, male taxantes Apostolum, & his non displicebat. *Si quis in faciem vos caedit.* In faciem caeditur in cuius os iniuria irrogatur. Nunc hos significat, qui eo quòd essent ex genere Abraham, obtrectabant eis quòd essent in circumcisi, se preferentes, hos humiliter. *Secundum ignobilitatem dico.* Ignobilitatem dicit hoc quòd supra ait: Et ego gloriabor secundum carnem. Non enim dicit ad laudem pertinere, quia infirmus non erat; in quo se iactabant quos occultè tangit. Vnde & adiecit, *Quasi nos infirmi fuerimus in hac parte.* Manifestum est quia non erat in hac gloria infirmus, in qua se praeferebant credentes Iudaei quos hi patiebantur, quasi Apostolus eorum in hac re esset dissimilis, quia & ipse erat ex semine Abraham, ac per hoc infirmus non erat in hac gloria carnis. Infirmi autem hi iudicantur, qui appliciti fuerant generi Abraham. Isti enim quasi firmi in eo quòd illi se praeferebant, eo quòd essent Israelitae, in hoc ipso volunt se sufferi. Ut ostenderet in hac gloria carnis non se esse dissimiles & infirmos, cum de sua causa loquitur, subinducit & Barnabae personam socij sui. Vnde & in prima dicit epistola, Aut ego solus & Barnabas non habemus potestatem hoc operandi: Non ergo minores erant in hac gloria in qua se Iudaei iactabant, sed non inde plaudebant. Denique dicit,

In quo quis audet? In insipientiam dico audeo & ego. Hebraei sunt: & ego. Israelitae sunt: & ego. Semen Abraham sunt: & ego. Ministri Christi sunt: & ego. velut insipiens dico, magis ego.

*In quo quis audet, &c.* Hoc est, non fuisse infirmum in gloria qua se iactabant Israelitae, nec quidem in hac re prudentem iudicari. praefere enim se non solent prudentes. In insipientiam ergo dicit aude se in eo quòd audent ij qui se iactant eo quòd sint filij Abraham: ut gloria eorum inaniat, imprudentem se pronuntiat, ne illi prudentes viderentur in hac parte, aut nobiles. *Hebraei sunt: & ego. Israelitae sunt: & ego. Semen Abraham sunt: & ego.* In his parem se eorum de quibus supra significavit, ostendit, ut & detractiones eorum quibus indignus his iudicabatur, falsas ostenderet. *Ministri Christi sunt: & ego. velut insipiens dico, magis ego.* Vera de se dicens, insipientem se pronuntiat, ut intelligatur coactus ad laudem suam prorupisse. Nam qui sponte ea refert quae ad laudem

eius proficiant, imprudentem se non dicit. Ostendit ergo quae sint quae faciant illum ministrum Christi magis esse quam sunt reliqui praedicatores. Occasione enim inuenta, omnium tangit personas etiam Apostolorum, dolens quia Dei gratia minor in hoc iudicabatur, cum eadem operaretur quae caeteri Apostoli; & fidei causa maiora exitia toleraret. Vnde & in alia epistola dicit, Plus illis omnibus laboravi.

In laboribus plurimum, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus saepius. A Iudaeis quinquies quadragenas vna minus accepi.

Ideo in laboribus plurimum ait, quia & illi laborauerunt, sed non tantum. Hic enim à mane usque in quintam horam victum manibus quaerebat, & exinde usque ad decimam horam disputabat publice, tanto labore, ut contradicentibus suaderet. *In carceribus abundantius.* Apertum est frequentius istum missum fuisse in carcerem quam illos. *In plagis supra modum.* Ideo supra modum, quia ultra quam oportuit. Nam & illi caesi sunt, sed non tantum. *In mortibus saepius.* Verum est, quia hic frequentius pericula sustinuit quam caeteri. *A Iudaeis quinquies quadragenas vna minus accepi.* Hoc dicit, quia quinquies flagellatus est à Iudaeis, secundum legem Moyli accipiens plagas trigintanovem, sicut scriptum est in Deuteronomio. Quod per quinque ergo vices factum est, hic summam refert.

Ter virgis caesus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui, in itineribus saepe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in deserto, periculis in mari, periculis in falsis fratribus.

*Ter virgis caesus sum, &c.* hoc à gentibus passus est. *Semel lapidatus sum.* A Iudaeis lapidatus est in ciuitate Lycaonia. *Ter naufragium feci.* Qui omni tempore legitur nauigare, aduersis procellis facile fuit ter naufragium facere. *Nocte & die in profundo maris fui.* Hoc factum est quando missus est Romam, cum appellasset Caesarem. Tunc desperatione vitae in alto, hoc est, in profundo maris fuit, mortem ante oculos habens. Sic enim scriptum est in alio loco, Ita ut desperare nos etiam viuere. *In itineribus saepe.* Nunc alia narrat pericula, ut terra marique pro Christo vexatum se secundum carnem ostendat. *Periculis (ait) fluminum.* Si itinerum pericula recitat, quid est ut dicat, *periculis fluminum?* Sed hyeme iter faciens, quia utrique imbres assidui sunt, egredientibus fluminibus incurrebat periculum. *Periculis latronum.* Cum in ciuitate diabolus eum occidere non posset, latrones illi excitabat in via, cum nihil ferret quae latrones cuperent. *periculis ex genere.* Iudaeorum dicit persecutiones, qui fratres eius erant secundum carnem. *periculis ex gentibus.* A gentibus persecutiones passus est propter mysterium incarnationis Domini nostri Iesu Christi, & vnus Dei predicationem. *periculis in ciuitate.* Usque adeo sub periculo fuit in ciuitate, ut per fenestram

AA

1. Cor. 4.

2. Cor. 12.

1. Cor. 15.

Ibid.

Ast. 20.

Ast. 19.

Ast. 25.

Ast. 16.

Ast. 9.

Deut. 25.

Ast. 16.

Ast. 14.

Ast. 27.

2. Cor. 1.

Ast. 20.

25.

Ast. 23.

Ast. 19.

555  
 Aft. 9.  
 Aft. 25.  
 Aft. 27.  
 Galat. 2.  
 Aft. 13.  
 Aft. 15.  
 Aft. 16.  
 2. Tim. 1.  
 4.  
 Aft. 16.  
 Aft. 27.  
 Aft. 28.  
 1. Cor. 4.  
 1. Sal. 103.  
 Aft. 20.  
 2. Cor. 12.

S. AMBR. COMMENT.

556  
 1. Cor. 15.  
 Aft. 9.  
 Aft. 26.  
 Aft. 9. & 25.

qui secundum quod declarauit, plus illis omnibus laborauerit. Maiore enim inuidia laborabat apud Iudæos præ cæteris Apostolis: quia cum persequeretur Ecclesiam, subito immutatus, factus est defensor eiusdem, testificans atque confirmans quod Christum, quem prius ut hominẽ mortuum æstimabat, de cælo secum locutũ audierit. Cuius testimonium necessariò multi sequerentur, scientes eum de persecutore non utique sine ratione factum defensorem. Hac causa exercebantur Iudæi, & querebant eum semper interficere.

Quis scandalizatur, & ego non vrer?  
 Scandalizari est carnis pati desiderium, quantum ad locum hunc pertinet. Et quia etiam inuiti solent scandalizari, illecti forma aut pulchritudine corporis, aut propria carnis calore: Apostolus necessitatem humanæ naturæ considerans, vri se dicit, ut consulat talibus, compatiens infirmitati eorum: nec hos condẽnans, sed cõmonẽs in humilitate sermonis, ut spe promissi præmij repugnent stimulis carnis; ne quis eorum qui cum audiunt, desiderijs carnis victi, desperantes de se, putantes iam non accepto ferre Deum si corrigant, & in eisdem manentes, depereant.

Si gloriari oportet: in iis quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor. Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in sæcula, scit quod non mēior. Damasci princeps gentis Arethæ regis custodiebat ciuitatem Damascenorum, ut me comprehenderet: & per fenestram, in sporta demissus sum per murum, & effugi manus eius.

In iis quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor. Hoc dicit, quia si gloriandum est Christiano, in humilitate gloriandum est, quia crescitur apud Deum. Vnde alio loco dicit, Cum infirmior, tunc potens sum. hoc est, cum infirmior, tunc potens sum. hoc est, cum humilior pro fratrum salute, tunc exaltabor. Hinc gloriandum est, non de carnis proge, quia est quis ex femine Abrahamæ. Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in sæcula, scit quod non mēior. Deum testem dat, ut quæ dicit, facile credantur, & propter eos dumtaxat qui eum non ut verum Apostolum honorificabant. Damasci princeps gentis Arethæ regis custodiebat ciuitatem Damascenorum, ut me comprehenderet: & per fenestram in sporta demissus sum per murum, & effugi manus eius. Princeps Damasci videns Iudæos insidias tendentes Apostolo, implere voluit per potentiam, malam cogitationem eorum; ut ipse si posset eum comprehenderet, & ut Iudæis placeret, & ut diligens in officio sibi credito videretur, si eum quem publicę perturbatorem audiret quietis, interficeret. Hoc inter ipse primordia, tunc quando apparuit illi in via Dominus eunti Damascum, incensum sunt Iudæi videtes eum qui victos credentes in Christum venerat perducere in Hierusalem, prædicare sectam quam venerat condẽnare: & sic factũ est ut à discipulis per murũ in sporta demissus effugeret. Quod quidã indignẽ factũ dicunt, quia nõ Dei auxilio liberatus est. Sed quod ab hominibus fieri potuit, quid opus

CAP. XII. S I gloriari oportet, non expedit mihi.

Quo facto non sibi dicit expedire gloriari, quia præsentis vite gaudium fragile est. Si enim non euassisset, martyrium fecisset. Sed quia fugiendum in persecutione mandatum est, data opera est fugit. Nec enim debet aliquis expectare ut in semetipsum peccetur. Ergo gloriandum dicit quia euasit, sed non expedit, inquit, propter superbiam: quia de humilitate crescitur, & auxilium Dei mitibus proficit, non elatis. Præterea quia gloriari mortem se euassisset quæ pro fide infertur, inane videtur significare pati pro Christo: ideo non expedit gloriari.

Veniam autem ad visiones & reuelationes Domini. Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim (siue in corpore, nescio: siue extra corpus, nescio, Deus scit) raptũ huiusmodi vsq; ad tertium cælum. Vtrũq; confirmauit, quia vtrũq; posse fieri nõ negauit, ut & sine corpore rapi potuisset, & in corpore. Et fortẽ quibusdã videatur non magnũ esse, si homo Christi raptus est vsque ad tertium cælum, cum in tertio circulo dicatur luna esse. Sed non ita est, qui ultra omnia mundi sidera raptus intelligitur: & ideo magnificum & mirabile est quod narrat. Significat enim supra firmamentum, in tertium numero cælum de spiritalibus cælis raptum semetipsum.

Et scio talem hominem, (siue in corpore, siue extra corpus, nescio: Deus scit) quia raptus est in paradysum: & audiuit arcana verba, quæ non licet homini loqui. Pro huiusmodi gloriabor. Quia raptus est in paradysum, &c. Bis se raptum dicit, id est, primò hinc vsq; ad tertium cælum, deinde in paradysum cælestem, in quo latroni dixit Dominus quod futurus esset cum eo in paradiso: illic vbi & ciuitas dicitur esse Hierusalem mater nostra. Quid ergo mirum, si post resurrectionem corpus iam expiatum atque tenuatum factum, immortale futurum credatur in cælis, quando non dubitat Apostolus adhuc mortale corpus potuisse leuari ad cælos, & tolli in paradysum Dei patris cælestem? pro huiusmodi hominẽ, id est, qui tam dignus est Deo, ut hoc experiretur, gloriari se dicit: & non vult apertẽ dicere, quia de se loquitur, ne laudare se videatur. Et Ioãnes Apostolus, cum de se sciat loqui: Hic est, ait, discipulus quem diligebat Iesus, qui & recubuit in cœna supra pectus eius: ne gloriose de se effari videatur.

Pro me autẽ non gloriabor, nisi in infirmitatibus meis. Et si volucro gloriari, non est stultus: nam veritatem dico. parco autem, ne quis me existimet supra id quod videt esse me, aut audit aliquid ex me.

Pro me autem non gloriabor, &c. Sic de se non gloria- tur, dum non apertẽ de se proficitur. In infirmitatibus sanẽ, inquit, meis gloriabor. Exponere enim pressuras passionum, & infirmitates angustiarum, non videtur gloriosum, sed flebile. idcirco se in his gloriari dicit, sciens tamen quia ad profectum perducit remunerationum cælestium. Quid enim tam gloriosum in futurum Christiano, quàm exitia pro Christo illata sibi narrare? Et si volucro gloriari, non ero stultus: nam veritatem dico. Hoc dicit, quia si meritum suum profiteatur quod habet apud Deum, non erit imprudẽs. vera enim loquitur. Ergo si quis pro meritis suis quæ sibi ostensa sunt loquitur, non est utique stultus: si autem taceat, est etiam prudens. Sed qua causa hinc non palam gloriatur, nunc subiicit dicens, Parco autem, ne quis me existimet supra id quod videt esse me, aut audit aliquid ex me. Ostendit igitur qua causa non apertẽ gloriatur: Ne quis me existimet, inquit, ultra gloriam meam tendere quàm limes meritorum admittit. Hos significat quos obtrectatores habebat causa legis, sicut supra memorauĩ. Nam utique meritorum gloriam bonum est non tacere, ut inuitentur credentes.

Et ne sublimitate reuelationum extollar, datus est mihi stimulus carnis, angelus satanæ, ut me colaphizet. Propter hoc ter Dominum rogauĩ ut discederet à me, & ait mihi, Sufficit tibi gratia mea. nam virtus in infirmitate consummatur.

Libentissimẽ itaq; magis gloriabor in infirmitatibus meis, ut prætendat in me virtus AA ij

Pro me autẽ non gloriabor, nisi in infirmitatibus meis. Et si volucro gloriari, non est stultus: nam veritatem dico. parco autem, ne quis me existimet supra id quod videt esse me, aut audit aliquid ex me.

Pro me autem non gloriabor, &c. Sic de se non gloria- tur, dum non apertẽ de se proficitur. In infirmitatibus sanẽ, inquit, meis gloriabor. Exponere enim pressuras passionum, & infirmitates angustiarum, non videtur gloriosum, sed flebile. idcirco se in his gloriari dicit, sciens tamen quia ad profectum perducit remunerationum cælestium. Quid enim tam gloriosum in futurum Christiano, quàm exitia pro Christo illata sibi narrare? Et si volucro gloriari, non ero stultus: nam veritatem dico. Hoc dicit, quia si meritum suum profiteatur quod habet apud Deum, non erit imprudẽs. vera enim loquitur. Ergo si quis pro meritis suis quæ sibi ostensa sunt loquitur, non est utique stultus: si autem taceat, est etiam prudens. Sed qua causa hinc non palam gloriatur, nunc subiicit dicens, Parco autem, ne quis me existimet supra id quod videt esse me, aut audit aliquid ex me. Ostendit igitur qua causa non apertẽ gloriatur: Ne quis me existimet, inquit, ultra gloriam meam tendere quàm limes meritorum admittit. Hos significat quos obtrectatores habebat causa legis, sicut supra memorauĩ. Nam utique meritorum gloriam bonum est non tacere, ut inuitentur credentes.

Et ne sublimitate reuelationum extollar, datus est mihi stimulus carnis, angelus satanæ, ut me colaphizet. Propter hoc ter Dominum rogauĩ ut discederet à me, & ait mihi, Sufficit tibi gratia mea. nam virtus in infirmitate consummatur.

Et ne sublimitate reuelationum extollar, &c. Deum bonis meritis prouidere testatur, dum permittit tentationibus bonos deprimi, non solũ ne laborũ suorum fructibus abdicentur, verumetiam ut augeantur his ad cumulum possessionis aternæ. Hoc ergo remedium datum est Apostolo, ut iniuriis pressus, animo non possit extolli pro magnitudine reuelationum: quia otiosum pectus necesse habebat in iis quæ viderat, extolli. Propter hoc ter Dominum rogauĩ ut discederet à me, & ait mihi, Sufficit tibi gratia mea. nam virtus in infirmitate consummatur. Stimulos, quos diabolus perfidẽ mentibus inferens ad nocendum Dei feruis instigat, ut cessarent ab eo, ter Dominum deprecatum se fuisse, & non impetrasse testatur: non quia despectum se dicit, sed quia infcius contra se petebat ut cessarent ab eo tẽtationes, per quas perfectior fiebat. Ideo ad Romanos dicit: Nam quid oremus sicut oportet, nescimus. Vnde hoc dicit sibi respõsum, ut sufficeret sibi gratia Dei, qua aut vires tolerandi addebantur, aut tempus pressuræ abbreviatur: ut deuotio dum infirmitate pressuræ accedentis non frangitur, probata videatur.

Libentissimẽ itaq; magis gloriabor in infirmitatibus meis, ut prætendat in me virtus AA ij

Christi. Propterea placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustiis pro Christo. Cum enim infirmior, tunc potens sum.

Jacob. 1.

1. Cor. 10.

Matth. 16.

1. Cor. 4.

Galat. 2.

Matth. 3.

Ioan. 1.

Ioan. 21.

1. Cor. 15.

Aff. 22.

1. Cor. 9.

Libentissimè itaque magis gloriabor, &c. Apertum est, quia tunc gloriandum docet, quando iniuriis humiliatur. A Christo autem virtus tolerandi præbetur, ut quia prius asperæ, ac per hoc fastidiendæ iniuriæ videbantur, postea libenter suscipiendæ, ut Christi auxilio lenirentur. Libenter ergo cædi se dicit, dummodo à Christo curetur, sciendo plus addere medicinam Christi ad salutem, quam infirmitas detrahit sanitati. Propterea placeo mihi in infirmitatibus, in contumeliis. Cum enim infirmior, tunc potens sum. Verum est, quia tunc vincit Christianus, cum perdere putatur: & tunc perdit perfidia, cum se vicissè gratulatur. Plaudit ergo cum illi insultatur, & surgit cum premitur.

Factus sum insipiens: vos me coegistis. Ego enim debui à vobis commendari. nihil enim minus feci, quam illi valdè Apostoli.

Vos me coegistis. Cum pulsum se dicit ut quid esset ostenderet. Et non utique stultus est, quia de se vera loquutus est: sed inclinat se, ut manifestet quia non voluntate merita sua ostendit. Ego enim debui à vobis commendari. Manifestum est, quia hi debuerant testimonium ei perhibere aduersus obtractatores eius apud quos ecclesiam constituit, & signorum prodigia apostolatus ostendit; ut hoc tacente, illi eum defenderent quem patrem habebant in Euangelio Christi. Nihil enim minus feci, quam illi valdè Apostoli. Valdè, hoc est nimis, sicut quibusdam videbatur. Nam hoc erant, quod & Apostolus Paulus. Hoc ergo dicit, quia minor non est neque in prædicatione, neque in signis faciendis, Apostolis præcessoribus suis, non dignitate, sed tempore. Nam si de tempore præscribendum putaret, antè cœpit Ioannes prædicare quam Christus: & non Christus Ioannem, sed Ioannes Christum baptizauit. Num ergo sic iudicat Deus? Denique prior secutus est Andreas Saluatorem quam Petrus: & tamen primatum non accepit Andreas, sed Petrus. Quare ergo Apostolus quibusdam non videbatur, cum eadem posset per Dei gratiam quæ & Apostoli? Ideo dolet, & cõpulsus ostendit quid à dignatione Domini mereatur. Hinc est vnde non solum minorem se non esse coactus est profiteri, sed & plus omnibus laborasse. His ergo displicebat, & non videbatur esse Apostolus, qui æmulatione paternæ legis prædicationem eius respuebant quasi inimici traditionis Moyse, quia eam iam cessare dicebat: Apostolis magis fauentes, & istum his humiliantes, quia non illi tam constanter contra legem aliquid asserbant.

Et si nihil sum, signa tamen Apostoli facta sunt in vobis in omni patientia, signis, & prodigiis, & virtutibus. Quid est enim quod minus habuistis cæteris ecclesiis, nisi quod ego ipse non grauavi vos? Donate mihi hanc iniuriam.

Et si nihil sum, signa tamen Apostoli, &c. Sic se humili

liat ut erigat: patientiam tamen primam memorat, quia diu illos portauit quasi impatientes ægros, ut adhibita medicina signorum atque virtutum curaret vulnera erroris illorum. Quid est enim quod minus habuistis cæteris ecclesiis, nisi quod ego ipse non grauavi vos? Donate mihi hanc iniuriam. Adhuc per humilitatem se commendat. Ostendit enim non minus illos aliquid habuisse cæteris ecclesiis, sed & amplius. Euangelium enim Dei gratis his prædicauit, quod nullis censum est ecclesiis, dicente Domino, Dignus est enim operarius mercede sua. Si ergo pro bono opere iniuria dignus sum: donate, inquit, hoc est ignoscite mihi. Omnis enim stultus boni accusator est. Ut hos ergo imperito ostendat, veniam ab his postulat eius facti de quo laude dignus est.

Ecce tertio paratus sum venire ad vos, & non vos grauabo. Non enim quæro quæ vestra sunt, sed vos. Nec enim debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes filiis.

Eccetertio paratus sum venire, &c. Ne fortè hoc inter iniria fecisse putaretur ad commendationem suam, post autem mercedem euangelicæ prædicationis velle accipere, ostendit in ea se voluntate durare, ne factum suum postea emendare videretur, & esset quod ab obtractatoribus reprehenderetur. Non enim quero quæ vestra sunt, sed vos. Ostendit ideo se nolle accipere ab eis, ut illos ipsos lucraretur: ut intelligentes quia pecunia præponeret eos, tandem cognoscerent affectum illius erga se. Nec enim debent filij parentibus thesaurizare, sed parentes filiis. Patrem se eorum significat, sicut in prima epistola dicit, Per Euangelium ego vos genui. Carnales autem parentes sunt qui filiis thesaurizant. Nam spirituales à filiis dignum est ut accipiant sumptus ad sustentandam vitam præsentem. Non enim magnum est ut spiritalia tradentes, consequantur carnalia. Hic autem in tantum probat se nolle accipere, ut transferat causam carnalis patris ad spiritalem: ut non solum non ab his accipiat, sed & si potest fieri, ipse illis tribuat, sicut iam supra dixit: Alias ecclesias expoliavi, accepto stipendio ad ministerium vestrum. Hoc dicto tangit eos, ut intelligant quantus sit, & quid ij mereantur qui tanti Apostoli prouidentiam neglexerunt.

Ego verò libentissimè impendam, & superimpendar ego ipse pro animis vestris, plurimum vos diligens, licet minus diligar. Sed esto: ego vos non grauavi, sed ut astutus dolo vos cepi.

Ego verò libentissimè impendam, &c. Nunc apertè affectum & charitatem quam circa eos habebat, ostendit, quando non solum sua pro eis impedere & propensius pendere paratum se dicit; sed & seipsum pro salute animarum eorum etiam mori; sicut & Apostolus Ioannes dicit: Quia exemplo Saluatoris pro fratribus, etiam animas nostras debemus ponere. Plurimum vos diligens, licet minus diligar. Prouocat eos ad amorem, quia ipsi plus illum deberent diligere, maximè per quem didicerunt viam salutis, per quem & acquisiti sunt Deo, ex perfidis facti fideles, & ex

contaminatis purificati. Sed esto: ego vos non grauavi, sed ut astutus dolo vos cepi. Omnia quæ postent ex aduerso proponi, non tacet, ut se purget per omnia: quia nihil per circumuentionem egit apud eos, sed in simplicitate, sibi semel propiciens, his duplici genere; ut & apud Deum prouideret eis, & hic censum illorum non quæreret: sibi autem hoc sufficere quod à Deo promissum est in futurum. Fortè enim suspicarentur ideo illum contempnissè, quia parua erant quæ offerebantur, ut maiora consequeretur: ut circumspiciens merita sua non pecuniam refutaret, sed munus indignum sibi æstimans contemneret.

Num per aliquem eorum quos misi ad vos, circumueni vos? Rogavi Titum, & misi cum illo fratrem. Numquid auarus in vos fuit Titus? nonne eodem spiritu ambulauimus? nonne iisdem vestigiis? Iterum putatis quod excusemus nos apud vos? Coram Deo in Christo loquimur: omnia autem charissimi pro vestra ædificatione.

Num per aliquem eorum quos misi ad vos, &c. Hoc est quod dicit, quia quos misit, non illis hoc intimarunt ut si vellent pacatum habere Apostolum, dignam quantitatem personæ illius offerrent: quia ideo noluisse accipere, quia minus quam dignum fuit offerebatur. Quod compositum Apostoli astutia intellexerit, ut quod egit, non per contemptum, sed per auaritiam egisse probaretur. Rogavi Titum, & misi cum illo fratrem. Numquid auarus in vos fuit Titus? nonne eodem spiritu ambulauimus? nonne iisdem vestigiis? Aperitum est, quia quando ab iis quos misit, nihil tale dictum aut factum est; vna eorum sententia probatur in bono, exclusa suspitione auaritiæ. Iterum putatis quod excusemus nos apud vos? Hoc est quod dicit, Olim de nobis dubitatis, arbitantes quia non simpliciter agamus vobiscum. A pseudoapostolis enim exagitantur, qui volentes deprædari eos, tergiversatione hoc agere Apostolum asserbant, quasi ut plus possit accipere. Coram Deo in Christo loquimur: omnia autem charissimi pro vestra ædificatione. Sic cupit illos verum & bene sentire de se, ut & ratione & testificatione satis illis faciat, quia non ut sibi profit, talem se præbet, sed ut ad ædificationem eorum proficiat: ut vel sic amorem illorum circa se prouocet, dum non grauat censum illorum, & auctoritatem potestatis in arguendis vitiis non inclinat. Sine dubio enim prodest ei qui corripitur, ut emendet, si præpositus ideo oblata refutet, ut liberè arguat.

Timeo enim, ne cum venero, non quales volo, inueniam vos: & ego inueniar à vobis, non qualem vultis. ne fortè sint inter vos contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrations, tumores, seditiones.

Timeo enim ne cum venero, &c. Quoniam non omnes adhuc quos in prima epistola corripuit, emendauerant se in quibus fuerant vitiis reprehensivi: ideo cum aueritate vult videri iturus ad illos, ut territi corrigantur, ut tales illos inueniat, quales vult. Et ego in-

ueniar à vobis, non qualem vultis. Hoc dicit, ut tales se præbeat, ut conueniant eis cū Apostolo, ut inuicem congaudeat sibi. Ille enim inuenit aliquem qualem non vult, qui se talem facit ut discorder ab illo. Ne forte sint inter vos contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, detractiones, susurrations, tumores, seditiones. Nunc errores memorat, quos in superiore epistola reprehendit, quando personis deferetes, & alterum alteri præponentes dissidebant ab inuicem.

Ne iterum cum venero, humiliet me Deus apud vos, & lugeam multos ex iis qui antè peccauerunt, & non egerunt penitentiam super immunditia, & fornicatione, & impudicitia, quam gesserunt.

Hoc præmonet, ut non illos tales inueniat, quales dudum inuenerat, cum vitiis diuersis operum immundorum, vel magis nominum: quia omne opus sine crimine est, sed in ordinationis nomen facit crimen. Tunc enim est illicitum, cum aliter sit quam concessum est. Illis ergo peccantibus se humiliari dicit, quia incipit ut pius pater peccata filiorum desistere. Quis enim pater non gaudeat bene agentibus filiis? Sic iterum necesse est lugeat, si prauè versentur. Ideo admonet, ut si qui præteritarum fornicationum aut alterius immunditiæ vel impudiciæ non egerunt penitentiam, sicut quidam quos significat non egisse, nunc agerent: ut veniens sine tristitia esset cum eis. Cum enim dicit, Et lugeam multos ex iis qui antè peccauerunt, & non egerunt penitentiam, probat quosdam ex his egisse penitentiam, quosdam non egisse. Quod Nouatiano aduersum est, qui dicit fornicatores non posse peragere penitentiam, & recipi in communionem. Hic probat peregrisse, ac per hoc receptos esse in pace Ecclesiæ. Tres ergo formas peccatorum probat, cum fornicationem, & impudicitiam, & immunditiam nominat.

EN tertio hoc venio ad vos. In ore duum, vel trium testium stabit omne verbum. Prædixi enim & prædico, ut præsens secundo aduentu, & absens nunc scribo iis qui antè peccauerunt, & cæteris omnibus, quia si venero iterum, non parcam.

En tertio hoc venio ad vos. Superius præparatum se dixit, nunc iam venturum significat. In ore duum vel trium testium stabit omne verbum. Hoc secundum legem dixit, ut aliquis duobus aut tribus testibus, aut purgetur aut condemnetur: ita & hi tertio aduentu Apostoli ut purgati inueniantur, commonet. Prædixi enim & prædico, ut præsens secundo aduentu, & absens nunc scribo iis qui antè peccauerunt, & cæteris omnibus, quia si venero iterum, non parcam. Pridè se dixisse significat præsentem, ut corrigerent se, ne cum pudore corripere: & nunc iterum absentem se eadem dicere contestatur, ut post secundam correptionem, si se non emendauerint, parci eis non debeat.

Quomodo probationem quæritis eius qui in me loquitur Christus, qui erga vos non infirmatur, sed potens est in vobis?



Probationem quarunt Christi loquentis in Apolo, dum præceptis non obediunt: volentes probare si ausit vindicare, vt per id intelligatur esse fidæ auctoritatis, vt de cætero timeatur. Qui enim magistrum contendit, emendari se querit. *Qui erga vos non infirmatur, sed potens est in vobis.* Potens est in his Christus, quia viderunt in nomine eius mortuos excitatos, dæmones fugatos, paralyticos conualuisse, surdos audisse, mutis redditum affatum, claudos cucurrisse, cæcos vidisse. Hæc omnia virtutis sunt, non infirmitatis. Denique hac causa attracti ad fidem sunt.

Nam etsi crucifixus est ex infirmitate nostra, viuit tamen ex virtute Dei. Etenim nos infirmamur in illo, sed viuemus cum eo ex virtute Dei erga vos.

*Nam etsi crucifixus est ex infirmitate nostra, &c.* Verum est, quia propter peccata nostra crucifixus est Christus, vt mortem destruens, credentes sibi liberaret ab ea. Infirmari ergo se passus est propter nos, vt mortem vinceret nobis. Descendens enim ad inferos, qui omnino peccatum nesciebat, & quasi peccator occisus, chirographum Adæ deleuit, vt de cætero defuncti sub eius nomine, à morte non tenerentur, sed haberent fiduciam eundi ad cælos. Propter infirmitatem ergo nostram occisus, reuixit virtute patris, vt discipulis probaret quæ docuerat esse vera, exemplo in se ostenso. *Etenim nos infirmamur in illo.* Hoc ad Apostolorum personam pertinet, qui cum, id est, Christum prædicantes, infirmabantur, dum iniuriis agebantur, claudabantur, cædebantur. *Sed viuemus cum eo ex virtute Dei erga vos.* Manifestum est quia si à perfidis infirmabantur, apud credentes non erat hæc infirmitas, sed profectus: quia hinc potentiores sicut fideles, dum infirmantur. Illata ergo mors à perfidis, vita est erga credentes. virtute enim Dei resurgent, vt viuant cum Christo.

Vos ipsos tentate, si estis in fide: ipsi vos probate. Annon cognoscitis vos quod Christus Iesus in vobis est: nisi reprobi estis. Spero autem cognituros vos quia non sumus reprobi.

*Vos ipsos tentate si estis in fide, &c.* Inuicem vt se fratres discutiant, præcipit. Sollicitiores fiunt enim, si secum inuicem conferant. Tentationem ergo hanc probationem voluit intelligi: quia omnis probatio tentatio est, non tamen omnis tentatio probatio. Si enim Deus tentare dicitur, probatio est. Si autem diabolus tentare dicatur, tentatio est, quia euertere nititur. Et homo aliquando tentat vt probet, aliquando vt capiat. *Annon cognoscitis vos, quod Christus Iesus in vobis est: nisi reprobi estis.* Hoc dicit, quia si probare vos inuicem nescitis, nõ cognoscitis quia Iesus Christus est in vobis. & hoc est reprobum esse, nescire religionis & professionis suæ fidem. Qui enim fidei suæ sensum in corde habet, hic scit Christum Iesum in se esse. *Spero autem cognituros vos quia non sumus reprobi.* Prouocat eos ad scientiam fidei, & rectæ vitæ. Cum enim cœperint scire Apostoli sui certam auctoritatem & meritum apud Deum, poterunt & circa se esse solliciti.

Oro autem Deum, ne quidquam mali faciatis: non vt nos probati appareamus, sed vt vos quod bonum est faciatis, nos autem quasi reprobi simus. Non enim possumus aliquid aduersus veritatem, sed pro veritate.

*Oro autem Deum, ne quidquam mali faciatis, &c.* Eo affectu quo semper orat pro eis, vt à malis temperent. *Non vt nos (inquit) probati appareamus;* id est, non vt in auctoritate videamur vobis peccantibus. *Sed vt vos quod bonum est faciatis, nos autem quasi reprobi simus.* Quid est hoc: Orat Apostolus vt reprobus sit? Non sanè, sed hoc orat, vt hi bene agentibus, dum non audeant corripere, quasi humiliantur, & humiliati velut reprobi appareant. Probati enim à Deo videntur, dum iudicant peccatores auctoritate concessa. Si ergo quos iudicent non sunt, cessante in his auctoritate quasi reprobi videntur. *Non enim possumus aliquid aduersus veritatem, sed pro veritate.* Hoc dicit, quia potestas non est data contra veritatem, vt arguant bene viuentem; sed pro veritate, vt vindicent in eum qui inimicus est legis. Ideoque cessabit potestas, si quod bonum est fecerint. Vnde & ad Romanos ait: *Vis non timere potestatem? bonum fac, & habebis laudè ex illa.* Cum ergo non timet bonum operando, euacuata est apud eum potestas. Hoc est quasi reprobum esse, quia hoc in eo cessat, vnde probatur potestas.

Gaudemus enim, cum nos infirmamur, vos autem fortes estis. In hoc & oramus vestram consummationem. Idcirco hæc absens scribo, vt non præsens durius agam secundum potestatem quam Dominus dedit mihi in ædificationem, & non in destructionem.

*Cum nos infirmamur, &c.* Hoc est infirmari, non exercere potestatem. Hos autem optat fortes esse, vt bene agentes vicia vincant, & prohibeant à se vindictam aut correptionem. *In hoc & oramus vestram consummationem.* Petit orans, vt in eo perficiantur, nec peccent consummati in virtute bonæ vitæ, & in incorrupta fide. *Idcirco hæc absens scribo, vt non præsens durius agam.* Apertum est, quia ideo absens commonet, vt correctiores illos inueniat, & non illic positus increpet cum pudore, vt erubescat qui peccat, in cœtu fraterno. *Secundum potestatem quam Dominus dedit mihi in ædificationem, & non in destructionem.* Hæc potestas est quam superius optat esse otiosam his bene agentibus: si quo minus, exercere se in hac, vt ædificentur correpti, non mortificari peccatores. Non enim destruuntur qui arguuntur vt corrigantur, sed ædificantur ad vitam.

De cætero fratres, gaudete, perfecti estote, consolationem percipite, idem sapite, in pace agite, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum.

Gaudium hoc de emédatione erit, vnde & poterit provenire perfectio. Sed antè erit consolatio vt spe futurorum deserant præsentem oblectationem. *Idem sapite.* hoc ait, propter veterem discordiam, vt iam vnum sentiant. *In pace agite.* si concordés fuerint,

Salutate vos inuicem in osculo sancto. Salutant vos sancti omnes. Gratia domini nostri Iesu Christi, & dilectio Dei, & communi-

catio Spiritus sancti sit cum omnibus vobis. Amen. Trinitatis hæc complexio est, & vnitas potestatis, quæ totius salutis perfectio est. Dilectio enim Dei misit nobis Saluatorem Iesum, cuius gratia saluati sumus. Vt possideamus hanc gratiam salutis, communicatio facit sancti Spiritus. Hic enim dilectos à Deo, & saluat gratia Christi, tuetur: vt trium perfectio, cõsummatio sit hominis in salutem.

Salutate vos inuicem in osculo sancto. Salutant vos sancti omnes. Gratia domini nostri Iesu Christi, & dilectio Dei, & communi-

catio Spiritus sancti sit cum omnibus vobis. Amen. Trinitatis hæc complexio est, & vnitas potestatis, quæ totius salutis perfectio est. Dilectio enim Dei misit nobis Saluatorem Iesum, cuius gratia saluati sumus. Vt possideamus hanc gratiam salutis, communicatio facit sancti Spiritus. Hic enim dilectos à Deo, & saluat gratia Christi, tuetur: vt trium perfectio, cõsummatio sit hominis in salutem.

Salutate vos inuicem in osculo sancto. Salutant vos sancti omnes. Gratia domini nostri Iesu Christi, & dilectio Dei, & communi-

catio Spiritus sancti sit cum omnibus vobis. Amen. Trinitatis hæc complexio est, & vnitas potestatis, quæ totius salutis perfectio est. Dilectio enim Dei misit nobis Saluatorem Iesum, cuius gratia saluati sumus. Vt possideamus hanc gratiam salutis, communicatio facit sancti Spiritus. Hic enim dilectos à Deo, & saluat gratia Christi, tuetur: vt trium perfectio, cõsummatio sit hominis in salutem.

Salutate vos inuicem in osculo sancto. Salutant vos sancti omnes. Gratia domini nostri Iesu Christi, & dilectio Dei, & communi-

catio Spiritus sancti sit cum omnibus vobis. Amen. Trinitatis hæc complexio est, & vnitas potestatis, quæ totius salutis perfectio est. Dilectio enim Dei misit nobis Saluatorem Iesum, cuius gratia saluati sumus. Vt possideamus hanc gratiam salutis, communicatio facit sancti Spiritus. Hic enim dilectos à Deo, & saluat gratia Christi, tuetur: vt trium perfectio, cõsummatio sit hominis in salutem.

2. Cor. 10.  
1. Cor. 4.  
2. Cor. 12.  
Esa. 53.  
Hebr. 2.  
Ephes. 4.  
1. Petr. 2.  
Coloss. 2.  
Apo. 2.  
Rom. 6.  
1. Cor. 4.  
2. Cor. 12.  
2. Cor. 4.  
1. Cor. 11.  
Iacob. 1.  
1. Cor. 7.  
1. Petr. 3.  
1. Cor. 2.

1. Pet. 2.  
2. Cor. 10.  
Ibid.  
1. Pet. 2.  
Rom. 13.  
Ibid.  
1. Tim. 1.  
2. Cor. 12.  
2. Cor. 10.  
2. Cor. 6.  
Hebr. 11.  
1. Cor. 1.

fuerint, habebunt pacem. Et Deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Deus pacis est Christus, qui dixit, Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Ipse est & Deus dilectionis, quia iterum ait, Nouum mādātum do vobis, vt diligatis inuicem. Et in hoc, inquit, cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem qua dilexi vos, habueritis inuicem. Alia tamen pax Dei, alia mundi est: quia & maligni & spurij habent pacem, sed ad damnationem. Christi enim pax libera est à peccatis. Perfidiam ergo fugit, dolum spernit, factis malis repugnat. Hæc Deo placita est & amica, diabolo autem inimica. Hanc qui habuerit, habebit & dilectionem, simul & Deum eorum ad tuitionem perpetuam.

Salutate vos inuicem in osculo sancto. Salutant vos sancti omnes. Gratia domini nostri Iesu Christi, & dilectio Dei, & communi-

SANCTI AMBROSII IN EPISTOLAM SECUNDAM BEATI PAULI APOSTOLI AD CORINTHIOS COMMENTARIORVM FINIS.

S. AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI IN EPISTOLAM BEATI PAULI APOSTOLI AD GALATAS COMMENTARIA. PRO O E M I V M.



MNIS credens in Christum, & obseruans legem factorum, malè intelligit Christum. Sicut & Symmachiani, qui ex Pharisæis originem trahunt, qui seruata omni lege Christianos se dicunt; more Photini Christum non Deum & hominem, sed hominem tantummodo desinientes. Si enim Deum intelligerent Christum, nihil de lege factorum sperarent, id est, de neomeniis, sabbato, circumcisione, & discretionem escarum: quia qui Deum & Dominum legis colit, supra legem est: nec potest iudicari à lege, qui cum legislatore concordat. Denique non illorum causa lex data est qui Deum colebant, sed eorum qui malè & credebant & agebant ad contemptum creatoris. Vnde dicit ad Timotheum, Nec enim iusto lex posita est, sed iniustis & malè versantibus. Et Moyses sic inquit, Timentes facietis filios Israel. Vnde & Galatæ, vel ij qui eos subuertebant, adhuc erroris nebula contactum cor habentes, non cernunt sensum Esaiæ propheta inter cætera dicentis. Verbum enim consummans & breuians in aequitate: quia verbum breuiatum faciet Dominus super terram. Si ergo hæc dicta intelligerent, à lege recederent, scientes à prædicatione Ioannis Baptistæ legem iam cessare, vt sola fides sufficiat ad salutem abbreviata ex lege. In lege enim & de Deo patre, & de Christo filio eius, & de Spiritu sancto continetur prædestinatum in tempore, quod manifestatum est in prædicatione. Nam si signi aculi causa circumcidebantur filij Israel, vt exinde apparerent filij esse Abrahæ iuxta carnem; rite cessare debet circumcisio, quia signum habent credentes mortis euictæ, quo dignoscuntur filij esse Abrahæ, sed secundum fidem. Abrahæ enim promissus est qui veniens vinceret mortem. Denique hunc expectabat Abraham: quem in spiritu sentiens natum, gauisus est, sciens se in breui introduci in cælos. Vnde dicit Dominus ad Iudæos: Abraham cupiuit videre diem meum, & vidit, & gauisus est. Tempore enim quo simul adhuc erant filij Israel in eremo, antequam vicini essent

AA iij

1. Cor. 1.  
1. Cor. 2.  
1. Ioh. 5.  
Ephes. 2.  
Rom. 5.  
A. 15.  
Euseb. lib. 6. hist. eccl. cap. 14.  
Coloss. 2.  
1. Tim. 1.  
1. Tim. 1.  
Leuit. 15.  
Esa. 10.  
Luc. 16.  
Coloss. 1.  
Gen. 17.  
Rom. 4.  
Genes. 22.  
1. Ioh. 8.

gentium, non sunt circumcisi. At ubi commiseri habebant gentibus, tunc à Iesu Naue circumcisi sunt cultris de petra, quæ significat Christum: quia petra, (inquit,) erat Christus: ut significaretur per Christum futuram circumcisionem cordis, sicut dixerat Moyses, & Hieremias propheta, Circumcidite vos Deo, & circumcidite præputium cordis vestri: ut amputata caligine, remissione accepta peccatorum, digni fierent videre gloriam Dei, quam sub lege positi videre nequiverant causa peccati. Ut ergo & Christum Deum significaret, & non se ab homine ea didicisse quæ docebat, assereret, ita incipit.

Ioan. 5.  
1. cor. 10.  
Deut. 10.  
Hier. 4.  
2. cor. 3.

**CAP. I.** PAVLVS Apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum, & Deum patrem, qui suscitauit eum à mortuis: & qui mecū sunt omnes fratres, ecclesiis Galatiæ.

Aff. 22.  
2. cor. 8.  
2. cor. 11.



POSTOLVM se nō ab hominibus electum, & missum ad prædicandum testatur, sicut erant quidam, qui electi ab Apostolis mittebantur ad ecclesias roborandas: neque sicut alij, qui à Iudæis mittebantur ad disturbandas ecclesias, quos pseudoapostolos vocat: sed à filio Dei missum se, quem in hac causa idcirco hominem negare videtur, quia præcepta quasi Deus dedit, non quasi homo; & quæ elegit, diuino iudicio elegit. Per quod idoneum & firmum se prædicatorem significat: quia multo utique melior est quem Deus elegit, quam quem homo. Neque enim per hominem, sicut arbitrabantur de Christo qui hos cogebant circumcidi, sed per Iesum Christum, id est, per eum qui Deus & homo est. Quod statim aperit, cum dicit: *Et Deum patrem, qui suscitauit eum à mortuis.* Hoc dicto duas hæreses dānauit, & Manichæi, & Photini: quia Manichæus Christum hominem negat, & non negat crucifixum esse: & Photinus Christum Deum esse non concedit, & tamen ipsum, se, hoc est, corpus suū excitasse à mortuis negare non audeat: ut Manichæus cum crucifixū non neget, stultè eum hominem nō fateri videatur: & Photinus impietate quadā Deum negare, quem seipsum à mortuis excitasse fateretur. Legit enim dixisse Dominum, Soluite templum hoc, & ego tribus diebus excitabo illud. Hoc autem dicebat de templo corporis sui. Igitur ipse excitans se à mortuis, corpus suum significat se à mortuis excitasse: & nihilominus tamen à patre suo dicitur excitatus, propterea quod omnis virtus filij de patre est, ut gesta filij facta sint patris, ex quo sunt omnia. *Et qui mecum sunt omnes fratres, ecclesiis Galatiæ.* Postquam auctoritatem suam commendauit, adhuc auget ad causam, ut ceteros qui secum erant, omnes commotos aduersus eos ostenderet. Quamuis sufficeret auctoritas eius, nec possit refutari: tamen ut grauet factum illorum, quo à prima fide destiterant, multos secum accensos ad errorem illorum arguendum designat. Facile enim poterit quis intelligere errare se, si se à multis videat reprehendi.

Aff. 9.  
Galat. 6.

Ioan. 2.

Ioan. 17.  
2. cor. 5.

2. cor. 13.

2. cor. 2.

Aff. 17.  
1. cor. 8.

Gratia vobis & pax à Deo patre, & Domino nostro Iesu Christo.

Vtriusque beneficio tam patris quam filij genus hominum subleuatum ostendit. Nec minorem filij significat, cum eum Dominum nostrum vocat: neque patrem maiorem, quia eum Deum nostrum appel-

lat: quia non erit verus Deus pater, nisi & Dominus sit: neque verus Dominus filius, nisi & Deus sit. Si ergo vna gratia patris & filij erga nos est, quid est, inquit, ut de filio minus sentientes, legem illi æquetis, ut partim Christo, partim legi seruiatis, cum legeritis Dominum dicentem, Quia Dominus est filius hominis etiā sabbati: ut per hoc videant quanta contumelia ab eis Domino irrogetur quādo cōparant Dominum famulæ.

Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris.

Apertè ostendit nihil prodesse legem, quando Christum dicit obtulisse se ut pro nobis pateretur, ut nos iustificaret quos lex reos tenebat: ut eruti à lege per fidem Christi, iam non peccatores essemus, sed iustificati secunda natiuitate, filij Dei appellati. Cum enim in ditione diaboli genus humanum teneretur, Saluator obtulit se illi volenti, ut illudens eū potestate virtutis suæ (accipere enim voluit quæ detinere non potuit,) auferret ei quæ malo iure tenebat obnoxia. Expoliatis itaque in feris, trophæum animarum pertulit ad patrem, ex quo sunt omnia, quod lex vtiq̄e facere non potuit. Quamquā enim illa profutura data sit, nobis tamen peccantibus cōuersa est ut fieret inimica, & cœpit occidere, non viuificare. Christus autem donans delicta, non solum viuificauit nos, sed & sibi sociauit, ut filij Dei vocemur facti per fidem. Quantus ergo error est post gratiam reuerti sub lege, hoc est, post acceptam libertatem velle seruire, ut creptus gladio, immemor beneficii denuo se vendat lanistæ? Accusator est enim emptoris, qui relicto eo rursus ad priorem dominum redit.

Luc. 6.

Esai. 53.

1. Ioan. 3.  
2. Tim. 2.

Coloss. 2.  
1. cor. 8.  
Rom. 8.  
Rom. 7.  
Coloss. 2.  
Galat. 3.  
Aff. 15.

Vt liberaret nos de præsentī sæculo maligno, secundum voluntatem Dei & patris nostri, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Vt liberaret nos de præsentī sæculo, &c. Hoc dicit, quia ideomorti cōcessit se Dominus, ut nos ab errore sæculi liberaret: id est, ut ab intelligentia huius sæculi, quod curriculum senescente ætate deurgit in finem, alieni facti, futuri sæculi quod occatū nescit, participes simus in sensu vnus Dei. Præsentis enim sæculi hæc est malignitas, quia non reddit congruā reuerentiam creatori suo Deo, & restauratori Christo, dum multos sibi deos confingit error humanus: aut dum Christo à credentibus debita honorificentia non referuatur. *Secundum voluntatem Dei & patris nostri, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.* Ut firmum sit & plenum auctoritate quod dicit, quia Christus nos liberauit: addit quia istud fecerit cum patris voluntate.

Esai. 53.  
1. cor. 10.

Sap. 13. 15.  
E 16.  
Rom. 1.

Ioan. 3.

Mirror, quod ad eo citò transferimini ab eo qui

qui vocauit vos per gratiam Christi, in aliud Euangelium.

Rom. 3.

Esai. 61.

Aff. 15.

Aff. 15.

Gal. 6.

Galat. 2.

Aff. 15.

ibid.

Hebr. 10.  
2. Petr. 1.

Euangelium bonum nuntium est, ac per hoc & lex vetus euangelium est, excepta lege factorum. Sed hoc potius, in quo quod promissum est, solutum est, per quod peccatores ad indulgentiam conuocantur. Mirari ergo ideo se dicit, quia de optimo & maximo beneficio decedentes manciparunt se legi factorum, ut perderent quod fuerant consecuti; ut de accepta libertate ruerent in seruitutem, citò euerfi: cum mos sit ut paulatim aliquis de malo transeat ad bonum. hi autem de bono facilè traducti sunt ad opera carnis, quæ sunt grauias. Rarò enim contingit ut quis de lætitia confugiat ad exitia: ac per hoc admiratur hebetudinem illorum, qui in securitate positi, labori se subiiciebant inani. Tale est, si nauta insanus stans in portu, de tempestate securus laxet nauim in altum, ut perturbetur diuersis procellis. Ita & hi per stultitiam subegerunt se, ut dolores paterentur pudoris defecti, & iugum seruitutis legis susciperent, nulla huius rei spe prædicata. In aliud ergo Euangelium vocati fuerant, quàm quod hi prædicabant qui eos subuerterant: non tamen aliud ab eo quod Apostoli nuntiabant, quod hi pseudoapostoli aliud esse afferebant, ad inuidiam Apostoli qui eos instruxerat. Et ut Galatas per hanc fallaciam circumuenirent, necesse erat ut Euangelium Apostoli aliud esse dicerent, quàm quod ratio Saluatoris docebat: hoc autem esse verum, quod ab eis cum legis veteris concordia prædicabatur. Hi sunt qui quæstiones fecerunt Paulo & Barnabæ de hac re, sicut cōtinetur in Actibus Apostolorum. Isti enim docebant ex gentibus credentes, quia nisi circumciderentur more Moyfi, & iudaizarent, salui esse non possent.

Quod non est aliud, nisi quod aliqui sunt qui conturbant vos, & volunt inuertere Euangelium Christi. Sed & si nos, aut angelus de cælo euāgelizauerit vobis præterquàm quod euāgelizauimus, anathema sit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico, si quis vobis euāgelizauerit præterquàm quod accepistis, anathema sit.

Qui conturbant vos, & volunt inuertere Euangelium, &c. Apertum est, quia hoc agebant, ut inuertent Euangelium Christi, immutantes traditiones, ut sub nomine Christi essent Iudæi: & hoc est conuertere Euangelium Christi in legem. Sed & si nos, aut angelus de cælo euāgelizauerit vobis præterquàm quod euāgelizauimus, anathema sit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico, si quis vobis euāgelizauerit præterquàm quod accepistis, anathema sit. Nemo miretur Apostolum, qui feritatem morum mansuetabat, sic esse commotum. Pro Galatarum enim salute indignatur aduersus inimicos disciplinæ Christianæ. Indignatio enim hæc ostendit, nō leue peccatum esse, post acceptam fidē conuerti ad legem. Nam tam firmum atque verū Euangelium quod eis prædicauerat, asserit, ut etiam seipsum, id est Apostolos, si immutati fortè aliter prædi-

carent, non audiri doceret, quorum vtiq̄e fama quod essent Apostoli Christi, peragrauerat omnem locum. Aut si fortè diabolus angelum Dei se fingēs, ut facilè possit audiri, de cælis appareret contra hæc prædicans, sciretur esse contrarium, & ut abominatio haberetur. Si ergo Apostolos Christi, quorum tam præclara opinio in signis & prodigijs erat faciendis, & angelum de cælo, quem possit spiritalis ratio commendare, aliter docentes quàm ab Apostolo Paulo edocti erant, anathematizari præcepit: quanto magis quos nullum testimonium ad seducendum potest commendare? Ideo autem iterat cōtestationem, ut confirmet eos in prima traditione. Iterata enim lex sollicitiores reddit negligentes.

Modò enim hominibus satisfacio, an Deo? Aut quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, seruus Christi non essem.

Modò enim hominibus satisfacio, &c. Hoc est, numquid hominibus satisfacio, suadendo vobis reuerti ad gratiam Christi, an Deo? Non hominibus vtiq̄e, sed Deo: ut per satisfactionem reuertantur ad Deū, quem spreuerant. Denique statim subiecit: *Aut quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, seruus Christi non essem.* Significat igitur hos à quibus fuerat euerfi, non Deo, sed hominibus placere in Galatarū subuersione, sicut & semetipsum iam dudum, quādo Ecclesiam, ut patrum traditionem vindicaret, persequabatur. Ut enim à Iudæis laudari possent, secundum voluntatem illorum, legem seruandam dicebant: ne si verum Euangelium Christi prædicarent, inimicos eos facerent. Hic autem Apostolus Paulus, qui omni deuotione Deo placeri docebat, non timebat homines offendere, dummodo Dei gloriam commendaret. Omnia enim præsentia postponens, futuris se commendabat spebus, ut Christi idoneus seruus. Idonei autem serui esse non possunt, qui sub nomine Domini propriis lucris student. Sed forte contra aliquis dicat, Ergo qui legem prædicabant quam Deus dicitur dedisse, hominibus seruibant? Quomodo ergo idonea lex esse dicitur, cuius prædicatio secundum hominum voluntates narratur: temperata? Ante aduentum Domini lex iuxta Dei voluntatem prædicabatur. Tempus enim ei debebatur ut seruaretur. At ubi venit Dominus promissus in lege, cessare oportuit legem, iuxta prædictā sententiam prophetarum. Vnde dicit Dominus, Lex & propheta vtiq̄e ad Ioannem. Nec enim dignum erat ut præsentē Domino legis auctoritas seruaretur. Ideoq; si quis de cætero legem seruandam putat, iam non Domini voluntati obtemperat, sed repugnat. Similibus enim suis satisfaciit.

Notum autem vobis facio fratres, Euangelium quod prædicatum est à me, quia non est secundum hominem. neque enim ego ab homine accepi illud, aut didici: sed per reuelationem Iesu Christi.

Nunc principia epistolæ aperit. Ipsum enim sensum vult manifestare, quia ea quæ docebat, non ab homine didicerat, ne fortè dubitaretur de ijs quæ

Hier. 18.

Aff. 22.

philip. 3.  
1. cor. 9.

Galat. 3.

Luc. 16.

Aff. 15.

2. cor. 12.

doccebat. Neque secundum humanum iudiciū apta erat eius prædicatio, vt indigna diuina auctoritate videretur: sed à Dei filio dicit se didicisse per reuelationem, cum iam post resurrectionem esset in cælis, sicut supra memorauimus; & ea quæ didicit, conuenire voluntati maiestatis eius à quo se didicisse testatur. Spiritualia enim sunt quæ seruata meritum collocant apud Deum. Illa enim carnalia sunt, quæ tempore suo seruata, nec meritum nec immeritum præstiterunt apud Deum: non seruata obfuerunt, quia & qui non fecerant legem, sub maledicto erant; & qui fecerant, non iustificabantur apud Deum, quia iustus ex fide uiuit. Illa enim vt oneri essent, seruata mandata sunt, non dignitati.

Audistis enim conuersationem meam aliquando in Iudaismo, quia supra modum persequebar Ecclesiam Dei, & expugnabam eam, & proficiebam in Iudaismo super multos coartaneos meos in genere meo, abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum.

Propositum suum quo prius iuxta carnem vigeat repugnans Ecclesiæ, breuiter memorat: sed vt famulus Christi esset, hoc se reliquisset. Magis enim se deuotum, quam illos in vindicanda lege fuisse designat; non tamē propter hominum fauorem, sed hoc putans vtile apud Deum. Per ignorantiam enim, cum humanitati placeret, Deo se seruire putabat, liberam habens conscientiam. Nesciebat enim iam tempus asseruandæ legis non esse, doctrinā secutus patrum, aut in errore aut in maleuolentia constitutorum, & omni industria & seruire mentis id agebat, vt cæteris cœqualibus sibi æmulatione legis præstantior videretur, sic insanienis contra disciplinam Christi, vt nulli hominum parceret fidei fœdera assecutus. Sed cum Dei reuelatione laborem hunc inanem esse didicisset, & magis contrarium destituisse ab eo, & se fidei gratiæ subdidisse, vt profectus ei esset apud Deum, memorat. Si ergo hic qui Israelita est, & qui dignitate doctoris fultus erat apud Iudæos, eruditus à Gamaliel viro prudentissimo, locum habens cum optimis vita hominibus, reliquit legem: quanto magis ij qui extra legem erant, legi se subiicere non debuerant? Et si hic gaudet exisse se de sub iugo seruitutis, quid est vt hi libertatē suam obligauerit vinculis legis?

Cum autem placuit ei qui me segregauit ab vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suā, reuelare filium suum in me, vt euangelizarem eum in gentibus: continuo non acquieui carni & sanguini.

Cum in lege haberet fiduciam, in scius iam tempus legis seruandæ non esse, & omni auiditate contenderet, putans Deum se voluntate hoc agere vt resisteret Euangelio Christi; videns Deus æmulationē eius bonam, sed scientiam ei deesse, placuit ei vocare illum ad gratiam suam, sciens iam idoneum hunc esse ad prædicandum Euangelium filij eius in gentibus:

quia si in re minima tam velox & fidus erat audacia conscientia, non adulatione cuiusquam; quanto magis in prædicando dono Dei futurus esset constantior spe promissi præmij? Præscientia ergo Dei segregatus est ab vtero matris suæ, id est antequam nasceretur vel statim natum sciuit Deus futurum bonum, sicut dicit ad Hieremiam prophetam: Prius quam te formarem in vtero, noui te, &c. Ita & Apostolum Paulum, sciens quid esset futurus, præuenit eum, vt antequam conuerteretur vocaret eum, quia erat necessarius. Denique statim susceptis dispensationem doni Dei omni postposita cura carnali. Nec enim consilium cuiusquam petiit, aut ad aliquem retulit quid esset acturus, sed protinus prædicauit Christum, quia hic est filius Dei. Nam sicut futuri mali frequenter antè sunt bonis: ita & solent futuri boni prius esse mali.

Neque veni Hierosolymam ad præcessores meos Apostolos: sed abij in Arabiam, & iterum regressus sum Damascum.

Non fuisse dicit necessitate electum se à Deo pergendum ad præcessores suos Apostolos, vt aliquid forte disceret ab eis, quia Deus ei reuelauit per filium suum quomodo doceret. Hoc ideo loquitur, vt ostendat non aliud tenendum esse quam quod docet; nec hominibus credi, sed Deo, à quo se didicisse testatur; ac per hoc eos qui illos in legem induxerant, esse doctores falsos, quia non à Deo traditum erat quod docebant. A Damasco ergo in Arabiam profectus est ad prædicandum, vbi nullus erat Apostolorum, vt ipse illic fundaret ecclesias, ne subreptibus pseudoapostolis Iudaismus seminaretur. Et inde iterum regressus est Damascum, vt visitaret quibus rudis prædicauerat Euangelium gratiæ Dei.

Deinde post annos tres ascendi Hierosolymam videre Petrum: & mansi apud eum dies quindecim.

Dignum fuit vt cuperet videre Petrum, quia primus erat inter Apostolos, cui delegauerat Saluator curam ecclesiarum: non vtique vt aliquid ab eo disceret, quia iam ab auctore didicerat, à quo & ipse Petrus fuerat instructus; sed propter affectum apostolatus, & vt sciret Petrus hanc illi datam licentiam quam & ipse acceperat. Veniens ergo ad eum, hospitio receptus est, & apud eum mansit dies quindecim, quasi vnanimis & coapostolus. Hæc ideo manifestat, vt ostendat concordiam se cum Apostolis habuisse, nec in aliquo dissensisse, sicut susurrabat de eo pseudoapostoli, vt eum apud ecclesias gentium deformarent, & tua mala simplicioribus infererent, dicentes ea conuenire cum doctrina Apostolorum maiorum.

Alium autem ex Apostolis vidi neminem, nisi Iacobum fratrem Domini.

Iacobum vidit Hierosolymæ, quia illic erat constitutus ab Apostolis episcopus, qui & ipse prius fuerat incredulus, sicut dicit Euangelista: Quia nec fratres eius, inquit, adhuc credebant in eum. Hic Iacobus filius fuit Ioseph, qui ideo frater Domini appellatus est, quia & Ioseph pater eius, etiam Domini pater nuncupatus est. Sic enim dicit Maria ad Iesum in

Hierem. 1.

Aff. 9.

ibid.

2. Cor. 12.

Aff. 22.

Aff. 22.

Rom. 15.

Aff. 9.

Ioh. 21.

Aff. 22.

1. Cor. 9.

2. Cor. 12.

Aff. 15.

10. 7.

Lucæ Euangelio: Quid fecisti nobis, fili? Ego & pater tuus mœsti & tristes quærebamus te. Et in Euangelio Ioannis dicit Philippus ad Nathanael: Quem scripsit Moyses in lege & propheta, inuenimus Iesum à Nazareth, filium Ioseph. Hoc ergo modo dictus est Dominus frater Iacobi & cæterorum, quo & filius nuncupabatur Ioseph. Quidam enim ducti insania hos veros Domini fratres de Maria natos impia assertione contendunt, cum Ioseph non verum eius patrem dicant appellatum. Si enim hi veri erant fratres eius, & Ioseph erit verus pater: quia qui dixit patrem eius Ioseph, idem dixit & fratres eius Iacobum & cæteros.

Quæ autem scribo vobis, ecce coram Deo, quia non mentior. Deinde veni in regiones Syriæ & Ciliciæ. Eram autem ignotus facie ecclesiis Iudææ, quæ erant in Christo. solummodo audiebant, quia qui persequebatur nos aliquando, nunc prædicat fidem, quam aliquando expugnabat: & in me magnificabant Deum.

Ecce coram Deo, quia non mentior. Quod ad commendationem eius pertinet locutus, testem Deum dat, quia ita se habent quæ dicturus est: ne forte videretur compositum, cum personæ eius non conueniat aliquid fingere. Sed cum se commendat, hos vult proficere. Commendatio enim hæc istis proficit, vt sciant ea quæ ab hoc dicuntur, esse verissima. Deinde veni in regiones Syriæ & Ciliciæ. Eram autem ignotus facie ecclesiis Iudææ, quæ erant in Christo. solummodo audiebant, quia qui persequebatur nos aliquando, nunc prædicat fidem, quam aliquando expugnabat: & in me magnificabant Deum. Hoc dicit, quia cum Iudaismus defenderat contra fidem, sicut & hi à quibus fuerant Galatæ euerfi, à Deo electus est, & doctus dissimulare à Iudaismo, & nouam legem prædicare; ita vt gauderet in eo ex Iudæis credentes quos pridem persequebatur, Deo agentes gratias, qui de persecutore fecit defensorem: vt perinde scirent Galatæ circumuentos se, vt sub nomine Christi Iudæos se profiterentur, circumcidentes carnem præputij sui, cum Christi lex aliud imperet quam Iudaismus. Illic enim circumcisio carnis est, hic cordis. Illic sub elementis seruitur neomeniis & sabbato, hic soli Deo in spiritu, quia corde creditur. Illic conditio est causa peccati, hic libertas ex remissione peccatorum. Multa itaque distantia est.

CAP. II. DEINDE post annos quatuordecim iterum ascendi Hierosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito. Ascendi autem secundum reuelationem: & contuli cum illis Euangelium quod prædico in gentibus, secreto autem cum iis qui aliquid esse videbantur: ne forte in vacuum currerem, aut cucurrissem.

Quoniam multo tempore fama Apostoli percrebrescebat apud omnes Iudæos, facie autem non

agnoscebatur: (perambulabat enim fundado & roborando ecclesias solita constantia inter gentes. à Iudæis autem causa legis mala illi fiebat opinio, quasi discordaret à prædicatione cæterorum Apostolorum: & hinc fiebat multis scrupulus, ita vt gētes possēt perturbari, ne in aliud inducerēt ab eo quam tradebant Apostoli qui cum Domino fuerant. Nā ipsa occasione subuersi sunt Galatæ à Iudæis, dicentibus quia aliud tradebat Paulus quam Petrus.) hinc factum est vt admonitus reuelatione Domini ascēderet Hierosolymam cum testibus prædicationis suæ, id est, Barnaba & Tito, vno ex Iudæo, & altero ex gentili: vt si quod de eo haberet scādalum, horum testimonio tolleretur, adaperiens illis sensum prædicationis suæ. Cum Apostolis verò secreto contulit, vt scirent non illum discordare à regula Euangelij, hoc est, ne putarent illum in vacuum currere aut cucurrisse, sicut estimabant aliquanti ex Iudæis credentibus. Nec enim aliquid ab eis discere poterat, quia à Deo fuerat instructus: sed propter concordiam & pacem Dei nutu factum est, vt tolleretur scrupulus aut suspicio fratribus & coapostolis eius: & vt gentibus proficeret, cognoscentibus quia concordabat Euangelium eius cum Apostolis. Præterea cum lege didicissent, non molestari eos qui ex gentibus credebant, sed vt ab his tantum abstinerent, id est, à sanguine & fornicatione & idolothyto. Nunc dicant sophistæ Græcorum, qui sibi peritiam vendicant, subtilitate ingenij se naturaliter vigere: quæ tradita sunt gentibus obseruanda? quæ ignorabant, an quæ sciebant? Sed quomodo fieri potest vt aliquis ea discat quæ nouit? Ergo hæc illicita esse ostēsa sunt gentibus quæ putabant licere: ac per hoc nō vtique ab homicidio prohibiti sunt, cum iubentur à sanguine abstinere: nam hoc acceperunt à Noe, qui à Deo didicerat, vt obseruarent se à sanguine edēdo cum carne. Nam quomodo fieri poterat, vt Romanis legibus imbuti, quorum tanta auctoritas in seruandis mandatis est, nescirent homicidium non esse faciendum: quippe cum adulteros & homicidas & falsos testes & fures & maleficos & cæterorum malorum admissores puniant leges Romanæ? Denique tria hæc mandata, ab Apostolis & senioribus data reperiuntur quæ ignorat leges Romanæ, id est, vt abstinēat se ab idolothyto, & sanguine, sicut Noe, & fornicatione. Quæ sophistæ Græcorum non intelligentes, scientes tamen à sanguine abstinēdum, adulterarunt scripturam, quartum mandatum addentes, & à suffocato obseruandum, quod puto, nunc Dei nutu intellecturi sunt, quia iam supra dictū erat quod addiderunt.

Sed neque Titus qui mecum erat, cum esset Græcus, cōpulsus est circumcidi: propter subintroductos autem falsos fratres, qui subintrauerunt ad explorandam libertatem nostram quam habemus in Christo Iesu, vt nos in seruitutem subiicerent, ad horam cessimus subiectioni, vt veritas Euangelij permaneat apud vos.

Sed neque Titus, &c. Hoc est, illo ipso tempore quo fui Hierosolymis, inquit, Titus qui mecum erat

Aff. 9.

Aff. 13.

Aff. 15.

2. Cor. 12.

Aff. 15.

1. Cor. 9.

Aff. 22.

Aff. 15.

Genes. 9.

Ibid.

Aff. 18.

1. Cor. 2.

Aff. 9.

Cor. 22.

1. Cor. 9.

Heb. 10.

Deut. 27.

Abac. 2.

Aff. 15.

Philip. 3.

Ibid.

1. Tim. 1.

Aff. 26.

Aff. 22.

Aff. 15.

Philip. 3.

Rom. 10.

Aff. 9. 22.

Cor. 26.





Nos natura Iudæi, & non ex gentibus peccatores. Scientes autem quia non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Christi: & nos in Christum Iesum credimus, vt iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis. quoniam ex operibus legis nõ iustificabitur omnis caro.

*Scientes quia non iustificatur homo, &c.* Manifesta ratione circumuentos eos ostendit vt seruaret legem, in qua nemo iustificatur apud Deum: quippe cum hi ipsi qui natura Iudæi sunt, volentes iustificari, relicta lege confugiant ad fidem Christi. Quoniam ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Nullum hominem iustificatum dicit ex operibus legis. Quicunque enim iusti sunt, ex fide iustificati sunt: sicut Abraham & Isaac & Iacob & cæteri sancti.

Quod si quærentes iustificari in Christo, inuenimur & ipsi peccatores: nõ ergo Christus peccati minister est? Absit. Si enim quæ destruxi, hæc iterum reedifico, præuaricator me constituo. Ego enim per legem legi mortuus sum, vt Deo viuam. Christo confixus sum cruci.

*Num ergo Christus peccati minister est?* Quomodo Christus peccati minister potest esse, qui donat peccata? Ideo, absit, inquit. Sed si iustificari volentes per fidem Christi, legi seruimus, sub peccato nos esse profitemur: quia fides extrahit hominem a lege, vt iustus sit. Ergo si damus nos legi, peccatores inuenimur: quia qui sub lege sunt, sub maledicto sunt. Si enim quæ destruxi, hæc iterum reedifico; præuaricatorem me constituo. Absolutum est: qui enim accedens ad Christum relinquit legem, de seruo fit liber. Quod si iterum redeat ad legem, ipse sui accusator exiit, quia factum suum condemnat. Ego enim per legem legi mortuus sum, vt Deo viuam. Hoc dicit, quia per legem fidei mortuus est legi Moyfi. moritur enim legi, qui liberatur ab ea: & uiuit Deo, cuius fit seruus emptus à Christo. Christo confixus sum cruci. Hic cruci configitur Christo, qui æmulus vestigiorum eius nulla mundi concupiscentia capitur, vt Deo viuens, mundo mortuus videatur. Qui enim non agit quæ mundi sunt vel erroris, mortuus est mundo.

Viuo autem, iã non ego, sed uiuit qui in me, est Christus. Quod uero nunc uiuo in carne in fide uiuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit se pro me. Non sum ingratus gratiæ Dei.

*Sed uiuit qui in me est Christus.* Non est ambiguum, in eo qui per fidem liberatur à morte, Christum uiuere. Morte enim digno dum donat peccata, ipse uiuit in illo: eius enim præsidio ereptus est morti. Quod uero nunc uiuo in carne, in fide uiuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit se pro me. Non sum ingratus gratiæ Dei. Quoniam futura uita promissa est Christianis, ideo qui nunc in hac uita auxilio Dei munitus uiuit, in fide uitæ promissæ uiuit. Hic enim imaginem eius contemplatur, quasi pignus habens uitæ futuræ, quæ per Dei nutum Christi amore nobis quæsitæ est. Hic ergo non est ingratus Christo, qui in fide eius

perdurat, sciens nullius se habere beneficium, nisi huius: & ad contumeliam eius proficere, si alterum ei compararet, cuius auxilium habere non potuit.

Si enim per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est.

Nihil tam apertum: quia si per legem potuisset homo iustificari, Christum non oportuerat mori. Sed quia lex dare remissionem peccatorum non poterat, neque secundam mortem detriumphantis expoliare captiuus quos tenebat causa peccati: idcirco Christus mortuus est, vt ea præstaret, quæ lex non poterat: ac per hoc non gratis mortuus est. Mors enim eius iustificatio peccatorum est.

**O** I N S E N S A T I Galatæ, quis vos fascinauit? Quorum ante oculos Christus Iesus proscriptus est, in uobis crucifixus.

*O insensati Galatæ, quis vos fascinauit?* Irascentis cum miraculo uerba sunt, quia sic fuerant deprauati, vt necesse agnoscerent circumuentos. Proemia usus est. Omnis enim qui fascinator, de bono transit in malum: sicut & hi de libertate & securitate ad seruitium & sollicitudinem transierunt. Quorum ante oculos Christus Iesus proscriptus est. Manifestum est quia stultorum oculis Christus proscriptus uidetur, id est, expoliatus vel condemnatus: prudentium uero oculis & sensibus non solum non condemnatus, sed ipse mortem cruce sua damnasse uidetur. Passio enim Domini uita nostra est, & destructio mortis. Sed quia hi indignè cœperant sentire translati ad legem, idcirco mentibus eorum Christum condemnatum uideri conqueritur. Ideoque subiicit, *In uobis crucifixus.* hoc est, sensu uestro crucifixus est, quasi homo. In quo enim spes plena non est, homo est. Ideo hi non putabant plenam salutem esse in Christo, quia legem illi æquabant. In his uero qui congruè intelligunt Christum, uiuit in eis Christus. In Photino crucifixus est. Hic enim uerè mortuus est, in quo Christus dicitur crucifixus, quia istud loco accusationis obiicitur.

Hoc solum uolo discere à uobis: Ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Sic sine intellectu estis, vt incipientes spiritu, nunc carne consummamini?

*Ex operibus legis spiritum accepistis, &c.* Adhuc cum stomacho loquitur. Dolet enim ualde super errore eorum, quia fabricam suam, qua eos per Euangelium ædificauerat, uidebat esse destructam. Non sic de Corinthiis motus est, quia quamuis carnales eos appellet, non tamen usque adeo fuerant mente capti, vt circumcidi se paterentur. Ideo & hi stulti & sine intellectu esse dicuntur, quia nec dolori carnis suæ consulere ualuerunt. Vtique ad hoc enim solet quis induci, quod delectat, aut dolorem nõ præstat. Interrogantis ergo uerba sunt, & quod interrogat, ex parte confirmantis, cum dicit, *Hoc solum uolo discere à uobis: Ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei?* Hoc ab eis quærit, in quo & gloriabantur, & negare non poterant, quia Spiritum sanctum per fidem acceperant, non per legem: vt resipiscentes

resipiscentes agnoscerent quia donum Dei, in quo gloriabantur, non ex opere legis acceperant, sed credentes in Christum, vt vel sic grati Christo, legem quam sibi in nullo prodesse didicerant, relinquerent. Hoc proponit, quod illo in tempore negari non poterat; spiritum Dei inesse credentibus. Ad rudimenta enim fidei commendanda, donum Dei hoc manifestabatur hominibus, sicut inter ipsa initia factum est in Apostolis, & cæteris discipulis, necnon & in illis duodecim, quos quia in adulterino baptisinate sub nomine baptismi Ioannis fuerant non tincti, sed (sordidati), Paulus Apostolus in Trinitatis nomine baptizari præcepit, quibus impositis manibus decidit in eos Spiritus sanctus, & diuersarum linguarum ministrabat eloquia cum interpretatione earum, vt nullus auderet negare Spiritum sanctum inesse eis. Quamobrem sine intellectu Galatas esse appellat, qui huius rei gnari & conscij, degradantes se, carnis curæ se subiecerunt. Incipientes spiritu, nunc carne consummamini? Hoc dicit, quia cum ab inferioribus ad summa fidei ascensus sit, hi contra de summis in imadclapsi sunt. Per fidem enim spirituales effecti, conuersi ad legem, perdidit gratiam spiritus, quam fuerant consecuti. Consummatio enim perditionem significat, id est finem.

Tanta passi estis sine causa: si tamen sine causa. Qui ergo præbet uobis spiritum, & operatur uirtutes in uobis; ex operibus legis, an ex auditu fidei?

*Tanta passi estis, &c.* Multa eos passos pro fide significat ab infidelibus. Tunc enim qui credebant, cæteris opprobrio erant, siue domesticis, siue extraneis. Nam digito signabantur quasi rei maiestatis. Vnde similiter Galatæ multa passi sunt infaniores experti: cuius rei meritum perdidit mittentes se sub lege. Sed quia adiecit, *si tamen sine causa*, ostendit sperare se posse reformari illos. Qui ergo præbet uobis spiritum, & operatur uirtutes in uobis; ex operibus legis, an ex auditu fidei? Idem sensus est, cui adduntur uirtutis insignia, quæ testimonium præbent fidei, quod sit spe fida & rationalis. Legem autem nulla uirtus comitatur, quæ attrahat ad eius spem: quia quæ uidentur, non sperantur, sed sunt temporalia, sicut lex factorum, quæ supra ostendimus.

Sicut scriptum est, Credidit Abraham Deo, & æstimatum est ei ad iustitiam. Cognoscitis ergo quia qui ex fide sunt, hi sunt filij Abraham. Præuidens autem scriptura, quia ex fide iustificat gentes Deus, prænuuntiauit Abraham, Quia benedicentur in te omnes gentes. Ergo qui ex fide sunt, benedicuntur cum fidei Abraham. Quotquot enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt.

*Credidit Abraham Deo, &c.* Ostendit exemplo Abraham, qui pater fidei est, iustitiam non ex operibus legis imputari, sed per fidem: credens enim iustificatus est. ac per hoc stultè & improuidè legi eos se subieciisse, quæ non ad iustificationem data est. cognoscitis ergo quia qui ex fide sunt, hi sunt filij Abraham. Ve-

rū est quia credentes filij sunt Abraham, quia si Abraham, ex fide iustificatus est primus, quotquot post hunc credunt, filij eius sunt, siue ex Iudæis, siue ex gentibus. Præuidens autem scriptura quia ex fide iustificat gentes Deus, prænuuntiauit Abraham, Quia benedicentur in te omnes gentes. Hoc dicit, quia forma est Abraham omnium credentium, vt hi benedicti in eo sint qui credunt. sequentes enim fidem eius, participes fiunt benedictionis eiusdem. Ergo qui ex fide sunt, benedicuntur cum fidei Abraham. Quotquot enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Manifestum est, quia fideles cum fidei benedicuntur, quomodo infideles cum infidelibus puniuntur. Nam qui sub lege agunt, sub maledicto sunt, quia transgressores legis sunt.

Scriptum est enim: Maledictus omnis qui non permanferit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea. Quod autem in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestum est: quia iustus ex fide uiuit. Lex autem non est ex fide: sed qui fecerit ea, uiuet in eis.

*Maledictus omnis qui non permanferit, &c.* Hoc scriptum est in Deuteronomio, quia si quid legis præterisset aliquis, maledictus haberetur. Et tanta mandata sunt, vt impossibile sit seruari ea. Vnde & Petrus Apostolus, in Actibus Apostolorum ait, Quid imponitis iugum fratribus, quod neque patres nostri neque nos potuimus portare? Negligenti enim & superbo populo hæc data erant, vt per omnem conuersationem legem haberent. Quod autem in lege nemo iustificatur apud Deum manifestum est: quia iustus ex fide uiuit. Ac per hoc recedendum à lege docet, ne iustitia per fidem quæsitæ deperat. Lex autem non est ex fide: sed qui fecerit ea, uiuet in eis. Non est ex fide lex, quia nihil mandat credendum. Omnia enim eius manifesta sunt, vt seruans legem uiuat: si quo minus, necesse est plectatur, quia quod sciuit uitandum, admittit. Potest opponi è diuerso, & dicit: Si in lege nemo iustificatur, quid est vt maledicatur qui aliquid præterit legis? Verum est, quia nemo per legem iustificatur, sed apud Deum. Iustificatur autem apud mundum, vt securus sit in uita præsentis. Si autem apud Deum iustificari uult, vt illi ad meritum proficiat in die iudicij, Dei sequatur fidem. alioquin hic securus, reus erit in futurum. Prodest ergo lex, sed quæ in tabulis scriptura est. Nam cætera, sicut dixi, vt oneri essent data sunt.

Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum.

Quoniam nemo poterat implere legem, rei erant omnes maledicto legis, vt uindicaret in eos. Christus autem homo natus, oblatu à patre pro nobis, redemit nos à diabolo. Morti enim uolentè offerens illum pro iis qui maledicto legis erant obnoxij, maledictum illi fecit hoc modo, quo in lege hostia pro peccatis oblata, peccatum nuncupabatur: propterea pro maledictis oblatu, factus est maledictum. Nã & Iudæis factus est maledictum, dum quasi peccator occiditur. Ideo nõ dixit, Factus pro nobis maledictus, sed maledictum. Is enim qui propter peccatum proprium morti offerebatur, maledictus fiebat in

sua enim causa moriebatur. Et si propius aspicias, videbis Christum maledictum eorum factum à quibus occisus est. Crux enim Saluatoris, peccatum & maledictum est Iudæorum.

*Deut. 21.* (Quia scriptum est: Maledictus omnis qui pendet in ligno :) vt in gentibus benedictio Abrahæ fieret per Christum Iesum : & promissionem spiritus acciperemus per fidem.

*Maledictus omnis qui pendet in ligno.* Hoc Moyses dixit in Deuteronomio de reis mortis, vt sufficeret suspensus in ligno illic esse vsque ad vesperam, & deponi in sepulturam. Quia, *maledictus omnis*, (inquit,) *qui pendet in ligno*; vt reo mortis sufficeret hoc, quia suspensus moriebatur in ligno; ne diutius si esset suspensus, maius haberet opprobrium mors eius quam deberet: & fieret macula generi eius, si amplius mors eius publicaretur. Ac per hoc Saluator innocens suspensus in ligno, non est maledictus sed maledictum illorum, à quibus suspensus est. Quantum tamen ad Iudæos pertinet, quasi peccatorem illum occidentum Pilato offerentes, maledictum illum fecerunt, vt quasi reus occideretur, cum esset innocens: quia dignus morte maledictus est iuxta legem. Videntes enim multos aggregari doctrine eius, zelati sunt dicentes. Ecce totus mundus abiit post illum ac per hoc pro nobis occisus dicitur: & duplici genere pro nobis: Cum enim putant illum occidi debere, ne doceret, nihil profecerunt: quia & doctrina eius creuit, & mortem euacuauit in passione sua. Descendens enim ad inferos, genus hominum liberavit, quia & ea causa occidi se permisit, sciens pro nobis esse contra diabolum. *Vt in gentibus benedictio Abrahæ fieret per Christum Iesum: & promissionem spiritus acciperemus per fidem.* Hoc dicit, quia exprobratis & maledictis Iudæis, cum sibi de iustitia legis blandirentur, occiso Saluatore quasi sabbati violatore, promissionis benedictio Abrahæ transitum fecit ad gentes per fidem Christi Iesu. Vnde dicit Dominus Iudæis, Tolleretur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius.

Fratres (secundum hominem dico) hominis testamentum, confirmatum tamen, nemo irritum facit, aut superordinat. Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Nō dicit, Et seminibus, tãquã in multis: sed sicut in vno: Et semini tuo, quod est Christus.

*Fratres secundum hominem dico.* Hoc dicit, quia exemplo humanæ causæ commendare vult rationē diuinæ promissionis. *Hominis testamentum, confirmatum tamen, nemo irritum facit, aut superordinat.* Verum est, quia testamentum defuncti iure factum non potest scindi. *Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit, Et seminibus, tamquam in multis: sed sicut in vno: Et semini tuo, quod est Christus.* Hoc est quod scriptum est in Genesi ad Abraham: Et in semine tuo benedicentur omnes gentes terræ. Quod utique impletum est in Christo, in cuius nomine omnes gentes benedicuntur per fidem. Ideo non in multis, sed in vno firmata est promissio, qui est Christus. Hac disputatione sua Apostolus quasi reos

fallati testamenti designat, qui credentes in Christum etiam de lege aliquid sperant, vt non solum salus promissa in Christo, sed & in lege sit. Ideo probat promissionem benedictionis in solo Christo factam.

Hoc autem dico, testamentum confirmatum à Deo in Christo, lex quæ post quadringentos & triginta annos data est, non irritum facit, vt euacuet promissionem. Si enim ex lege hereditas, iam non ex promissione. Abrahæ autem per promissionem donauit Deus.

*Testamentum confirmatum à Deo in Christo, &c.* In solo Christo confirmata benedictionis promissionem docet, vt legem post quadringentos & triginta annos datam ostendat. Constituta enim promissione postea data est lex, quæ non utique infirmaret promissionem, sed quod futura & quando ventura esset, significaret. *Si enim ex lege hereditas, iam non ex promissione. Abrahæ autem per promissionem donauit Deus.* Duo sibi contraria defendunt Iudæi. Nullo enim pacto, nulla ratione suaderi potest Iudæis, Abrahæ promissionem euacuam per legem. & recedat: sed aliud aduersum improuidam præsumptionem defendunt putantes iustificationem sine operibus legis prouenire non posse, cum sciant Abraham, qui forma eius rei est, sine operibus legis per solam fidem iustificatam. Sed æmulatione quadam cæcati, non intelligunt neque considerant, quia si per legem iustificatio, excluditur promissio, & si exclusa fuerit promissio, sine dubio frustrabitur fides Abrahæ, quod ne audire quidem se patiuntur Iudæi, sciētes quia promissio ex fide est Abrahæ. Quæ promissio ex fide iustificat, nō per legem, sicut & Abraham iustificatus ex fide est. Hi ergo hæredes sunt promissionis Abrahæ, qui illi succedunt, suscipiētes fidem, in qua benedictus & iustificatus est Abraham. Testimonium ergo promissionis Abrahæ testamentum appellatur, vt post mortē eius hæredes essent in promissione filij eius facti per fidem. Quæ causa cucurrit vsque ad Christum Abrahæ repromissum, vt post mortē Christi credentes, hæredes essent fidei Abrahæ per testamentum sanguinis Christi. Donum ergo quod promissum est Abrahæ, filij eius in Christo solutum est: quamuis & ipse Abraham consecutus sit donum hoc illic ubi inuentus est.

Quid ergo lex? Propter transgressiones posita est, donec veniret semen cui promissum est: ordinata per angelos in manu mediatoris.

*Quid ergo lex? Lex factorum, id est Moysi, posita est in medio inter cœptam promissionem & semen cui facta promissio est, hoc est, inter Abraham & Saluatorem. Ideo longè data post factam promissionem, vt ipsa distinctione aliud lex, & aliud promissio, videretur: vt populum Dei à gentibus segregatum erudiret sub Dei timore, vt dignus fieret ad excipiendam promissionem, quæ est Christus. Lex tamen factorum ideo dicitur, quia docet quæ Deo iubente corporaliter fiant de sacrificiis, de primogenitis, de decimis, & de cæteris talibus. Ordinata per angelos in manu mediatoris. Angelos dicit Dei nuntios, id est, Moysen, Iesum Naue, & cæteros prophetas vsque ad*

*Iuc. 16. Malac. 3. 1. Tim. 2. Act. 7. Ioan. 5.*

ad Ioannem Baptistam, de quo Deus dicit, Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam. Per hos ergo lex ordinata, disposita est à Deo, in manu, id est, potestate Saluatoris. Ipse est enim mediator vel reconciliator Dei & hominum, vt saluet quos vult ex iis qui legem per supra memoratos angelos acceperunt. Ipse enim ait, Sicut pater suscitavit mortuos, & viuificat: sic & filius quos vult viuificat.

Mediator autem vnus non est: Deus verò vnus est.

Sine dubio mediator, hoc est arbiter, nō est vnus, sed duorum. Cum enim duo populi inuicem aduersum se dimicarent, semper dissidentes & inimici diuersitate doctrinæ, Saluator horum arbiter venit, amputans vtriusque populis per quod discordabāt, vt possent esse pacifici. Abstulit ergo gentibus numerum deorum, & famulatum elementorum, quod scandalum erat Hebræis. Abstulit & Iudæis opera legis, id est, neomenias, circumcisionem, & curam sabbati, & discretionem escarum, & cætera quæ abominabantur gentes: & sic facti sunt pacifici, qui prius fuerant inimici. Si ergo hæc ita se habent, quid est vt Galatæ hebetudine mentis arbitrum istum corrumpant, conuersi ad Iudaismum? Iudicium enim Saluatoris in irritum ducunt, quando post factam pacem quasi poenitentes de ea, subiiciunt se illis quæ prius paci fuerant inimica. Iuxta sensum ergo Galatarum Christus arbiter non est, quia inducitur in legem, de duobus populis vnum fecerunt: & vnus utique populi arbiter nemo est. Hunc eundem sensum ad Ephesios profequitur, dicens, Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceræ soluens, inimicitiam in carne sua, legem mandatorum in decretis euacuans, vt duos conderet in se vno nouo homine, faciens pacem. Si in vno nouo homine fecit pacem, ambobus utique abstulit per quod dissidebant, & hoc eis statuit data sua lege, per quod essent pacifici. Hoc Galatæ irruerunt conuersi ad Iudaismum. *Deus verò vnus est.* Hoc dicit, ne Christum prædicatio Deum, quem arbitrum constituit, prædicasse putaretur contra legē & prophetas. Arbitrum ergo hunc per assumptionem carnis intelligi docet, sicut dicit ad Timotheum, Arbitrum Dei & hominum homo Iesus Christus. Iuxta autem quod Deus est, à patre hunc non separari, sed vnum esse cū patre. Siue enim pater, siue filius, Deus vnus est. Deus enim naturæ nomen est & potestatis, quam in patre & filio indiuiduam manere ipsa nominum ratio docet.

Lex igitur aduersus promissa Dei? Absit. Etenim si data esset lex quæ posset viuificare, verè ex lege esset iustitia.

*Lex igitur aduersus promissa Dei? Absit.* Absit utique, quia non est lex inimica promissionis, quippe cum confirmet eam. Nam primus Moyses dicit, Prophetam vobis excitabit Deus de fratribus vestris. Hoc de Christo dictum Petrus Apostolus probat in Actis Apostolorum. *Etenim si data esset lex quæ posset viuificare, verè ex lege esset iustitia.* Iustitiam hanc dicit, quæ apud Deum imputatur iustitia, id est fidei, quia & lex habuit iustitiam, sed ad præsens, nō

quæ iustificaret apud Deum. Remittere enim peccata non potuit, vt de peccatoribus faceret iustos: sed ad hoc data est, vt terrori esset, prouocans homines ad bonam vitam, irreuerentes puniens. Ideoque non est data lex, quæ possit viuificare, sed condemnare.

Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.

Hunc sensum & ad Romanos posuit, dicens, Conclusit Deus omnia sub peccato, vt omnium miseretur. Hoc dicit quod supra memorauimus; quia lex ad hoc data est, vt peccatores reos se sciret apud Deum. Manifestatis enim peccatis suis conclusi sunt, vt se excusare non possent, sed quarerent misericordiam, vt veniens qui promissus erat Abrahæ, fidem solam ab eis posceret, quam habuit Abraham, vt & malorum suorum veniam, & iustificationem mereretur. Hoc enim manifestauerat Deus per Esaiam prophetam, dicens, Veniet ex Sio qui eripiat & auertat impietatem ab Iacob: & hoc erit illis à me testamentum, cum abstulero peccata eorum.

Prius enim quam veniret fides, sub lege custodiebamur, conclusi in eam fidem quæ incipiebat reuelari. Itaque lex pædagogus noster fuit ad Christum, vt ex fide iustificaremur. Veniente autem fide, iam non sub pædago sumus. Omnes enim filij Dei estis per fidem quæ est in Christum Iesum.

*Prius enim quam veniret fides, &c.* Hoc est quod dicit, quia antequam veniret Saluator, sub legis custodia agebamus ne peccaremus, vt veniente promissione digni essemus. Hac enim spe lex tutos præstabat nos, id est Iudæos, vt venienti Christo offerret nos. *Itaque lex pædagogus noster fuit ad Christum, vt ex fide iustificaremur.* Idem sensus est, quia sub cura legis eramus, donec veniret Christus, qui nos credentes iustificaret. *Veniente autem fide, iam non sub pædago sumus.* Omnes enim filij Dei estis per fidem quæ est in Christum Iesum. Sub pædago qui agit, potestatis suæ non est. Parvulus enim & lubricus ad peccandum sub pædago cura habetur. Veniente autem Christo, qui quasi de minoribus facit maiores, liberati de potestate pædago, per ablutionem peccatorum facti sumus filij Dei, cum essemus serui peccati.

Quotquot enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Non est Iudæus neque Græcus, non est seruus neque liber, non est masculus neque femina. Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. Si ergo vos estis Christi: ergo Abrahæ semen estis, & secundum promissionem hæredes.

*Quotquot enim in Christo baptizati estis, &c.* Hoc dicit, quia credentes dum immutantur, Christum induunt, quando hoc appellantur quod credunt. *Non est Iudæus neque Græcus, non est seruus neque liber, non est masculus neque femina. Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu.* Nullam distantiam dicit credenti, vt nulli præiudicetur quid fuerit antequam



Rom. 10.  
A. 7. 10.  
Rom. 4.

crederet. Omnibus enim his vnum decretum est donum. Apud Deum enim nulla discretio personarum est, nisi morum & vitæ, vt homines vnius fidei meritis distinguantur, non personis. *Si ergo vos estis Christi, ergo Abraham semen estis, & secundum promissionem heredes.* Semen Abraham sunt omnes credentes, quia Abraham pater est omnium credentium. Et si filij sunt, necessarium est & promissionis eius heredes, vt consequantur per fidem quod promissum est Abraham, vt participes sint iustificationis eius in regno cælorum.

CAP. III.

**D**ico autem, quod quamdiu hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cum sit dominus omnium: sed sub curatoribus & actoribus est vsque ad præfinitum tēpus à patre. Ita & nos, cum effemus paruuli, sub elementis huius mundi eramus subiecti.

1. Cor. 13.

*Quamdiu hæres paruulus est, nihil differt.* &c. Verum est, quia ius patres ordinauerunt, & vsque ad quam ætatem subiectus debeat esse adulus, statuerunt: ita vt quamdiu paruulus est, libertate sua vti non possit, neque dominari quasi hæres, sed similis propè seruis in conditione est curatorum vel actorum. Hoc exemplo probat eos qui sub lege fuerunt, paruulos fuisse circa meritum; nec libertatem habuisse, quia in conditione legis erant subiecti causa peccati. *Ita & nos cum effemus paruuli, sub elementis huius mundi eramus subiecti.* In elementis neomenias significat & sabbatum. Neomeniæ enim sunt dies lunares, quos obseruant Iudæi: sabbatum verò dies requietionis. Antequam veniret ergo promissio, id est, antequam donum gratiæ Dei purificans iustificaret credentes, quasi imperfecti & paruuli per legem Dei, subiecti eramus conseruis quasi pædagogis. Libertas enim nostra obnoxia erat causa peccati. Nihil tamen de elementis sperabant Iudæi, sicut Pagani: sed creatorem Deum venerabantur in creatura.

Coloss. 2.  
Leuit. 16.

A. 7. 15.

Psal. 75.

At vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret, vt filiorum adoptionem reciperemus.

Dan. 9.

Rom. 8.

Rom. 9.

Gen. 17.

Gen. 22.

Plenitudo temporis est completum tēpus; quod præfinitum fuerat à Deo patre, quando mitteret filium suum, vt ex virgine factus quasi homo nasceretur, subiiciens se legi vsque ad tempus baptismi, vt formam daret quomodo peccatores abluti, & à iugo legis erepti dignatione Dei, filij ei adoptarentur sicut promiserat, redempti sanguine filij eius. Saluatorem autem necesse erat fieri sub lege, quasi filium Abraham iuxta carnem: vt circumcisus appareret is esse qui promissus Abraham, veniret gentes iustificare per fidem, signum habens eius cui promissus fuerat. Ideo vltra neminem oportuit circumcidi, quia tamdiu cucurrit signum, quoadulque veniret qui promissus fuerat restaurare fidem in qua iustificatus est Abraham in præputio, vt credentibus non opus sit circumcisio. Abraham autem ideo circumcisus est, quia filium se credidit habiturum in quo omnes gentes benedicerentur. Ideo tādū cucurrit signū, donec

veniret qui erat promissus. Si autem hoc crederetur quod credidit Abraham, non steterisset circumcisio: ne fortè opponeretur, quia si Abraham credidit & circumcisus est, quare non circumciduntur credentes?

Quoniam autem estis filij Dei, misit Deus spiritum filij sui in corda nostra, clamantem Abba, pater.

Ab his cœpit, quibus & scribit, dicens, *Quoniam autem estis filij Dei.* & subiungit Iudæos, cum ait, *Misit Deus spiritum filij sui in corda nostra.* Quando autem dixit gentes filios Dei credentes in Christum, quæ prius fuerant inimici, dubium non erat Iudæos credentes dici filios Dei, quos constat iam pridem hoc nomine nuncupatos. Nomen enim olim acceperat velut in imagine, vt postea confirmaretur per Christum, quia sine spiritu non erat plenum. Hoc est quod dicit & ad Romanos: Ipse spiritus reddit testimonium spiritui nostro quod sumus filij Dei. Vt enim probaremur adoptati esse à Deo in filios, spiritum suum dedit nobis, qui signum patris ostendat in filios: vt quia hoc non auderemus dicere in infirmitate & indignitate nostra, suggerat, vt audeamus dicere, Abba, quod est pater. Denique Iudæis hoc iam dudum non est concessum dicere.

Itaque iam non est seruus, sed filius. Si autem filius, & hæres per Deum.

Non est seruus, quia sublatus est à potestate legis, socius factus benedictionis proprii filij Dei. *Si autem filius, & hæres per Deum.* Dubium non est, quia ideo quis adoptat sibi filium, vt hæredem illum relinquat. Sed hæreditas ex morte alicuius provenit. Quid est ergo vt mortales heredes eius dicantur, qui semper viuunt? Sed scriptura more nostro loquitur, vt intelligere possimus. Vt enim ostendat daturum patrem filiis de bonis suis, hæc quæ daturus est, hæreditatem appellat.

Sed tunc quidem ignorantes Deum, iis qui natura non sunt dii, seruibaris. Nunc autem cognoscentes Deum, immò verò cogniti à Deo: quomodo iterum conuertimini ad infirma & egena elementa, quibus denuò seruire vultis?

*Sed tunc quidem ignorantes Deum, &c.* Quoniam prius per ignorantiam peccabant seruitentes idolis, faciliè illis ignotum significat; sicut dicit in Genesi Abimelech ad Deum: Domine, (inquit), numquid gentem ignorantem perdes? *Nunc autem cognoscentes Deum, immò verò cogniti à Deo: quomodo iterum conuertimini ad infirma & egena elementa quibus denuò seruire vultis?* Graue illorum admisum adnotat, quia post cognitionem Dei, ea quæ paganorum sunt, sequi cœperant. Et plus addit, quia non isti cognouerunt Deum, sed magis cogniti à Deo sunt. Cum enim hi non quærent Deum, aduocauit eos ad suam gratiam: & hi ingrati, ad ea conuertit cœperant quæ tunc colebant quando ignorabant Deum, vt venerantur infirma & egena elementa, & non tota mente Christum, in quo omnis inhabitat diuinitas. Infirma & egena dicit elementa quia

Esa. 49.

Rom. 8.

Ephes. 1.

Rom. 8.  
Hebr. 9.

1. Petr. 3.

1. Cor. 12.

Gen. 20.

Coloss. 2.

1. Ioan. 4.

Coloss. 2.

quia

1. Tim. 4. c. 1.

quia imperfecta sunt. ad regendum enim mundum inuicem egent sui: in Christo autem perfecta salus est.

Dies obseruatis, & menses, & tempora, & annos.

6m. 8.

Quæ elementa dixerit, nunc declarat. Diem sol facit, menses cursus lunæ. Tempora verò sunt ver, æstas, autumnus, hyems. quatuor hæc completo numero proprio faciunt annum. Dies ergo obseruant qui dicunt, vt puta, Crastino proficiscendum non est. post crastinum enim non debet aliquid inchoari: & sic solent magis decipi. Hi autem colunt menses, qui cursus lunæ perscrutantur, dicentes, vt puta, Septima luna strumenta confici non debent. nona iterum luna seruum emptum vt puta domum duci non oportet. & per hæc facilius solent aduersa provenire. Tempora verò sic obseruant, cum dicunt, Hodie veris initium est, festiuitas est, post cras Vulcanalia sunt. Et talia iterum aiunt, Posterum est, domum egredi non licet. Annos sic colunt, cum dicunt, Kalendis Ianuariis nouus est annus, quasi non quotidie anni impleantur. Sed vt Iani illius recolant memoriam bifrontis, hæc superstitione vtuntur, quæ longè debet esse à seruis Dei. Si enim deus ex toto corde diligatur, ipso propitio nulla debet esse formido neque suspicio harum rerum. Prosperè enim potest cedere quidquid simpliciter sub Dei deuotione fit.

Timeo ne sine causa laborauerim in vobis. Estote sicut ego, quia & ego sicut vos.

Galat. 3.

*Timeo ne sine causa laborauerim, &c.* Duplici genere subuersi fuerat Galata: vt post Dei gratiā non solum ad legem conuerterentur, sed ad errores pristinos. Inducti enim vel euersi in legem, faciliè declinarant ad obseruantiam dierum & mensium. Sabbati enim obseruatio & neomeniarum attraxerunt illos ad hæc. Ideoque inquit, *Timeo ne sine causa laborauerim in vobis.* Sic enim videbat eos in peius proficere, vt possent etiam à Christo penitus recedere. *Estote sicut ego, quia & ego sicut vos.* Hoc dicit, vt dent operam corrigendi se, quia non est impossibile vt sint sicut ipse, quia & ipse hoc erat (id est homo) quod & illi: & cum fuisset in errore persequens Ecclesiam, correptus conuertit se.

Coloss. 2.

2. Tim. 3.

A. 7. 22.

philip. 3.

Fratres obsecro vos, nihil mihi nocuistis.

Galat. 6.

Nunc mitius agit cum eis, & bona eorum incipit memorare, vt post magnas correptiones bona opera sua audientes recrearentur, & data opera reformarent se: ne obiurgationibus diutius pressi, asperiores fierent exacerbati. Nihil tamen sibi nocuisse illos dicit. Ipsi enim oberat delictum illorum. Apostolus enim impleuerat officium dispensationis sibi creditæ, vt omni cum diligentia prædicaret eis; sicut dicit Dominus ad prophetam Ezechiel: Tu, inquit, prædica si te audierint, lucraberis eos: si quominus, tu saluabis animam tuam.

Ezech. 3.  
33.

Scitis quia per infirmitatem carnis euangelizauis vobis iam pridem: & tentationem vestram in carne mea non spreuistis neque

respuistis: sed sicut angelum Dei excepistis me, sicut Christum Iesum.

*Per infirmitatem carnis euangelizauis, &c.* In memoriam reuocat illis tempus, quando primum prædicauit illis Euangelium Dei. Ipso enim tempore iniuriis agebatur Apostolus, & cædibus infirmabatur. Infirmus enim videtur qui humiliatur, & non resistit propter Euangelium Dei. In hoc laudat constantiam eorum, quia non sunt abstracti à fide. Iniuria enim Apostoli tentationes erant Galatarum, in qua firmi inuenti sunt, non dubitantes de fide. Possent enim scandalum passi dicere, Quæ est virtus aut spes in hac fide, quando minister eius sic humiliatur? Sed quia iam animum futuris spebus infecerant, præsentis exitus pro Christi nomine non pertimescebant, certi fidem nostram non in terris, sed in cælis habere dignitatem, & pro his tribulationibus magna repedi præmia. Ruborem illis incutit, quia post hæc laudabilia circumuenti fuerant, vt vituperabiles viderentur. *Sed sicut angelum Dei excepistis me, sicut Christum Iesum.* Hoc magis laudat in eis, quia pressuris non deformati sunt apud eos, sed commendati, scientes pro iis qui credunt, pati illum exitia, sicut ergo angelum Dei exceperunt Apostolum, credentes donum Dei esse quod prædicat: sic ei deferentes, quasi ipsi auctori Domino Iesui Christo.

Vbi est ergo beatitudo vestra? Testis enim sum vobis, quia si fieri potuisset, oculos vestros cruiissetis, & dedissetis mihi. Ergo inimicus vobis factus sum, verum dicens? Emulantur vos non bene: sed excludere vos volunt, vt eos æmulemini.

*Vbi est ergo beatitudo vestra?* Beatos hos fuisse dicit apud ceteras ecclesias, per id quod Apostoli iniuriis non frangebantur, sed crescebant in fide. *Testis enim sum vobis, quia si fieri potuisset, oculos vestros cruiissetis, & dedissetis mihi.* Votum eorum circa religionem tam plenum ostendit fuisse, vt non solum bene ab eis susceptus sit, sed & fortes in fide inuenti sint: & quod ad laudem magis proficit, omnia penè sua illi obtulerint profliganda. Hinc plus dolet, quia tanta charitas subueria fuerat praua doctrina. *Ergo inimicus vobis factus sum, verum dicens?* Hoc dicit, quia non potest fieri, vt inimicus, inquit, ego vobis sum, quorum tanta sensi obsequia. Sed quia nemo se argui vult errantem, idcirco inimicus vobis videor, iuste vos reprehendens. *Emulantur vos non bene: sed excludere vos volunt, vt eos æmulemini.* Inuidia Iudæorum subuersos eos significat. Videntes enim sic illos proficere in Euangelio, & tantam habere charitatem in Apostolo, id egerunt, quatenus illos deciperent. Erant enim legis causa Apostolis inimici, vt manente nomine Saluatoris, facerent eos Iudæos, gaudentes in euerfione eorum. Non enim patiebantur, vt gratiam sibi promissam audirent incircumcisus gentibus datam. Ideo imitatores suos illos voluerunt fieri, vt more eorum circumciderentur.

Æmulamini autem meliora dona in bono

semper, & non solum cum praesens sum apud vos. Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis. Vellem autem praesens esse nunc apud vos, & mutare vocem meam, quia confundor in vobis.

1. Cor. 14.

*Emulamini autem meliora dona, &c.* Meliora dona spiritalia sunt, quae imitati habebunt effectum apud Deum. Haec spiritalia & bona sunt, quae vult ut semper imitentur: non ad tempus, sicut pridem, aut se praesente tantum, post autem ad aliud conuertantur, sed vult illos de caetero perseverare in bono.

Galat. 3.

*Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis.* Primum per fidem illos genuerat in baptismo, sed quia velut per abortum nati, deformati & infirmi inuenti sunt, nunc cum dolore consilij reformat eos in Christum. Concipientes enim fidem, & sensum fidei minimè aduertentes, formatum Christum in animis suis negantur habere. Si enim intellexissent gratiam Dei in Christo, post fidem in Iudaismum traducti non essent. Vellem autem praesens esse nunc apud vos, & mutare vocem meam, quia confundor in vobis.

Act. 18.

*Præfens vult agere cum illis, ut mutet vocem suam de laude in vituperationem eorum: ut duplici genere confundantur, & de errore suo, & rubore Apostoli, quem patiebatur apud eos quibus illos prætulerat.*

Galat. 3.

Galat. 5.

2. Cor. 9.

Dicite mihi, qui sub lege vultis esse, legem non legistis? Scriptum est enim, quod Abraham duos filios habuerit: unum ex ancilla, & unum de libera. Sed is quidem qui de ancilla, secundum carnem natus est, qui autem de libera, per repromissionem, quae sunt per allegoriam dicta.

Gen. 21.

Gen. 16.

Gen. 21.

*Scriptum est enim quod Abraham duos filios, &c.* Hoc in Genesi habetur, quia cum Sara generare non posset (erat enim sterilis) Agar ancillam suam obrulit viro suo Abraham in concubinam, ut quod generasset, adoptaret sibi. Sic factum est, ut de Agar nasceretur Ismael. Post autem nutu Dei promissus est Abraham filius de Sara vxore sua, quae erat sterilis, haec peperit Abraham Isaac. Tunc cepit Abraham duos habere filios, unum de ancilla, & unum de libera. Sed is quidem qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui autem de libera, per repromissionem, quae sunt per allegoriam dicta. Ismael, qui ex ancilla Agar natus est, secundum carnem natus, quia iuxta consuetudinem natus est: Isaac verò quia per repromissionem, non secundum consuetudinem, sed secundum providentiam Dei virtute natus est, quippe cum Sara & anus esset, & sterilis. In typum enim Christi natus est Isaac: ideo haec per allegoriam asserit dicta, ut aliud ex alio significent personam Ismael & Isaac. Ismael enim Iudaeorum significat natiuitatem, vel eorum qui serui peccati sunt: Isaac verò Christianorum, qui in libertate nascuntur. Liber enim fit qui accipit remissionem peccatorum.

Gen. 16.

Gen. 18.

Gen. 21.

Gen. 16.

Genes. 21.

Ioan. 8.

Nam haec sunt duo testamenta. Vnum quidem a monte Sina, in seruitutem gene-

rans: quae est Agar, (Sina enim mons est in Arabia, qui coniugitur huic quae nunc est Hierusalem) seruiens cum filiis suis. Illa autem quae sursum est Hierusalem, libera est: quae est mater nostra.

Exod. 19.

Gen. 16.

*Nam haec sunt duo testamenta.* Moyses accipiens sanguinè vituli in cratera, asperit populum dicens, Hic est sanguis testamenti quod disposuit Deus ad vos. Hoc est quod dixit. *Vnum quidem a monte Sina, in seruitutem generans: quae est Agar.* Lex enim in monte Sina data est, quam Moyses recitans populo, librum hunc testamenti appellauit, & tunc asperit populum sanguine, sicut dixi. Haec lex reos tenuit peccatores, & coeperunt serui esse peccati, facti filij Agar quasi ancillae. Sina enim mons est in Arabia, qui coniugitur huic quae nunc est in Hierusalem: seruiens cum filiis suis. Causam Agar significare dicit Hierusalem terrenam, id est, synagogam, quae in seruitutem generat, quos enim generat, sub peccato sunt. Illa autem quae sursum est Hierusalem, libera est: quae est mater nostra. Haec quam matrem nostram dicit, regula est mysterij dominici, per quam renascimur in libertatem, sicut & ipsa libera est. Ideo & caelestis dicitur, quia caelum sedes eius est: & quos generat, ibi erunt cum ea, sicut dicit Dominus, Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi ego fuero, & hi sint mecum. Haec est & vita, quia immortalitate donantur qui credentes renascuntur per eam. Sic etenim de Domino dictum est, Quia quod factum est in illo, vita erat. Sicut enim pater habet vitam, ita dedit & filio vitam: & vita erat lux hominum. Haec vita & lux mater fidelium est. In Esaia hoc habetur quod subiectum est.

Exod. 24.

Hebr. 9.

Exod. 19.

Exod. 24.

Ioan. 8.

Esa. 66.

Ioan. 17.

Ioan. 1.

Ioan. 5.

Scriptum est enim: Latere sterilis, quae non parit: erupe & clama, quae non parturit: quia multi filij desertae, magis quam eius quae habet virum. Vos autem fratres secundum Isaac repromissionis filij estis.

Esa. 54.

*Latere sterilis, quae non parit, &c.* Haec terrenam Hierusalem virum habere dicit, quia secundum carnem generat: illam autem caelestem Hierusalem, quam dicit matrem nostram, sterilem appellat, quia non parit secundum carnem, nec dolores patitur, hoc est, non parturit. Generat autem sine passione spiritaliter exclamans in laetitia, quia deserta aliquando, (a quo autem, nisi ab Adam, qui deserta vita secutus est mortem?) nunc plures filios habet quam haec quae habet virum, id est, quae carnaliter generat. Multo enim plures sunt Christiani Iudaeis, sicut dicitur in Apocalypsi: Et vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat ex omni tribu & gente. Vos autem fratres secundum Isaac repromissionis filij estis. Hoc est, non carnis filij estis, sed Dei, quia Isaac in typum natus est filij Dei: & vult eos subintelligere, quia facti filij Dei, conuersi sunt ut essent filij carnis, si verò respiciant, sunt filij Dei.

Hebr. 10.

Gen. 3.

Apoc. 7.

Rom. 9.

Gen. 22.

Sed quemadmodum tunc is qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secundum spiritum: ita & nunc. Sed quid dicit scriptura? *Eiice ancillam, & filium eius.*

Gen. 21.

non

non enim haeres erit filius ancillae cum filio meo Isaac. Itaque non sumus ancillae filij, sed liberae: qua libertate Christus nos liberauit.

Gen. 16.  
Gen. 25.

Malach. 1.

Gen. 27.

Gen. 32.

Gen. 21.

Gen. 8.

CAP. V.

2. Petr. 2.

1. Tim. 2.

Luc. 16.

Matth. 9.

Act. 15.

Act. 26.

*Sed quemadmodum tunc is qui secundum carnem, &c.* Non solus Ismael secundum carnem natus est, sed & Esau, quia & ipse in populi Iudaici typum natus est. De quo in Malachia propheta scriptum est, *Iacob dilexi, Esau verò odio habui.* Hic persequebatur Iacob, qui in populi Christiani figura vocatus est Israel, hoc est, homo videns Deum. Similiter & Iudaeos per inuidiam persequi significauit Christianos: vnde data opera Galatas euerterant carnali astutia. *Sed quid dicit scriptura? Eiice ancillam, & filium eius. non enim haeres erit filius ancillae cum filio meo Isaac.* Haec verba Sarae sunt, quae typum habet Hierusalem caelestis, de promissione generans Isaac, ut eiecto filio ancillae, id est, Iudaeo populo incredulitatis causa obiecto (serui enim peccati sunt, quibus data remissio peccatorum non est, haeres sit filius liberae illius Hierusalem supernae, qui est populus nouus regni caelorum. Itaque non sumus ancillae filij, sed liberae: qua libertate Christus nos liberauit. Fuimus igitur ancillae filij, dum peccatis eramus obnoxij: sed accepta remissa peccatorum à Christo, liberati sumus.

**S**TATE ergo, & nolite iterum seruitutis iugo cohiberi. Et ecce ego Paulus dico vobis, quia si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit.

Standum monet in accepta gratia, ne redeuntes ad vetera, amittant donum libertatis, quod fuerant consecuti. *Ecce ego Paulus dico vobis, quia si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit.* Nunc aperta veritatis & auctoritatis suae vim non tacet, dicens, *Ecce ego Paulus dico vobis, id est, ego magister gentium, cuius opus estis in Christo, palam vobis dico, quia nihil proderit vobis Christus, si circumcidamini.* Ipse enim Dominus ait, *Lex & prophetae usque ad Ioannem, ex quo regnum caelorum praedicatur.* Antequam ergo noua inciperet praedicatio, oportuit circumcidi: nunc autem lege fidei succedente, ea sequenda sunt quae rudis veritas iubet, quia vetus & nouum admisceri non debent, auctoritate Domini praedicantis. Ait enim, *Nemo additamentum panni rudis affluit vestimento veteri.* tollit enim fortitudinem eius à vestimento, & maior fit scissura. Ac per hoc non solum nihil proderit fidei addita circumcisio, sed & oberrat. Maius enim malum est ex libero seruum fieri, quam nasci.

Testificor autem omni homini circumcidenti se, quia debitor est vniuersae legis faciendae. Euacuati estis à Christo, qui enim in lege iustificamini, à gratia excidistis.

*Quia debitor est vniuersae legis, &c.* Possunt aliqui legem aliquatenus seruare, & non circumcidi. Nam multi Romanorum in Iudaea seruabant legem incircumcisi. Vnde dicit Paulus Apostolus ad Agrippam regem Iudaeae: *Scio rex Agrippa, credis prophetis;*

scio quia credis. Et Centurio, cuius seruus erat moriturus, qui mittens ad Iesum, rogabat ut veniret & sanaret seruum eius: cui testimonium perhibentes Iudaei dicebant ad Iesum: *Dignus est ut hoc praestes ei.* diligit enim gentem nostram, & synagogam ipse aedificauit nobis. Nemo tamen circumcilius non totam legem seruat. Debitor est enim vniuersae, quia circumciliis data est lex. Hoc ideo dixit, quia tam hebetes se ostendebant, ut digni essent omnia onera legis portare. *Euacuati estis à Christo.* Quibus nihil prodest Christus, euacuati sunt à Christo. Erant enim gratia eius pleni, quae recedente euacuati sunt. His enim loquitur, qui post acceptum donum gratiae Dei circumcidi se maluerunt. *Qui enim in lege iustificamini, à gratia excidistis.* Iustitia legis est, si seruentur quae data sunt. Ideoque qui in his iustificari se vult post fidem, amittit gratiam: quia ad hoc venit donum Dei, ut cessantibus oneribus legis, iustificaret credentes apud Deum.

Nos autem spiritu ex fide spem iustitiae expectamus. Nam in Christo Iesu neque circumcisio quidquam valet, neque praeputium: sed fides, quae per charitatem operatur.

Apertum est quod dicit, quia spes iustificationis ex fide est per spiritum, non per opera legis. In fide enim spiritaliter Deo seruitur deuotione mentis, & puritate cordis. Vnde dicit Dominus ad Samaritanam: *Deus spiritus est, & adorantes eum, in spiritu & veritate adorare oportet.* Ac per hoc neque praeputium valet quidquam, neque circumcisio, sed sola fide opus est in charitate ad iustificationem. Fides enim charitate fraterna debet muniri, ut perfectio sit credentis. Denique Saluator quod primum mandatum esset interroganti Scribae, respondit. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & proximum tuum tamquam teipsum.* In his, inquit, duobus mandatis tota lex pendet & prophetae. Imperfecta sunt itaque caetera, quando in his duobus mandatis perfectio continetur.

Currebatis bene: quis uos impediuit veritati non obedire? Suasio haec non est à Deo, qui vocat vos. Modicum fermentum totam massam corrumpit. Ego confido de vobis in Domino, quod nihil aliud sentietis. Qui autem conturbat vos, portabit iudicium, quicumque fuerit.

*Currebatis bene, &c.* Exercitium illorum in opere fidei bonum fuisse testatur, sed nequitia malorum hominum detentos, ne cursum suum efficacia perseuerante consummarent: vnde ut respiciant hortatur, de caetero nulli eorum credentes, qui ut opera legis seruanda suaderent euangelicam veritati non eos obedire sinebant. *Suasio haec non est à Deo, qui vocat vos.* Verum est, quia humano consilio hoc agebant Iudaei, ut mitterent eos sub legis iugum: non Dei iudicio, qui vocabat eos per Apostolum suum ad gratiam. *Modicum fermentum totam massam corrumpit.* Hoc dicit, quia licet quidpiam legis admisceant fidei,

Matth. 8.

Luc. 7.

Exod. 12.

2. Cor. 6.

Act. 15.

Ioan. 4.

Galat. 6.

Matth. 22.

1. Cor. 13.

Galat. 3.

2. Tim. 3.

2. Tim. 2.

1. Cor. 5.

Aff. 15.

Iacob. 5.

Ioa. 8.

Aff. 21.

Aff. 25. & 28.

1. Cor. 1.

Ioa. 9.

1. Cor. 16.

Leuit. 19.

Rem. 8.

Galat. 5.

1. Ioa. 3.

Leuit. 19.

violant fidem, ne habeat fructū, aut sit acceptabilis. Hoc ideo adiecit, ne forte incolumem se putarent habere gratiam fidei, si pauca legis obseruarent. *Ego confido de vobis in Domino, quod nihil aliud sentieris.* Hac spe se dicit fidere de iis, quia non sponte, sed circumuenti erroris viam intrauerant: ideo ostenso vero itinere, facile eos posse reuerti cōfidit. *Quia autem conturbat vos, portabit iudicium, quicumque fuerit.* Quomodo qui errantem conuertit facit remunerandus est, dicente Iacobo Apostolo in epistola sua: Qui conuertit fecerit peccatorem, saluabit animam eius, & operiet multitudinem peccatorum: ita & qui rectā incedentem viā, iter in deum cogit flectere, damnationē consequitur, quicumque fuerit. Hoc propter hos subiicit, ne qui sibi meritum defenderēt eo quod filij essent Abraham iuxta carnem. Denique exaltates se dicūt ad Iesum, Nos filij Abraham sumus. Ego autem fratres, si circumcisionem prædico, quid adhuc persecutionem patior? Ergo euacuatum est scandalum crucis. Vtinam & abscindantur hi qui vos subuertunt. *Quid adhuc persecutionem patior?* Apertum est quod dicit. Ideo enim quasi inimicus a Iudæis habebatur, & non desinebant a persecutione eius, quia circumcisionem iam non stare docebat. Denique Iudæis compellentibus, & sæpenumero falsas accusationes contra eum deferentibus, obliquum iudicē videns, coactus appellauit Cæsarem. Ergo euacuatum est scandalum crucis. Scandalum erat Iudæis prædicatio crucis, quia sabbatum & circumcisionem euacuabat. Si autem admitteret circumcisionem, non esset scandalum, & pacifici essent nobis Iudæi. Nam dicebant de Salvatore, Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit. *Vtinam & abscindantur hi qui vos subuertunt.* Tale est hoc, quale & illud ad Corinthios: Qui non, inquit, amat Dominum Iesum, sit anathema. Ex ipso grege morbido sunt & hi, quos sociat sententiæ eorum, vt abscindantur à misericordia Dei, qui Galatas Dei gratia exuerunt: & non solum spiritualiter, sed & carnaliter hos maledicit, vt quia circumcidi Galatas cogebant, ipsi abscinderentur, vt multiplicaretur his dolor corporis. Vos enim in libertatem vocati estis fratres: tātum ne libertatem in occasionem carni detis, sed per dilectionem spiritus seruite vobis inuicem. Vniuersa enim lex, in vno verbo impletur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quod si morderis inuicem & comeditis, videte ne ab inuicem consumamini. Vos enim in libertatem vocati estis, &c. In libertatem vocati sunt, quia cum peccatis essent obnoxii, Dei gratiā accipientes, remissa delictorum liberati sunt. *Tantum ne libertatem in occasionem carni detis.* Hoc dicit, ne acceptam libertatem occasio carnis adimat. Ad hoc enim circumcidi eos volebant, vt in ditionem legis intrarent. Ideo monet, ne dent occasionem consentiendo eis. *Sed per dilectionem spiritus seruite vobis inuicem,* Non per affectum carnis charitatem habendam, sed per dilectionem spiritus exhortatur, vt inuicē sibi subiecti sint. *Vniuersa enim lex in vno verbo*

impletur: Diliges proximum tuum sicut teipsum. Hoc scriptum est in Leuitico, quod supra dictum est, quia perfectio salutis per dilectionem operatur: quia qui non diligit fratrem, non diligit Deum; dicit Ioa. 4. Apostolus. *Quod si morderis inuicem & comeditis, videte ne ab inuicem consumamini.* Manifestum est, quia dissensio fratrum inimica est dilectionis. Ideo monet vt pacifici sint, proficientes in bono. Contentiones enim generant iurgium, cuius fructus, est vitæ consumptio. Dico autem, Spiritu ambulate, & concupiscentiam carnis non perficietis. Nam caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus verò aduersus carnem. hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæcumque vultis, faciatis. Spiritu ambulate, &c. Postquam à lege factorum eos prohibuit, in qua sunt præcepta carnalia; nunc vt à vitiis carnis se abstineant præcipit. Hic enim spiritus ambulat, qui fugit peccata. *Nam caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus verò aduersus carnem. hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæcumque vultis, faciatis.* Duas leges proponit, sicut facit & in epistola ad Romanos, quæ inuicem aduersæ sunt: vnam Dei, alteram peccati. Quæ ideo in carne significatur, quia visibilibus oblectatur cupida peccatorum, vt his sibi aduersantibus, medius homo nō ea quæ vult agat. Diuina enim lex premit & fugat legem peccati, consulens homini vt vigorem naturæ suæ custodiat, ne capiatur illecebris: illa econtrā in insidiis agens lacessit hominem blanditiis: vt spernat præceptum legis diuinæ. Cum ergo consenserit homo legi Dei, contradicit lex peccati, suadens homini ne faciat quod imperat lex diuina: è diuerso autem lex Dei reuocat hominem, ne faciat quod suggerit lex peccati: Quod quidem homo non videt esse absurdum, scit enim naturæ suæ cōgruere, si faciat, quod imperat lex Dei. Deniq; gaudet quando hæc agit. Cum autē in ea operatur quæ suggerit lex peccati, videt se turpem, & horret post factum. Ideoque legis spiritus præcepta, seruanda sunt; & carnalia fugienda. Ipsa enim conscientia se accusat si ei consentiat, sciens, horroni esse quæ suggerit lex peccati. Quod si spiritu ducimini, non estis sub lege. Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt, adulterium, fornicatio, impuritas, obsecenitas, idololatria, veneficia, inimicitie, contentiones, æmulationes, iræ, similitates, dissensiones, hæreses, inuidiæ, homicidia, ebriitates, comessationes, & quæ sunt his similia: quæ prædico vobis, sicut & prædixi, quod hi qui talia agunt, regni Dei hæreditatem non consequentur. Si spiritu ducimini, non estis, &c. Non est obscurum quia qui ducem habet Spiritum sanctum, non errat. Lex enim errantibus dominatur, sicut alio loco dicit: Iusto non est lex posita. *Manifesta sunt autem opera carnis, quæ sunt, adulterium, fornicatio, impuritas, obsecenitas, idololatria, veneficia, inimicitia, contentiones, æmulationes, iræ, similitates, dissensiones, hæreses, inuidiæ, homicidia, ebriitates, comessationes, & quæ sunt his similia: quæ prædico vobis, sicut*

Ephes. 4.  
1. Ioa. 4.  
1. Ioa. 4.  
1. Cor. 11.  
Coloss. 2.  
Rom. 7.  
Iacob. 1.  
Rom. 6.  
Rom. 2.  
Exod. 20.  
Rom. 13.  
Rom. 8.  
1. Cor. 3.  
1. Tim. 2.  
CAP. VI.  
Rom. 8.  
1. Tim. 1.

sicut & prædixi, quod hi qui talia agunt, regni Dei hæreditatem non consequentur. Hæc omnia & his similia, legis peccati mēbra sunt, quæ Apostolus opera carnis appellat: quia errores isti ex mundo sunt, ex quo & caro. Omnia namque peccata de foris oriuntur ex parte carnis, non ex parte spiritus: ideo non absurdè opera carnis dicuntur. Fructus verò spiritus est, charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, spes, lenitas, continentia, castitas, bonitas: aduersus huiusmodi non est lex. Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis & concupiscentiis. Fructus verò spiritus est, charitas, &c. Non dixit, opera spiritus charitas est, sed fructus spiritus. Lex enim spiritus hæc quæ supra memorauit, fructificat, vt ex his hæreditas regni celorum quærat. Qui enim Christo deuoti sunt, hos dicit Christos, id est, vnctos. Hi carnem, id est, mundum crucifigunt, quando hæc ex quibus errores oriuntur, condēnant. Hunc sensum & Ioa. 8. Apostolus secutus, ait, Nolite diligere hunc mundum, neque ea quæ in hoc mundo sunt. Si quis diligit mundum, non est charitas patris in illo: quia omne quod in hoc mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum. Qui ergo mundum, & quod in mundo est, non concupiscit, hic carnem crucifigit. Neque enim corpori humano hæc vitia adscribenda sunt, id est, idololatria, veneficia, hæreses, inuidiæ, inimicitia, iræ, & talia: sed ideo carnalia dicuntur, quia ex parte mundi sunt, sicut supra morauit. Interea non amplius quàm decem res posuit quas fructus spiritus significat, vt in his omnia complexus videatur secundum tabulas testamenti Dei, in quibus non amplius quàm decem verba mandatorum tradita sunt. Si viuimus spiritu, spiritu & ambulemus. Non simus inanem gloriam sectantes inuicem nos prouocantes, inuicem inuidentes. Hoc dicit, quia si bene & honestè viuimus, bonos debemus habere & mores. Hoc est enim spiritu viuere, contaminatam vitam habere: & sic spiritu ambulamus, si paci studeamus. hæc enim parit charitatem. Inanis autem gloria est velle vincere vbi præmium non est, vt quis studium habeat contentionis & æmulationis, sciens quia hæc generant discordias & lites. Seruum autem, inquit, Domini non oportet litigare. Bonæ enim vitæ fructus aridos facit, perdēs spē promissā castæ cōuersationis. Bonæ enim & casta vita moribus ornāda est, & beneuolētia locupletāda. CAP. VI. FRATRES, etsi circumuentus fuerit homo ab aliquo delicto: vos qui spirituales estis, humiliare huiusmodi in spiritu mansuetudinis: considerans temetipsum, ne & tu tenteris. inuicem onera vestra portate: & sic implebitis legem Christi. Vos qui spirituales estis, &c. Nūc hos alloquitur qui firmiores erant, ne inflatione bonæ vitæ, eum qui forte a peccato circumuentus fuisset, spernendum putarent & abiiciendum, ideoque consulendum his.

Cum mansuetudine enim prouocandi sunt ad reformandos se: quia si acrius auctoritate fuerint correpti, non se patientur argui, sed & defendere incipient se, ne turpes videantur: & incipient peiores fieri. Tolle enim hominem à contentione & audacia, & habebis eum subiectū. Humilitas enim etiam superbos solet inclinare. Et vt cum tota animi lenitate fieret, adiecit. *Ne & tu tenteris:* vt vel hac causa non sperneret peccatorem, sciens & se posse peccare. *Et sic implebitis legem Christi.* Lex enim Christi omnes saluos vult fieri: ac per hoc qui fratri peccanti consulit vt redeat ad propositum, implet voluntatem Christi. Nam si quis videtur sibi esse aliquid, cum nihil sit, seipsum seducit. Opus autem suum probet vnusquisq; & tunc in semetipso tantum gloriam habebit, & non in altero. Vnusquisque enim suam sarcinam portabit. *Si quis videtur sibi aliquid esse, &c.* Verum est, nec latet quemquam, quia si actus nostros & mentē consideremus, nulli nos anteponimus, & nec facile quæquam iudicamus. Qui enim extollitur quasi aliquid sit, errat: nescit enim quia de humilitate crescit. Verba enim Saluatoris & gesta ante oculos non habet, qui cum sit omnium Dominus, humiliavit se, vt nobis formam daret quid sequi deberemus, si crescere velimus: & si nos erigeremus, inclinaremur, quod facit imperitia cordis inflati, vt apud homines cōmendatior videatur. Spernēs enim & despiciens peccatores, iustū se videri cōtēdit, sicut & Phariseus ille quem Dominus denotat. Nūquid non verè hic imperitus est, qui præsentis gloriæ cupidus est? Nūquid nō verè de futuris desperat, qui mercedē iustitiæ in præsentia vult cōsequi? Quare? Quia non est iustus in opere, sed per fallaciam fingit iustitiam. Qui enim vult iustus esse, alterum sibi præponit vt verè iustus sit. Vnusquisq; enim plus mala sua nouit, quàm alterius. *Vnusquisque enim suam sarcinam portabit.* Ad postremum hoc voluit innotescere superbis, quia non coinquinatur quis alieno peccato, dummodo dissentiat: vt nemo vereatur se iungere peccatori, aut accedentem ad se suscipere, vt eum lucretur. Communicet autem is qui catechizatur verbo, ei qui se catechizat in omnibus bonis: Nolite errare. Deus non deridetur. Quod enim quis seminauerit, hoc & metet: Quoniam qui seminauerit in carne sua, ex carne metet corruptionem, qui verò seminauerit in spiritu, de spiritu metet vitam æternam. *Communicet autem is catechizatur, &c.* Hoc dicit, vt doctoribus audientes communicent in omnibus bonis. Si autem aliter agant quàm docent, in his illis non communicandum, sed dissentendum, vt magis lex tibi dux sit quàm homo. Sibi enim oberit, non tibi: quia quæ doceris, obseruas. *Nolite errare. Deus non deridetur.* Nemini dubium est Deo imposturam fieri non posse, sed hoc ab eo vnumquemque consequi quod meretur. *Quod enim quis seminauerit, hoc & metet. Quoniam qui seminauerit in carne sua, ex carne metet corruptionem.* Hic carnalia vitia quæ in carne

2. Cor. 2.  
Ephes. 4.  
1. Tim. 2.  
1. Cor. 2.  
1. Cor. 4.  
Aff. 10.  
Philip. 2.  
Luc. 18.  
Prou. 18.  
1. Cor. 10.  
Matth. 23.  
Rom. 2.  
1. Cor. 4.



1. Cor. 6. admitti solent, significat, vt qui carnem suam corrupit, sciat se corruptelæ futurum obnoxium. Corruptum autem corpus, qui inconcessa præsumit. *Qui verò seminauerit in spiritu, de spiritu metet vitam æternam.* Homo enim ad comparationem sancti spiritus caro est. Cùm ergo spiritui dat assensum cohibens se ab iis quæ contraria sunt, spiritaliter seminat, vt possit metere vitam æternam. Testimonium enim spiritus accipit, & immortalitatem loco mercedis. Sicut enim qui corrumpit dehonefians corpus suum, non ad æternitatem, sed ad corruptionem pertinebit: ita & qui intaminatum se custodit, vitam æternam consequetur. Hæc est enim æterna vita, viuere sine pœna, & habere gloriam. Nam si hic ad præfens qui in solitudine est, negat se viuere: quanto magis vbi alienus à Deo ignem tortorem patietur?

Bonum autem facientes, non deficiamus. tempore enim suo metemus infatigabiles. Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei.

*Bonum autem facientes, non deficiamus.* Hoc dicit, quia qui fortis est ad seminandum, fortis erit & ad metendum: id est, sic recipiet, quomodo facit. Ideo promptos nos ad benefaciendum esse hortatur, nec fastidium pati debere, securos quia pro paruis magna recipiemus, & pro terrenis æterna, tempore quo promissit Deus. *Ergo dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes.* Gentiles tempus habent operandi malum. Homines enim sine Deo, quomodo possunt operari bonum? Christiani autem facti, tempus habent operandi bonum ad omnes homines, vt post acceptam fidem boni opus proficiat mercedi promissæ. Tempus enim idcirco cõceditur vitæ, vt iam iustæ versemur exemplum dantes gentilibus. *Maximè autem ad domesticos fidei.* Verum est, quia faciliores & propensiores in bono circa fratres esse debemus, quia inuicem sumus membra. Huic ergo rei inueniendum quæ prodest, non circumcissioni rei nunc inani.

Scitote qualibus litteris scripsi vobis manu.

Auctoritatem dat epistolæ suæ. Cùm enim dicit, Ego scripsi mea manu, obediri vult litteris his. Vbi enim holographa manus est, falsum dici non potest; ne fortè circumuerti excusaret de epistola, quasi aut falsa esset, aut non esset Apostoli, nolentes se reprehendi.

Quicumque volunt placere in carne, hi cogunt vos circumcidi. tantum ne crucis Christi persecutionem patiatur. Neque enim ipsi qui circumcisi sunt, legem custodiunt: sed volunt vos circumcidi, vt in vestra carne gloriantur.

*Quicumque volunt placere in carne, &c.* In carne placere, hominibus placere significat. Vt enim Iudæis propitijs, aut non inuisis uiuerent, quos pseudoapostolos dicit, sic Christum prædicabant, vt & le-

gem seruandam docerent: quod Apostolus nunquam metuit, sed constanter quod verum est non tacuit, & sibi in his prouidens quos doceret. Denique ego, inquit, non solum ligari, sed & mori paratus sum in Hierosolyma pro nomine Domini nostri Iesu Christi. *Neque enim ipsi qui circumcisi sunt, legem custodiunt: sed volunt vos circumcidi, vt in vestra carne gloriantur.* Tale est hoc, quale & illud dictum ad Apostolum Petrum: Si tu cùm sis Iudæus, gentiliter uiuis: quomodo compellis gentes Iudaizare? Ita & hi cùm ipsi legem non custodirent, conuersantes iniuste, circumcissionem zelabatur, vt proinde vindices & amatores legis viderentur: cùm constet hunc legem defendere & custodire qui iustitias eius exequitur, & mandatum quod ad vitam pertinens datum est, non prætermittit. Talis ergo Galatarum excusatio erat. Hæc dicit, vt vel sic intelligant, quia illudebantur velut stulti & hebetes, de quorum doloribus gloriarentur.

Mihi verò non contingat gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Iesu neque circumcisio quidquam est, neque præputium: sed noua creatura. Et quotquot hanc regulam sequuntur, pax super illos & misericordia, & super Israel Dei.

*Mihi verò non contingat gloriari, &c.* Quomodo pseudoapostoli tribulationes pro nomine Christi quasi nihil profuturas per hypocrisim redimebant, erubescerent in his: ita & Apostolus gloriabatur de his, sciens magnam pro istis fore mercedem; quemadmodum & coapostoli eius, sicut scriptum est in Actibus Apostolorum: Tunc, inquit, cæsi exierunt Apostoli de concilio, gaudentes quia digni habiti sunt pro nomine Iesu cõtumeliâ pati. Cuius ergo omnis spes in Christo est, hic gloriatur in cruce eius, huic & mundus crucifixus est, certus amorem crucis Christi vitam esse, mundi verò amorem parere mortem. Inuicem ergo sibi mortui sunt, & mundus Apostolo, & Apostolus mundo, dum nihil cõcupiscit Apostolus mundi, & dum nihil habet mundus suum quod agnoscat in Apostolo, sicut & Dominus ait: Ecce, inquit princeps huius mundi venit, & in me inuenit nihil. *In Christo enim Iesu neque circumcisio quidquam est, neque præputium: sed noua creatura. Et quotquot hanc regulam sequuntur, pax super illos & misericordia, & super Israel Dei.* Noua creatura est regeneratio nostra, hæc est quæ dat profectum permanētibus. Super istos enim est pax Dei. Qui enim cum Deo pacificus est, nullius inimicitiam metuit. Tutus enim est in protectione & misericordia Dei; quæ promissa est & manet super Israel Dei, non super Israel hominis. Iudæi enim non credentes, Israelitæ sunt secundum carnem. Duas ergo partes significauit, super quas manet pax & misericordia Dei, Iudæorum credentium, & gentilium fidelium.

De cætero nemo mihi molestias exhibeat. Ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro, fratres. Amen.

*De cætero nemo mihi molestias, &c.* Molestias sibi non luit de cætero fieri, vt iterum fortè cogeret scribere, sed iam correctiores illos vult fieri, vt amputatis erroribus post tanta tedia pausam haberet. Si autem duriores se præstarent, & inflexibiles in cõuertendo, cessarent ab eo, vt illis operas suas & efficaciam impenderet, de quibus mercedem aut lucrum speraret. *Ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto.* Hoc dicit iratus, quia passiones quas credentium causa patiebatur, inefficaces in illis videbat: magna enim constantia & fide doctrinæ suæ pro Christo plagas & vincula pati non timuit. Sed pas-

sus est amore credentium cicatrices plagarum habere se in corpore, quo non minus fideliter eis prædicaret, sicut & pseudoapostoli qui Galatas deceperant. Neminem itaque vult sibi molestum esse, qui huic rei deuotus non est. Ista enim stigmata, id est, cicatrices plagarum testimonia sunt credentium, eorum qui patiuntur, quod digni sunt futura promissione. *Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro, fratres, Amen.* Non legis gratiam dicit, sed Domini nostri Iesu Christi esse cum spiritu illorum, quos spirituales fratres appellat. Neque enim penitus omnes fuerant euerfi.

SANCTI AMBROSII IN EPISTOLAM  
BEATI PAULI APOSTOLI AD  
GALATAS COMMENTARIORVM  
FINIS.

S. AMBROSII MEDIOLANENSIS  
EPISCOPI IN EPISTOLAM  
BEATI PAULI APOSTOLI AD EPHESIOS  
COMMENTARIA.  
PROOEMIUM.

**E**PHESIOS Apostolus non fundauit in fide, sed confirmauit, multa mala pro his passus à perfidis, sicut dicit, Si enim (secundum hominem) ad bestias pugnaui Ephefi, quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? Et quoniam pugnam suam non sine effectu profectus illorum præuidet, gaudens in eis, ad meliora scriptis hortatur de urbis Romæ custodia, quia veniens ab Hierosolymis in custodia sub fideiussore intelligitur degisse, manens extra castra in conductu suo.

CAP. I. **P**AULVS Apostolus Christi Iesu per uoluntatem Dei, sanctis omnibus qui sunt Ephefi, & fidelibus in Christo Iesu. Gratia uobis & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo.

**P**AULVS Apostolus Christi Iesu. Solito more scribit. Apostolum enim se esse Christi Iesu Dei uoluntate testatur. *sanctis omnibus qui sunt Ephefi, & fidelibus in Christo Iesu.* Non solum fidelibus scribit, sed & sanctis, vt tunc verè fideles sunt, si fuerint sancti in Christo Iesu. Bona enim vita tunc prodest ac creditur sancta, si sub nomine Christi habeatur: alioqui contaminatio erit, quia ad iniuriam proficit creatoris. *Gratia uobis & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu christo.* Gratia Dei cum sanctis dicit esse & fidelibus, quem patrem nostrum appellat, quia ab ipso sunt omnia & condita & restaurata: Christum autem Dominum nostrum, quia redemit nos offerens se pro nobis.

Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos omni benedictione spiritali in cælestibus Christo.

*Qui benedixit nos omni benedictione spiritali, &c.* Id est, S. Ambr. tom. 3.

non mundana, sed cælesti benedictione, neque corruptibili sed æterna, quia gloria Christianorum non in terra sed in celo est, & est in Christo. Omne enim donum gratiæ Dei in Christo est, vt si quis spreto Christo benedici se à Deo putet, errare se sciat. Alio tamen benedicitur Deus, & aliter homines. Vni quidè benedictionis nomen est, sed pro merito personæ debet intelligi. Nam & facere dicitur Deus, & homines faciunt. Sed Deus nutu solo impassibiliter facit; homines autem manu, conatu, labore, sudore, efficiunt. Deus ergo benedicitur, cùm laudibus dignis extollitur: homines autem sic benedicit Deus, vt donum gratiæ suæ eis impertiat, non secundum meritum eorum, sed secundum misericordiam suam. Et ideo dicit, *Qui nos benedixit omni benedictione spiritali: vt ostenderet perfectam benedictionem dari cælestium credentibus in Christo, vt pleni sint gloria cælesti, supra potestates subiecti cælorum.* Quia ubi ego, inquit, ero, illic & minister meus erit.

Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt effemus sancti & immaculati coram eo in charitate: prædestinans nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum, in in sese, secundum beneplacitum uoluntatis suæ, in laudem claritatis gratiæ suæ, qua gra-

rificauit nos in dilecto filio suo.

Ioan. 6.  
Rom. 8.

Sicut elegit nos in ipso ante mundi, &c. Præsciens omnium Deus scit qui credituri essent in Christum, sicut dicit ad Romanos: Quos præsciit & vocauit, non solum ex Iudæis, sed etiam ex gentibus. Quos ergo Deus vocare dicitur, perseverant in fide: hi sunt quos elegit ante mundum in Christo, ut sint incontaminati coram Deo in charitate, hoc est, ut amor Dei sanctam illis faciat conuersationem. Nemo enim melius alicui obtemperat, quam qui ex charitate obsequitur. Prædestinans nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in se. Hoc dicit decreuisse Deum, ut credentes in Christum adoptarentur à Deo in filios, ut caput ipsorum sit Christus verus Dei filius. secundum beneplacitum voluntatis suæ, in laudem claritatis gratiæ suæ. Tale placitum dicit Deum habuisse, ut ad laudem claritatis eius proficeret gratia data hominibus; ut salus nostra gloria Dei sit. Quæ gratificauit nos in dilecto filio suo. Deus nobis gratiam dedit, propter quod credidimus in filium eius Christum. Diligens enim vnigenitum suum, amatoribus eius diuina munera largitur.

Rom. 8.

1. Cor. 13.

Rom. 8.  
Coloss. 1.

Philipp. 1.

In quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum secundum diuitias gratiæ suæ, quæ superabundauit in nobis in omni sapientia & prudentia: ut notum nobis faceret mysterium voluntatis suæ iuxta beneplacitum suum, quod proposuit in eo in dispensationem adimpletionis temporum: restaurans omnia in Christo, quæ in cælis sunt, & quæ in terra per eum.

Apo. 5.  
Rom. 4.

Coloss. 1.

Iacob. 1.  
Rom. 16.

Coloss. 1.  
Rom. 4.  
Coloss. 1.

1. Cor. 8.

Apo. 12.

In quo habemus redemptionem per sanguinem, &c. Duplicem gratiam flagitat, quia & redemit nos sanguine suo, & peccata nobis non imputauit: id est, redemit & inanimis. secundum diuitias gratiæ suæ, quæ superabundauit in nobis in omni sapientia & prudentia. Addit ad gratiam, quia post supra memorata beneficia donum accedit sapientiæ & prudentiæ rerum spiritualium. Ut notum nobis faceret mysterium voluntatis suæ iuxta beneplacitum suum, quod proposuit in eo in dispensationem adimpletionis temporum: restaurans omnia in Christo, quæ in cælis sunt, & quæ in terra per eum. Hoc placuit Deo cuius consilium retractari non potest, ut ostenderet in Christo mysterium voluntatis suæ tempore quo reuelari illud voluit in agnitionem creaturæ. Voluntas autem eius hæc fuit, ut tunc propitius fieret omnibus qui in errore erant, siue in cælis, siue in terris, quædo Christum manifestauit hoc donum esse credentium, ne illis imputarentur peccata, suscipientibus fidem Christi. Omnis ergo creatura in cælis & in terris dum discit agnitionem Christi, restauratur ad id quod est condita. Cum enim ad vnus Dei fidem imbuitur, cognito mysterio Saluatoris, ab errore quem ceperat, restauratur, pro certo habens, creatorem suum vnum esse Deum & Dominum. Hinc est vnde & Ioannes in Apocalypsi dicit, Vidi Michaëlem & angelos eius in caelo pugnare cum dracone & cum exercitu eius. Hæc repugnancia partim de errore est, partim de usurpatæ tyrannidis præsumptione.

In quo & nos sorte constituti sumus, præ-

destinati secundum propositum Dei, qui vniversa creauit secundum consilium voluntatis suæ: ut simus in laudem gloriæ eius, nos qui ante sperauimus in Christo.

In quo & nos sorte constituti sumus, &c. Hoc est quod dicit, quia dispensatio prædicationis his decreta est à Deo, qui ex Iudæis crediderunt in Christum. Vnde nullus ex gentibus ad Apostolatam electus est. Dignum enim erat ex his eligi prædicatores, qui antè sperauerunt salutem quæ illis promissa erat in Christo.

In quo & vos, cum audissetis verbum veritatis, Euangelium salutis vestræ, in quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius.

Laus gloriæ Dei est, cum multi acquiruntur ad fidem, sicut gloria Medici est, si multos curet. Ideoque ad gloriam Dei pertinet quia gentes vocauit, ut salutis suæ medelam consequerentur per fidem promissam Iudæis, signum habentes redemptionis atque hæreditatis futuræ, Spiritum sanctum datum post baptismum. Redempti enim hæredes designati sunt, si in regeneratione perdurent: ut fides prima veniam, sancta verò conuersatio perdurans cum fide de coronam mereatur.

Propterea & ego audita fide vestra in Domino Iesu, & dilectione in omnes sanctos, non cesso gratias agere pro vobis, commemorationem vestri faciens in orationibus meis, ut Deus Domini nostri Iesu Christi, pater claritatis, det vobis spiritum sapientiæ & reuelationis in agnitionem eius, illuminatos habere oculos cordis vestri, ut sciatis quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis.

Propterea ego audita fide vestra, &c. Quoniam iuxta decretum Dei, quo statuit gentes participes fieri promissionis Iudæorum, audito Ephesij verbo Dei susceperunt fidem Christi, diligentes omnes sanctos, sicut mādauit Dominus: hac causa Deo gratias agit pro conuersione & charitate eorum qui dignatus est gentes incorporare Iudæis. Ut Deus Domini nostri Iesu Christi, pater claritatis, det vobis spiritum sapientiæ & reuelationis in agnitionem eius, illuminatos habere oculos cordis vestri, ut sciatis quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis. Manifestum est, quia ideò se orare dicit pro eis, ut fidei suæ spem cognoscant in remuneratione cælesti: quia cum plenè sciunt qui fructus est credentium, propensiores fient circa excolendam religionem. Iam enim in huiusmodi profectus fore videtur, qui si antequam sciant promissionis gloriam, tam deuoti sunt, propensiores fient necessariò cum cognouerint. Claritatis tamen patrem vocat Deum, & Christi Deum, cum verus pater Christi sit Deus, & Deus creaturæ. Sed & ipse

1. Cor. 8.  
Ioan. 20.  
Ephes. 3.

1. Cor. 8.  
Malach. 1.

Philipp. 2.

Ioan. 17.

Apo. 1.

Psal. 84.

Ioan. 5.  
Ioan. 16.

Matth. 26.

Psal. 8.

1. Cor. 15.  
Ioan. 1.  
Hib. 2.

Ephes. 4.  
Rom. 14.

Dominus eadem dicit: Vado ad patrem meum & patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum. Totius ergo claritatis pater est, quia ab ipso est omnis claritas, & potestas, & dignitas. Est & pater Christi, sed aliter; quia hic verus filius est, & Deus omnium, sed non ita Christi Deus est. Sic enim Deus Christi est, quia Deus de Deo Christus est: cæterorum autem Deus est causa terroris, sicut ipse dicit in Malachia Propheta: Si deus ego sum, ubi est timor meus?

Et quæ sit excelsa magnitudo virtutis eius in vos qui creditis, secundum operationem potentiæ fortitudinis eius, quam operatus est in Christo, suscitans illum à mortuis, & collocans ad dexteram sibi in cælestibus super omnem principatum, & potestatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc sæculo, sed etiam in futuro.

Exemplum salutis credentium & gloriæ, in resurrectione Saluatoris consistere profitetur, ut ex ea cognoscant fideles quid eis promissum est. Simili enim modo extollentur supra cælos futuri cum Christo, sicut ipse dicit, Pater, volo ut ubi ego fuero, & hi mecum sint, & videant gloriam meam. Hoc propter incarnationem filij Dei, ut etiam homo factus super omnes cælos esse dicatur, & super cunctam creaturam sedens ad dexteram Dei, habens nomen Dei per naturam, non per adoptionem, ut cognoscant illum esse filium Dei qui illum crucifixerunt. Honor enim quem illi dedit pater per generationem, tunc manifestatus est, cum natus homo passus est, & victa morte resurrexit, ascendens vnde descenderat, super omnes cælos. Vnde dictum est, Quia veritas de terra orta est. Quia enim omne iudicium pater filio dedit, idcirco ad dexteram Dei sedere dicitur quasi iudex. Denique ipse dicit ad discipulos: Vsq̄ue modo nihil petistis in nomine meo: petite, & ego faciam. Vnde ait Iudæis, Amodò videbitis filium hominis sedentem ad dexteram virtutis, & venientem cum nubi- bus cæli. Ex eo enim quo innotuit, adiri cœpit & postulari quasi iudex.

Et omnia subiecit sub pedibus eius: & ipsum dedit caput super omnem Ecclesiam, quæ est corpus & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimplet.

Patrem dicit filio omnem creaturam subiecisse, ut quia omnia per ipsum fecit, ipse omnium caput sit & Dominus. Tunc illi omnia subiecit, quædo illum ante omnia genuit, ut per ipsum fierent quæ non erant. Omnem Ecclesiam dicens, summam totum comprehendit quod in caelo est & in terra, ut in nouum hominem membra eius efficiantur, dum consententur hunc esse per quem facti à Deo sunt. Subiiciuntur enim illi quasi capiti membra, ex quo trahunt originem, ut omnia in omnibus adimpleat. Cum enim regressa fuerint ad confessionem vnus Dei fidei, adimpletur in omnibus ut sit omnia, quia ab ipso sunt; ac per hoc ipse in eis

est, quia virtute eius subsistunt. Recedentes enim à Deo euacuare illum videntur. Vnde alio loco dicit, Ut crescant omnia in incrementum Dei.

ET vos cum essetis mortui delictis & peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundum sæculum huius mundi, secundum principem potestatis aeris huius, spiritum qui nunc operatur in filiis diffidentia.

Et vos cum essetis mortui delictis, &c. Mortuos dicit, quia errores sæculi sequuntur. Quidquid enim ab vnus Dei professione recedit, mortuum habetur, quia non manet in radice ex qua trahit originem. secundum principem potestatis aeris huius: spiritum qui nunc operatur in filiis diffidentia. Principem potestatis, id est diabolum, significat sæculi intelligentiam corruptis- se, ut ab vno Deo recederet, multorum deorum opinionem suscipiens, ut socios illos suæ conspirationis efficeret, dum in eadem impietate inueniuntur negantes vnus Deum. Principem ergo hunc erroris idcirco aeris dicit spiritum, ut ostendat quia hanc partem sibi usurpauit ad exercendam dominationem. Alius est enim aer, & alius princeps: sed quia in mundo vel in aere dominatur, spiritus aeris appellatur.

Inter quos aliquando & nos conuersati sumus in desideriis carnis nostræ, facientes voluntatem carnis & consiliorum eius, & eramus natura filij iræ, sicut & cæteri.

Conuersati sumus in desideriis, &c. Perfidiam significat, dum desideria carnis memorat. Voluntas enim carnis est visibilibus oblectari, ut elementa quæ Deus gubernacula mundi instituit, deos appellet, cum hoc nomē vni Deo debeatur, ex quo sunt omnia: ut sicut nullum participem habet ex his in virtute, ita nullum habeat consortem in nomine. Christo autem idcirco hoc nomen non negatur, quia sicut communis eis natura est, ita & nomen. Hoc tamen inter patrem & filium interest, quia pater à nullo hoc accepit, filius autem per generationem omnia patris accepit, ut in virtute & substantia, & nomine nihil distet filius à patre. Vnde dicit, Omnia quæ habet pater, mea sunt, & mea patris. Non ergo indignum neque contrarium est, si & Christus Deus dicatur, sed de Deo patre, ut vnus Dei auctoritas conferuetur. Nam si quis aliud putat significare cum voluntatem carnis flagitat, sciat Apostolum mundam vitam habuisse, quia secundum iustitiam legis conuersatus est sine querela. Sed quia persecutus est fidem Christi, idcirco, conuersati (inquit) sumus in desideriis carnis nostræ. Omne enim peccatum caro dicitur, maxime perfidia, quæ est totius sceleris mater. Nulli opera bona & castitas proderit, si sit perfidus. Perfidia enim hæc omnia maculat. Hinc est quod subdidit, Et eramus natura filij iræ, sicut & cæteri. Naturæ enim cum mala voluntas supponitur, fit natura iræ, id est, quæ vltioni subiicienda sit, immutata non substantia, sed mala voluntate. Hoc enim deputatur naturæ quod sequitur. Vnde ait in Esaia, Semē pessimum. Et quare sit semen pessimum; subiecit, Reliquistis enim Dominum, & ad iracundiam prouocastis san-

Coloss. 2.

CAP. II.

1 Tim. 5.

Apo. 20.

1. Cor. 8.  
5 p. 14.

Apo. 12.  
Ioan. 14.

Galat. 5.  
Sap. 13.

Rom. 11.  
1. Cor. 8.

Ioan. 10.

Ioan. 16.  
Ephes. 3.

Philipp. 3.  
Galat. 1.

Rom. 7.  
Sap. 14.

Esa. 1.  
ibidem.

Etiam Israël, vt natura quæ deserit Deum, pessimum semen dicatur. Degenerare enim est ab auctore recedere: & cum malum exemplum cæteris præbet, malum est semen, fructus enim pessimos facit. Si verò redeat ad auctorem, bona erit natura, secundum Apostolum; qui immutatus, dum agnoscit creatorē suum, vas electionis appellatur.

Deus autem, qui diues est in misericordia, propter multam charitatem suam qua misertus est nostri, cum essemus etiā mortui peccatis, cōiuiuificauit nos in Christo, cuius gratia salui facti estis.

*Deus autem qui diues est in misericordia, &c.* Hæ veræ diuitiæ sunt misericordiarum, vt non quærentibus vltro misericordia præstaretur, sicut dicit Elaias, Palam factus sum non quærentibus me. Hoc enim est abundare misericordia, vt & non postulantibus tribuatur. Hæc tamen charitas Dei est erga nos, vt quia fecit nos, nolit perire nos. Diligit enim opus suum. Ideo enim fecit, vt amaret quod fecit: nemo enim laborem suum odio habet. *Cum essemus etiam mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo.* A Deo alienati mortui eramus, gratia autem sua reuocauit nos, hoc est, viuificauit nos in Christo. Quia enim per ipsum nos fecit, iterum per ipsum nos reformauit in ipso, id est vt eius membra simus: ipse est autem caput nostrū. Ipsum enim habemus Deo præstante, auctorem vitæ nostræ, sicut dicit Petrus Apostolus: Auctore verò vitæ interfecistis. *Cuius gratia salui facti estis.* Huic dono addit & gentes, significans saluatos nos omnes esse gratia Christi.

Et simul suscitauit, & simul confedere fecit in cælestibus in Christo Iesu: vt ostenderet in sæculis superuenientibus superabundantes diuitias gratiæ suæ, in bonitate super nos in Christo Iesu.

*Et simul confedere fecit in cælestibus, &c.* Hoc dicit quod supra memorauimus, illic futuros sanctos etiam ex gentibus, vbi & Christus est caput eorum. *Vt ostenderet in sæculis superuenientibus superabundantes diuitias gratiæ suæ, in bonitate super nos in Christo Iesu.* Hoc significat, quia in futuro sæculo immortale donum Dei apparebit in remunerationem fidelium; quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, hoc præparauit Deus diligentibus eum. Hæ sunt superabundantes diuitiæ, vt tantum detur creditibus, quantum inuestigare non potest mens.

Gratia enim salui facti estis per fidem, (& hoc non ex vobis: Dei enim donum est,) non ex operibus, ne quis gloriatur. Nam ipsius sumus figmentum, creati in Christo Iesu in opera bona, quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus.

*Gratia enim salui facti estis per fidem.* Gratia fidei data est, vt credentes saluentur. *Et hoc non ex vobis: Dei enim donum est, nō ex operibus, ne quis gloriatur.* Nam ipsius sumus figmentum, creati in Christo Iesu in opera bona, quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus. Verum est, quia o-

mnis gratiarum actio salutis nostræ ad Deum referenda est, qui misericordiam suam nobis præstat, vt reuocaret errantes ad vitam, & non quærentes verum iter. Ideoque non est gloriandum nobis in nobis ipsis, sed in Deo, qui nos regenerauit misericordie cælesti per fidem Christi, ad hoc vt bonis operibus exercitati, quæ Deus nobis iā renatis decreuit promissa mereamur accipere.

Memoria præterea retinentes, quod vos aliquando eratis gentes in carne, qui dicebimini præputium, ab ea quæ dicitur Circumcisio in carne manu facta: quoniam eratis illo in tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israel, & hospites testamentorum, & promissionis eorum spem non habentes, & sine Deo in hoc mūdo. Nunc autem in Christo Iesu, vos qui aliquando longè eratis, facti estis propè per sanguinem Christi.

*Memoria retinentes, quod vos, &c.* Commonet gentes, vt reminiscens quid fuerint, (erant enim carnales, & sine spe, nullam promissionis cōmunionem habentes Iudæorum in Christo: Iudæis enim promissus erat Christus, non gentibus;) propensius gratias agant Deo per Christum, qui misericordia sua fecit illos participes spiritualium, cum essent carnales. Ideo tamen Circumcisio, ait, in carne manu facta, vt significaret aliam non manu factam spiritalem. *Nunc autem in Christo Iesu, vos qui aliquando longè eratis, facti estis propè per sanguinem Christi.* Adhuc donum & gratiam Dei commendat, cui nos semper velut obnoxios gratias vult referre. Idcirco enim sanguine Christi proximos nos Deo factos memorat, vt quantum affectum circa nos habeat Deus, ostēderet, qui pro nobis filium suum mori permisit: vt & nos in fide eius durantes, omnibus exitiis pro illo nobis illatis non cedamus, scientes plus illum de nobis mereri, quàm quæcunque ab inimicis possunt inferri. Ille enim cum sit Dominus, & nullius egeat, obtulit se pro nobis, vt non illi, sed nobis magis proficeret, nos enim etiam si nobis non proficeret, fortè cogremur mori pro ipso domino serui: quanto magis cum non solū illius, sed & nostra mors nobis præster effectum?

Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraque vnum, & medium parietem maceriæ soluens, inimicitias in carne sua, legem mandatorum edictis euacuans, vt duos conderet in seipso in vno nouo homine, faciens pacem, vt reconciliaret utrosque in vno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso: & veniens euangelizauit pacem vobis qui longè, & pacem iis qui iuxta, quia per ipsum habemus accessum vtrique in vno spiritu ad patrem.

*Qui fecit vtraque vnum, &c.* Pacem fecit inter circumcissionem & præputium passio Saluatoris. Inimicitiam enim, quæ velut paries media erat, & diuidebat circumcissionem à præputio, & præputium à circum-

Math. 3. Ath. 9.

Esa. 65.

2. Petr. 3. Sup. 11.

Ioan. 1. Ephef. 1.

Ephef. 4.

Ath. 3.

Ioan. 17. Ioan. 12.

1. Cor. 2. Esa. 64.

Hier. 31. Ez. 34.

Hier. 9. 1. Cor. 1. 2. Petr. 1.

Math. 15. Rom. 15.

Colos. 2.

Colos. 1. Rom. 8.

Psal. 15. Galat. 3.

Rom. 14.

Rom. 3.

Galat. 6.

Genes. 28. Colos. 2. Galat. 3.

Apoc. 14.

Hebr. 9. & 13.

Ath. 15.

Ephef. 5. Colos. 1.

Esa. 57.

1. Tim. 1.

Rom. 3.

Galat. 3.

Colos. 2. Esa. 57.

circumcisione, hanc soluit Saluator, dans legem vt neque Iudæus præsumens de circumcissione reprobarer gentilem, neque gentilis fidus de præputio, id est de paganitate, abominaretur Iudæum; sed vt ambo innouati, vnus Dei fidē sequerentur in Christo. Omnia enim quæ docuit Saluator, tūc firmavit cum resurrexit à mortuis. Parietem tamen qui medius erat, diuidens inter legem factorum & gentilitatem, maceriam siue sepem significauit, id est, non parietē stabilem neque robustum; quia neque gentilitas firma erat, quasi ab homine inuenta, neque circumcisio & neomeniæ, escharum & sacrificiorum vel sabbatorum stabilis & fixa obseruatio. Sic enim data sunt vt cessarent adueniente Christo. Quāuis enim Deus hæc dederit, sed ad tempus: fidei autem firma & sine successore est prædicatio. *Legem mandatorum edictis euacuans, vt duos conderet in seipso in vno nouo homine faciens pacem.* Hoc est quod supra summam memorauimus: quia legem quæ data erat Iudæis in circumcissione & in neomeniis, & in escis, & in sacrificiis, & in sabbato, euacuauit, hoc est, cessare iam iussit, quia oneri erant, & sic fecit pacem. Vnde Petrus Apostolus dicit in Actis Apostolorum: Quid imponitis iugum supra ceruicem fratrum, quod neque patres nostri, neque nos potuimus portare? *Vt reconciliaret utrosque in vno corpore Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso.* Sublata inimicitia, morte sua Christus prius populos inter se reconciliauit, deinde Deo patri pacificos fecit, vt homines naturæ vnus, quia diuersi facti fuerant per errorem, membra efficerentur vnus corporis noui, cuius caput Christus est. *Et veniens euangelizauit pacem vobis qui longè, & pacem iis qui iuxta, quia per ipsum habemus accessum vtrique in vno spiritu ad patrem.* Idem sensus est. Interfecit enim inimicitias in se, dum pro omnibus tã Iudæis quàm gentilibus mortuus est. Omnibus enim profecit mors Saluatoris. Resurgens enim à mortuis damnata morte quæ tenebat omnes, ostendit quam spem haberent credentes in eum. Hinc mandauit prædicationem qua omnes conuocarentur ad Deum patrem in vnitatem spiritus scissa discordia, vt siue Iudæi (qui propè ideò dicuntur, quia ipsorum patribus facta promissio est,) siue gentiles (qui ideò longè dicuntur, quia Dei legem non receperunt datā per Moysen,) sublato præterito ritu susciperent fidem Christi, per quam efficerentur vnum.

Ergo iam non estis aduenę atque peregrini, sed estis ciues sanctorū, & domestici Dei, superædificati supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu: in quo omnis structura compacta crescit in tēplum sanctum in Domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in spiritu.

*Sed estis ciues sanctorum, &c.* Admonet illos vt memores sint beneficiorum Dei, quia cum longè essent à cognitione & timore Dei, misericordia eius adiūcti sunt, vt fierent participes eorū qui propè Deum erant, conciuēs facti filiorum Dei. Sicut enim quæcunque gēs Romanorum pacem sequi desiderauit, oblati donis suscepta est vt essent ciues Romani,

quemadmodum & Tharsenses Ciliciæ, vnde Apostolus ciuem Romanum se dicit: ita & quicumque fidei se Christianæ sociauerit, fit ciuis sanctorum, & domesticus Dei. *Superædificati supra fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Christo Iesu.* Hoc est supra nouum & vetus testamentum collocati. Quod enim Apostoli prædicauerunt, Prophetæ futurum dixerunt; quamuis dicat ad Corinthios: Deus, inquit, primū posuit in Ecclesia Apostolos, secūdō Prophetas, sed hi alij Prophetæ sunt. Illo enim loco de ordinatione Ecclesię disputat, hic verò de fundamento Ecclesiæ. Prophetæ enim disposuerunt, nam Apostoli fundamenta iecerunt. Vnde dicit Dominus ad Petrum, Super istam petram ædificabo Ecclesiam meam, hoc est, in hac catholiciæ fidei confessione statuam fideles ad vitam. Nam & David disposuit domum Dei, & signauit locū vbi fieret, Salomon verò fundauit eam. *In quo omnis structura compacta crescit in templum sanctum in Domino, in quo & vos coædificamini in habitaculū Dei in spiritu.* Hic sensus est vnde Dominus ait, Super istam petram ædificabo Ecclesiam meam. Duos enim populos in se suscepit Saluator, & fecit vnum in Domino, sicut & lapis angularis duos parietes cōtinet in vnitatem domus firmatos. Fideles enim superficies sunt templi Dei in spiritu conuersantes, vt possint hæredes fieri cælestis habitationis.

**H**VI v s rei gratia, ego Paulus vinc-tus Christi Iesu pro vobis gētibus: si tamen audistis dispensationem gratiæ Dei, quæ data est mihi in vos, quoniam secundum reuelationem notum mihi factum est mysterium, sicut antè scripsi in modico, prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi, quod in aliis sæculis non fuit notum filiis hominum, sicut nunc reuelatum est sanctis eius & Prophetis in spiritu: gentes esse cohæredes & concorporatas & participes promissionis eius in Christo Iesu per Euangelium, cuius factus sum minister secundum donum gratiæ Dei, quæ data est mihi secundum operationem virtutis eius.

*Vinctus Christi Iesu pro vobis, &c.* Quoniam dispositionem diuinæ clementiæ quæ fuerit ante mūdum erga salutem gētium ostendit, nunc se legatione huius doni fungi Dei prouisione Christo mittente declarat. Dominus enim post resurrectionem suā Apostolos suos vice sua misit prædicare, hunc dirigēs ad conuersionem gentium. Sic enim dixit ad eum, Vade, longè ad gentes ego mittam te. Dominico ergo vsus verbo est, cum dicit, Pacem vobis qui longè, & iis qui iuxta. *Si tamen audistis dispensationem gratiæ Dei, quæ data est mihi in vos.* Vult eos scire, quia Dei iudicio à Christo missus est prædicare gentibus mysterium gratiæ Dei. *Secundum reuelationem notum mihi factum est mysterium, sicut antè scripsi in modico, prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi.* Ostensam sibi significat reuelationem mysterij Dei, de quo prius breuiter se memorat scripisse, hoc est,

Ath. 22.

1. Cor. 12.

Math. 16.

1. Par. 28. 3. Reg. 8.

Math. 16.

Psal. 117. 1. Pet. 2.

CAPVT III.

Ephef. 1.

Math. 28.

Ath. 22.

Ephef. 2.

Esa. 57.

Ephef. 1.



temperatè, prout poterat capere prudentiam Apostoli in sacramento Christi. *Quod in aliis seculis non fuit notum filiis hominum, sicut nunc reuelatum est sanctis eius & Prophetis: in spiritu gentes esse coheredes & concorporatas & participes promissionis eius in Christo Iesu, per Euangelium.* Hoc asserit ostensum à Deo tempore Christi quod latebat, quia gentes participes futuræ essent gratiæ promissæ in lege. Quod ostensum dicit prædicatoribus sanctis & Prophetis, id est, Apostolis & legis explanatoribus, non Prophetis veteribus. Quamuis enim admitterentur prius ad legem gentiles, sed circumcidi iuebantur: & Prophetæ scierunt gentes participes futuras doni Dei; (nam & hoc significauerit multis in locis.) sed hoc latuit, quòd sine circumcissione & sabbatis, & neomeniis, & cæteris talibus gratiæ Dei futuræ essent participes, & absque lege perciperent fidem Christi, & saluarentur. Hoc est quod dicit: *in spiritu esse gentes coheredes & concorporatas & participes promissionis eius in Christo.* Qui enim spiritu Dei colit, opere legis opus non habet. *Cuius factus sum minister secundum donum gratiæ Dei, quæ data est mihi secundum operationem virtutis eius.* Per prædicationem ministerij sui cognitum asserit donum quod disposuit Deus gentibus iuxta virtutis suæ operationem. Operatio enim virtutis eius est, qua Christum suscitauit à mortuis, deuicta morte in qua omnes saluauit. Dispenfatio tamen Euangelij eius hæc est, qua agnita est voluntas Dei quia gètes sine opere legis saluare decreuit.

Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, vt in gentibus euangelizem incomprehensibiles diuitias Christi, & illuminem omnes, quæ sit dispenfatio mysterij absconditi à sæculis in Deo, qui vniuersa creauit.

*Mihi omnium sanctorum minimo, &c.* Humiliat se cum se minimum dicit, sciens humilitatem profectum habere. Nam tantam gratiam sibi datam dicit, vt donum hoc quod antè ignotum fuit præteritis sæculis, sibi asserat concessum, vt hoc manifestare gètibus. Vnde enim minimus sanctorum omnium videri potest qui antequàm baptizaretur, vas electionis appellatus est? *Vt in gentibus euangelizem incomprehensibiles diuitias Christi.* Electum se probat ad prædicandum donum Dei in diuitiis incomprehensibilibus Christi, quas gentibus iam desperatis largiri dignatus est, vt sine opere saluarentur per fidem. Et manifestum est, quia nemo egregium & maximum munus per indignam mittit personam. Ostendens ergo quantum à Deo mereatur, humiliat tamen se, vt meritum eius crescat. *Et illuminem omnes, quæ sit dispenfatio mysterij absconditi à sæculis in Deo, qui vniuersa creauit.* Missum se dicit duplici modo docere gentes mysterium quod fuit in Deo ex quo sunt omnia, vt per eum discat ac intelligant Christum semper in Deo, & apud Deum, & quia sine circumcissione & cæteris legis mandatis disposuit saluare gentes. Indigni enim inuenti sunt Iudæi tantum ac talem habere doctorem. Sic enim Iudæi credebant in Christum, vt legem tamen seruarent: quod odibile est apud Deum. Denique dicunt Apostoli ad coapostolum suum Paulum: Vides frater, quot millia sunt in Iudæis credècium? & om-

nes isti æmulatores sunt legis. Vnde factum est vt vas electionis ad gètes docendas mitteretur, vt vel ipsi fidei suæ spem plenam haberent, nihil in lege, sed in solo Christo sperantes. Manifestato enim sacramento Christi tale donum datum est, quod perfectæ salutis haberet effectum. Sicut enim in magnis votis festato mysterio, gaudij & letitiæ causa tam egregio munere donati sunt homines, quod illis satis sit ad copiam salutarem.

Vt innotescat principibus & potestatibus in cælestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei, secundum propositum sæculorum in Christo Iesu Domino nostro, in quo habemus libertatem in confidentia per fidem ipsius.

*Vt innotescat principibus, &c.* Tam bene de hoc sensit Deus, vt non solum gentibus hunc magistrum daret, verum etiam vt per eum veritas Christi innotescat spiritibus in cælestibus, qui sunt principes & potestates. Potestates ideò, quia potentiores sunt inter cæteros spiritus. Principes autem, eò quòd principentur potestatibus, vt agnoscentes per Ecclesiam quæ multifariè ad vitam attracta est, in Christo vnus Dei manere mysterium, definant ab errore. Id enim agitur, vt prædicatione ecclesiastica etiã his proficiat, & deserant assensum tyrannidis diaboli, qua se aduersus Dei vnus fidè impia præsumptione armavit. Qui in sensu Psalmo xxi. præscriptus est, vbi Deus vniuersitatis Dominus demonstratur, dicente Dei spiritu per Dauid: Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi qui habitant in eo. Et in subiectis: Tollite portas principis vestri, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus virtutum, ipse est rex gloriæ. Dicitur ergo his principibus qui in errore sunt in cælestibus, siue ministris eius in terris, vt auferant portas principis sui, id est, diaboli de mentibus suis, per quas multorum deorum assendorum error intrauit. Sunt enim temporales, quia omnis fallacia tempore clauditur. Iter enim impiorum peribit. Vt autem æternas portas eleuent, hortante iustitia admonentur, quia veritas in sempiterna sæcula perseuerat. Vnde ait in Psal. cxv. Hæc porta Domini, iusti intrabunt per eam. Manifestum est enim quia iusti per fidem intrant in celos in regnum Dei, quod numquam corrumpi Daniel Propheta testatur, dicens inter cætera: Exurret regnum aliud incorruptibile. Impij autè per incredulitatem intrant in infernum tartarum. Hic ergo rex gloriæ Christus est, qui deuicta morte resurgens apparet Dominus esse & rex gloriæ. Virtute enim potestatis suæ qua subegit inferos, manifestatur quia ipse est filius Dei, qui vnus Dei regnum in celis & in terris esse ad condemnationem tyrannidis diaboli prædicauit. *Secundum propositum sæculorum in Christo Iesu Domino nostro, in quo habemus libertatem in confidentia per fidem ipsius.* Manifestatum dicit Christum sæculo, quo proposuit Deus ostendere mysterium suum pro salute humana, vt cognitio mysterij Dei mortalibus conferret salutem, vt quasi dedicatio regni Christi hanc

Matth. 13.

2. Cor. 13.

Rom. 3.

Colos. 1. Colos. 2.

1. Cor. 15.

Colos. 1.

Act. 9.

Galat. 1.

Luc. 18.

1. Cor. 8.

2. Cor. 5.

Act. 15.

Act. 21.

Act. 22.

2. Tim. 1.

Coloss. 1.

Psal. 23.

Ibidem.

Psal. 1.

Psal. 117.

Dan. 2.

Philip. 2.

Rom. 1.

Ephes. 1.

1. Ioan. 2.

Luc. 6. 1. Thess. 3.

Rom. 5.

Ephes. 2. Coloss. 1.

Rom. 5. Hebr. 7.

Rom. 8.

Ioan. 14. Ioan. 16. Ioan. 17.

hanc gratiam credentibus pro apophoretis largiretur. Licet enim iam olim factum sit, nouum tamen videtur ignoranti creaturæ.

Propter quod moneo ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ sunt in gloriam vestram. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur, vt det vobis secundum diuitias maiestatis suæ, virtute confirmari per spiritum suum in interiorum hominem: Christum habitare per fidem in cordibus vestris.

*Propter quod moneo ne deficiatis, &c.* Manifestata spe quæ est in mysterio Christi, commonet ne scandalum patiantur propter tribulationes quæ sanctis à perfidis irrogantur. Ad gloriam enim pertinet illorum, si in tribulatione magistri non fuerint scandalizati discipuli, hac spe firmati, quia fidelium pressuræ futuri sæculi gloria erigentur. Hæc enim fidelium probatio est, si fidei suæ spem aduertat. *Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælis & in terra nominatur, vt det vobis secundum diuitias maiestatis suæ, virtute confirmari per spiritum suum in interiorum hominem.* Hoc flexis genibus precari se dicit, vt quia dignatus est aduocare gentes ad cognoscendum mysterium voluntatis eius, hoc etiã donet, quia diues est, vt nutu eius firmetur in spiritu, hoc est, vt non illos perturbent carnalia exita illata à perfidis, sed sint stabiles, expectantes in futuro liuius rei mercedem. *Christum habitare per fidem in cordibus vestris.* In eo petit eos magis firmari, vt non ambigant, sed magis credant Christum habitare in se, quem non vident his oculis: vt spiritus datus hoc eis per Dei donum infundat, vt certi sint de Christo quòd viuuit, & filius Dei est, & habitat per fidem in cordibus nostris, vt cum fidem eius habemus in cordibus nostris, ipsum habere videamur. Quod eò proficit, vt securi simus de auxiliis eius, quia non deserit nos, sed semper adest propter fidem suam quam videt in nobis: quippe cum ideò spiritus eius, qui & Dei patris est, detur nobis, vt vice eius tutos prestet nos, si ei assentiamus, vt occulta reuelat; per quem vtrique ipsum in nobis habitare ambigere non debemus. Est enim hic alius paraclitus, inter quos personarum distantia est, non naturæ: quia & de eius accipit, & à Deo procedit. In quibus enim vnus naturæ vnitas est, inuicem sui sunt. Vnde dicit Dominus: Omnia patris, mea sunt; & mea omnia, patris.

Vt in charitate radicati & fundati possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, & altitudo, & profundum: cognoscere quoque supereminentem scientiæ charitatem Christi, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei.

*Vt in charitate radicati, &c.* Hoc præstare dicit habitantem Christum vel spiritum in nobis, vt fundati

simus in charitate Dei, & deuincti beneficiis eius possimus cum sanctis, qui sunt Apostoli & Prophetæ, immensum & inæstimabilem cognoscere Deum, omnia excedentem maiestate virtutis suæ. Cum enim dicit, *latitudo, & longitudo, & altitudo, & profundum*; hoc vtrique significat, vt sicut in sphaera tanta longitudo est quanta latitudo, & tanta altitudo quantum & profundum; ita & in Deo omnia æqualia sunt immensitate infinitatis. Sphæra enim definito modo concluditur: Deus autem non solum implet omnia, sed & excedit. Nec enim clauditur, sed omnia intra se habet, vt solus ineffabilis & infinitus habeatur, & gratiæ huic insufficientes agantur: qui cum tantus sit, dignatus est per Christum hominem visitare peccatis & morti subiectum. *Cognoscere quoque supereminentem scientiæ charitatem Christi.* Post Dei patris infinitam & incomprehensibilem cognitionem & inenarrabilem clementiam, Christi quoque agnoscere nos vult charitatem, quia supereminentis est scientiæ; & subintelligitur humanæ, vt super scientiam hominum habeatur dilectio Christi. Quis enim potest colligere mysterij huius charitatis rationem, vt & Deus hominis causa homo nasceretur, deinde moreretur pro hominibus, pro seruis dominus, & in creatura creator, pro impijs pius? Propter quod ita dilexit nos? Aut vt quid nostrum haberet, qui nullius indiget? Numquid non charitas hæc super scientiam hominum est? Aut quis hominum hanc poterit charitatem alicui exhibere? Quamquam impar sit, ac per hoc supereminet humana cõmentia. Hoc ergo vult nos scire, quia sensus noster assequi non potest, nec perspicere profunditatem beneficiorum Christi erga nos: vt perinde semper ei supplices & deuoti, & qui debitis nulla ratione satisfacere possimus, vel in fide eius vsque ad mortem perseueremus. Ille enim pro magnificentia maiestatis suæ ea gessit pro nobis, quæ sibi indigna sunt, vt & nos in quantum possimus ei famulemur. *Vt impleamini in omnem plenitudinem Dei.* Quia fides neque in solo patre integra est, neque in solo filio perfectæ, ideò adiecit, *Vt impleamini in omnem plenitudinem Dei*: vt confessione & gratiarum actione sicut patri, ita & filio honorificentiæ referretur, & omnia quæ à Deo patre sunt, per filium facta & restaurata credantur, vt sit plena perfectio diuinitatis in professione credentium. Nihil enim deest Christiano, quando Deum patrem per omnia immensum esse cognoscit; charitatem quoque Christi ineffabilem & supereminentem scientiæ humanæ profitetur.

Ei verò qui potest omnia facere, & superabundantius quam petimus aut intelligimus, secundum virtutem quæ operatur in nobis: ipsi gloria in Christo Iesu, & in Ecclesia, & in omnia sæcula sæculorum. Amen.

Ad patris personam hæc refert, vt quia melius scit quæ vtilia, & quæ non petenda sunt, & quando danda, & qualia, & quanta opus sint, ipse gubernet prouidentia & virtute sua sibi credentes. Cui ideò gloria in Christo Iesu, quia per ipsum omnia præstat nobis: & quia honor patris in filio est, & in Ecclesia, id est, in populo quem sibi adoptare dignatus est. In

Matth. 5.

CAPVT III.

claritate enim filiorum, gloria patris est, dicite Domino, Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, ut videat opera vestra bona, & magnificent patrem vestrum qui in caelis est. In secula seculorum. Amen. id est, in aeternum veritas.

OBSECROR itaque vos ego vincetus in Domino, ut dignè ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni lenitate animi & modestia, cum patientia sufferentes inuicè in charitate, sollicitè seruantes vnitatem spiritus in vinculo pacis.

Obsecro itaque vos, &c. Hortatur eos, ut rectè incidentes in præceptis Domini, ad promissam gloriam possint peruenire. Sicut enim peritus Medicus obsecrat infirmos, ut bene erga se agentes possint salutarem recipere valetudinem: ita & magister gètium hortatur ut fidei suæ digna opera facientes, possint percipere quæ promissa sunt sanctis, sciens gloriæ suæ esse huius rei profectum. Cum omni lenitate animi & modestia, cum patientia sufferentes inuicem in charitate, sollicitè seruantes vnitatem spiritus in vinculo pacis. Nunc dissensionem prohibet, charitati autem studendum monet, ne spiritum vnitatis & pacis amittant, ac per hoc ut inuicem se sufferant cum patientia. Modestia enim profectum parit, quia cum se inuicem tolerat cum lenitate animi monentes, corriguntur ad effectum, & pax in eis manebit, per quam filij Dei non immeritò vocabuntur, quia dixit Dominus: Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur. Perturbatio enim & inquierudo contentionem facit, quæ solet etiam ea quæ mala nouit, velle defendere, ne cedere videatur. Hinc oritur discordia, quæ corrumpit pacis foedera.

Vnum corpus, & vnus spiritus, ita ut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Vnus Dominus, vna fides, vnū baptisma, vnus Deus & pater omnium, qui super omnia est, & per omnes, & in omnibus nobis.

Vnum corpus, & vnus spiritus, &c. Propter pacem & concordiam hæc subiicit, ut quia vnum corpus est Ecclesia, vnum sapiat populus, quia vnum est quod creditur. Vnus Dominus, vna fides, vnū baptisma, vnus Deus & pater omnium, qui super omnia est, & per omnes, & in omnibus nobis. Adhuc vnitatem commendat, ut quia vnitatis est ad quam vocamur, in nullo dissentiamus. Si enim vnus est Dominus, id est Christus, sicut & ipse ait in Euagelio: Quia magister vester vnus est Christus, vna fides, vnum baptisma, vnus Deus & pater omnium, qui super omnia est, & per omnes, & in omnibus credentibus, vnus debet esse & animus, & cor populi, quia hæc quæ enumerat, vnitatis sunt, concordant enim in omnibus. Patrem tamen Deum, quia nulli debet quod est, super omnia esse dixit, & per omnes. Ideò per omnes, quia ex eo omnes: & necesse est ut super hæc omnia sit, quæ ex eo sunt. Et in omnibus nobis, id est, fidelibus. In nobis est enim per confessionem, quia cum fatemur, & quia spiritum suum dedit nobis, per quem sine dubio in nobis est. In Paganis non est, quia pater Christi negatur esse ab illis.

Vnicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Propter quod dicit, Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. (Quod autem ascendit, quid est, nisi quia etiã descendit prius in inferiora terra? Qui descendit, ipse est qui & ascendit super omnes caelos, ut impleret omnia.)

Vnicuique autem nostrum data est gratia, &c. Nunc quia diuersa in hominibus dona sunt, ne putaretur officere vnitati, hoc purgat non esse contrarium, quia in donis, officiorum diuersitas est non natura. Vnicuique autem tantum dicit dari gratiæ, quãtum donare dignatus fuerit Dominus: non tamè sine æquitate mensura, quia vnicuique pro viribus tribuit, ut tantum hauriat quantum sitit. Propter quod dicit, Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Hoc scriptum est in Psalmo. LXVII. Dona tamen hæc post triumphos cœpit largiri. Vincens enim mortem exaltatus est in cruce, sicut ipse dixerat. Ait enim, Cum exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad me. Expoliavit inferos, cum captiuos quos ex præuacatione Adæ, aut propriis captos peccatis in conditione tenebant, abstulit consentientes sibi, & ascendens inde in caelos induxit. Ex quibus aliquanti resurgentes in corporibus, multis apparuerunt ad testimoniũ euietæ mortis, ut qui fortè Christi resurrectionem credituri nõ essent, ex horum resurrectione quos mortuos scirent, rei ferent. Hos enim viderunt quos agnoscerent dudum vixisse. Quãuis captiuu inuiti & alieni ducatur: Saluator tamen & suos duxit, & voluntarios. Apparentia enim sua dum lacessit desiderantes liberari, cepisse illos dicitur. Quod autem ascendit, quid est, nisi quia etiam descendit prius in inferiora terra? Verũ est quia ideò descendit, ut ascenderet, nõ sicut homines, qui ad hoc descendunt, ut illic remanerent. Ex sententia enim tenebatur apud inferos quæ sententia Saluatorẽ tenere nõ poterat, quia vicit peccatũ. Triumphato ergo diabolo descendit in cor terræ, ut ostensio eius prædicatio esset mortuorum, ut quotquot cupidi eius essent, liberarentur. Nec poterat non ascendere, qui ad hoc descendit, ut vi potestatis suæ calcata morte, cum captiuis quorum causa pati se permisit, resurgeret. Qui descendit, ipse est qui & ascendit super omnes caelos, ut impleret omnia. Hoc est quod dicit Dominus, Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo, filius hominis qui est in caelo. Quod quidem & in Psalmo continetur. Ait enim, A summo caelo egressio eius, & regressus eius vsque ad summum eius. Hic ergo descendens è caelis in terram, homo natus est; post mortuus descendit ad inferos, ex quibus tertio die resurgens, ante omnes mortales ascendit super cunctos caelos, ut illam mortẽ ostenderet creaturæ.

Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam autem Prophetas, alios verò Euangelistas, quosdam verò pastores & magistras, ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi.

Apostoli

Malach. 2.

Ephes. 2. Philip. 2.

Malach. 2.

Rom. 15.

Matth. 23.

Rom. 12. Act. 4.

Rom. 11.

Rom. 5.

1. Cor. 14. Act. 11. Act. 21. Act. 6. & 21

Act. 7. Act. 8.

Matth. 4.

Act. 19.

Tit. 1.

Act. 18.

Act. 8.

Act. 16.

Act. 10.

Act. 6.

1. Cor. 14.

1. Tim. 4. 2. Tim. 1.

Conc. Nicen. cap. 4.

Apostoli, episcopi sunt. Prophetæ verò explanatores sunt scripturarum: quamuis inter ipsa primordia fuerint Prophetæ, sicut Agabus, & quatuor virgines prophetantes, sicut continetur in Actis Apostolorum, sed propter rudimenta fidei commendanda: nunc autem interpretes Prophetæ dicuntur. Euangelistæ, diaconi sunt, sicut fuit Philippus. Quãuis non sint sacerdotes, euangelizare tamen possunt sine cathedra, quemadmodum & Stephanus & Philippus memoratus. Pastores possunt esse lectores, qui lectione saginent populum audiẽtem, quia non in pane tantum viuunt homo, sed in omni verbo quod procedit ex ore Dei. Magistri verò exorcistæ sunt, quia in Ecclesia ipsi compescunt & verberant inquietos: siue ij qui litteris & lectionibus infantes solebãt imbueri, sicut mos Iudæorum est, quorum traditio ad nos transitum fecit, quæ per negligentiam obsoleuit. Inter istos post episcopũ pius esse intelligitur, qui propter referatum occultum scripturarum sensum prophete dicitur, præsertim quia futuræ spei verba depromit, qui ordo nunc potest esse presbyterij. Nam in episcopo omnes ordines sunt, quia primus sacerdos est, hoc est, princeps est sacerdotũ, & Propheta, & Euangelista, & cetera adimplenda officia Ecclesiæ in ministerio fidelium. Tamen postquam omnibus locis Ecclesiæ sunt cõstituta, & officia ordinata: aliter composita res est, quam cœperat. Primum enim omnes docebant, & omnes baptizabãt, quibuscumque diebus vel temporibus fuisset occasio. Nec enim Philippus tempus quæsiuit aut diem quo Eunuchum baptizaret, neque ieiuniũ interposuit. Neque Paulus & Silas tempus distulerunt quo Optionem carceris baptizarent cum omnibus eius. Neque Petrus diaconos habuit, aut diem quæsiuit quando Cornelium cum omni domo eius baptizauit: nec ipse, sed baptizare iussit fratribus qui cum illo ierant ad Cornelium ab Ioppe. Adhuc enim præter septem diaconos nullus fuerat ordinatus. Ut ergo cresceret plebs & multiplicaretur, omnibus inter initia concessum est & euangelizare, & baptizare, & scripturas in Ecclesia explanare. At vbi omnia loca circumplexa est Ecclesia, conuenticula constituta sunt, & rectores, & cetera officia in Ecclesiis sunt ordinata, ut nullus de clero auderet quod ordinatio non esset, præsumere officium quod sciret non esse sibi creditum vel concessum: & cœpit alio ordine & prouidentia gubernari Ecclesia; quia si omnes eadẽ possent, irrationabile esset, & vulgaris res & vilissima videretur. Hinc ergo est vnde nũc neque diaconi in populo prædicant, neque clerici vel laici baptizant, neque quocumque die credentes tinguntur, nisi ægri. Ideò non per omnia cõueniunt scripta Apostoli ordinationi quæ nunc in Ecclesia est, quia hæc inter ipsa primordia sunt scripta. Nam & Timotheũ presbyterum à se creatũ episcopum vocat, quia primum presbyteri episcopi appellabantur: ut recedete vno, sequens ei succederet. Denique apud Ægyptũ presbyteri consignant, si præsens non sit episcopus. Sed quia cœperunt sequẽtes presbyteri indigni inueniri ad primatus tenẽdos; immutata est ratio, prospiciente Concilio: ut non ordo, sed meritum crearet episcopum, multorum sacerdotum iudicio constitutũ, ne indignus temerè vsurparet, & esset multis scãda-

lum. In lege nascebantur sacerdotes ex genere Aaron Leuita: nunc autem omnes ex genere sunt sacerdotali, dicente Petro Apostolo, Quia estis genus regale & sacerdotale, &c. Ideòque ex populo potest fieri sacerdos. In ædificationem corporis Christi. Ecclesiæ ordinationem ad compaginationem humani corporis, in professione vnitatis dicit compositam, ut diuersi dignitate in Christo omnes sint, vnum caput habentes Christum, hoc est, auctorem vitæ.

Donec occurramus omnes in vnitatem fidei, & agnitionem filij Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.

Tamdiu dicit manere ordinationem, quamdiu cõstituti destinati ad vitã vnius sint fidei in cognitionem Christi. In virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Ita elaborandum hortatur, ut perfectio fidei apprehendatur. Cuius hæc ratio est, ut Christum perfectum & plenum Deum teneat fides, nec mensura humana metiatur, sed in plenitudine diuinitatis quasi perfectus Deus habeatur. Nec enim perfectũ dicẽs virum, temporali ætate & mensura significat: sed per hoc dictum perfectos nos vult fieri in plenitudine intellectus diuinitatis filij Dei.

Ut vltra non simus paruuli, neque fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominũ, in astutia ad remedium erroris. Veritatem autem facientes in charitate, augeamur in ipso per omnia, qui est caput Christus.

Ut vltra non simus paruuli, neque fluctuantes, &c. Fundatos & stables esse nos vult in disciplina fidei catholice, quam Petrus Apostolus reuelate Deo professus est, nec ventilari nos oberrantes per diuersarũ hæresum pestilentiosas asseuerationes nequitia humana inuentas, ut per has fallentis inimici sub veri nomine error possit afferri. Hoc enim remedium est falsitatis, ut sub pretextu veritatis inducat errorem. Et non solum sub veri nomine, sed & ne, sicut antè acceptam fidem sensu humiles vagabamur per diuersos errores, fideles facti discurreremus fragiles & dubij: de spe promissa cõmonet, quia iam Christiani facti fundati esse debent, quia ambiguitas in fide nostra non est, commendatur enim virtute prodigiorum. Veritatem autem facientes in charitate, augeamur in ipso per omnia, qui est caput Christus. Hæc dicit esse veritatem, ut amorem Christi respicientes quo dilexit nos, & tradidit se pro nobis, omnia subiiciamus ei, scientes quia omnium auctor est vitæ, ut quasi capiti membra subdantur: ut si alij errore vel malevolentia non fatentur omnia caput habere Christum, quia ab ipso facta sunt voluntate patris: nos tamen qui catholice fidei adhæremus, hoc omni deuotione & cura agere debemus, ut huic fidei non damnũ, sed lucrum afferamus, perseverantes in hac asseueratione, ut comprimantur prauæ mentis colloquia aduersus veritatem armata.

Ex quo totum corpus compactum & cõnexusum per omnem iuncturam subministra-

Exod. 2.8. 1. Petr. 2. 1. Cor. 12. Act. 3. 1. Cor. 14. Ephes. 3. 1. Cor. 8. Colos. 2. Ephes. 3. Matth. 16. 2. Tim. 3. Heb. 2. Galat. 2. Ephes. 1. 1. Petr. 2. 2. Cor. 10.

tionis, secundum operationem in mensuram G  
vniuscuiusque partis, incrementum corporis  
facit ad ædificationem sui in charitate.

Qua ratione Christum caput esse omnium dixe-  
rit, docet. Ex ipso enim, inquit, totum corpus, id est,  
omnis chorus Archangelorū & potentiarum, prin-  
cipatuum & potestatum subsistit. Quamuis enim sin-  
gula hæc numeros proprios habeant, & sint legio-  
nes, vt ipse Dominus dixit, quia tamen ab vno & per  
vnum sunt, simul omnia vnū corpus appellat. Sicut  
enim membra cum sint vnus corporis, diuersa ta-  
men sunt actu & dignitate: ita & creatura cōdita est  
à Deo per Christum, vt à Cherubim & Seraphim  
potentiis quæ sub sede Dei sunt, & angelis quos ipse  
Dominus sanctos appellat, quasi quædam concate-  
natio sit, vsque ad firmamentū ordinata descendēs,  
vt totum & iunctū sit, & meritis tamen discernatur.  
Meritum dico, non solū officiorum, sed & natura-  
rum. Nec enim quia iuncta dicit omnia, vnus erunt  
naturæ. Sed quomodo in corpore membra faciunt  
discreta officia, nō natura: ita & in his omnibus non  
membra, sed naturæ ipsæ faciunt distinctiones. Hoc  
est ergo quod laboratur, vt ad vnum sensum redi-  
gatur creatura, & in sensu vnum sit corpus, dum om-  
niū vna possessio est, vt concordet in charitate crea-  
toris ad suum profectū. Reædificat enim se in tem-  
plum Domini, quæ destructa fuerat dementia & fu-  
rore diaboli.

Hoc ergo dico & confestor in Domino,  
vt non amplius ambuletis sicut & gentes am-  
bulant in vanitate mentis suæ, obscurati in-  
tellectu, alienati à fide Dei, propter ignoran-  
tiam quæ est in ipsis, & cæcitatē cordis illo-  
rum: qui desperantes, semetipsos tradiderunt  
impudiciis, in operationem immunditiæ  
omnis, & auaritiæ.

Et confestor in Domino, vt non amplius ambuletis, &c.  
Manifestato creatore, & ratione ostensa quam sequi  
debeat creatura (in fide Dei duntaxat) confestatur  
illos in Deum, vt non aliter incedant vel sentiant  
quàm docentur, ne similes gentilibus inueniantur,  
qui nec fidem recipiunt, nec conuersationem quam  
mandat lex, obscurū habentes sensum, ne contem-  
plentur diuini nominis veritatem. Vana enim sectæ-  
tes, quæ sunt idololatria, infrænantur à diabolo, ne  
vnus Dei iter incedant, vt socios illos suæ perdi-  
tionis efficiat. Et cæcitatē cordis illorum, qui desperantes,  
semetipsos tradiderunt impudiciis, in operationem immun-  
ditiæ omnis, & auaritiæ. Gentiles futuræ resurrectionis  
desperatione cæcitatē cordis habere significat.  
Quasi enim vltra non futuri vitam suam contami-  
nant turpissima operatione, nolētēs se subiicere legi  
fidei, quæ prohibet voluptatem propter spem vitæ  
futuræ: quam hi idcirco ridendam censent, vt iure  
dehonestare se, & aliena appetere auida cupiditate  
videantur, quasi post hanc transpunctionem nulla  
sit vita.

Vos autem non ita didicistis Christum: si  
tamen illum audistis, & in illo edocti estis, si-

cut est veritas in Iesu: vt deponatis secundum  
priorem conuersationem veterē hominem,  
qui corrumpitur secundum desideria erroris.

Vos autem non ita didicistis Christum, &c. Manifestum  
est, Christianos non desperationem post mortem  
hanc didicisse, sed spem ad vtrumque. Fidelibus e-  
nim vita, perfidis verò promittitur mors, quæ est pœ-  
na æterna, vt siue mors, siue vita in Christo discatur:  
quia qui cum sequitur, per eum resurget ad vitam:  
qui verò discernit se ab eo, per eum mancipabitur ge-  
hennæ, ipso enim iudicante damnabitur. Et quoniā  
sunt quidam in Ecclesia qui sub nomine Christi non  
sequuntur Christi veritatem, ideoque sicut est (inquit)  
veritas in Iesu: vt si ita docti sunt vt est veritas in Iesu,  
tunc Christum didicisse, & illum audisse, & in illo  
edocti esse videantur. Christus enim de se docet quid  
sit, & quantus credendus sit, & quæ spes in eo sit, &  
quales debeant esse credentes. Qui enim didicit  
Christum, scit illum à mortuis resurrexisse, vt forma  
esset fidelibus, ideoque magna spes est pro ista mor-  
te amantibus Deum. Vt deponatis secundum priorem cō-  
uersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundū de-  
sideria erroris. Qui Christum audiuit, hoc didicit, vt  
recederet à conuersatione pristina, quam veterē ho-  
minem nuncupat propter præteritum ignorantia  
tempus. Homo itaque vnus atque idē est: qui si pri-  
stina vitia sequitur, vetus dicitur: si autem in nouita-  
te vitæ ambulat alienus à seculari errore, qui est siue  
in affectu, siue in sensu, rudis dicitur, non vtique sub-  
stantia carnis aut animæ, sed intellectu & conuer-  
satione vitæ. Corruptus tamen vetus homo dicitur,  
propter adulterum sensum, & turpem vitam.

Renouamini autem spiritu mentis vestræ,  
& induimini nouū hominem qui secundum  
Deū creatus est in veritate & iustitia. Propter  
quod deponentes mēdacium, loquimini ve-  
ritatem vnusquisque cum proximo suo, quo-  
niam sumus inuicem membra.

Renouamini autem spiritu mentis, &c. Iustum & verum  
est rectam viam sequi. Hic autē rectam viam sequi-  
tur, qui deuotus creatori suo in voluntate eius ambu-  
lat, quam gentilitas nescit. Innouatus enim spiritu  
mentis, nouum hominem dicitur indutus, qui est  
Christus. Christum enim induitur, qui per fidem re-  
natus in Christo, æmulus est vitæ quā tradidit Chri-  
stus, vt iuxta Deū creatus videatur. In eo enim quis  
creatur, in quo sapit: & ideo veritas & iustitia Dei à  
gentibus ignoratur. Cum enim credentes Deū ag-  
noscent creatorem, seruantes mandata eius, & iusti-  
tia & veritate creantur. Propter quod deponentes menda-  
cium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo,  
quoniam sumus inuicem membra. Quia in veritate & ius-  
titia creati sumus, renati in baptisate: idcirco vt in  
eo maneamus, mendacium deponere iubemur, as-  
sumpta veritate, nec dolo aliquid cum fratre agere,  
vt qui vnus corporis membra sumus, causis nostris  
in veritate inuicem faucamus.

Irafcimini, & nolite peccare. Sol nō occidat  
super iracundiam vestram, neque locū detis  
diabolo.

Irafcimini,

Irafcimini, & nolite peccare. Quoniam irasci quis nō  
potest prohiberi, (quippe cum ira motus sit natura-  
lis conceptus ex causis, qui solet ad profectum per-  
tinere delinquentis:) idcirco irascendum dicit, sed  
cōmonet ne per iram peccetur. Solemus enim mo-  
dum egredi dum irascimur, & inuenimur ipsi pecca-  
re, qui peccantes arguimus, dum plus irascimur, &  
amplius oneramus peccantem, quàm meretur. Hoc  
ergo docet, vt ipsa ira cum moderatione sit, neque  
nimium quis iustum se præbeat delinquenti: quia  
solent quidam sic peccare, vt tantis plagis affici vi-  
deantur, quantas non possunt ferre: & qui poterat  
fortē corrigi, tollitur de vita, non sine peccato ira-  
centis. Hinc est vnde Salomon, Noli, inquit, iustus  
esse multum, quia est qui perit in suo iusto. Sed imi-  
tatores Dei esse debemus, qui temperatam habet  
iustitiam. Cum enim iustum esset plecti iniquos, pa-  
tientia sua suffert eos, vt aliqui ex eis corrigantur.  
Nos ipsos seruos suos peccantes patitur, nec citò ali-  
quem percutit. Sol non occidat super iracundiam vestram,  
neque locum detis diabolo. Iram transire vult, nec retine-  
ri in pectore, vt die orta, cum die decidat: quia si in  
animo manserit, dat occasionem diabolo gloriandi.  
Necesse est enim iratus animus malè cogitet: quod  
cupit diabolus. Inuenit enim mentē paratā ad malū,  
cui se inferens effectu suo decipit hominem factum  
ad vitā: quia hominis cogitare est, diaboli implere.

Qui furabatur, iam non furetur: magis au-  
tem laboret, operando manibus suis quod  
bonum est, vt habeat vnde subministret pe-  
nuriam patienti.

Vt noui hominis conuersatio maneat, hortatur  
ne rursus ad præterita vitia & peccata redeatur: nā  
nihil proderit nouum dici, quando vetus esse homo  
malis operibus probatur. Nō solū enim Christianus  
aliena non tollere iubetur, sed & de labore suo  
penuriam patientibus subministrare, vt bonis ope-  
ribus deditus rependat quæ prius abstulerat, & de  
cætero thesaurizet sibi in futurum. Qui enim cessat  
à furto, veniam potest habere, non gloriam. Quid  
enim magnum, aut cuius meriti est ab alienis tēpe-  
rare? Ad meritum enim proficit cum quis de pro-  
prio tribuit egenis.

Omnis sermo malus de ore vestro non  
procedat: sed si quis bonus ad ædificationem  
fidei, vt det gratiam audientibus.

In Dei seruo omnia debent bona videri, nec ex  
aliqua parte puritas eius debet maculari. Quid enim  
prodest mundā vitam habere, & os sordidum; cum  
dicat Dominus quod vnusquisque verbis suis aut  
iustificabitur, aut condemnabitur? Nec credibile  
potest videri, benè viuere eum qui malè loquitur.  
Malè enim loqui ad multa trahitur vitia. Potest e-  
nim malè loqui qui turpiter fatur, & qui bonis de-  
trahit, & qui cum dolo fabulatur, & qui mentitur:  
hæc errorem præstant. Bonæ enim & sobriæ fabulæ  
dant gratiam, & exemplum audientibus, vt honori-  
ficent Deum in verbis eius, ædificati in fide Christi.

Et nolite contristare Spiritū sanctum Dei,  
in quo signati estis in die redemptionis.

Cum bene agimus, gaudet in nobis Spiritus san-

ctus datus nobis, videns monita sua proficere vtili-  
tatibus nostris, sicut dictum est à Domino: Ita gau-  
dium erit in celo in uno peccatore penitentiam a-  
gente. Gaudet ergo Spiritus sanctus salutem nostram,  
non sibi, qui non indiget lætitia: ita e contrario si o-  
bedientes ei non fuerimus, contristatur, quia non  
habet profectum in nobis: vult enim nos pertinere  
ad uitam. Non tamen sic contristatur, vt patiat, quippe  
cum impassibilis sit. Sed cum cum contrista-  
tū dicit nostri causa, hoc significat quia deserit nos,  
eo quod læserimus eum, contemnēdo monita eius.  
Contristatio itaque eius, indignitas nostra est, quæ  
filios nos Dei prohibet appellari. Ipse est enim Spi-  
ritus sanctus qui signat filios Dei, manens in nobis.

Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, &  
clamor, & blasphemia auferatur à vobis, cum  
omni malitia.

Omnia hæc quæ perniciem possunt præstare ani-  
mis, amouēda memorat. Per iram enim fit indigna-  
tio, per indignationem clamor, quasi vox insani-  
entis, quæ aliena est à Dei seruo: per clamorem subre-  
pit blasphemia, quæ non potest non mala esse: hæc  
amaram præstat vitam, trahēs ad mortem. Ideoque  
ab his omnibus cauendum. Timor enim Dei tēpe-  
rare debet, & modum imponere accidentibus cau-  
sis. Sed quia possunt aliqui pressa in animo ira & cla-  
more retinere malitiam ad retributionem nata oc-  
cassione, idcirco subiecit hæc auferri cum omni ma-  
litia, quia non solū blasphemare malitia est, verum  
etiam fingere pacem in facie, & in animo meditari  
discordiam.

Estote autem inuicem benigni, misericor-  
des, donantes vobis inuicem, sicut & Deus in  
Christo donauit vobis.

Exemplo Dei patris benignos & misericordes in-  
uicem fieri exhortatur, sicut & Dominus, Estote, in-  
quit, misericordes, vt similes sitis patris vestri, qui in  
cælis est. Si enim Dominus per filiū suum seruorum  
misertus est, quanto magis serui ipsi inuicem sui de-  
bent misereri, & donare si alter in alterum peccet?  
Hæc præcepta eius sunt qui miseratus est: qui si in  
his contemptus fuerit, sine dubio reuocabit senten-  
tiam per quā misericordiam dederat: & ita eueniet,  
sicut ait Dominus in Euangelio de eo qui accipiens  
à Domino misericordiam, in conferum suum im-  
pius deprehensus est.

ESTOTE ergo imitatores Dei, sicut filij  
charissimi, & ambulate in dilectione, sic-  
ut Christus dilexit nos, tradens semetipsum  
pro nobis hostiam, & oblationem Deo in o-  
dorem suauitatis.

Estote imitatores Dei, &c. Hoc est quod supra dixit,  
quia Dei patris imitatores esse iubemur hac exhor-  
tatione, vt si obaudierimus, filij Dei charissimi ha-  
beamur. Hic enim charissimus patris est filius, qui  
bonorum eius imitator est. Et ambulate in dilectione,  
sicut Christus dilexit nos, tradens semetipsum pro nobis ho-  
stiam, & oblationem Deo in odorem suauitatis. Sicut Dei  
patris imitatores nos esse vult in benignitate & mi-  
sericordia, ita & Christi filij eius in dilectione:

Coloss. 1.

Matth. 26.

1. Cor. 8.

1. Cor. 12.

Coloss. 1.

Esa. 66.

Marc. 8.

Ephes. 1.

1. Cor. 10.

Sap. 2.

Rom. 1.

Galat. 1.

2. Tim. 2.

Rom. 1.

1. Cor. 15.

Act. 17.

Sap. 2.

Rom. 12.

1. Theff. 4.

2. Theff. 2.

Rom. 2.

1. Cor. 2.

Ecles. 7.

1. Petr. 3.

1. Cor. 15.

Coloss. 3.

Jacob. 4.

Sap. 2.

Rom. 6.

Coloss. 3.

1. Cor. 9.

Luc. 19.

Tob. 4.

Esa. 58.

1. Theff. 4.

Ephes. 2.

Rom. 13.

Coloss. 3.

Ephes. 2.

Zach. 8.

Ecles. 7.

1. Petr. 2.

Psal. 4.

Rom. 5.

Luc. 15.

Rom. 8.

Galat. 5.

Prout. 27.

Coloss. 3.

1. Petr. 3.

1. Petr. 2.

Luc. 6.

Matth. 18.

Galat. 6.

Matth. 18.

CAPVT

V.

Ephes. 4.

Matth. 5.

Galat. 2.



canatur. In quo enim est spiritus, semper spiritualia G  
meditatur, vt non in labiis tantum sit, sed de corde  
prorumpat, propter vetus dictum Domini per Pro-  
phetam. Ait enim, Plebs hac labiis me honorat, cor  
autem eorum longè est à me. *Gratias agentes semper pro  
omnibus in nomine Domini nostri Iesu Christi, Deo & patri,  
subiecti inuicè in timore Christi.* Deo gratias in omnibus  
donis eius agere iubemur, qui etiam adoptare di-  
gnatus nos est per Christum filium proprium, per  
quem cognouimus eum & didicimus in spiritu  
Deum (quia Deus spiritus est) adorandum: alter al-  
teri se subiiciens propter timorem Christi, qui hu-  
militatem exequendam mandauit.

Mulieres viris suis subditæ sint, sicut Do-  
mino: quoniam vir caput est mulieris, sicut  
& Christus caput est Ecclesiæ, ipse saluator  
corporis eius. Sed vt ecclesia subiecta est Chri-  
sto, ita & mulieres viris suis subditæ sint in  
omnibus.

Mulieres subditæ esse viris naturali lege iubentur,  
quia mulieris auctor vir est. Vnde sicut Domino, in-  
quit, ita viris subditæ esse debent. Hinc Sara domi-  
num vocabat Abraham. Sicut enim caput Ecclesiæ  
Christus est, ita & vir mulieris. A Christo enim Ec-  
clesia sumpsit initium, vnde subiecta est illi: ita & à vi-  
ro mulier, vt sit subdita. In eo tamen distat, quia mu-  
lier substantiua viro est; Ecclesia autem in nomi-  
ne potest, non in natura participari Christo.

Viri, diligite vxores vestras, sicut & Chri-  
stus dilexit Ecclesiam, & semetipsum tradidit  
pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eam  
lauacro aquæ in verbo: vt exhiberet ipse sibi  
gloriosam Ecclesiam, non habentem macu-  
lam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi: sed vt  
sit sancta & immaculata. Ita & viri debent di-  
ligere vxores suas, sicut sua ipsorum copora.  
Seipsum diligit, qui vxorem suam diligit. Ne-  
mo enim vnquam carnem suam odio ha-  
buit: sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus  
Ecclesiam. quoniam membra sumus corpo-  
poris eius, & de carne ipsius, & de ossibus  
eius.

Viri diligite vxores vestras, &c. Mulieres esse iuben-  
tur subditæ, & reuerentiam habere virorum: viri ve-  
rò ita diligere mulieres suas admonentur, vt etiam  
animas suas pro illis ponant, causa dilectionis zelum  
habentes circa affectum earum & disciplinam, vt re-  
ligiosæ & sanctæ sint. *Seipsum diligit qui vxorem suam  
diligit.* Naturali ratione mulier portio corporis viri  
est, ac per hoc vir in muliere seipsum diligit: quoni-  
a si fornicetur, in se ipsum peccat, quia duo in carne  
vna sunt. Non ergo personæ substantiam diuidunt,  
vt per personas numerus fiat naturæ, sed sunt in vni-  
tate naturæ. *Nemo enim vnquam carnem suam odio ha-  
buit: sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus Ecclesiam.*  
Exemplo Saluatoris viros vxores suas diligere hor-  
tatur, sicut Christus corpus suum nutrit & fouet, ita

& vir mulierem, quia caro eius est. *Quoniam membra  
sumus corporis eius, & de carne ipsius, & de ossibus eius.* Hoc  
spiritualiter intelligendum est. In eo enim dixit nos  
esse membra eius, quia caput est ipse totius ecclesie:  
vt quia per ipsum esse cepimus, caput nostrum di-  
catur, quasi ex quo omne corpus subsistat, vt mem-  
bra eius omnis spiritualis creatura sit, si tamen in no-  
mine eius genu flectat.

Propter hoc relinquet homo patrem &  
matrem, & adhærebit vxori suæ: & erunt  
duo in carne vna. Mysterium hoc magnum  
est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia.  
Verutamen & vos singuli vnusquisque suam  
vxorem vt se diligit: mulier autem vt timeat  
virum.

*Et erunt duo in carne vna.* Ad vnitatem commen-  
dandam, vnitatis dedit exemplum, vt sicut vir & mu-  
lier vnum sunt per naturam, ita & Christus & Ecce-  
lesia vnum intelligantur esse per fidem. *Mysterium hoc  
magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia.* My-  
sterij sacramentum grande in vnitatis viri ac femi-  
næ esse significat. Nec hoc prodit, sed aliam causam  
quæ non discordet à memorato mysterio flagitat,  
quam scit ad profectum humani generis pertinere,  
hoc est, Ecclesiæ & Saluatoris: vt sicut relictis paren-  
tibus homo vxori suæ adhæret, ita & relicto omni  
errore Ecclesia adhæreat & subiiciatur capiti suo,  
quod est Christus. *Verutamen & vos singuli, vnusquis-  
que suam vxorem vt se diligit: mulier autem vt timeat vi-  
rum.* Quoniam vna natura in viro & femina est, id-  
circo vir quasi seipsum ita mulierem diligere com-  
monetur: mulier autem, quia persona inferior est  
conditionis causa, non naturæ, viro subiecta timere  
eum iubetur.

**F**ILII, obedite parentibus vestris in Do-  
mino. hoc enim iustum est: Honora pa-  
trem tuum & matrem, (quod est mandatum  
primum in promissione:) vt bene sit tibi, & vt  
sis longæuus super terram.

Lex datur filiis, vt quia parētibus auctoribus con-  
stant obediant eis. Iustum est enim vt reuerentiam  
exhibeant eis, per quos sunt. *Quod est mandatum pri-  
mum in promissione: vt bene sit tibi, & sis longæuus super ter-  
ram.* Promissio hæc in Exodo continetur: vt honorifi-  
cēt parentes, & bene essent, & prouectioris fierent  
ætatis. Quomodo tamen hoc primum mandatū di-  
xit? cum constet primum mandatum ita contineri:  
Non sint tibi alij dij præter me. deinde, Non facies  
tibi similitudinem vllam eorum quæ sunt in cælo  
sursum, & in terra deorsum, tertium, Non sumes  
nomen Domini Dei tui in vanum, quartum, Obser-  
uabis, inquit sabbata mea, quintum autem, Honora  
patrem & matrem, &c. Sed quia prima quatuor mā-  
data ad Deum pertinent, hæc in prima tabula con-  
tineri subintelliguntur, cætera ad hominem, vt ho-  
noret parentes, non occidat, non fornicetur, non  
furetur, non falsum testimoniū dicat, neque quidquā  
proximi sui concupiscat. Hæc sex mandata in  
secunda

Isa. 29.  
Ephes. 1.  
Ioan. 4.  
Matth. 11.  
Gen. 3.  
Gen. 18.  
1. Cor. 11.  
1. Petr. 3.  
Gen. 2.  
Coloss. 3.  
1. Petr. 3.  
Gen. 2.  
1. Cor. 6.  
Gen. 2.

629  
Matth. 22.  
Eph. 7.  
Deut. 5.  
Coloss. 3.  
Iacob. 1.  
1. Tim. 3.  
Rom. 13.  
1. Pet. 2.  
Tit. 2.  
Coloss. 3.  
Rom. 14.

secunda tabula videntur scripta, quorum primum A  
est: Honora patrē & matrem. Hac causa ergo dixit:  
*Quod est mandatum primum in promissione;* vt discerne-  
ret inter mandata quæ ad Deum & inter ea quæ ad  
hominem pertinent.

Et vos patres, nolite ad iracundiam prouo-  
care filios vestros: sed educate illos in disci-  
plina & correptione Domini.

Vt lex possit seruari, qua cautum est, vt filij hono-  
rificent parentes: parentibus quoque, alia lex ab Apo-  
stolo datur, vt sic imbuant filios, ne mandata legis  
contemnant: quia si in timore Domini fuerint enu-  
triti, poterunt obseruare quæ præcepta sunt. Nam  
si ad iram prouocant filios, nec ipsi modum legis cu-  
stodiunt. Cogere enim eos videntur vt præuarica-  
tores inueniantur. In ira enim nemo agnoscit quid  
sit vtile: idcirco temperantiam parentum ex emplo  
debent ad discere, vt quæ vtilia sunt sectentur. Me-  
minisse enim debent patres quia & ipsi fuerunt filij  
& noluerunt vtique exacerbari à patribus. Filij quo-  
que cognoscere debent quod futuri sunt patres, &  
nollent inhonorari ab eis. Idcirco vtrique exhibeāt C  
inuicem quod exquirunt abinuicem.

Serui, obedite Dominis carnalibus cum ti-  
more & tremore, & simplicitate cordis vestri,  
sicut Christo: non ad oculum seruientes, qua-  
si hominibus placentes, sed vt serui Christi, fa-  
cientes voluntatem Dei ex animo, cum beni-  
gnitate seruientes sicut Domino, & non vt  
hominibus: scientes quod vnusquisque quod-  
cumque fecerit bonum, hoc consequetur à  
Domino, siue seruus, siue liber.

Serui obedite dominis carnalibus, &c. Quoniam om-  
nium sublimior & sola potens est religio nostra, &  
quæ creditibus cælorum regna pollicetur: ne hac  
igitur causa superbia nasceretur hominibus, omnes  
debita conditionum & officiorum præsentium iu-  
bentur exoluere, vt & magis incitent perfidorum  
animos ad culturam Dei, quam vident & iustam &  
humilem. Videntes enim domini meliores seruos, E  
& in reddendis obsequiis fideliter profecisse, quod  
merentur cum omni libertate exoluunt. Serui quo-  
que dum cernunt mansuetudinem dominorum,  
omni auiditate concupiscunt fidem, cuius tam pla-  
cidis retinaculis gubernantur humana officia. Nam  
& qui in conditione est, si habuerit famulum, non  
vult contemni ab eo: ideoque nec ipse debet con-  
temnere dominum suum, & sicut vult agere secum  
dominum suum, ita & ipse agere debet cum seruo  
& sic poterit placere Deo. *Non ad oculum seruientes,  
quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi, facientes vo-  
luntatē Dei ex animo, cum benignitate seruientes sicut Do-  
mino, & non vt hominibus: scientes quod vnusquisque quod-  
cumque fecerit bonum, hoc consequetur à Domino, siue seruus,  
siue liber.* Propter timorem Dei iusta & fidelia vult  
hominibus exhiberi seruitia. Deo enim seruit, cuius  
iura in obsequiis Domini carnalis custodit: quem si-  
bi pro iustis actibus in die iudicij vicem reddere, &  
cæteris omnibus audit testari. Quæ res potest pro-

ficere etiam ad salutem dominorum. Videntes  
enim (quod difficile est) seruos per Dei gratiam  
factos fideles ministros potuerunt Dei gloriam col-  
laudare.

Et vos domini eadem facite ad illos, remit-  
tentes minas: scientes quod & vester & illo-  
rum Dominus est in cælis: & personarum  
non est acceptio apud eum.

Non ignorantes vtique carnales domini, Deum  
omnium Dominum esse communem, talia exigant  
seruitia, qualia à se exigere non ferāt a grē. In qua enim  
quis mensura mensurauerit, remetietur illi. Domi-  
nus enim iustus iudex causas discernit, non perso-  
nas.

De cætero fratres, confortamini in Domi-  
no, & in potentia virtutis eius. Induimini vos  
armis Dei, vt possitis stare aduersus versutias  
diaboli. quoniam non est nobis lucta aduer-  
sus carnem & sanguinem: sed aduersus prin-  
cipatus & potestates huius mundi, aduersus  
tenebrarum harum rectores, aduersus spirita-  
lia nequitia, quæ sunt in cælestibus.

De cætero fratres confortamini in Domino, &c. Post om-  
nia monita & hortamenta, & disciplinæ ordinem  
traditum religiosè, & dispositionem mysterij mani-  
festam, robustos illos vult esse in fide, fiducia pote-  
statis Dei: vt scientes firmam esse spem promissionis,  
prompti sint circa obsequia Dei, erigentes gubernacu-  
la contra fluctus excitos impudentia inimici.  
Tempestatem enim Dei seruis commouet, sed ipse  
naufragium facit. *Induimini vos armis Dei, vt possitis sta-  
re aduersus versutias diaboli: Arma Dei fides est stabilis,  
per quam solam semper victus est satanas. Quoniam  
non est nobis lucta aduersus carnem & sanguinem: sed aduer-  
sus principatus & potestates huius mundi, aduersus tenebra-  
rum harum rectores, aduersus spiritalia nequitia, quæ sunt in  
cælestibus.* Certus Apostolus, quia exitia quæ a perfi-  
dis Dei famulis irrogantur, auctore diabolo mini-  
strantur, cuius altitudo grandis & hominibus im-  
possibilis est, monet aduersus hæc arma Dei sumen-  
da, cuius solius virtute superantur & destruantur  
omnia machinamenta diaboli. Ipse est enim cu-  
ius satellites sunt, quos tenebrarum harum dicit re-  
ctores, spiritus nequissimi qui degunt in cælestibus  
in firmamento mundi. Hi sunt erroris duces, tene-  
brarum rectores, hoc est ignorantie & perfidia præ-  
positi. Rectores enim tenebrarum in peruersum in-  
telligēdi sunt gubernare, quasi incredulitatis magi-  
stri.

Ideo accipite vniuersitatem armorum, vt  
possitis resistere in die malo, & in omnibus  
perfecti stare, succincti lumbos vestros in ve-  
ritate, & induti lorica iustitiæ, & calceati  
pedes in præparatione Euangelij pacis. Super  
hæc autem omnia assumite scutum fidei, quo  
poteritis omnia tela maligni ignitia extin-  
guere: & galeam salutis accipite, & gladium  
spiritus qui est verbum Dei.

**1. Petr. 5.** Quoniam cōtra atrocissimos hostes & omni ter-  
**1. Theff. 5.** guerfatione callidos bellum gerimus, idcirco omni  
**1. Petr. 4.** cautela & sollicitudine vigilare debemus, vt qua-  
**1. Theff. 5.** cumque tentauerint, munitos nos & pręparatos in-  
**1. Petr. 4.** ueniant. Necessē est enim vt & Deus adiuuet quos  
**1. Petr. 4.** viderit in precibus vigilare, & de armis eius expecta-  
**1. Petr. 4.** re victoriam. In huiusmodi autem bello sobria men-  
**1. Petr. 4.** te opus est, & pura conscientia, quia non contra car-  
**1. Petr. 4.** nalia nequitia, sed aduersus spiritalia dimicatur.  
**1. Petr. 4.** Contra terrigenos enim hostes corpus sagina ro-  
**1. Petr. 4.** boratur, & poculis mens incitatur, vt repugnandi  
**1. Petr. 4.** sumat audaciam: aduersus autem spiritalia nequitia  
**1. Petr. 4.** spiritaliter repugnandum est, & sobrietatis & ab-  
**1. Petr. 4.** stinentiæ arma sumenda sunt, vt infusi sancto  
**1. Petr. 4.** Spiritu immundos & erraticos spiritus deuincamus.  
**1. Petr. 4.** Sicut itaque succingemus lumbos nostros in ve-  
**1. Petr. 4.** ritate, si parati sumus errori resistere. Omnis enim  
**1. Petr. 4.** qui operari vult, siccingit se, vt ablato impedimēto  
**1. Petr. 4.** diligentius operetur.  
**1. Petr. 4.** Per omnem orationem & precem, orantes in  
**1. Petr. 4.** omni tempore in spiritu, & in idipsum vigi-  
**1. Petr. 4.** lantes cum omni perseverantia & obsecra-  
**1. Petr. 4.** tione pro omnibus sanctis, & pro me, vt de-  
**1. Petr. 4.** tur mihi sermo in apertione oris mei, cum li-  
**1. Petr. 4.** bertate notum facere mysterium Euange-  
**1. Petr. 4.** lij, pro quo legatione fungor in catena, vt in  
**1. Petr. 4.** ipso exerta libertate vtar, prout oportet me  
**1. Petr. 4.** loqui.  
**1. Petr. 4.** Si rectē conuersemur, Spiritus sanctus manet in  
**1. Petr. 4.** nobis; & quod postulamus, possumus impetrare.  
**1. Petr. 4.** Hoc est ergo in spiritu omni tempore orare, munda  
**1. Petr. 4.** conscientia & fide integra precem ad Deum dirige-  
**1. Petr. 4.** re. In carne enim orat, qui polluta mente precatur  
**1. Petr. 4.** iterum precaturus, non de euentu aut subreptione,  
**1. Petr. 4.** sed de proposito. Sed potest non peccari ad mortem  
**1. Petr. 4.** si perseveranter oretur, vt animus sedula mente in-  
**1. Petr. 4.** tentus sit semper in Dei legem, ea meditans die  
**1. Petr. 4.** noctūque quæ amat Deus. tunc & pro sanctis possi-  
**1. Petr. 4.** mus orare. Non est enim indignum vt pro inuicem  
**1. Petr. 4.** sollicita sint membra: nec temerarium poterit videri  
**1. Petr. 4.** si pro magistro discipuli idonei interpellēt, adiuuan-  
**1. Petr. 4.** tes cum, vt postpositis impedimentis libertate vta-  
**1. Petr. 4.** tur ad prædicandum, sicut traditum est ab auctore:  
**1. Petr. 4.** ne pressus vi tribulationum, ipsa formidine acumen  
**1. Petr. 4.** doctrinæ obrundat, amissa seueritate. Dupliciter igitur

**G** genere pro se orandum hortatur, vt & sensus eius  
**G** impleatur spiritu ad eloquendum plenē mysterium,  
**G** & facultas illi detur audaciæ in asserendo: quam vti-  
**G** que precem libenter audit Deus. Videt enim lega-  
**G** tionem suam in Apostolo despici, vnde vti que indi-  
**G** gnatus in causa sua non legabit effectum. Si enim  
**G** consuetudo & lex est, legatis hominum non inferre  
**G** exitia: qua presumptione & audacia legatis Dei non  
**G** solum exitia, sed & mors irrogatur? Quare dicit, *pro*  
**G** *quo legatione fungor in catena.* Non enim permittebatur  
**G** liberē loqui, sed in subiectione & necessitate verba  
**G** Dei referens, vinculis, plagis subiiciebatur, & mor-  
**G** tibus: & lapidatus est, & ad bestias pugnavit Ephesi.  
**G** Vt autem sciatis & vos ea quæ circa me  
**G** sunt: quid agam, plenē notum faciet vobis  
**G** Tychicus dilectus frater, & fidelis minister in  
**G** Domino: quem misi ad vos in hoc ipsum, vt  
**G** cognoscatis quæ circa nos sunt, & consoletur  
**G** corda vestra. Pax fratribus, & charitas cū fide  
**G** à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo.  
**G** Gratia cum omnibus qui diligunt Dominum  
**G** nostrum Iesum Christum in incorruptione.  
**G** Amen.  
**G** *Vt autem sciatis & vos ea quæ circa me sunt, &c.* Per Ty-  
**G** chicum Ephesij discit quid agat Apostolus, & idem  
**G** cognoscit quid agerent Ephesij. De Apostolo, quia  
**G** diuina erant quæ agebat, dubium non erat: sed hoc  
**G** sciendum erat de eo, quid ageret inter perfidos, &  
**G** insidias eorum. De Ephesiis verò hoc cognoscen-  
**G** dum, si proficerent, necne. Vt ergo obedirent, & li-  
**G** benter audirent verba Tychici, hunc commendat,  
**G** & fratrem istum dilectissimum vocans, & ministrum  
**G** Dei idoneum. *Pax fratribus, & charitas cum fide à Deo*  
**G** *patre nostro, & Domino Iesu Christo.* Pacem quæ est ia-  
**G** nua dilectionis, optat esse cum fratribus, & charita-  
**G** tem cum fide: vt ingressi per pacem, possint manere  
**G** in charitate, quæ est ex fide. Hęc est enim Dei patris  
**G** & filij eius Domini nostri Iesu Christi. *Gratia cum*  
**G** *omnibus qui diligunt Dominum nostrum Iesum Christum in*  
**G** *incorruptione. Amen.* Præcius Apostolus multos futu-  
**G** ros desperatæ fidei sensum habentes de Domino  
**G** nostro Iesu Christo; cum iis æternam gratiam dicit  
**G** mansuram, qui diligunt Christum, rectē de illo &  
**G** cum dei patris voluntate sentientes. Qui enim de-  
**G** generem hunc dicunt: data illis gratia auferetur.

SANCTI AMBROSII IN EPISTOLAM

BEATI PAULI APOSTOLI AD

EPHESIOS COMMENTARIORVM

FINIS.

S. AMBRO-

S. AMBROSII MEDIOLANEN-

SIS EPISCOPI IN EPISTOLAM

BEATI PAULI APOSTOLI AD PHILIPENSES

COMMENTARIA.

PROOEMIUM.

**P**HILIPENSIBVS verbum fidei Apostolus tradidit. Somnio enim monitus est, sicut conti-  
**P**netur in Actis Apostolorum, vt accederet ad eos, & aperiret aures eorum ad recipiendum ver-  
**P**bum Domini. Multis ergo diebus commoratus apud eos, instruxit eosdem in doctrina Domini.  
**P**Et quia post discessum eius non sunt translati ad aliud, sicut Galatæ, sed permanserunt in fide,  
**P**non recipientes pseudoapostolos: per epistolam collaudat eos, gaudens in proposito cordis eorum. In horum  
**P**laude aliorum vituperatio continetur. Corinthij enim multo tempore audientes Apostolum recedente eo à  
**P**diuersis pseudoapostolis fuerant euerfi: vnde isti iure laudantur.

**CAP. I.** **P**AVLVS & Timotheus serui Iesu Christi, A  
**P** omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt  
**P** Philippis, cum episcopis & diaconibus. Gra-  
**P** tia vobis & pax à Deo patre nostro, & Domi-  
**P** no Iesu Christo.

**P**AULVS & Timotheus serui Iesu Christi, &c.  
**P** Apostolum se tacet, quia iis scribit qui de  
**P** illo rectē sentirent: ideo dignitatem suam  
**P** supprimit. erat enim his manifesta. Condi-  
**P** tionem verò fatetur, quia qui Christum constituitur  
**P** Dominum, hic magis liber est, & habet salutem.  
**P** Omnibus sanctis in Christo Iesu. Sanctis scribit more suo  
**P** sed qui in Christo Iesu sancti sunt, id est, qui Deum  
**P** & hominem Christum fatentur. Photinus enim  
**P** Christum Deum negat, & Manichæus hominem:  
**P** ideoque immundi sunt. Non ergo iis scribit qui  
**P** mendaciis propriis suppriment veritatem. *Qui*  
**P** *sunt philippis.* Quibus scribat, significat. *cum Epi-*  
**P** *scopis & diaconibus.* Hoc est, cum Paulo & Timo-  
**P** theo, qui vti que episcopi erant, simul & signifi-  
**P** cavit & diaconos qui ministrabant ei. Ad ple-  
**P** bem enim scribit. Nam si episcopis scriberet, &  
**P** diaconibus, ad personas eorum scriberet, & lo-  
**P** ci ipsius episcopo scribendum erat, non duobus  
**P** vel tribus, sicut & ad Titum & Timotheum. *Gratia*  
**P** *vobis & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo,*  
**P** Manifestum est Deum patrem esse: Christum verò  
**P** Iesum Dominum nostrum. Numquid non videtur  
**P** plus dominus esse quàm pater? Sed inter homines  
**P** in mundo: apud Deum verò patrem, & apud Chris-  
**P** tum Dominum concordia est. Hic enim, hoc est in  
**P** mundo, ideo plus est Dominus quàm pater, quia aut  
**P** & ipsius patris dominus est, aut pater filium non suę  
**P** conditioni generat, sed alienæ. Deus autem sic ge-  
**P** nuit vt in potestate eius sint quos genuit, vt nati in-  
**P** genui, serui tamen eius sint; cum hos tradit proprio  
**P** filio, facit illos etiam seruos filij sui, vt sit Dominus  
**P** eorum sicut dicit: pater, quos dedisti mihi, tui erant,  
**P** & mihi eos dedisti, vt in patre & filio serui sint Dei  
**P** vnus.

Ego quidem gratias ago Deo meo super  
**E** omni memoria vestri, (semper in omni ora-  
**E** tione mea pro omnibus vobis cum gaudio  
**E** precationem faciens) super communicatione  
**E** vestra in Euangelio Christi à prima die vsque  
**E** nunc: confidens in hoc ipsum, quòd qui in-  
**E** choauit opus in vobis bonum, perficiet vsq;  
**E** ad diem Christi Iesu. sicut est iustum, mihi  
**E** hoc sentire pro omnibus vobis, eo quòd ha-  
**E** beã vos in corde tam in vinculis meis, quam  
**E** in defensione & confirmatione Euangelij:  
**E** quoniam omnes mihi participes gaudij e-  
**E** stis.

*Ego quidem gratias ago Deo meo, &c.* Primum quidem  
**E** Domino gratias agit, cuius nutu prosperè omnia  
**E** cedunt fidelibus; in omni oratione sua memor eo-  
**E** rum cum exultatione, quòd participes facti sunt  
**E** Euangelij sicut Petrus Apostolus, inter cætera di-  
**E** cens: Vt sitis, inquit, confortes diuinæ nature. *A pri-*  
**E** *ma die vsque nunc.* Præuidit enim Apostolus deuotio-  
**E** nem illorum & fidem ratam ex ipsis principiis, &  
**E** gauisus est in eis semper, sciens eos multis exemplo  
**E** esse futuros. *Confidens in hoc ipsum, quòd qui inchoauit in*  
**E** *vobis opus bonum, perficiet vsque ad diem christi Iesu, sicut*  
**E** *est iustum mihi hoc sentire pro omnibus vobis, eo quòd ha-*  
**E** *beam vos in corde tam in vinculis meis, quàm in defensione*  
**E** *& confirmatione Euangelij: quoniam omnes mihi participes*  
**E** *gaudij estis.* Securus de bonitate & iustitia Dei, & de  
**E** horum fide non ambigens, confidit quòd Dei auxi-  
**E** liis adiuti, perseveraturi sint in fide vsque ad diem  
**E** Domini in quo remunerandi sunt persistentes in fi-  
**E** de. Nec aliud debuit de his sentire quos semper in-  
**E** flexibiles in deuotione Dei expertus est, tam dire-  
**E** ctum & infatigabilem cursum eorum videns, vt co-  
**E** gitaret dignos hos sibi participes gaudij esse. Vnius  
**E** enim fidei homines congaudere oportet de spe fu-  
**E** turæ immortalitatis & gloriæ.

Testis enim mihi est Deus, quemadmo-  
**T** dum desiderem omnes vos in visceribus Ie-  
**T** DD iij

su Christi. Et hoc oro, ut charitas vestra magis magisque abundet in agnitione & omni sensu, ut probetis quae sunt vtilia: ut sitis sinceri & inoffensi in diem Christi, repleti fructu iustitiae per Iesum Christum, in gloriam & laudem Dei.

Ibid.

Testis enim mihi est Deus, &c. Deum testatur, ut affectum commendat iusti. Qui enim multum de aliquo sentit, ut credibile hoc faciat, testificatur. per quod & prouocat desiderium illorum erga se, ut magis desideret. Desiderat ergo omnes hos, non humana cupiditate, sed in amore Christi; non carnis affectu, sed spiritus, ut participes hos habeat & in sensu mysterij diuinitatis, & incarnationis Domini nostri Iesu Christi. Et hoc oro ut charitas vestra magis magisque abundet in agnitione & omni sensu, ut probetis quae sunt vtilia: ut sitis sinceri & inoffensi in diem Christi, repleti fructu iustitiae per Iesum Christum, in gloriam & laudem Dei. Deo adiutore ordinem disciplinae Christianae vult eos imbuere, ut quia firmati in fide sunt, non sint nescij sacramenti credulitatis suae: & scientes discernere vtilia a contrariis, iustitiae operibus ornent doctrinam Domini, fructum facientes immortalitatis ad abundantiam omnium honorum, ut gloriosus in his appareat magister gentium.

Hebr. 3.

1. Thess. 2.

2. Tim. 1.

Scire autem vos volo fratres, quod quae mihi acciderunt, magis ad profectum Euangelij venerunt, ita ut vincula mea manifesta in Christo facta sint in omni praetorio, & in caeteris omnibus: utque plures ex fratribus in Domino, confidentes in vinculis meis, ceperunt magis audere, sine timore verbum Dei loqui. Alij quidem per inuidiam & contentionem: quidam vero & pro bona voluntate Christum praedicant. Alij quidem ex charitate, scientes quod in defensionem Euangelij positus sum: aliqui vero ex contentione Christum annuntiant, non simpliciter, existimantes quod pressuram suscitent vinculis meis.

Philip. 1. sup.

2. Cor. 1.

2. Cor. 11. Act. 14. & 16.

Rom. 3.

Ioan. 4.

Hae explanatione non indigent: tamen propter sollicitudinem nostram, ne qua in dubium veniant, per ordinem ea apertius persequamur. Quoniam superius participes hos gaudij sui pronuntiauit, ideo quid profecerit praedicatio eius insinuat, quasi caris, ita ut omnibus innotuerint passionibus eius pro Christo. Per hanc humilitatem gloriosum se indicat, ut habeant occasionem gaudendi amatores eius, quia cuius vincula in Christo manifestantur, dignitas eius crebrescit. In omni praetorio, & in caeteris omnibus, id est, in omni Iudaismo, & per vniuersas ecclesias gentium. Praestit enim Iudaismus, quia ipsi facta promissio est, sicut dicit Dominus, Quia salus ex Iudaeis est. Ideoque plures ex fratribus exemplum suum secutos auctos dicit fuisse loqui verbum Dei cum fiducia. (constantia enim eius multos animauit, ut non timerent euangelizare, comperto exemplo Apostoli quod Deus adest ut tueatur diligentes) sed & alios falsos

fratres, non fiducia neque dilectione Dei sed contentione zeli incitatos, Dei verbum dicit praedicare quasi inuidos. Plures ergo e fratribus sincera quidem, sed diuersa voluntate Christum annuntiabant. Alij enim bona voluntate hoc agebant ad gloriam Dei solius: alij vero charitate incitati Apostoli, certi de tuitione Dei. Sic iterum econtra, alia duo genera ponit, quae non sincero animo praedicabant. Quidam enim inuidentes Apostolo contentione hoc agebant: alij vero astutia simulationis Christum annuntiabant, ut possent seditiones excitare Apostolo, quasi auctori huius sectae, qui multos aggregauerat suae conspirationi. Maior enim inuidia crescebat Apostolo, quando ex latere eius multi videbantur docere.

2. Cor. 2.

Act. 18.

Quid enim? Dum tamen quouis modo, siue occasione, siue veritate Christus annuntietur, & in hoc gaudeo, quin etiam & gaudebo. Scio enim quod hoc mihi proficiet ad salutem per vestram precem, & subministracionem spiritus Iesu Christi, secundum expectationem & spem meam: quia in nullo confundar, sed in omni exerta fiducia, sicut semper, ita & nunc magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitam, siue per mortem. Mihi enim viuere Christus est, & mori lucrum.

Primum gaudium eius est in fratribus, qui bona voluntate Christum annuntiant. Deinde etiam in eo se dicit gaudere, quod fallacia hominum aduersus eum compositum erat, ut ad inuidiam & pressuram eius Christus praedicaretur. Hoc enim dicit sibi ad vitam proficere, quod illi parauerat ad mortem. Hanc enim vitam suam dicit esse, si Christus omnibus praedicetur, & se etiam mori paratum, ut hoc possit impleri, sciens magnam sibi pro hoc voto & efficacem dari posse mercedem. Imperita enim malitia aduersum se semper machinatur dum nescit. Ad calcandam ergo horum malevolentiam qui recti fallacia insidias vitae eius tendebant, Dei praesidijs se muniri testatur, iis quos utique socios gaudij sui dicit, adiuuantibus oratione propter communem alacritatem, & sancti Spiritus subministracionem, qui contra voluntatem illorum & vias aperiret praedicanti, dans gratiam & fiduciam verbis eius, ut ortas seditiones compereret. In nullo ergo se dicit confundi in doctrina Christi, quia & spes magna promissionis est: & quia nihil in ea turpe, inhonestum, aut fallax est, sicut apud Paganos, sed aperta simplicitas. Hinc est vnde cum omni constantia non cedit aduersis, ut magnificetur Christus in corpore eius, siue occidatur, siue caesus euadat. Ex eo enim quae & quanta spes in Christo est, consideratur, quando non solum caedi & affligi pro eo, sed & mori paratus est. Vitam enim suam siue in praesenti, siue in futuro Christum esse dicit, sicut & Euangelista Ioannes testatur, dicens, Quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominum. Pro hac vita mortale corpus tradit, ut id recipiat in aeternum: ac per hoc lucrum computat mori pro Christo.

Act. 20.

2. Cor. 11.

Ibid.

Galat. 2. Ioan. 1.

Ioan. 12.

Quod si viuere in carne, hic mihi fructus est operis: & quid eligam ignoro. Coartor autem

autem ex his duobus, desiderium habens dissolui, & cum Christo esse multo melius. remanere autem in carne, valde necessarium propter vos. Et hoc certum habens, scio quia manebo & permanebo cum omnibus vobis in vestrum & profectum & gaudium fidei: ut gloria vestra abundet per Christum Iesum in me, per meum aduentum iterum ad vos.

2. Cor. 5.

Manifestum est quod dicit: quia si in carne positus non otiosum est quod viuuit, (habet enim fructum operis sui) Quid eligam, (inquit,) ignoro. Duabus enim ex causis vrgetur. Habet enim desiderium excedere, & cum Christo esse, multo melius aestimans ut iam praesens sit apud Deum, ut exoptatis & promissis fruatur: in carne vero ut sit adhuc, necessarium dicit propter instructionem credentium. Et cum dissolui & cum Christo esse multo melius dicat: certum tamen hoc scire se protestatur, quia manebit in carne ad profectum fidelium, ut gloria eorum abundet in Domino, proficiens ad laudem Apostoli, cum iterum viderint eum. Crementum enim faciunt scientiae, & plenius fundantur in fide. Quantum affectum habet circa credentes, ut hoc quod multo melius sibi esse dicit non eligat, sed hoc velit quod expediat multis: certus etiam Domino hoc placere, quod pro multorum salute proficiat. Quis non tertij caeli cupidus sperneret omnem curam praesentem? Quis non paradisi superioris desiderio omnia haec proponeret? Quis non verborum arcanorum memor humana eloquia deuiteret? Quis non post tanta exilia eligeret requiem? Sed quia charitatem omnibus anteposuit, hoc secutus est quod proficeret fratribus.

1. Cor. 10. 2. Cor. 12.

2. Cor. 13. Rom. 9.

Tantum ut dignum est Euangelio Christi, conuersemini: ut siue cum venero & videro vos, siue absens audiam de vobis quod stetis in vno spiritu, vnanimes pariter in fide Euangelij certantes, & non pauescentes in quoquam ab aduersariis, quae est illis occasio interitus, vobis autem salutis: & hoc, quia a Deo donatum est vobis pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini, idem certamen habentes, quale & vidistis in me, & nunc auditis de me.

Tantum ut dignum est Euangelio Christi, conuersemini. Dignam conuersationem vult eos exhibere disciplinae dominicae, ne poeniteat eum voluisse remanere in carne. Ut siue cum venero & videro vos, siue absens audiam de vobis quod stetis in vno spiritu, vnanimes pariter in fide Euangelij certantes, & non pauescentes in quoquam ab aduersariis, quae est illis occasio interitus, vobis autem salutis. Vnanimes vult eos esse in fide & deuotione contra aduersarios, ut eadem audiat de illis absens quae vidit & praesens: ut in nullo pauentes minas aut terrores aduersariorum, custodiant fidem; scientes quia

cis qui pro Christo tribulantur, ad salutem proficit: illis vero qui tribulantur, ad perditionem. Et hoc, quia a Deo donatum est vobis pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini, idem certamen habentes, quale & vidistis in me, & nunc auditis de me. Quamquam Dei gratiam extollat in omnibus, ad laudem tamen illorum proficit quod dicit, quia Deus illis concessit pati pro Christo. Non enim concedit vel donat nisi amatoribus Christi. Ideo dicit, Pro Christo donatum est vobis; ut a patre Deo donatum sit diligentibus Christum, ut ad augmentum meritorum suorum patiantur pro Christo: & sequentes exempla doctoris sui, omni confidentia certet ad triumphandos infideles.

1. Petri. 2. Galat. 5.

Rom. 8.

Hebr. 12.

CAP. II.

Si qua ergo exhortatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua participatio spiritus, si qua sunt viscera, si miserationes: implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem charitatem habentes, vnanimes, vnum sentientes: nihil fiat secundum irritationes, neque secundum inanem gloriam, sed in humilitate mentis alius alium existimantes superiorem sibi: non quae sua sunt vnusquisque contemplantes, sed quae aliorum sunt.

Hoc dicit, quia si est vera exhortatio spei in Christo apud vos, qua nos inuicem consolamur, si solatium charitatis communis, si participatio Spiritus sancti, per quam iungimur in vno corpore nouo, si aliqua sunt viscera, id est, si in animo vestro sum, sicut & vos in meo, si miserationes, hoc est, si affectus pietatis in amore est, implete gaudium meum. Haec quae enumerat, tunc vera probanda significat, si ista quae subter mandat, fuerint seruata: ut vnanimes sint, & spiritu humiles, non se inuicem prouocantes, sed in charitate gaudentes, ut gaudium Apostoli plenum sit in eis. Sic ergo eos constringit, ut si haec non custodierint, nec in caeteris probati videantur: & quia in aliis nolunt se improbatos videri, ista quoque feruent, ut perfecti sint. Sine dubio enim erant inter eos dissentientes & inquieti, & qui inani gloriae studerent, contendere & vincere volentes cum animi atrocitate: vbi praemium non est, sed parit lites, & rumpit charitatem. Quae enim potest esse plebs in qua vasa aurea & argentea tantum sint, non & lignea & fictilia? Sed possunt exercitio boni immutata fieri aurea & argentea, quia non natura vitium est, sed voluntatis.

2. Cor. 1. Ephes. 2.

Rom. 15.

2. Tim. 2. 1. Cor. 3.

Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo.

Christus semper in forma Dei erat, quia imago est inuisibilis Dei. Sed Apostolus de Dei filio, cum incarnatus homo factus est, tractat dicens, Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, id est, Deo & homine: qui cum in forma Dei esset, inter homines utique conuersatus, verbis & operibus apparebat esse Deus. Forma enim Dei nihil differt a Deo. Ideo enim for-

Coloss. 1. 1. Cor.

Luc. 24.



Hebr. 1.

ma & imago Dei appellatus est, vt intelligeretur nō ipse pater esse Deus, sed hoc esse quod Deus est. Hic ergo, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo. Sciēs enim in forma Dei se esse, non furatus est vt diceret, Ego & pater vnum sumus. Et alibi in Ioannis Euangelio, Propterea, inquit, persequebantur Iudæi Iesum, quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum proprium dicebat Deum, æqualem se faciens Deo. Iure ergo exæquauit se Deo. Ille enim arbitratur rapinam, qui se parem facit ei quo inferior est.

Sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens in similitudinem hominum factus, & specie repertus vt homo. Humiliauit semetipsum, factus obediens vsque ad mortē, mortem autem crucis.

Ioan. 10. Ioan. 18.

Christus igitur sciens in forma Dei se esse, æqualem se ostendit Deo: sed vt humilitatis legem doceret, Iudæis se comprehendentibus non solum nō repugnauit, sed semetipsum exinaniuit: hoc est, potestatem suam ab opere retraxit, vt humiliatus otiosa virtute infirmari videretur. Formam serui accipiens, dum teneatur & ligatur, & verberibus agitur: vsque ad crucem factus obediens patri cui se æqualem sciebat, non sibi defendit æqualitatem, sed subiecit se. Hanc patientiam & humilitatem imitari nos docet, vt non solum coæqualibus non nos antepoamus, verum etiam inclinemus nos, auctoris nostri secuti exemplum. Formam tamen Dei non accepisse dicitur, sed esse in forma Dei; serui autem formam accepisse, dum quasi peccator humiliatur. Serui autem ex peccato fiunt, sicut Cham filius Noe, qui primus

Ioan. 19. 1. Petr. 2.

merito nomen serui accepit. Non enim mihi, sicut quibusdam, videtur sic formam serui accepisse, dum homo natus est. Vide enim quid dicat, Hoc sentite in vobis, quod in Christo Iesu, id est, Deo & homine. Ante incarnationem enim aut Christus potest dici, aut Iesus; quia simul ambo nomina & hominis filium, & Dei filium significant. Nam ante natiuitatē quid dicit inter cætera? Petra autem erat Christus, & Nō tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt. Vbi ergo aut Deum aut hominem vult significare scriptura, vnum ē duobus ponit, aut Iesum, aut Christum. Dei enim filius homo natus, sic in forma Dei erat, quia cum homo videretur, opera Dei faciebat, vt in gestis rebus appareret Deus esse, qui tantum homo esse putabatur. Opera enim formam significabant, vt quia opera eius non vtique hominis opera sunt, hic qui in opere vel forma Dei erat, deus intelligeretur. Forma enim Dei quid est, nisi exemplum quo Deus apparet dum mortuos excitat, surdis reddit auditum, leprosos mundat, & alia? Quomodo autem homini similis factus dicitur, si homo tantum erat: & qua ratione habitu repertus vt homo est, si non esset & Deus: nisi quia cum antequam se inclinari permetteret, semper in Dei virtute visus sit, postea infirmatus in habitu hominis repertus est; Nam in monte vtique quasi Deus apparuit: & in mari pedibus ambulans non solum homo, sed & Deus visus & intellectus est. Denique qui erant in nauis, quid dicunt? Verē filius Dei est hic. Ista ergo

Hebr. 12. Esai. 53. Gen. 9.

1. Cor. 10.

Ioan. 16. Ibid.

Matth. 11.

Matth. 17.

Matth. 14.

G virtute cessante, velut homo visus est. Ideo enim dicit quasi, vt illud significet, quia & Deus est. Infirmitatis enim causa Deum dicit similem factum hominibus. Quod in subiectis aperit, dicens, Humiliauit semetipsum, factus obediens: vsque ad mortem, mortem autem crucis. Hinc est vnde specie repertus vt homo est. Retinens enim virtutē suam ne appareret in eo, vt homo visus est & occisus, qui mori nescit.

Propter quod & Deus superexaltauit eū, & donauit ei nomē quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris.

Quid & quantum humilitas mereatur, ostendit, vt magis hanc appeteremus calcata iactantia. Vnde dicit Salomon: Superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam. Quare & Dominus, Qui se, inquit, exaltauerit, humiliabitur: & qui se humiliauerit exaltabitur. Hæc est ergo humilitas, si sibi quis nec quod deberi nouit, defendat. Denique Pharisæus ille vera de se dicens, exaltasse se dictus est, ac per hoc humiliatus est. Christus autem plus fecit, qui cum Deus sit, caro factus hominibus se inclinauit. Nunc videamus quomodo donatum est Christo nomen quod est super omne nomen, quasi egerit filius Dei, aut imperfectus fuerit. Qui enim eger, imperfectus est. Si enim in forma Dei erat, erat par & æqualis Deo: quomodo donatum est illi? Etenim donatum dicit, qui se humiliauit, & quasi homo apparuit exinaniens se, factus obediens vsque ad mortem. Si ergo perfectus natus est, quomodo egerit? Perfectum Dei filium natum de Deo patre qui negat, Arianus est. Nam ante passionem æqualem se Deo patri ostendit, sicut & supra memorauimus. vnde constat hunc natum esse perfectum. In natiuitate enim sua omnia consecutus videtur. In plenitudine enim diuinitatis est natus ad omnia agēda quæ gessit, vt prius donum accepisset quā gereret ad quæ agenda natus est. Videtur ergo donum patris, hoc est esse filium, & nomen eius super omne nomen sit, hoc est esse Deum. Nomen enim Dei, sed per naturam, non per solam appellationem super omne nomen est. Hinc est, vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum, sicut ad Romanos significat, inter cætera dicens, Et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Quæ sint autem hæc omnia, in epistola in ista aperit, dicens, Cælestia & terrestria & inferna. Alia enim nulla sunt. Quibusdam tamen videtur homini donatum esse nomen quod est super omne nomen: quod nullo genere, nulla ratione cōuenit. Si enim Christus Dei filius idem ipse & homo est, non poterat Deus homo factus, sed manēs deus, his egerē quæ habebat: aut si secundum quod homo erat, his egebat quæ Dei sunt, ipse sibi Dei filius deus dedisset quæ deerant ei iuxta quod homo erat. Quod quidem ad insipientiam dicitur. Et quare pater dicitur dedisse, cum ipse qui homo factus erat, nihil de haberet? aut non poterat filij diuinitas corpori suo & animæ præstare quæ deerant? Sed fortē quia

Act. 2.

Esai. 45.

Lib. 3. sent. dist. 18. §. de merito. Proverb. 3. Luc. 14. Luc. 18. Ioan. 1. Heb. 1.

Coloss. 2.

1. Cor. 8.

Rem. 9.

Lib. 3. sent. dist. 18. §. tantum.

Ej. h. 3.

Rem. 11.

Hebr. 1.

Ioan. 17. Ioan. 16.

Luc. 2.

Matth. 11.

Hebr. 5.

Rem. 14.

Esai. 45.

Ioan. 10.

Ioan. 17.

quia à Deo patre sunt omnia, ideo ipse dicitur dedisse. Si ergo à patre omnia, quare non dicatur cuncta filio suo per generationem dedisse? Et quamuis æqualem sibi genuerit filium: ordo tamen exigit vt in nomine patris agantur omnia. Hoc pater concessit filio, vt post crucem omnia in nomine filij saluentur. Denique dicit Dominus de discipulis ad patrem, Pater, quos dedisti mihi, custodiui. Tui enim erant, & mihi eos didisti. Et ad discipulos ait, Vtique modo nihil petistis in nomine meo: petite, & accipietis. Hoc ergo natus accepit, vt post crucē manifestaretur quid à patre dum generaretur accepit. Nomen tunc accepit à patre, cum à creatura cepit sciri. Cognoscitur enim quid propter hæc quæ gessit, antequam gereret accepit. Denique ante crucem dixit: Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Quomodo ergo hoc ad corpus potest referri, vt Dei nomen corpori sit donatum, cum constet Christum hominem esse Deum? quia nec dignum est vt Deus immutetur in carnem, neque caro hoc possit effici quod est Deus. Sed fortē vt adoptione Deus esset: & hic color est. Incipit enim ex parte Deus verus esse Christus, & ex parte adoptiuus, aut duo dii: sed aliud scriptura significat. Illi enim donatum significat, qui se exinaniuit, qui formam serui accepit, qui in similitudinem hominis factus est homo, qui patri obediuit. Si homo Deo patri obediuit, quid magnum est quod dixit Apostolus? Sed hoc magnum dicit, quia cum æqualis esset, obediuit. Et quid laudis est si in similitudinem hominis factus est homo, vt homini similis homo factus dicatur? Sed nec potest fieri. Nemo enim in similitudinem fit alicuius, nisi alius sit antequam fiat in similitudinem cuius vult. Per causam enim similis factus est, nō per substantiam. Et quis est qui se exinaniuit? Homo. Ergo habebat. Et quomodo accepit? Sed qui poterat se exinanire homo res infirma? Et in forma Dei nūquid homo erat? Sed fortē homo in forma Dei filius erat. Age, filius Dei in cuius forma erat? Et si iam homo in forma Dei, hoc est, filius Dei erat, iam ante passionem perfectus erat. Non ergo post passionem aliquid accepit. Sed videamus quid de eo scriptū sit. Propter quod superexaltauit eum Deus, & donauit ei nomen quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei patris. Consideremus nunc dicta, & sic aduertamus vim locutionis. Certē nomen quod super omne nomen est, Dei nomen est. Sed si per naturam non cōstat hoc nomen, non est super omne nomen. Appellatiuum enim nomen in solo vocabulo est, non in nobilitate naturæ. Et adoptiuo Deo nō flectitur creatura genu, sed vero, non concreaturæ. Et quomodo fieri potest vt homo sit in gloria Dei patris? Etiam si adoptiuus Deus sit homo, in gloria Dei patris non potest esse, nam ei hoc cōpetit qui natus est de Deo. In gloria enim Dei patris esse, nihil differre à Deo est, vt vna gloria sit patris & filij per cōmunē substantiā & virtutē. Est enim hæc vnitās naturæ. Quid rogo contrariū est si filius donū à patre accepisse dicitur, cum omnia filij à patre sint, à quo & cuncta esse creduntur? Substantiā autem Dei idcirco naturā dicimus, quia natus de illa Christus est.

A Itaque dilectissimi mihi, sicut semper obediistis, non in præsentia mea tantum, sed multo magis nunc in absentia mea, cum timore & tremore vestram ipsorum operamini salutē. Deus est enim qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate.

Deum bonos conatus adiuuare testatur. Omnem enim gratiam semper reportat ad Deum, vt nostrū sit velle, perficere verò Dei. Nam quis vinceret principes ac potestates, rectores tenebrarum harum, spiritalia nequitia: in cælestibus, nisi solus Deus, quos causa inuidiæ inimicos habemus? Indignantur enim nos dici filios Dei. Non ergo nouum est quod hortatur, sed vt more solito subditi sint Euangelio, curam propriæ conuersationis habētes. bona enim conuersatio salutem operatur.

C Omnia facite sine murmurationibus & hæstationibus, vt sitis irreprehensibiles & simplices sicut filij Dei, immaculati in medio nationis prauæ & peruersæ: inter quos lucetis sicut luminaria in mundo, verbum vitæ continentes ad gloriam meam in diem Christi: quia non in vacuum cucurri, nec in irritum laboraui. Ideoque & si immolor super sacrificium & ministerium fidei vestræ, gaudeo & gratulor omnibus vobis. Ob id ipsum autem & vos gaudete, & congratulamini mihi.

D Vt fidei & operum suorum fructus possint habere commonet vt omnia quæ ad disciplinam pertinent Christianam, sine hæstationibus faciant & murmurationibus: quia si negligenter & in deuotē aliquid agitur, ad effectum non peruenit, quia in reprehensionē cadit: sed vt omni simplicitate operentur quasi filij Dei immaculati, vt memores professionis suæ respondeant; vt inter diffidentes tam clari appareāt vita, conuersatione, moribus, quemadmodum sol & luna inter stellas splendore sublimes sunt. Sicut enim stellæ apparente sole obscurantur, ita iniusti & infidi præsentibus iustis turpes & deformati videntur: vt gloria sit Apostoli in aduentu filij Dei, cuius plantatio tales edidit fructus. Labor enim & efficacia eius tunc probabitur non esse inanis. Ideoque & si immolor, (ait,) super sacrificium & ministerium fidei vestræ, gaudeo. Si enim oppressus fuerit à perfidis, cur eos aggregauerit suæ conspirationi, gratulandum sibi significat, scit enim effectum habere mortem suam. Magna enim mœstitia est, si patiat qui pro eis in quibus nihil proficit. Quamobrem gaudere se in illis, & eos congratulari sibi debere testatur, vt inuicem participes sint gaudij cōmunis & plebs & magister idoneus.

E Spero autem in Domino Iesu, Timotheū in breui me mittere ad vos: vt & ego bono animo sim, certior de iis quæ circa vos sunt, factus. Neminem enim habeo tam vnanimentem,

Rem. 7.

Ephes. 6. Sap. 2. 1. Petr. 2.

1. Petr. 4. Hier. 48.

1. Ioan. 3.

2. Petr. 1.

Coloss. 1.

2. Cor. 2. Rom. 1.

& qui sinceram circa vos sollicitudinem gerat. Nam omnes quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. Probationem autem eius nostis, quod ut filius cum patre, mecum seruiuit in Euangelio. Hunc ergo spero me missurum confestim, ut videro quæ circa me sūt. Confido autem in Domino, quod & ipse citò ad vos veniam.

Aboluta sunt hæc, nec interpretatione egēt. Post epistolam enim istam Timotheum se missurum significat, per quem ad fidem agnoscat quæ circa hos agantur. Erat enim Apostolo vnanimus, quare & circa eos sollicitior signatur: non sicut quidam, qui dum semetipsos commendare volebant, negligētes erant de disciplina & conuersatione fratrum. Non enim deuoto animo prædicabant, sed propter propria lucra. Et quia Timotheus vir erat egregius, dicit quia probatum hunc habebat, quia erat cum eo ut filius charissimus, deseruiens Euangelio Christi. Ideo hūc filiū dicit, quia ab ipso fuerat ordinatus. Hunc sperat præmittere, & se quoque in breui venturum ad eos.

Necessariū verò arbitratus sum, Epaphroditum fratrem & cooperatorem & cōmilitonem meum, vestrum autem apostolū, & ministrum operis mei, mittere ad vos: quandoquidem desiderabat vos omnes, & impariēter sollicitus erat, eo quòd audieratis illum infirmatum fuisse. Etenim infirmatus est prope mortē: sed Deus miserus est illius. non solum autem eius, sed & mei: ne tristitiam super tristitiam haberem.

Omnia hæc manifesta sunt. Epaphroditum enim significat se missurum cum ista epistola ad eos. Inuicem enim desiderio sui mœsti erant infirmitatis eius causa & populus & Epaphroditus: ut viso eo recrearēt de recuperata salute eius, & ille careret sollicitudine videndi eos quam gerebat. Erat enim eorum apostolus ab Apostolo factus, dum illum ad exhortationem eorum mittebat ad eos: & quia vir erat bonus, desiderabatur à plebe. Quid ergo est ut præsentē Apostolo qui mortuos suscitabat, hic Epaphroditus infirmaretur vsque ad mortem? Nūquid non orauit pro illo Apostolus, & non impetrauit ut citius sanaretur? Sed signa infidelium causa sunt. Nam huic non ad detrimentum contigit ægritudo, sed ad augmentum. Probationes enim diuersæ sunt credentium. Alius enim per ægritudinem, alius per amissionem carorum, alius per damnum pecuniæ, alius per tribulationes probatur, si in necessitate stabilis inueniatur, auxilium à diuersa parte non quærens, ut augmentum faciat meritorum. Non ergo contempta est postulatio Apostoli, sed melius prouisum ei pro quo petebat. Quid autem illud est, ut cum de excessu fratrum in alia epistola non contristari debere admoneretur, in hac contristandum se si exisset Epaphroditus è corpore, significat? Tristitiam

se, si exisset, habiturū dixerat super tristitiam, quam habebat de infirmitate eius. Erat enim necessarius ecclesiis. Nam ad Theſsaloniſſenſes: Videte, ait, ne contristemini de dormientibus, sicut & ceteri qui non habent spem. Se autem sic tristem futurum dixerat de excessu Epaphroditum, quia solatium eius & auxilium requirebat: nō tamen ut quasi perditum lugeret.

Sollicitus itaque misi eū, ut cum illum videritis, iterum gaudeatis, & ego meliore animo sim. Excipite ergo illum in Domino cum omni gaudio, & huiusmodi in honorem habete: quia propter opus Christi vsque ad mortem accessit, in interitum tradens animā suā, ut suppleret id quod vobis deerat circa meū officium.

Sollicitus itaque misi eum, &c. Affectionem mutam habuisse Epaphroditum & plebem Philippiensium significat, quem videntes iterum in lætitiā se excitarent, & Apostoli animus lætaretur, quia meliori animo sit qui ad caros suos mittit reuendos. Excipite ergo illum in Domino cum omni gaudio, & huiusmodi in honorem habete: quia propter opus Christi vsque ad mortē accessit, in interitum tradens animam suam, ut suppleret id quod vobis deerat circa meum officium. Quamquam inuidua esset charitas Epaphroditum & plebis: tamen etiam ab Apostolo commendatur, ut amplius carorem illum faciat, maxime propter hos qui forte tam cari non essent circa eius affectum. In omni enim plebe diuersitas est. Hinc est vnde & prælium eius memorat, quòd non dubitauit propter opus Euangelij emori: hoc est, non deteritus est minis & presuris infidelium, sed perstitit in exhortatione fidelium, ut impleret quod deerat plebi in traditione iuxta dispensationem Apostoli. Qui ergo à morte non retrahit animam suam, in interitum hanc tradit iuxta vitam præsentem, sicut & Dominus dicit, Qui enim voluerit animam suam saluam facere, perdet eam. Perditio hæc interitus est, quia secundum mundum qui animam suam tradit pro Christo, amittit eam, in futurum tamen conseruabit eam.

**Q**UOD reliquum est fratres mei, gaudete in Domino. Eadem scribere vobis, mihi quidem non est pigrum, vobis autem necessarium. Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. Nos enim sumus circumciso, qui spiritu Deo seruiamus: & gloriamur in Christo Iesu, & non in carne fiduciam habemus: quamquam ego habeam fiduciam & in carne.

Eadem scribere vobis, mihi quidem non est pigrum, &c. Ostendit sollicitudinem suam quam gerit circa profectum illorum, quia impiger est ad scribendum eis quæ necessaria sunt vtilitati illorum. Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. Hos designat qui inuidentes gentibus prauitate colloquiorum suorum euerterant Galatas, suadentes eis ut circumciderentur.

ciderentur. Quos omni genere vitandos & spernēdos docet, quasi canes qui primum oblatrant, dehinc morsu sauo malè operantur in carnem. Nos enim sumus circumciso, qui spiritu Deo seruiamus: & gloriamur in Christo Iesu, & non in carne fiduciam habemus: quamquam ego habeam fiduciam & in carne. Manifestum est quia credentes ipsi circumcidunt cor suū, ut amputata erroris nebula aspiciant & agnoscat Dominū creaturæ. Hoc est spiritu Deo seruire, & gloriari in Domino Iesu Christo, qui legem spiritus dedit, ut carnis gloria exinaniretur. Apostolus tamen etiā hanc fiduciam habebat, ut si vellet, gloriaretur de carnis circumcisione: sed sciens vacuam esse hæc gloriam, repudiavit eam.

Si quis alius videtur cōfidere in carne: ego magis, circūcisione octauī diei, ex genere Israel, de tribu Benjamin: Hebræus ex Hebræis, secundum legem Phariseus, secundum amulationem persequens Ecclesiā Dei, secundum iustitiam quæ ex lege est, cōuersatus sine querela. Sed quæ mihi lucra fuerunt, hæc arbitratus sum propter Christum damna.

Quantum ad legis culturam pertinet, & ad eius iustitiam seruandam, & ad studium hæresis Phariseorum, & iuxta zelum traditionis paternæ in persequendo Ecclesiam, hic parem non habuit. In cæteris enim erant consortes eius, qui similiter essent natura Iudæi. Sed quæ lucra videbantur iuxta humanum sensum, comparatione Christi inuenta sunt damna. Quare damna, nisi quia iam tempus non erat, ut lex seruaretur: Inania enim erant hæc omnia, & impedimenta ne accederetur ad gratiam, & quia hæc sunt carnalia, nostra verò spiritalia. Ideo autem de tribu se dicit Benjamin, ut genus suum extolleret, siue propter hos qui de patriarchis concubinarum Iacob filiis ducunt originem, aut propter illos qui erant proselyti. Vnde dicit, Ego magis, circūcisione octauī diei, ex genere Israel: ut ostenderet primum se esse inter Iudæos, sed hoc se contemnere propter spem promissam à Christo. Hebræi tamen propter Abraham dicti sunt. Immutata est enim littera propter sonum, ut non vocarentur Abrahæ, sed Hebræi: ut apud veteres cum diceretur meridie, & esset absurdum, immutata est littera ut diceretur meridie. Si enim origo ex Abraham est, ex ipso trahit & nomē, non ex Heber, qui sexta generatione est super Abraham. Si enim in Abraham reformari cœpit genus hominum, & ipse est pater fidei, ex ipso & nomen & lingua Hebræa. Prima enim lingua quæ erat sine nomine, cum huic redditur, ex eo nomen accepit. Nā nulla causa est ut ex Heber trahat nomen. Abraham enim Chaldeus fuit, non tamen Hebræi Chaldeam linguam habent.

Quinetiam omnia arbitror detrimentum esse propter eminentiam scientiæ Christi Iesu Domini mei, propter quem omnia dānum esse duxi, & arbitror stercora, ut Christum lucrificiam: & ut inueniar in illo non habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed eam quæ

est per fidem Christi, quæ ex Deo est, iustitiā in fide, ad cognoscendum eum, & virtutem resurrectionis eius, & communicationē passionum eius: conformans me morti ipsius, si quo modo occurrā ad resurrectionem quæ est ex mortuis.

Cum superius de genere Abraham, & de lege, & de iustitiis eius, & meritis obseruatiū loqueretur, hæc omnia detrimentum deputans ad comparationem promissionem Saluatoris: nunc addit non solum hæc, sed &, inquit, omnia arbitror detrimētum esse propter eminentiam scientiæ Christi Iesu Domini mei. Post legem & iustitias eius, quæ erunt hæc omnia? Quæ erunt, nisi ut ipsi vitæ corporis animæque antepōnatur agnitio Christi: Si enim, ut dicit ad Colossenses, in Christo sunt omnes thesauri scientiæ & scientiæ absconditi: cuncta quæcumque sunt, nullius momenti ducenda sunt, ut ad excellentiam scientiæ & scientiæ huius peruenire contingat. Sufficit ergo, immò exuberat iustitia quæ ex fide est, non ex lege ad salutem, quæ ex cognitione Christi, gratia Dei indulta est. Cognitionis enim mysterij incarnationis, & passionis, & resurrectionis eius, perfectio vitæ est, & thesaurus scientiæ. Vbi enim scientiā ibi est & vitā, quia vita non est ubi stultitia est. Denique Salomon: Stultus, ait, in risu agit mala. Qui enim intelligit sui causa Christum hominem factum & passum, & victa morte resurrexisset, contemptis & spreis omnibus hunc sequitur, cuius presidio videt se à morte liberatum, quærens causas ad promerendum eum, ut vel in aliquo illi vicem possit reddere, ut adhuc maiora consequi mereatur promissa in resurrectione.

Non quòd apprehenderim, aut iam perfectus sim: sequor autem, si quomodo comprehendam, in quo & comprehensus sum à Christo Iesu.

Quoniam in tota epistola gaudere se testatur in eis, & laudat obedientiam eorum & fidem, ne fortè quasi homines inflatione, eo quòd iam digni essent extollerentur, nunc per suam personam adhuc deesse sibi ad iustificationem implendam aperta voce declarat, ut contendat addere in operibus bonis. Si enim hic qui tanta præditus dignitate est, adhuc deesse sibi ad perfectionem confitetur: quanto magis hi intelligerent elaborandum sibi esse ut iustificationum merita adipiscerentur? Ideo subiecit? Sequor autem, si quomodo comprehendam, in quo & comprehensus sum à Christo. Dum enim errore estu mentis fluctuaret, de via Domini diffidens, misericordia Dei quasi fugientem gratiam Christi, comprehendit eū in via, euntem ad conturbandam & affligendam Ecclesiam, ad hoc ut donum Dei addiceret, & gratiam quam refutabat, & sciret pro hac etiam mori lucrum esse: ideòque non se posse obesse credentibus, sed sibi se non crederet, qui rem salutarem per ignorantiam insequeretur. Ad hoc ergo comprehensus est, id est, à præsentia Dei requisitus inuentus est, & didicit mysteriū Christi, ut in omni vita augmentum faciens meritorum, comprehendat desti-

2. Cor. 3.

1. Thess. 2.  
1. Thess. 3.  
2. Tim. 1.

Philip. 4.

Act. 20.

1. Cor. 14.

1. Pet. 1.

1. Thess. 4.

Rom. 2.  
2. Cor. 3.  
Rom. 8.  
Act. 22.

Act. 16.  
Galat. 1.

Galat. 3.

Gen. 30.

Genes. 11.  
Gen. 17.

Gen. 11.  
Act. 7.

ibid.

1. Cor. 7.

Philip. 4.

Matth. 16.  
Ioh. 12.

CAP. III.

2. Cor. 2.

Galat. 6.

Ephes. 3.

Coloss. 2.

Galat. 3.

Coloss. 2.  
1. Pet. 10.

Rem. 8.

Philip. 3.  
1. Cor. 4.

2. Tim. 2.

Act. 9.  
Philip. 1.  
1. Tim. 1.

1. Cor. 9.

quæ præstabat meritis eius, auxilia adessent & desideris eorum in copia magnitudinis bonitatis suæ in gloria Christi Iesu, Gloria est Christi Iesu, cum Dei nutu Christianorum implerentur desideria secundum euangelicam disciplinam. *Deo autem & patri nostro gloria in secula seculorum. Amen.* Hic non discreuit, sed generaliter ait: *Deo & patri nostro gloria.* Deus propter timorem, pater autem honoris causa, & quia ab ipso est omnis origo. Ipse enim dixit in Malachia propheta, Si Deus ego sum, ubi est timor meus? & si pater ego sum, ubi est honor meus?

Salutate omnem sanctum in Christo Iesu. H. Salutant vos qui mecum sunt fratres. Salutant vos omnes sancti, maximè qui de Cæsaris

domo sunt. Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro. Amen. *Salutate omnem sanctum, &c.* Ille salutatur in Christo Iesu, qui se sanctificat, ut Christo dignus habeatur, qui dixit, Sancti estote, quoniam ego sanctus sum, Dominus Deus vester. *Salutant vos qui mecum sunt fratres.* Salutatio fratrum solatium inuicè præstat. quasi imagines enim exhibet diuulforum. *Salutant vos omnes sancti, maximè qui de Cæsaris domo sunt.* Hos significat propèssiore affectu habere circa eos, qui de domo Cæsaris sūt. istos & potiores supra memoratis ostendit fratribus, quia hos sanctos appellat. *Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro. Amen.* Quoniam de Saluatoris persona quaestiones oriuntur, hic ut soliditatè in eo diuinitatis approbet, tutionem gratiæ eius spiritui nostro exoptat.

SANCTI AMBROSII IN EPISTOLAM  
BEATI PAULI APOSTOLI AD  
PHILIPPENSES COMMENTARIORVM  
FINIS.

S. AMBROSII MEDIOLANEN-  
SIS EPISCOPI IN EPISTOLAM BEATI  
PAULI APOSTOLI AD COLOSSENSIS  
COMMENTARIA.  
P R O O E M I V M.

COLOSSENSIS pseudoapostoli euertere nitebantur, ut post prædicationem Epaphrae & Archippi philosophicis disputationibus irretirent simplicitatem mentis eorum, ne spernerent rationes elementorum, quibus quasi gubernatur vita humana. Idcirco hos Apostolus hortatur per epistolam, & admonet ne alicui præter Christum aliquam esse spem putarent, & deciperentur.

CAP. I.

PAVLVS Apostolus Christi Iesu per voluntatem Dei, & Timotheus frater, his qui sunt Colossis, sanctis & fidelibus fratribus in Christo Iesu. Gratia vobis & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo.

APVT epistolæ solito more scribit ad eos, in quo & sanctis & fidelibus fratribus litteras se ordinare profectur, quibus exoptat Dei gratiam manere per Christum.

Gratias agimus Deo & patri Domini nostri Iesu Christi, semper pro vobis orantes: audita fide vestra in Christo Iesu, & dilectione quam habetis in omnes sanctos, propter spem quæ reposita est vobis in cælis, quam antè audistis in verbo veritatis Euangelij, quod peruenit ad vos, sicut & in vniuersum mundum: & est fructificans, & crescens, sicut & in vobis, ex qua die audistis & cognouistis gratiam Dei in veritate, prout didicistis ab Epaphra dilecto conseruo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi, qui etiam notam fecit nobis vestram dilectionem in spiritu. In exemplum cæterarum gentium hos crescere & fructum vitalem facere, alacri sermone profectur: ut ex eo quod Dei gratiam perceperunt, proficerent, & numero & opere adiungentes fidei suæ qui fierent fratres eorum in Christo.

Dei in veritate, prout didicistis ab Epaphra dilecto conseruo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi, qui etiam notam fecit nobis vestram dilectionem in spiritu.

Gratias agimus Deo & patri Domini nostri Iesu Christi, &c. Quoniam dignum habuit Deus credere istis filium suum, gratias ei refert in orationibus suis. Deinde propter charitatem quam habebant in sanctos, credentes quia per hanc spes firma est apud Deum, qua remuneraturus creditur credentes & diligentes se inuicem auctore Christo, cuius nomen peruenit ad omnes gentes, ut multiplicentur in fide eius. *Et est fructificans & crescens, sicut & in vobis, ex qua die audistis & cognouistis gratiam Dei in veritate, prout didicistis ab Epaphra dilecto conseruo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi, qui etiam notam fecit nobis vestram dilectionem in spiritu.* In exemplum cæterarum gentium hos crescere & fructum vitalem facere, alacri sermone profectur: ut ex eo quod Dei gratiam perceperunt, proficerent, & numero & opere adiungentes fidei suæ qui fierent fratres eorum in Christo.

1. Cor. 10.

sto. Exemplo enim bonorum operum illorum attracti sunt multi, teste illis Epaphra, qui eis ministravit gratiam Christi vice Apostoli, quam statim imbiberunt ut potum spiritalem in Domini charitate, quæ non in carne est, sed in spiritu.

Idcirco & nos ex qua die audiuius, non cessamus pro vobis orantes & postulantes, ut impleamini agnitione voluntatis eius in omni sapientia & intellectu spiritali, ut ambuletis dignè Deo ad omne placitum, in omni opere bono fructificantes, & crescentes in agnitionem Dei, in omni virtute robur capientes secundum potentiam gloriæ eius, in omnem patientiam & longanimitatem, cum gaudio gratias agentes Deo patri, qui vocauit vos in partem sortis sanctorum in lumine: qui liberavit nos à potestate tenebrarum, & transfuit in regnum filij charitatis suæ: in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum.

Ex qua die audiuius, non cessamus pro vobis, &c. Audiens Apostolus deuotam ac promptam voluntatem illorum circa fidem Christi, orat pro eis, ut propensius agnita voluntate Dei, rationabili opere explerent deuotionem quam audita fide Christi didicerant, ne tam fida mentis ædificatio, & robur fidei, dum inconsultè aliquid imperitè conficeret, laboris sui fructum amitteret. Hoc enim libenter accepto fertur, quod deuoto sit animo, & prudenter. *Fructificantes & crescentes in agnitionem Dei, in omni virtute robur capientes secundum potentiam gloriæ eius, in omnem patientiam & longanimitatem, cum gaudio gratias agentes Deo & patri, qui vocauit vos in partem sortis sanctorum in lumine, qui liberavit nos à potestate tenebrarum, & transfuit in regnum filij charitatis suæ.* Incrementum operum eorum cum scientia vult fieri, ut non ignorent fidei suæ spem. Tunc enim firmi & stabiles sunt, si aduertant quæ pro fide promissa sunt, & quanta sit potentia gloriæ maiestatis Dei in patientia, ut longa expectatione sustineat humanum genus, quod irreuerentia sua non solum negligit creatorem, verum persequitur amantes eum: ut & ipsi similiter patientes sint, ut supportent probra & maledicta infidelium, vel si illata fuerit pressura, expectantes iudicium Dei, nec dubitantes de eo, magis autem gaudentes in promissa vita cum gratiarum actionibus Deo, qui dignatus est vocare & inducere gentes in promissionem Iudæorum, quæ est lumen æternum, id est, vita æterna, veritas perpetua. Liberati enim de conditione tenebrarum, hoc est, eruti de inferno in quo tenebamur à diabolo tam ex proprio quam ex delicto Adæ, qui est pater omnium peccantium: translati sumus per fidem in regnum cælestis filij Dei; ut ostenderet nobis Deus quo amore diligit nos, quando attollens nos de imo tartari, induxit in cælos cum vero filio suo. Iam enim omnes credentes, qui fixa mente deuoti sunt, exeuntes de sæculo, ducè dextræ partis angelo inducuntur in cælos, quod ante deuictam mortem concessum non erat.

In quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum. In huius filij sui regnū trāstulit nos Deo, per quē nos redemit, & manumisit. Remissio enim peccatorū liberōs facit, ut liberati debitis, teneri obnoxij nō possint. nā sine fide Christi nullus egressus de inferno est, quia obligatus peccatis exire ianuas tartari non potest.

Qui est imago inuisibilis Dei, primogenitus vniuersæ creaturæ.

Inuisibilis Dei imago visibilis esse non potest, alioquin nec imago. Quod enim inuisibile est, pingi non potest. Nec enim visibilis potest inuisibile videre. Aut enim corpus est quod videtur, aut figura, aut aliqua formata substantia quæ fert acies oculorū; totū tamen corpus est. Deus autē qui ab his omnibus alienus est, quomodo potest imaginē habere visibile? Sed ideo sic dicitur, ut talis filius intelligatur, qualis est pater: ut quia de ipso est, & nihil distat ab eo in diuinitate naturæ, imago eius dicatur & forma, ne alius Deus à perfidis crederetur, quāuis nomine ipso hoc contineatur. Ideo enim verus Dei filius dicitur, ut de ipso esse credatur. Sed propter malā intelligentiā etiam hoc additū est, ut & imago eius dicatur: ut cum apparet, licet in figura humana, aut certè in igne, ut ad Moysen, nō ipse pater intelligatur esse, sed filius: & per id quod imago eius dicitur, nihil ab eo distare credatur. Vnde dicit ad Philippū, Philippe, qui me vidit, vidit & patrem: quomodo tu dicis, Ostēde nobis patrem? Nō credis quia ego in patre, & pater in me est? Hæc est vnitas & substantialitas patris & filij, ut inuicē sint: ut qui videt filiū, videat & patrem. Nunc videamus quomodo visus sit filius, ut proinde intelligamus qua ratione Philippus videndo filium, videat & patrem. Intellectu certè operum diuinorū viderit filium, non carnalibus oculis. Quæ operatus est filius, dixit esse patris, ut vnitatem virtutis ostenderet. Eodē genere visus est & à Iacob, vnde nomen accepit Israel, id est, homo videns Deum. Propter hoc ergo imago dictus est inuisibilis Dei, ut ipse esse intelligeretur qui per intellectū visus est Deo. Patrem autem numquam vllō modo apparuisse, sicut dictum est in Euangelio, Deum nemo vidit vniquam. *Primogenitus vniuersæ creaturæ.* Ante omnem creaturam, genitum filium non creatum testatur, ut secerneret natiuitatem eius à creaturæ factura. Et ut hoc penitus clarescat, subiicit,

Quia in ipso condita sunt omnia in cælis & in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates: omnia per ipsum, & in ipso condita sunt: & ipse est ante omnes, & cuncta in ipso constant.

Quia in ipso condita sunt omnia, &c. Non solum in eo magnificentum & gloriosum significat Christum, quia antequam fierent omnia, natus est; sed & in ipso dicit omnia condita: hoc est, ut omnium potētia in eo esse credatur, & à Deo profecta, dum omnia fiunt per ipsum: hoc est autē caput esse totius creaturæ, quia ab ipso ut sint, esse coeperunt. Ideo autē quæ ab ipso facta sunt, per ipsum facta dicuntur, quia ad hoc natus est ut faceret creaturā: & hoc est Deū fecisse in eo, &

Philipp. 1.

Ephes. 3. Malach. 1.

Leuit. 19. 1. Cor. 16.

Galat. 6.

1. Thess. 1. Rom. 12. Ephes. 5. 1. Cor. 9.

Philipp. 1. 1. Petr. 1. Rom. 1.

1. Petr. 2.

Act. 13. Galat. 1. Hebr. 2. Rom. 5. 1. Ioan. 3.

Matth. 25.

Coloss. 4.

Ioan. 8. Matth. 5.

Esa. 40.

Ioan. 10. Hebr. 1.

Iosu. 5. Exod. 3. Ioan. 14.

Ioan. 10.

Ioan. 14. Genes. 3. 2.

Ioan. 1. Eccli. 2. 4.

Prover. 8. Rom. 11.

Ioan. 1. Esai. 9.



*Math. 11.* per eum. Nec enim sibi natiuitas sua profecit, sed nobis, quia nō eguit nasci qui semper erat, quomodo sit vnicus Dei patris filius, quomodo ipse nouit quæ ingenta sunt Dei patris? Erat enim in Deo qui processit de Deo, ita ut vnus esset Deus, ac sic fit, ut neque diminutio sit patris, neque profectus filij dū nascitur. Et ut apertius tradat quæ & quanta sit potentia filij, ostendit quæ per ipsum sint: nempe throni, dominationes, & principatus, ac potestates: ut prōinde omnino minus nihil in eo esse credatur, quàm in patre. *Et ipse est ante omnes.* Ante omnes hic est, quia hic solus de Deo patre natus est, de ingenita utique substantia Dei. Hæc autem virtute eius, quam per generationem habet à patre, substituerunt; non quia eiusdem communitio substantiæ sit cum eo, sed ex nihilo nutu Dei patris filio agente cœperunt. *Et cuncta in ipso consistunt.* In ipso consistunt, quia sine eo nihil sunt. Nisi enim huic fuerint subdita, errore deuia quasi perditioni fient obnoxia.

*Aff. 17.* Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, qui est principium, primogenitus ex mortuis: ut fiat in omnibus ipse primatum tenens.

*Ephes. 5.* *Et ipse est caput corporis Ecclesiæ, &c.* Ecclesiæ caput est Christus, si tamen omnes vnum sentiant cœlestes & terreni, ut sint Ecclesia, hoc est, vnus fidei. Si quo minus, truncati capite totius corporis, id est, a creatore suo se iuncti, amentia quadam & vanitate bacchantur. *Qui est principium, primogenitus ex mortuis: ut fiat in omnibus ipse primatum tenens.* Quoniam omnia per ipsum sunt, per ipsum denuo negligentia quadam facta caduca reformanda fuerunt, ne ad iniuriam eius pertineret si opus eius per alterum instauratum fuisset: ut quomodo ante omnes natus est, sic iterum ante omnes primus esset ex resurrectione mortuorum, reddita pristina vita. Ante omnia enim natus est de Deo, ut cuncta crearet quæ non erant. Iterum autem accepta carne de virgine natus est, ut peccatum quod ex virgine Eua intrauerat in mundum, aboleret. Natus ergo, & mortuus resurrexit, ut quæ primū fecerat, postea iterū recrearet; quia per errorem fuerant velut mortua: ut semper in omni vita sit primus & princeps.

*Apo. 1.* Quia ipso complacuit patri omnem plenitudinem inhabitare: & per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinē crucis eius, siue quæ in cælis sunt, siue quæ in terris.

*Rem. 11.* *Omnem plenitudinem inhabitare, &c.* Plenitudo in ipso est & manet, quia omnia potest semper, ut nihil exceptum sit quod non per eum possit præstari: ut & faceret, & reformaret, & lapsa erigeret, & mortua viuificaret. Vnde ait, Sicut habet pater vitam in semetipso, ita dedit & filio vitam habere in semetipso. Et; Sicut pater suscitatur mortuos & viuificat, sic & filius quos vult viuificat. Nec enim pater iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio. Quid iam iustum, nisi ut horum quæ fecit per illum, ipsi daret iudiciū: & ut ipsa plenitudo diuinitatis habitaret in ipso, & id est quod diximus, omnem illū potestare in se habere, quod est, Deum esse perfectum, qui enim hæc omnia non habet, non est Deus. *Et per*

*Rem. 11.* *Ioan. 1.* *Ioan. 5.* *Ibid.* *Coloss. 2.*

*G* eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius, siue quæ in cælis sunt, siue quæ in terris. Hoc est quod supra memorauimus: quia ut ea omnia quæ Deus fecit, per illū restauraret, cum errore quodam discrepare iā cœpissent ab inuicem, necnō & ab auctore, (est enim adhuc error in carnalibus cælis;) humiliavit eū incarnando illū, ut homo factus ostenderet ac doceret quomodo possint ea quæ in firmamento sunt, & super terrā reconciliari creatori. Quod ut ad perfectum perduceret, occidi se passus est propter homines, ut quos apud superiores docuerat, excūtes hinc à morte secunda teneri non possent, ut doctrina eius fructum haberet primæ institutionis, & omnia facta per ipsum viuerent in ipso quasi in auctore, sicut Petrus fateretur in Actis Apostolorum.

*H* Et vos quondam alienatos & inimicos consiliorum eius in operibus iniquis, nūc autem reconciliatos in corpore carnis eius per mortem, exhibete vos sanctos & immaculatos & irreprehensibiles in conspectu suo, si quidem perseueratis in fide fundati, stabiles & immobiles à spe Euangelij quod audistis, quod prædicatum est in vniuersa creatura quæ sub cælo est. Cuius factus sum ego Paulus minister: qui nūc gaudeo in passionibus pro vobis, & suppleo reliquias pressurarum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia.

*K* Et vos quondam alienatos & inimicos, &c. Quale donum Dei sit erga gentes memorat, ut ostendat eos debitores, & quidem multum, in gratiarum actionibus Deo: qui cum inimici essent consiliorum eius, quibus decreuit visitare genus humanum per famulum suum Moysen, cuius doctrinam & potestatem non receperunt, deuoti idolis suis, immo operibus iniquis, (adorauerunt enim opera sua quæ fecerunt:) misericordia autem & prouidentia Dei requisit eos, ut gratuito Dei gratiam consequerentur, redeuntes ad eum in conscientia munda: ut in die iudicij dum nihil erroris veteris inueniretur in his, accorporarentur creatori suo, qui ut prodesset humano generi, incarnatus homo factus est, ut in carne sua vinceret mortem. *Si quidem perseueratis in fide fundati, stabiles & immobiles à spe Euangelij quod audistis, quod prædicatum est in vniuersa creatura quæ sub cælo est.* Cuius factus sum ego Paulus minister: qui nūc gaudeo in passionibus pro vobis, & suppleo reliquias pressurarum Christi in carne mea pro corpore eius, quod est Ecclesia. In tribulationibus, quas patiebatur, exultare se fateatur, quia profectum suum videt in fide credentium. Non est inanis tribulatio, quādo eū pro quo patitur, acquirit ad vitam. Quas passiones Christo dicit inferri, cuius utique doctrinam persequitur: ut & perfidos grauet impietatis suæ crudelitate, & fidelibus Dei prædicet charitatem, cuius filius nunc vsque iniurias patitur pro nobis. Nunc igitur intelligi vult qua causa scribit ad eos, cum dicit, *Si tamen perseueratis in fide fundati:* ut scirent tunc prodesse sibi passionē Christi, si in accepta fide manerent. Idcirco enim omnipotentia magnitudinis quanta sit Christi, & quā infinita, ab initio declarauit, ut doceret in ipso solo

*Rem. 5.* *Rem. 11.*

*Aff. 17.*  
*Col. 1. sup.*  
*Coloss. 2.*  
*Ibid.*  
*Deut. 18.*

*Iob. 4.*  
*Philip. 2.*  
*1. Pet. 2.*  
*Apo. 2.*

*Ioan. 5.*  
*Math. 17.*  
*Ephes. 4.*  
*Coloss. 2.*

*Rem. 15.*  
*Ephes. 3.*

*Aff. 15.*  
*Exod. 12.*  
*Aff. 13.*  
*Aff. 10.*

*1. Cor. 2.*

*2. Cor. 10.*

solo spem ponendam, quia ipsius sunt omnia: & quia nihil sine ipso potest viuere, neque in cælis, neque in terris. Ante omnes enim est, & cuncta in ipso consistunt, quia in omnibus ipse primatum tenet, ut si quis alicui elementorum aut angelorum vel potestatum deuotum se debere esse putet, errare se sciat. Hic enim vnus est filius Dei, caput omnis principatus & principij, cuius Euangelium prædicatum est in toto mundo, incipiens à Moysē, qui dixit Iudæis, Quia prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vester ex fratribus vestris: tamquam me, ipsum audietis. Erit enim, quicumque non audierit prophetam illū, exterminabitur de plebe. Vnde Dominus ait Iudæis; Quia Moyses de me scripsit. Itaque hic vnus audiendus est, & colendus, nec ad hunc æstimandus est quisquam: quia qui caput tenet, reliquam partem subiectam habet. Nam qui se subiectis humiliat, totus errat: quia non tenens caput truncus est, ex quo totū corpus continetur ad vitam.

Cuius factus sum ego minister secundum dispensationem Dei, quæ data est mihi in vos, ad implendum verbum Dei in mysterio, quod absconditum fuit à sæculis sæculorum, & à generationibus: nunc verò declaratum est sanctis eius, quibus voluit Deus demonstrare quæ sint diuitiæ maiestatis mysterij Dei in nationibus, quod est Christus in vobis, spes gloriæ, quæ nos annuntiamus, monentes omnem hominem, & docentes in omni sapientia ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu in quo etiā laboro certans secundum operationem ipsius, quæ operatur in me in virtute.

Cuius factus sum ego minister, &c. Ministrum factum se esse Euangelij inter gentes à Deo per Christam cum fiducia loquitur, ut mysterium cœptum à Domino per idoneum & efficacem seruum possit impleri, quod ignotum fuit à sæculis. Nunc verò declaratum est sanctis eius, quibus voluit Deus demonstrare quæ sint diuitiæ maiestatis mysterij Dei in nationibus, quod est Christus in vobis, spes gloriæ, quem nos annuntiamus. Mysterium quod latuit à sæculis, modò reuelatum asserit, id est, tempore Apostolorum ostensum: quia & gentes admittendæ essent sine circumcissione carnis ad fidem Christi, qui promissus erat Iudæis. Prius enim ante prædicationem fidei circumcidi mandatum est gentes, si voluissent ad legem accedere: nunc autem misericordia Dei ita ut sunt, suscipi iussi sunt ad fidē. Quod indignum putabatur Iudæis, ut Christus in quo spes erat Iudæorum, etiam gentes participes faceret gloriæ suæ. Monentes omnem hominem, & docentes in omni sapientia, ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo Iesu: in quo etiam laboro certans secundum operationem ipsius, quæ operatur in me in virtute. Hanc dicit veram esse sapientiam quæ est in disciplina dominica, cum agnoscitur Christus. Quod seipsum Apostolus magna cū cura agere testatur: ut erudiens omnem hominem in hac sapientia, consummatum eum exhibeat Deo in intellectum Christi, ut myste-

rium natiuitatis ex Deo, & natiuitatis ex Maria, & rotius operis eius cælestium & terrestrium assequatur. Cuius rei certamen contra perfidos habere se loquitur, adiuuantibus signis virtutum, ut per hæc vita infidelitatis cōprimatur. Qui enim verbis subtilitate quadā diabolicæ versutię ausus est contradicere, pudore correptus necesse est ut cedat virtuti.

**V**OLO enim vos scire, quantam sollicitudinem habeam pro vobis, & pro his qui Laodicæ sunt, & quotquot non viderunt faciem meam in carne: ut consolationem accipiant corda eorum, cum fuerint instructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus, ad agnitionem mysterij Dei & patris in Christo, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi.

Non se minus sollicitum pro his quos in carne minimè vidit, quàm pro illis erat quibus præsens prædicabat, testatur, ut scirent non minore affectu diligere se ab eo, quia eos non viderat, quàm ceteros apud quos erat, diligebat; ut foueret animos eorum in charitate, & proprii fierent per epistolā, & agnitionē acciperet sacramenti Dei & patris in Christo: aduertentes has esse sapientiæ & scientiæ diuitias, si agnoscat Christus in deitatis suæ plenitudine adorandus. Omne igitur mysteriū sacramenti Dei in Christo est. Hic est enim vnus in quo omnis creatura nisi sperauerit, peribit, ut omniū potentia in eo sit: ut qui cognoscit istū, cunctiorū quæcūq; sunt, cognitionē videatur habere: ne colendus alius præter hunc requiratur, quia omniū potentiarū virtus in eo est, ex ipso enim habet omnes id quod habent. Vnus enim cum sit, omnia potest. Quare & caput omniū dicitur, ut per ipsum omnes subsistere videantur. Dignè ergo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ in eo dicuntur absconditi. Omnis enim scientiæ ratio totius creaturæ superne & terrene in eo ut sit oportet, qui omniū eorū caput est, siue angelorū, siue solis, siue lunæ, siue stellularum: aut ceterarum rerū, omnis scientiæ pericia in auctore illorum est: ut qui hunc agnoscit, nihil vltra requirat, nec sapientiam, nec virtutem, quia agnouit eum, in quo perfecta virtus, perfectaq; sapientia est. Quidquid enim alibi se putauerit inuenire, plenè in hoc & abundè inueniet. Nam quid sapientius Salomone? quid prudentius Daniele? quibus idcirco Deus præ cæteris sapientiā dedit, ut notū faceret infidelibus totius se sapiētīę esse auctore. Denique Nabuchodonosor dicit Danieli, admirās super sapientiam eius: Verè Deus vester ipse est deus verus, & aperiens mysteria. Quod quidem omnem incredulum lateret, in Christo esse omnem sapientiā & scientiam: quia non legunt in Euangelis astrologiam, non in Apostolo geometriam, non in prophetis arithmetiam, nec musicam: quæ idcirco despecta sunt à nostris, quia ad salutem non pertinent, sed magis mittunt in errorem, & auocant à Deo: ut dum his studēt ratiocinationum disputationibus, animæ suæ curam non agant. Quæ enim tam vera sapientia est, quàm cognouisse quod proficit, & despectisse quod obstitit? Obest enim, quia impedit animam ne curam

*Philip. 1.* *Ephes. 3.* *Ioan. 3.* *Rem. 11.* *Sap. 7.* *Coloss. 1.* *Dist. 37. c. legimus de beato Hieronymo. §. hinc etiam.* *Math. 12.* *Eccl. 28.* *Dan. 2.* *Sap. 13.* *Sap. 7.*

1. Cor. 7.

fui agat. Non immerito ergo qui Christum agnouit inuenit thesaurum sapientiae & scientiae. Agnouit enim quod ei sit vtile.

Hoc autem dico, vt nemo vos circumueniat in subtilitate sermonis. Nam & si corpore absens sum, spiritu tamen vobiscum sum, gaudens, & videns ordinationem vestram, & supplens id quod deest vtilitati fidei vestrae in Christum.

1. Cor. 15.  
1. Cor. 2.  
Galat. 5.

Commonet ne malorum colloquiis, & astutia iniquitatis sensus eorum traducerentur, quia sapientes mundi arte quadam & minutis disputationum irretire gestiunt simplicium animos, vt ratione mundanarum rerum abstrahant eos a spe quae est in Christo. Vnde Apostolus spiritu se illic adesse dicit, vt reuerentiam eius ante oculos habentes abstinerent se ab huiusmodi hominibus. Si enim spiritus Elisaei prophetae vidit fraudem Gezi cunctis ad Naaman Syrum, vt acciperet sub nomine eius quae illi mandata non fuerant, & descendente prompto animo Naaman ei plus dedisse, quam fuerat postulatus: quanto magis Apostolus ea quae dixit, poterat in spiritu videre: Maior enim gratia fuit in Apostolo, quam in prophetis. Et vt promptiores illos faceret circa traditionem Euangelij, gaudere se dicit in dispositione conuersationis illorum, vt scientes vnde Deo placeatur, in eo fierent firmiores, per quod digni effecti ad vtilitatis profectum fidei suae addicerent sensum.

1. Cor. 5.

1. Thess. 4.

Quemadmodum igitur accepistis Christum Iesum Dominum, in ipso ambulate, radicati & superaedificati in ipso, & confirmati fide, sicut & docti estis, abundantes in illa cum gratiarum actione.

1. Tim. 4.

In ipso ambulate, radicati, &c. Hoc monet & hortatur, ne deuotio eorum minueretur, & recederent a fide quam fuerant affecti, & prauis fabulis euerterent Christum acciperent quam didicerant. Multi enim corruptores fidei circumbant ad seducendos simplices, dolose & cum simulatione annuntiantes Christum: quos cuitari monet magna cautela, vt stabiles & firmi supra fundamentum Trinitatis spe futurorum gratias vberes agerent super misericordia Dei.

1. Tim. 6.  
2. Thess. 3.

Videte ne quis vos deprædetur per philosophiam, & inanem seductionem secundum traditiones hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum. quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter.

Aff. 17.  
Sap. 13.  
E. 14.

Philosophiam dicit terrenam, per quam solent seduci qui cupiunt prudentes iudicari in mundo. Hæc argumentis & subtilitate minutarum quarundam componitur, quasi physicas inuestigauerit rationes, quædam habens admixta quæ hortamenta sunt bonæ vitæ vel documenta; aliquando de mensuris, nec non de numeris, aliquando de elementorum quali-

tatibus & quantitibus ordinata. In cuius disputationibus qui inciderit, vix aut nunquam euadet. Distinguitur enim verisimilibus causis, & commentitiis rebus, nihil tam verum æstimans, quam quod conspicitur & intelligitur in elementis. Et quia quæ ad præsens sunt, & cernuntur oculis, suauia & oblectabilia videntur; aliquantos seducunt qui spiritalem rationem despiciendam & ridendam putant desperatione futuri, omnem vim astris assignantes carnali rationi obnoxij, ne grauius credenda sint sustolli in calum posse, ne uel leuia venire ad terras, aut aliquid corporeum sine rerum admixtione generari, repugnantes potentiae ac prouidentiae Dei. Sciunt enim legi in diuinis veteribus Hebraeorum voluminibus multa gesta per Moysen, quæ humana ratio non capit: simili modo & in nouis libris facta à Domino, aut per Apostolos, quæ tractatus carnalis prohibet credi. Hanc ergo traditionem, philosophiam fallacem & inanem appellat, quia non à potentia Dei ordinata est, sed ab imbecillitate rationationis humanæ, quæ potentiam Dei intra scientiam suam coartat, ne aliter credatur facere quam carnalis se continet ratio: quia singulis elementis diuinitatis diuersitatem deputant ad culturam, vt obligent animos imperitorum, ne se ad Deum verum extendant. Quam obrem cauendam monet traditionem istam, quia mundi cultrix est, non Dei, qui vnus est: nec ad Christum, sed à Christo abstrahit, in quo perfectio diuinitatis est. Omnia enim quæ habet pater, dedit filio, cum illum in plenitudinis genuit diuinitate corporaliter: vt quia ipse caput est, creatura autem eius corpus est; quidquid putatur posse caelestis creatura, hoc totum plene in Christo esse credatur, vt nullus arbitretur quemquam colendum. Quidquid enim in aliquo magno putauerit, plus in illo inueniet, quia omnes ex ipso habent, sicut ex capite membra: ipse autem plenus est semper.

Et estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis: in quo & circūcisi estis circumcisione non manu facta, in expoliationem corporis carnis, in circumcisione Christi, vna cum illo sepulti in baptismo: in quo etiam simul resurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitauit illum ex mortuis.

Et estis in illo repleti, &c. Plus significat credentibus dari, quam potest in elementis comprehendi: quia qui in Christo est, repletus est diuinitatis abundantia, quam elementa non habent. Denique in creditibus Spiritus sanctus inhabitat: quod elementis concedi non potuit, quia indignum erat & incongruum, vt inuisibilis habitaret in substantia visibili, & incorporeus in iis quæ sensibilia sunt. Audiant ergo & veniant cultores eorum, & credant in Christum, vt fiant maiores eorum quos nunc colunt. In quo & circūcisi estis circumcisione non manu facta, in expoliationem corporis carnis, in circumcisione Christi, vna cum illo sepulti in baptismo: in quo etiam simul resurrexistis per fidem operationis Dei, qui suscitauit illum ex mortuis. Hi circūcidentur in Christo, qui amputata totius traditionis humanæ cultura, Christo iunguntur, corde non carne circūcisi, id est, in spiritu non in carne seruientes, vt à

Sap. 15.  
Sap. 2.  
Sap. 13.  
Dent. 4.  
Abac. 1.  
Afl. 15.  
1. Cor. 2.

Sap. 13.  
1. Cor. 8.  
Coloss. 1.  
Matth. 11.

Ioan. 1.

Afl. 1.  
Ephes. 1.

Rom. 1.

Rom. 2.  
vt à

Ephes. 4.

Rom. 6.  
2. Cor. 4.  
Coloss. 3.

1. Cor. 11.

Rom. 7.

Rom. 3.

1. Cor. 14.

1. Cor. 7.

Ephes. 1.

Rom. 6.

Rom. 5.

vt à terrenis ad caelestia, ab humanis ad diuina, ab errore conuertantur ad veritatem, capiti & auctori suo copulati per charitatem. Cum quo conscripti sunt in baptismo: resurrexerunt autem per fidem Dei, in quo credunt quod exemplo Christi resuscitabit illos ex mortuis. Illic enim homo vetus deponitur, & nouus assumitur: peccatis moritur, vt viuat iustitiae: elementis abrenuntiat, vt Christo societur, resurrectionis futuræ tenens pignus exemplum Saluatoris, qui resurrexit ex mortuis. Hæc igitur commonet, vt perseuerent in abrenuntiatione pompæ & præstigiæ satanæ. Qui idcirco elementorum suadet culturam, vt à Deo auocet, participes apostasie suæ volens efficere homines. Quia enim sub nomine suo culturam suadere non potest: (horretur enim ipso nomine) sub alterius nomine suam conatur implere voluntatem.

Et vos cum mortui essetis in delictis & præputio carnis vestrae, conuiuificauit simul cum illo, donans nobis omnia delicta, deleto quod aduersum nos erat, chirographo in decretis, quod contrarium erat nobis: & illud tulit de medio, & affixit cruci: & expoliens principatus & potestates, ostentauit palam, triumphans de illis per seipsum.

Mortuos dicit gentiles fuisse. Primum quidem, quia legem quæ ad testimonium data est creatoris, & ad vitia condemnanda, recipere noluerunt: deinde, quia impietatis peccatorum suorum causa indigni erant vitæ: idcirco discreuit hos à Iudæis, quasi qui fuerint inimici Dei vnus. Iudæi verò in vnus Dei confessione degentes adueniente Christo addiscunt mysterium Dei, quod expectabant ad iustificationem suam: vt in eo quod subreptum illis fuerat, quia impossibile est esse sine peccato, acciperent remissionem. Vnde post causam gentilium inducit & Iudæos, dicens, *Donans vobis omnia delicta*: vt post specialem subiiceret & generalem, quia cunctis donauit omnia delicta. Sed quia, sicut dicit Dominus, Cui plus donatum fuerit, amplius debet diligere: idcirco commonet gentes, vt considerantes causas malorum suorum, & qualem gratiam acceperint à Deo in Christo, tota deuotione solliciti sint circa obsequium eius, à quo à diuersa mortis pœna sunt liberati. Quomodo ergo donauit nobis omnia delicta? *Deletio* (inquit) *chirographo quod erat contrarium nobis*. Et quid est, quantum est delere, subiicit dicens, *Et illud tulit de medio*. Sic ergo deluit, cum tulit de medio. Sic autem tulit de medio, cum affixit ait, *cruci*. Affigere autem cruci, hoc dixit esse spoliare principatus & potestates publicæ, & triumphare de illis in Christo. Hæc sicut videtur, obscura sunt: ac per hoc adhibita cura dilucidanda sunt. Hoc est præsidium Dei quod per significantiam diuersarum causarum exponit Apostolus. Multa enim acta memorat, quod genus hominum ad indulgentiam perueniret: vt non solum propria remitteret nobis delicta, sed & illud tolleret peccatum, quod ex Adæ erat præuarcatione (quod appellauit chirographum in decretis) quod nos à mortuis resurgere non linebat: quia si & hoc non tulisset de medio, exeuntes hinc qui acceperat

remissionem, illic tenerentur apud inferos. Porro autem ideo omnia delicta concessa sunt, vt resurgeret à mortuis. Quia enim ex peccato mors, sublato peccato sit resurrectio mortuorum. Quod quidem fieri minimè potuisset, nisi peccatum affixisset cruci. Dum enim non peccato Saluator vincit peccatum quod hominem tenebat obnoxium; insuper & occiditur ab eo innocens: sic crucifigitur peccatum. Deuictum enim peccatum: mortificatum dicitur. Crux enim non Saluatoris mors est, sed peccati. Innocens enim sic qui occiditur, reos illos facit à quibus occiditur. Peccatum autem principes & potestates intelligimus, quorum studio peccauit primus Adam. Ad auctores enim referendum est nomen hoc, quorum mortem in expoliatione significauit. Mors enim ipsorum hæc est, quia victi à saluatore, dum expoliantur animabus quas tenebant in captiuitate, mortificantur. Rei enim facti sunt: quia cum hac auctoritate animas tenerent, quia peccauerant, ipsi inuenti sunt amplius peccatores, dum illum qui illos non peccando vicerat, occiderunt. Et sic iuste expoliati sunt, sicut dixit, publicè, id est in cruce: quod est palam detriumphari à Deo per Christum. Ille enim detriumphatur, qui palam vincitur, & spolia eius publicantur. Ostenditur enim omnibus prostratus, qui ceteris insultabat. Decretum autem quod dicit, non est hoc quod Pagani fatum appellant: quia illud non omnibus contrarium asserunt; quia quosdam dicunt ex hoc felices, alios infelices. Hoc enim decretum omnibus dicit fuisse contrarium. Sententia enim erat cunctis aduersa hominibus.

Nemo igitur iudicet vos in cibo vel in potu, aut in parte diei festi, aut in neomeniis, aut in sabbato, quæ sunt umbra futurorum, corpus autem Christi.

Quoniam omnis spes in Christo est, ac fiducia, nulli superstitioni aut legi subiacere nos debere præcepit. Quamobrem per strepentes, aut aliquid quod ad fidem Christi non pertinet susurrantes, contemnendos: istum autem solum sequendum, per quem deuicta mors est, & reddita resurrectio mortuorum. Quidam enim Iudæorum solent iudicare fideles, quod ea quæ interdicta per Moysen sunt, edant de cibis, cum omnia Deus munda fecerit. Indignitatem iudicati Iudæi de his edere, prohibiti sunt à melioribus. Solent iterum reprehendere nos, quia dies festos eorum spernimus, aut quia initia mensium non obseruamus, quæ neomenias vocant: maximè autem quod dies sabbatorum non custodimus, vt otio & epulis cum luxuria transigantur: quod magis ad offensam pertinet, quam ad gratiam. Hæc autem omnia sunt corpus Christi, quia elementorum per effectus sunt vocabula. Hinc est, vnde in Euangelio dicit: Dominus est enim filius hominis etiam sabbati, per ipsum enim omnia, quæ quidem sic data sunt per Moysen, vt umbra essent, vel figura futurorum, vt apparere veritate figura cessaret. Sicut enim absente Imperatore imago eius habet auctoritatem, præfente non habet: ita & hæc ante aduentum Domini tempore suo obseruanda fuerunt, præfente autem carent auctoritate. Numquid aliquis vicem domini agens, ipso præfente dominatur? Si præfente

Ibid.  
Rom. 8.  
Ephes. 4.  
Luc. 11.  
Esa. 14.  
Afl. 4.  
2. Cor. 5.  
Gen. 1.  
Eua. 39.  
Esa. 1.  
Matth. 12.  
Hebr. 10.  
Galat. 3.  
EE iij

storam vicarij presentibus eis priuati sunt: quanto magis serui presentente domino etiam ipsi in obsequio debent videri?

Nemo vos decipiat, volens in humilitate animi, & superstitione angelorum, in his quæ non videt, extollens se: frustra inflatus mente carnis suæ, & non tenens caput illud, ex quo omne corpus per compaginationes & colligationes subministratum & compactum, crescit in augmentum Dei.

Quod superius sub nomine philosophiæ cauendum monuit, nunc apertius docet obseruandum ab illis qui terrenæ sapientiæ studentes, hæc colenda abserunt, quæ obtutibus adiacent vel apparent, vt horum detentæ culturis animæ sub firmamento obligatæ teneantur, ne se supra firmamentum tendant ad superiores caelos ad Deum omnium adorandum.

Quod opera efficitur inimici, vt semper animas super terras humiliatas detineat, vbi se scit de caelis delectum semper futurum iusto iudicio Dei, religionem simulans, cum sit maximum sacrilegium. Inflatur enim motum peruidentes stellarum, quas angelos vocat, non auctoritate diuina, sed superstitione humana, quæ ad nihilum proficit nisi ad damnum: nolentes tenere fidem Christi, qui omnium creator & Dominus est. Ex ipso enim omnes originem habent: quare & corpus eius dicuntur, si tamen agnoscant eum. Ad ipsum enim conuersi reedificantur, compaginati fide eius: subministrante Euangelio adunantur cuncti quasi membra corporis in charitate Christi, vt augmentum faciant Deo. Cum enim redeunt ad Deum, qui eum per errorem deseruerat, minuentes copias diuitiarum eius, dum denegant eius se esse, clementem faciunt Deo, quia ex perditis acquiruntur ei. Hæc de Paganis. Rursum de Iudæis dicit, quia & ipsi sub elementis seruiunt, non elementis.

Si ergo mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi: quid adhuc, velut viuentes mundo decernitis?

Omnis qui baptizatur in Christo, moritur mundo. Cunctis enim superstitionum erroribus abrenuntiat, vt solam colat fidem Christi. A motis enim quæ naturali iustitiæ accidunt, relinquitur disciplina data à Deo, per quam viuunt Deo per spem quæ est in Christo. Moritur autem his quibus subiectus fuerat per errorem, dum negat illos quos præsumperat esse. Et ita fit, vt per inimicitiam abrenuntiationis inuicem sibi mortui dicantur homo & elementorum cultura. Mundum enim dicens, errorem carnis significat. Omne enim quod videtur, carni deputatur. Hinc est vnde & Ioannes Apostolus, Nolite, inquit, diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt: id est, neque elementa quibus compactus est mundus, neque errores quos humana aduenit traditio, diligamus: sed solum Christum, qui mortuus est pro nobis, vt corpori suo nos sociaret ex perditis. Qui ergo conspulti sunt Christo, mortui sunt elementis, vt nihil curent ex his. Superna enim didicerunt tenenda, quæ possunt viam dona-

re perpetuam. Hæc enim nec presentem dant, & impediunt ne apprehendantur futura. Quia autem post baptismum ambigit de aliquibus, putans quædam de veteribus veneranda, viuere se ostendit elementis, quæ decernit colenda, aut dubitat contemnenda: hic remanebit intra circulos mundi, alienus à Deo: quia veteri indutus homine, carnalia transire non poterit.

Ne tetigeritis, ne attaminaueritis, ne gustaueritis, quæ sunt omnia ad corruptelam ipso vsu, secundum præcepta & doctrinas hominum. quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in obseruatione religionis, & humilitate cordis, ad vexationem corporis, non in honore aliquo ad saturitatem & diligentiam carnis.

Ne tetigeritis, ne attaminaueritis, &c. Prohibet toto genere ab spe mundanorum, quia inanis est, ne colant, ne assentiant, ne cogitent: quia quæ promittunt, corruptionis sunt. Vnus enim cultura ipsorum interitum generat, quia præcepta & doctrinæ non Dei, sed hominum sunt, in quibus vana spes est: quippe cum aduersus creatorem inuenerit hæc error humanus, vt prohibens ab vnius Dei fide, multorum Deorum superstitionem inducat. Quæ sunt rationem quidem habentia sapientiæ in obseruatione religionis, & humilitate cordis, ad vexationem corporis, non in honore aliquo ad saturitatem & diligentiam carnis. Hinc se sapientiæ rationem habere putant, quia traditioni humanæ nomen religionis applicant, vt religio appelletur, cum sit sacrilegium: quia quod contra auctorem est, sacrilega mente inuētum est. Nomen ergo fingit, vt falsa quæ sunt, possit vera asserere, & humanas mentes in terrâ humiliat, ne se erigant ad superna: aut terrena colentes, excidant à supernis celestibus, & obsint corpori, cuius caput Christus est secundum primæuæ rationis facturam. Hinc enim grauati non poterunt sursum iungi capiti suo, vt instaurentur in illo honorati effecti; sed quasi prima parte corporis truncati, totos se dantes mundo ad sensum carnis explendum. Sagina enim carnalis sensus, traditio humana est, quæ hoc dicit sufficere, quod carnis tradidit prudentia. Rationem enim videtur habere sapientiæ iuxta carnem, quia ex elementis est omnis corporalis natiuitas: ac per hoc non esse incongruum inquirunt, his inclinari quorum gubernaculis humanum regitur genus: vt his se subbiiciat quæ videt mundi clarissima, nec requiri debere spiritalia: quia his solis, inquirunt, ducibus vti concessum est, & per hanc rationem negligunt auctorem.

ITAQUE si conresurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt querite, vbi Christus est ad dexteram Dei sedens; quæ sunt sursum, sapite, non ea quæ super terram.

Hos cum Christo resurrexisset asserit in baptismo, qui super caelestia cogitant, vbi sedes est Christi, vbi Deus pater filio suo tradidit dexteram, vt regnet & iudicet. Iudicis enim in sinistra sedere non est. Resurrectio tamen duas habet formas, vt primo animo de terris

Coloss. 2. sup. Sap. 13.

Rom. 1.

Apoc. 12.

Sap. 14.

Act. 10.

Ephes. 4.

Galat. 4.

Rom. 6.

Coloss. 3.

Galat. 6.

1. Ioan. 2.

Rom. 4.

Rom. 6.

Sap. 15.

Galat. 4.

1. cor. 10.

Psal. 117.

Sap. 14.

Ibid.

Coloss. 1.

Coloss. 2.

Ephes. 2.

Rom. 8.

Sap. 14.

et 15.

CAP. III.

Rom. 6.

Ephes. 1.

1. Thess. 4.

de terris resurgat ad caelos, deinde recepto corpore resurgat raptus obuiam Christo. Quæ sunt sursum sapite, non ea quæ super terram. Supernorum caelorum, qui æterni sunt habitacula nos petere exhortatur: ab his autem omnibus quæ in firmamento & sub firmamento sunt, dissimulandum. Quisquis enim his se superstitionibus occupauerit, impedimentum patietur. Non enim poterit hæc transcedere, quibus se inclinauit vt dominis.

Mortui enim estis: & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum autem Christus apparuerit vita vestra: tunc & vos apparebitis cum illo in gloria.

Et vita vestra abscondita est cum Christo, &c. Apud mundi sensum mortuus Christus videtur, & discipuli eius, cum conster viuere illum cum his omnibus. Idcirco carnalibus ac mundanis abscondita est vita Christi & suorum in Deo extra mundum in regno eius caelesti, in quo viuunt. Cum autem Christus apparuerit vita vestra: tunc & vos apparebitis cum illo in gloria. Vita nostra Christus est, quia legimus in Actis Apostolorum hunc esse vitæ auctorem, qui à perfidis non creditur futurus iudex. Cum autem aduenit in virtute caelesti, & visus fuerit esse quod minimè credebatur: tunc apparebunt cum illo etiam qui crediderunt in illum, & manifestabitur omni perfidia, quia viuunt cum suis in gloria. Hæc consolatio fiduciam spei parit, vt securi de futura vita omnia postponentes, Christum sequantur.

Mortificate ergo membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est idolorum seruitus. propter quæ venit ira Dei in filios incredulitatis: in quibus & vos ambulastis aliquando, cum viueretis in illis.

Mortificate ergo membra vestra, &c. Quoniam omnia simul peccata corpus esse in epistola ad Romanos significat, idcirco nunc singula delicta describens, membra ea appellat, vt post acceptam & seruatam euangelicam de Saluatoris plenitudine rationem, bonæ vitæ operam darent, abstinentes se ab omni turpitudine & desiderio malo, quo possint peritiæ diuinæ fructum non amittere. Multum enim obest scire veri rationem, & minimè factis illam prosequentibus affirmare. Hinc est vnde & Dominus inter cætera ait, Qui autem scit voluntatem domini sui, & non paruerit ei, vapulabit multis. Auaritiam tamen idolatriæ compasauit, vt nihil illa scelestius demonstraret. Sub vno nomine duo pessima & impia genera designauit, quæ omni ratione monet fugienda. Primum enim & pergrauè crimen est idolatria. Quid enim tam perniciosum, tamque funestum, quam ad iniuriam creatoris Dei, lignis & lapidibus vel aliis metallis honorificentiar eius nomen tribuere: cum ipsi non patiantur, vt seruus nomine domini nuncupetur, quem non natura vtique, sed quædam conditio subicit seruituti? Aliud econtrà crimè est auaritiæ, non dispar malitia, sed diuersum in nomine. Vnde ad Timotheum ait, Radix enim

1. cor. 5.

1. cor. 3.

Sap. 5.

1. Pet. 3.

Act. 3.

Apoc. 1.

Luc. 21.

Rom. 6.

Ephes. 4.

1. Pet. 2.

Luc. 12.

Eccl. 10.

Sap. 14.

Rom. 1.

Gen. 9.

1. Tim. 6.

omnium malorum est auaritia. Omnium enim capax est delictorum, vt auaritiæ suæ, quod impossibile est, impleat desiderium, semper bibens, & semper sitiens. Non immeritò ergo sub vno nomine vtrumque malum ostendit. penè enim vno explentur opere: quia sicut idolatria vni Deo auferre nititur gloriam, ne quod eius peculiare est, solus habeat nomen diuinitatis sibi soli condignum: ita & auaritia in Dei se res extendit, vt si potest fieri, vnus & solus creaturam eius sibi vsurpet, quam Deus communem omnibus fecit. Vnde dicit Deus per prophetam; Meum est aurum, & meum est argentum. Vtraque igitur Deo est inimica. amba enim Deo abnegant quæ eius sunt. Propter quæ venit ira Dei. Malorum memoratorum causa venturum dicit iudicium Dei, vt vindicetur in hos qui contempto Deo & lege eius, interdicitæ sequi maluerunt: In quibus & vos ambulastis aliquando, cum viueretis in illis. Quantum beneficium illis præstiterit gratia Dei per Iesum Christum, non tacet, vt gratulentur euasisse se iram quæ ventura est repenti super infideles totius terræ, & tales semetipsos præbeant, vt parere possint præceptis eius, à quo à morte secunda sunt liberati.

Nunc verò deponite & vos omnia: iram & indignationem, animi malitiam, blasphemiam, turpiloquium de ore vestro non procedat. Nolite metiri inuicem. Exuite vos veterem hominem cum actibus suis, & induite nouum qui renouatur in agnitionem, secundum imaginem eius qui condidit illum: vbi non est Græcus & Iudæus, circumcisio & præputium, Barbarus & Scytha, seruus & liber: sed omnia & in omnibus Christus.

Nunc ab his prohibet quæ minora peccata videntur, ne forte, quia superius quæ grauiora sunt, mortificanda mandauit, hæc admittenda, aut quasi non periculosa non fugienda putarentur: simul etiã vt exuti veterem hominem, id est tam verbo quam actu incontaminatos se videntes, & noui facti in Christo per agnitionem veritatis, quæ olim latuit, modò autem manifestata per nouam legem creditibus, similes fiant imaginis eius qui creauit illos. Imago hæc in conuersatione bonæ vitæ intelligenda est, sicut dicit ad Corinthios in epistola prima: Quemadmodum portauimus imaginem eius qui de terra est, ita portemus & imaginem eius qui de caelo est. Ipse est ergo creator hominis, cuius imaginem portare nos iubet in sanctitate & bonis operibus, quæ de filij Dei agnitione descendunt. Nemo enim potest bonam & mundam habere vitam, nisi habeat cui hanc exhibeat: à quo si non præmium, certè vel laudem expectet. Sed apud Deum & laus & præmiũ sperantur, quia non patitur Dei iustitia cum qui carnis vitia vicerit, minimè coronari. In hac itaque agnitione nullus vt indignus excipitur, quasi non mereatur accedere ad fidem Christi: ad quam omnes accedentes vnum fiunt, delicti quid fuerint, & scripti quid esse cœperint: vt quia vnius fidei sunt, in eo ipso vnius sint & meriti: vt quos fides iungit, non possint discerni, propter quod diuersi natura & gen-

Sap. 15.

Gen. 1. et 9.

Aggei 1.

Rom. 2.

Rom. 1.

1. Thess. 1.

Apoc. 14.

Coloss. 3. sup.

Ephes. 4.

Coloss. 1.

Rom. 8.

1. Cor. 15.

2. Tim. 2.

Apoc. 3.

Ioan. 17.

Ephes. 4.



1. cor. 15. te siue conditione sunt. Omnia enim & in omni-  
 bus Christus est. Quia enim cuncti eius membra sunt,  
 ephes. 4. omnia Christus est: ut dum vna confessio eorum est  
 de spe eius, in omnibus Christus: & sic omnia cor-  
 pus eius sunt, ut professio eorum & natura concor-  
 det. Alia est tamen imago hæc quam de agnitione  
 Gen. 1. Saluatoris dicitur creati, & alia imago ad quam factus  
 est primus homo. Ista enim imago est & in scemina  
 cum agnoscit eum qui se creauit, & obtemperans  
 voluntati eius abstinet à vita turpi & actu peruerso:  
 illa autem imago in solo viro est, sicut idem dicit in  
 1. cor. 11. epistola ad Corinthios prima: Vir quidem non debet  
 velare caput, cum sit imago & gloria Dei. Si au-  
 tem & mulier non velaret caput, esset & ipsa imago  
 Gen. 3. Dei. Sed in cõgruum erat ut factò viro subiecta dice-  
 retur esse imago Dei. Nam & in Genesi ita ait, Et fecit  
 Gen. 1. Deus hominem, ad imaginem Dei fecit eum: ut  
 sicut Deus vnus est, vnus ab eo fieret homo: ut quo-  
 modo ex Deo vno omnia, ita ex vno homine omne  
 Gen. 1. & 9. genus esset super faciem totius terræ. Vnus igitur v-  
 num fecit, qui vnitatis eius haberet imaginem. Et  
 ipse in viro & muliere similitudo mysterij patris &  
 filij. Barbarum tamen ab Scythia segregauit, sicut  
 Galat. 3. seruum à libero: non utiq; in Christo, in quo omnes  
 vnium sunt, sed in morum feritate, & in gentis im-  
 manitate. Peiores enim hos Barbaris intelligi voluit  
 Rom. 2. antequam credant, cum Græcorum libri iustitiam  
 eorum prædicent, quam duce natura sequebantur.  
 Tam magnum apud eos peccatum furti habebatur  
 quòd Græci qui magna cum industria & doctrina  
 iustitiæ semitas inuestigarunt, hos naturaliter apprehen-  
 didisse collaudant. Sed quia modò degenerant  
 omnia; postea magis vituperabiles esse cœperunt,  
 quàm fuerat antea laudabiles. Postquam enim mu-  
 lieres eorum lege viri uti cœperunt, quas Amazonas  
 primitus asserunt appellatas, totam Asiam contra  
 naturam subiucientes, sic contigit ut & viri canum  
 more rabidi efficerentur, immanes, siluestres, inculti  
 plus quàm Barbari, intantum immutati, ut carne hu-  
 mana vesci imbuerentur. Quid mirum, cum & ipsi  
 Romani longè aliter fuerint, quàm nunc sunt? Nam  
 & mulieribus eorum castitatis causa vini vsus inco-  
 gnitus fuit, sicut nunc aqua. Intantum enim vigeat  
 disciplinæ auctoritas, ut subiectum vas non faceret  
 quod volebat.

Induimini ergo ut electi Dei, sancti & dile-  
 lecti, viscera misericordiæ, benignitatem, hu-  
 militatem, sensus mansuetudinem, longani-  
 mitatem, præbentes vobis inuicem patientiam,  
 & condonantes alius alij, si quis aduersus  
 aliquem habet querelam: sicut & Christus  
 donauit vobis, ita & vos facite, Super hæc au-  
 tem omnia, charitatē habete, quod est vincu-  
 lum vnitatis: & pax Dei exultet in cordibus  
 vestris, in qua & uocati estis in vno corpore:  
 & grati estote.

Induimini ergo, ut electi Dei, &c. Ut lucrum possint  
 habere, ad hæc eos facienda hortatur, quæ meritum  
 collocat apud Deū. A peccatis autē abstinere timor  
 facit. veretur enim ne mala faciens pœnis subdatur.  
 Hæc autem quæ nūc facienda monet, ad profectum

pertinent meritorum, ex voluntate enim fiunt, non  
 ex necessitate. Qui ergo ab illicitis se abstinet, habet  
 laudem: qui verò à licitis temperat, & laudem habet  
 & præmiū. Super hæc autem omnia, charitatē habete, quod  
 est vinculum vnitatis: & pax Dei exultet in cordibus  
 vestris, in qua & uocati estis in vno corpore: & grati estote.  
 Quia verò omnium maior est charitas, huic magis  
 studendum hortatur. Tunc enim omnia quæ supra  
 mandauerat seruanda, ad effectum præmiorum po-  
 tuerunt deduci, si duce charitate interambulent le-  
 gis. Tota enim mente operatur, qui de amore ali-  
 quid facit. Hypocritis & simulatio non est in chari-  
 tate. Quare & Ioannes apostolus, Timor, inquit,  
 non est in charitate. Qui enim timet, perfectus non  
 est. Perfecta enim dilectio foras mittit timorem.  
 Vnde & Dominus amari se maualt, quàm timeri.  
 Hæc est enim quæ complectitur vnitatem, hæc est  
 quæ omnes vnum corpus facit, hæc est quæ veram  
 habet pacem, quam corde puro custodit. Potest  
 enim pax dici, & si non habet charitatem: charitas  
 autem semper secum habet pacem.

Verbum Christi habitet in vobis abundè  
 in omni sapientia: docentes & monentes vos-  
 metipfos in psalmis & hymnis, & canticis spi-  
 ritualibus, in gratia cantantes in cordibus ve-  
 stris Domino. Et omne quodcumque facitis  
 in verbo aut in opere: omnia in nomine Do-  
 mini Iesu facite, gratias agentes Deo & patri  
 per ipsum.

Verbum Christi abundet in vobis abundè, &c. Hæc  
 meditanda monet semper, quæ sonet Christum: hæc  
 in corde habenda, quæ Deo patri semper gratias  
 referant, vt vox canora illi seruiat, illum laudet psal-  
 mus, hymnus extollat. Et huic soli notum sit, qui oc-  
 culta peruidet mentis, à quo speratur & præmiū.  
 In cordibus illi cantari mandauit, ne fauore homi-  
 num fieret, & fructum amitteret. Et omne quodcumque  
 facitis in verbo aut in opere: omnia in nomine Domini Iesu  
 facite, gratias agentes Deo & patri per ipsum. Quoniam  
 supra in corde Deum laudari, & illi gratias referri  
 præcepit; nunc tam in verbo quàm in opere totius  
 conuersationis nostræ nomen Domini Iesu laudari  
 & exaltari hortatur: ut cum verba nostra carent re-  
 prehensione, & opera nostra bona sunt, magnifice-  
 tur Dominus Iesus, cuius magisterio inuituperabi-  
 les sunt discipuli. Tunc enim veras gratias agimus  
 Deo per ipsum, si modum præceptorum eius custo-  
 diamus.

Mulieres subditæ estote viris, sicut oportet,  
 in Domino. Viri diligite vxores vestras, & no-  
 lite amari esse ad illas. Filij obedite parētibus  
 per omnia hoc enim placet Deo. Patres no-  
 lite ad iram prouocare filios vestros, ne pusil-  
 lo animo fiant.

Mulieres subditæ estote viris, &c. Ita præcipit mulieres  
 subditas esse debere viris, sicut mandauit Deus in-  
 ter cætera dicens ad mulierem, Et ad virum tuum  
 conuersio tua, & ipse tui dominabitur. ut ipso ritu &  
 disciplina timeat virum suum quasi dominum,

1. cor. 15.  
 ephes. 4.  
 Gen. 1.  
 1. cor. 11.  
 Gen. 3.  
 Gen. 1.  
 Act. 17.  
 Gen. 1. & 9.  
 Galat. 3.  
 Rom. 2.  
 Rem. 1.

Rem. 13.  
 Philam.  
 1. pet. 2.  
 1. cor. 13.  
 1. ioh. 4.  
 Ibid.  
 ephes. 4.  
 2. thess. 2.  
 ephes. 5.  
 Martb. 6.  
 1. cor. 10.  
 1. pet. 2.  
 2. cor. 6.  
 ephes. 5.  
 Gen. 3.  
 1. pet. 3.

ex quo cœpit esse. Viri diligite vxores vestras, & nolite  
 amari esse ad illas. Rigorem virilis legis emollit, ne po-  
 testate qua præualet, nimius quis sit in dominatu  
 vxoris: sed debet respicere ad affectum, quia mulier  
 caro eius est: ne plus illam humilians exacerbet, &  
 contraria cogitet. Filij obedite parentibus per omnia. hoc  
 enim placet Deo. Non potest aliud placere Deo, nisi  
 quod iustum & pium est. Tunc possunt filij Deum  
 habere propitium, si debitam honorificentiam repen-  
 dant parentibus, circa obsequium illorum facie-  
 les, in contemptu difficiles, scientes filij, numquam  
 aduersus parentes proteruire debere. Patres nolite ad  
 iram prouocare filios vestros, ne pusillo animo fiant. Mode-  
 stos præcipit patres debere esse filijs, ne coartati ab  
 eis delinquant in illos, & Deum offendant: quod  
 nolunt. Ira enim inconsiderata res est, intantum vt  
 aliquando nec sibi parcat qui irascitur. Debēt enim  
 recordari patres quia fuerunt & ipsi filij: considerare  
 autem filij, quia futuri sunt patres: vt æquè librato  
 consilio vtriusque & filij subiecti sint, & patres mo-  
 desti.

Serui obaudite per omnia dominis carna-  
 libus, non ad oculum seruientes, quasi homi-  
 nibus placentes, sed in simplicitate cordis. ti-  
 mentes Dominum,

Quoniam Deo aliter seruire non potest, quàm pu-  
 ro corde, (occulta enim peruidet animorum:) sic &  
 hominibus præcipit seruire debere. Qui enim ad oc-  
 culum seruit, in occulto aliud facit: qui autem ex a-  
 nimo talis est foris, qualis & intus. Si ergo in hoc  
 obsequio fuerit fidelis, promerebitur Dominum,  
 quia ipse dixit, Qui in minimo fidelis est, & in ma-  
 gno fidelis est. Si enim ei qui ad præsens vindicat, fi-  
 delis non fuerit: qui fieri poterit vt illi fidem exhi-  
 beat, quem post mortem audiat iudicaturum? Idcirco  
 in domini carnalis causa iustum vult esse seruum  
 & obsequentem, vt possit & in Dei rebus & fidelis  
 esse & obsequens. Si enim in præsentem idoneus fue-  
 rit, vbi scit nulla esse nisi corruptibilia præmia:  
 quanto magis propensior erit in Dei deuotione,  
 quem scit fidelibus immortalia daturum præ-  
 mia?

Quidquid facitis, ex animo operamini, vt  
 Domino & non hominibus: certi quòd à Do-  
 mino recipietis retributionem hæreditatis  
 Domini Christi, cui seruitis. Qui enim iniquè  
 gerit, reportabit id quod gessit iniquè: & non  
 est personarum acceptio apud Deum.

Vt promptos illos in obsequio & fide faciat, mer-  
 cedem illorum bonorum operum accepturos pro-  
 mittit à Deo in regno Christi. Quod vt probatum  
 sit & acceptum, sic illos vult obsequi sicut Domi-  
 no, à quo mercedem expectant. At si iniquè egerit,  
 non solum hominem offendet, sed & Deum, quem  
 in admissa fraude carnalis domini cõtempserit. Si au-  
 tem bene egerit, non erit apud Deum seruus homi-  
 nis quasi despicior, sed remunerabitur quasi liber  
 inter homines, seruus autem Christi, quod dignita-  
 tis est nomen

ephes. 5.  
 ephes. 6.  
 deut. 21.  
 ephes. 6.  
 prouerb. 17.  
 ephes. 6.  
 hebr. 10.  
 1. ioh. 3.  
 luc. 16.  
 Matth. 2. 4.  
 Philam.  
 Rom. 2.  
 ephes. 6.  
 sap. 6.  
 Rom. 13.  
 1. cor. 7.

Domini quod iustum est & æquum seruis  
 præbete: scientes quòd & vos Dominum ha-  
 betis in cælis.

Ne Domini temporales superbia extollantur,  
 præsumentes de dominatu, mitigat & cohibet ani-  
 mos illorum, vt adhibita consideratione humani  
 generis, animaduertant auctorem Deum non seruos  
 & liberos, sed omnes ingenuos condidisse. Sed hoc  
 mundi iniquitate factum est, vt dum alter alte-  
 rius fines inuadit, tunc captiuos ducit ingenuos  
 Vnde & manu-capti dicti sunt à veteribus; in-  
 de mancipia. Hic casus & conditio etiam nunc  
 apparet. alij redimuntur, alij remanent serui.  
 Apud Deum autem hic seruus habetur, qui pecca-  
 uerit. Denique peccati causa Cham seruus audiuit,  
 Maledictus puer Chanaa: seruus seruoꝝum erit fra-  
 tribus suis. Cui sententiæ veteres assenserunt, ita vt de-  
 finirent, Omnes prudētes esse liberos stultos autem  
 omnes esse seruos: quia prudens abstinet à peccatis  
 vt hic ingenuus sit, qui recta sequitur: seruus autem  
 qui per stultitiæ imprudentiam subiicit se peccato.  
 Vnde & Cham propter stultitiam, quia risit nudita-  
 tem patris stultè, seruus est appellatus. Ostendit ergo  
 domino, quia nō veri sunt domini, sed quasi per  
 imaginem corporum enim, non animorū sunt do-  
 mini. Solus enim Dominus, & auctor rerum inuisi-  
 bilis Deus tam corporibus quàm animis domina-  
 tur: vt hæc considerantes, iusta ab eis exigant serui-  
 tia, talia vtique, qualia & à se exigunt à Domino  
 communi. Nam cum ipsi non vt dignum est, Deo  
 seruiant, quem non negant omnium potestatem  
 habere, cuiusque quotidiana dona per ministeria  
 creaturæ humanis vsibus exhiberi: à paribus suis (vt  
 non dicam fratribus) tam grauia exigunt seruitia, vt  
 ferri non possint, non ponentes in animo quia &  
 ipsi velint nolint serui sunt, & viderint cuius me-  
 riti.

ORATIONI instate, vigilantes in illa  
 cum gratiarum actione: orantes simul  
 & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium  
 verbi ad eloquendum mysteriū Christi (pro-  
 pter quod etiam vinctus sum,) vt manifestem  
 illud prout oportet me loqui. In sapiētia am-  
 bulate apud eos qui foris sunt, tempus re-  
 dimentes. Sermo semper vester in gratia sale  
 sit cõditus: vt sciatis quomodo oporteat vos  
 singulis respondere.

Orationi instate, vigilantes in illa, &c. Iam prudenti-  
 bus mysterium Domini Christi in euitandis vitijs  
 peccatorum orationi instadum ostendit, vt meritis  
 crescat, deficientibus tētationibus aduersarij. Quos  
 intantum dignos habet, vt iudicet eos etiam se pos-  
 se precibus adiuuare ad asserendum audacter Euan-  
 gelium, ad quod manifestandum legationem acce-  
 perat. In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt, tempus re-  
 dimentes. Sermo vester semper in gratia sale sit cõditus, vt  
 sciatis quomodo oporteat vos singulis respondere. Quoniam  
 necesse est ambulare nos inter infideles, & collo-

1. Tim. 6.  
 Galat. 3.  
 Ioh. 8.  
 Gen. 9.  
 M. T. Cicero  
 in Paradox.  
 Gen. 9.  
 Act. 10.  
 Rem. 10.  
 ephes. 6.  
 Iacob. 2.  
 CAP. IIII.  
 ephes. 6.  
 1. thess. 3.  
 2. cor. 5.  
 ephes. 6.  
 philip. 2.

quia miscere causa conuersationis mundana: hoc G est quod commonet, vt cum sapientia sit ipsa conuersatio propter scandalum gentiliam, ne occasionem accipiant per nos blasphemandi, & incitentur ad persequendum. Quid enim opus est loqui cum eo quem scias intractabilem, & obstinatae mentis, paratum ad contumeliam faciendam? Ideo haec monet, vt oportuno & loco & tempore, magistra modestia, religionis verba promantur: aut si persona talis in medio est, quae perstrepat, reticendum. Aliter enim cum potentibus mundi, aliter cum mediocribus, & aliter cum humilibus agendum est. Aliter iterum cum mansuetis, aliter cum iracundis, quibus cedi oportet. hoc est redimere tempus. Cum enim insidiant dominicis verbis, & furenti temporis audaciae cedis, iniurias infesti temporis lucrifacis. Nam si caput, id est rex assentit, tunc est libertas loquendi verba Dei cum mansuetudine, vt prouocentur ad bonum. Perstreptibus tamen & animosis ad conuicia semper cedendum. Vincis enim dum cedis.

Quae circa me sunt, omnia nota faciet vobis Tychicus dilectus frater, & fidelis minister, & cōseruus in Domino: quē misi ad vos in hoc ipsum, vt cognoscat quae circa vos sunt, & consoletur corda vestra, cum Onesimo charissimo & fideli fratre, qui est ex vobis. omnia quae hic sunt, nota faciet vobis.

Ad hoc se dicit fratres misisse, vt inuicem sibi nota fieret quae ageretur ab inuicē. Quāuis superius dicat spiritu se praesentem apud eos, & videre quae agerent, internuntiis tamen opus est. Sollicitior enim fit quis, quando videt ad se venire ad considerandum conuersationem suam. Plus enim veretur, si speculetur se videri quae agat. Nam cum Deus omnia videat, & sciamus omnia illi nota esse: quia tamen non videmus nos videri ab eo, contraria facimus.

Salutat vos Aristarchus comes captiuitatis meae: & Marcus consobrinus Barnabae, (de quo accepistis mandatum, vt si venerit ad vos excipiaris illū: & Iesus, qui dicitur Iustus: qui sunt ex circumcisione. Hi soli sunt adiutores mei in regno Dei, qui mihi solatio fuerunt.

Hic Aristarchus bonae conuersationis ac meriti videtur, qui deuotione dominica particeps & socius laborū Apostoli designatur. Marcum autem vt cōmēdet, quid sit non tacet: vt cum laudabilis viri Barnabae affinis addiscitur, honorabilis habeatur. Addit & Iesum, quem Iustum nomine vocari appellat. Quibus solis testimonium perhibet, quia hi ex circumcisione adiutorio fuerunt ei, assentientes & particeps sententiae eius, vt iam circumcidi ulterius non debere praedicarent. ideo particeps illos dicit suos in regno Dei. Circumcidendum autem esse, & sabbata & neomenias seruandas praedicare, non spiritale est, sed terrenum.

Salutat vos Epaphras, qui est ex vobis, seruus Christi: semper sollicitus pro vobis in orationibus, vt stetis perfecti, & abunde expleti in omni voluntate Dei testimonium, enim adhibeo illi, quia habet multum laborem pro nobis, & pro iis qui Laodiceae sunt & Hierapoli.

Salutat vos Epaphras, qui est ex vobis, &c. Cariorē illis facit epistolā, quādo eius qui ex ipsis est, testimonium reddit. Semper sollicitus pro vobis in orationibus, vt stetis perfecti, & abunde expleti in omni voluntate Dei. Tam salutaria se illis exoptare testatur, vt illum qui cuius illorum est, & affectu vnanimis charissimus, participem suae deuotionis in profectu eorum ostendat. Testimonium enim adhibeo illi, quia habet multum laborem pro vobis, & pro iis qui Laodiceae sunt & Hierapoli. Vt sollicitos eos salutis suae faciat, aliorum vigilantia quāta fit pro his ostendit. Sollicitior enim quis fit pudore, quando in causa sua alterum viderit laborare.

Salutat vos Lucas medicus charissimus, & Demas. Salutate eos qui sunt Laodiceae fratres: & Nympham, & domesticam eius Ecclesiam.

Salutat vos Lucas, medicus charissimus, &c. Verē charissimus Apostolo fuit Lucas, quia omnia postponēs, Apostolum semper secutus est: qui & Euangelium, & Actus Apostolorum scripsisse perhibetur. Salutate eos qui sunt Laodiceae fratres: & Nympham, & domesticam eius ecclesiam, Quoniam simili modo & pro iis qui Laodiceae sunt sollicitus erat, in eorum epistola hos salutandos monet, Nympham cariorem existimans cuius & domum salutat. Tam enim deuota videtur fuisse, vt omnis domus eius signo titulata esset crucis.

Et cum lecta fuerit apud vos haec epistola, facite vt & in Laodicensium ecclesia legatur & vos vt eam quae est Laodicensium, legatis. Et dicite Archippo, Vide ministerium quod suscepisti in Domino, vt illud impleas. Saluatio mea manu Pauli.

Et cū lecta fuerit apud vos haec epistola, &c. Quia generales sunt institutiones Apostoli, & ad omniū profectum ecclesiarum scriptae epistolae: idcirco etiam Laodicensibus epistolam hanc legi praecipit, vt per hanc quid agendum sibi esset, addiscerent: & Colossenses vt eorum legerent, iuxta sensum supradictum. Et dicite Archippo, Vide ministerium quod suscepisti in Domino, vt illud impleas. Prepositū illorum per eos ipsos commonet, vt sit sollicitus de salute ipsorum. Quia plebis causa solius scribitur epistola, ideo non ad rectorem ipsorum destinata est, sed ad ecclesiam. Post enim Epaphram qui illos imbuit, hic accipit regendam eorum Ecclesiam. Saluatio mea manu Pauli

Pauli. Membres estote vinculorum meorum. Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum. Amen. Vt confirmet epistolam, manu sua subscriptam dicit, memorans vt in

mente habeant exitus eius quos patiebatur pro salute gentium: & tales se praebent, vt non ferret ægrè pati pro his iniurias.

SANCTI AMBROSII IN EPISTOLAM BEATI PAULI APOSTOLI AD COLOSSENSES COMMENTARIORVM FINIS.

S. AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI IN EPISTOLAM PRIMAM BEATI PAULI APOSTOLI AD THESSALONICENSES COMMENTARIA.

PROOEMIUM.

Thessalonicensium exemplo alios exhortetur ad fidei incrementa, eos laudat, eo quod in accepta gratia permanentes, ad profectum praemij aucti sunt meliora sectando: hortatur verò vt ad profectum tenderent, quò eorum virtutibus quaesita dignitas ceteros prouocaret. Tanta enim fidei imbiberant spiritum, vt spe futurorum, etiam ciuium suorum Macedonum persecutiones illatas pro nomine Christi deuoto animo paterentur. Vt horum ergo meritum, & suam ex eorum profectu letitiam litteris signet, ita scribit ad eos.

CAP. I.

PAVLVS, & Siluanus, & Timotheus, Ecclesiae Thessalonicensium in Deo patre nostro, & in Domino Iesu Christo. Gratia vobis & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratias agimus Deo semper pro omnibus vobis, memoriam vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione, memores operis fidei vestrae, & laborum, & charitatis, & expectationis Domini nostri Iesu Christi, coram Deo & patre nostro.

tatis, & patientiae, & spei aduentus Domini ante Deum, qui dignatus est filium suum incarnare pro salute humana. Placitum enim Dei est, si proficiatur in Christo.

Scientes fratres dilecti à Deo, electionem vestram, quia Euangelium nostrum non fuit ad vos in verbo solum, sed & in virtute, & in Spiritu sancto, & in plenitudine multa, sicut scitis quales fuerimus in vobis vestri causa.

Humiles se fuisse inter eos significant, vt illis formam darent mansuetudinis: non quòd defuerint quae ad fidem illos hortarentur magnalia, quia doctrinae Evangelicae robur, virtus praestabat signorū & prodigiorum, in Spiritu sancto, id est, non in phantasia, sed in veritate plenitudinis, vt nulli necessitati deesset auxilium, sed superabundans gratia videretur & in doctrina, & in conuersatione, & in aegris curandis, vt perfectum opus Spiritus sancti appareret in Thessalonicensium Ecclesiis: vt in nullo se minores videntes Iudaeorum Ecclesiis, gauderent in dono Dei, qui participes illos facere dignatus est promissionis Abraham.

Et vos æmuli nostri facti estis, & ipsius Domini: suscipientes verbum in pressura multa cum gaudio Spiritus sancti, ita vt fueritis vos exemplum omnibus credentibus in Macedonia & in Achaia.

Cupidi credulitatis, probra & iniurias à ciuibus suis passi tolerarūt fiducia futurorum. Vnde æmuli

PAVLVS, & Siluanus, & Timotheus, &c. Trium quidem Episcoporum nomina litterae continent, sed sensus & verba folius Apostoli sunt. Quia enim communi gaudio exultant in profectu illorum, ex consensu ad plebem epistola scribitur in exaltatione, Dei patris & Domini Iesu Christi pacem & gratiam his exoptans. Gratias agimus Deo semper pro omnibus vobis, memoriam vestri facientes in orationibus nostris sine intermissione, memores operis fidei vestrae, & laborum, & charitatis, & expectationis Domini nostri Iesu Christi, coram Deo & patre nostro. Quoniam omnia bona à Deo sunt, idcirco ei primū gratias referunt in profectu illorum, qui dignatus est non solum donum suum dare hominibus sub peccato constitutis, sed in filios hos adoptare, simul adiuuans eos ad omnia exitia toleranda, vt digniores fiant. Quamobrem meminisse horum dicunt se in orationibus suis, eo quòd crederent in opere fidei ceteris Ecclesiis, & nutu Dei perficerent opus ceptum, prompti in studio chari-

1. Petr. 2. Eccl. 8.

Prou. 8.

Eccl. 8.

Ephes. 5.

Tit. 3.

Coloss. 2.

Heb. 4.

Aff. 20.

Aff. 12.

Aff. 1.

Aff. 15.

Philip. 3.

1. Thess. 3.

Coloss. 1.

1. Thess. 5.

1. Thess. 1.

1. Thess. 2.

2. Tim. 4.

Coloss. 2.

Aff. 16. 1. Pet. 5.

Luc. 1.

Ephes. 3. Philip. 1.

2. Petr. 3.

Aff. 20. & 21.

2. Cor. 12.

Aff. 14. & 15.

Rem. 15.

Ephes. 3.

1. Cor. 15. Act. 5.

dicuntur Apostolorum, & ipsius Domini: quia & Dominus eadem passus est à Iudæis, & Apostoli sequentes fidē Dei, persecutione passi sunt, gaudetes quia digni habiti sunt pro nomine Domini contumelias pati, scientes pro his magna fore premia repromissa. Idoneus enim seruus probatur, quando pro amore Domini sui inimicos eius offendit. Cuius rei memores, gauisi sunt spe promissionis in pressura. Itaque magna exhortatio est ad profectum, cum similes illos factos dicit & Christi & Apostolorum, ad formam prebendam ceteris credentibus illis in locis quibus fama illorum ambulabat.

Rom. 16.

A vobis enim diffamatus est sermo Domini non solum in Macedonia & in Achaia, sed & in omnem locum fides vestra, quæ est ad Deum, processit, ita vt non necesse habeamus nos aliquid loqui. Ipsi enim de vobis annuntiant, qualem introitum habuerimus ad vos: & quomodo conuersi estis ad Deum ab idolis ad seruiendum Deo viuo & vero, & ad expectandum filium eius de caelis (quem suscitauit à mortuis) Iesum, qui eripit nos ab ira veniente.

Rom. 1. Rom. 16.

A vobis enim diffamatus est sermo Domini, &c. Tale est hoc, quale & illud ad Romanos, cum dicit, Quia fides vestra predicatur in vniuerso mundo. Sed in his amplius, quia non solum fides, sed opus fidei illorum peruenit in omnem locum. Ita vt non necesse habeamus nos aliquid loqui. Ipsi enim de vobis annuntiant, qualem introitum habuerimus ad vos, & quomodo conuersi estis ad Deum ab idolis, ad seruiendum Deo viuo & vero, & ad expectandum filium eius de caelis (quem suscitauit à mortuis) Iesum, qui eripit nos ab ira veniente. Sic peragraste dicunt famam introitus sui, & conuersationis eorum cum predicatione Euangelij, vt non esset necesse ea dicere. Superfluum est ea fari quæ nota sunt. Ad omnes enim in circuitu peruenerat, ita vt & annuntiarent ceteris qua deuotione susceperant Apostolos. Et quia ad omnia quæ audierat ab eis, fuerant promptiores, relinquentes deos mortuos: expectaret autem Christum de caelis, quem humanæ salutis causa mortuum audierant, & resurrexisse deuicta morte, & cum carne assumptum in caelos ministra nube, ad confusionem prudentium mundi, qui consideratione habita mundanorum, carnis naturam, quæ grauis est, putant non posse fieri vt sustollatur in caelos. Hoc effectu fit Spiritus sancti, vt erubescant terrigenæ prudentes.

Philipp. 3. Act. 13.

1. Cor. 1.

CAPVT II.

I AM ipsi scitis fratres introitum nostrum ad vos, quia non inanis fuit: sed ante multa passi, & contumelias affecti (sicut scitis) in Philippis, exerta libertate ausi sumus in Deo nostro loqui ad vos Euangelium Dei in magno certamine.

Act. 16.

Hanc pressuram quam nunc memorat, passus est in Philippis cum Sila propter spiritum Pythonem quem à puella eiecerat, quod iam suo loco dictum

est. Cui pressuræ non cessit, sed fortior inuentus est dum audet predicare, nec loqui timet, spe utique promissi premij, vt & hi securi essent in persecutionibus, gaudetes propter futuram mercedem. Signum ergo deuoti & fidelis predicatoris hoc dicit esse, si in pressura loqui verbum Dei non timeat: inanem illum significans, qui terrore presentis formidinem patitur predicandi. Qui enim securus est de promissa spe, non cedit vt coronetur.

Nam exhortatio nostra non ex fallacia, neque ex immunditia, neque in dolo: sed sicut probati sumus à Deo, vt crederetur nobis Euangelium, ita loquimur: non vt hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra.

Hoc propter pseudoapostolos dicit, qui dolo & fallacia predicabant non missi, vt circumuenirent gentes ad seruiendum legi factorum. Iste autem electum se & missum predicare multis probat rebus: quia & in pressuris fortior inuentus est, & in conuersatione irreprehensibilis, vt nihil esset in hoc quod minus Deo videretur dignum, consequentibus signis. Quidam enim quæstus causa Christum predicabant, fauori hominum seruietes: quia & in arguendo remissiores erant, quippe cum nec auctoritas esset, & in tribulatione infirmi, quia non ex corde, sed in fallacia erat sermo eorum. Omnis enim qui aliquid sine spe agit, orta tribulatione succumbit.

Neque enim vnquam in verbo adulationis conuersati sumus, sicut scitis: neque in occasione auaritiæ, (Deus testis est,) nec quæretes ex hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis, cum possemus apud vos in honore esse, vt Christi Apostoli: sed fuimus paruuli in medio vestrum, tanquam si nutrix foueat filios suos, ita desiderantes vos, cupimus impartiri vobis non solum Euangelium Dei, sed etiam animas nostras, quia charissimi nobis facti estis.

Neque in occasione auaritiæ, &c. Nunc aperit quod supra significauit, cum dicit, Non in occasione auaritiæ, Deum dans testem: quia istud ex corde faciebat, non in hypocrisis, quasi contemnens pauca, vt fortè plura offerrentur. Vnde & ipsos conuenit, scientes ac probantes quia nulli fuerat adulatus. Pseudo enim apostoli formam auaritiæ dari sibi optabant, vt ipsa occasione, dum veros Apostolos omnia illata vidēt accipere, possint ipsi sine inuidia simplices homines deprædari. Nec quærentes ex hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab aliis, cum possemus apud vos in honore esse, vt Christi Apostoli. Intantum grauat pseudoapostolorum causam, vt se abnuere dicat, cum liceret illi obsequia requirere, ad comprimēdos eos quibus nec facultas erat, nec pudor, & tamen honorem sibi poscebant. Se enim potius quam Dei doctrinam commendari volebant. Apostolus autem qui gloriam non ad præsens, sed in futuro requirebat, se humilem faciebat, vt Dei predicatio exaltaretur. Sed fuimus paruuli in medio vestrum, tanquam si nutrix foueat filios

1. Cor. 9. 2. Cor. 4.

2. Tim. 2.

2. Cor. 11. Galat. 1.

2. Cor. 12. 1. Tim. 6.

Luc. 8.

Coloss. 3. 1. Cor. 9.

2. Cor. 12.

1. Cor. 9. 1. Cor. 10.

1. Ioh. 3.

filios suos: ita desiderantes vos, cupimus impartiri vobis non solum Euangelium Dei, sed etiam animas nostras, quia charissimi nobis facti estis. Tantum affectum habere se circa illos ostendit, (quem, quia verus est, non verbis magis quam rebus probatum vult videri: potest enim in verbis latere fallacia) vt his exhortationibus prouocari omnem sensum suum in dilectione haberent Apostoli.

Meministis enim fratres, laborem nostrum & fatigationem; nocte ac die operantes, ad hoc, ne quem vestrum grauaremus. Predicauimus vobis Euangelium Dei, vos testes estis, & Deus, quàm sanctè & iustè, & sine querela vobiscum qui creditis, conuersati sumus, sicut scitis, & quomodo erga vnumquemque vestrum, vt pater erga filios suos, obsecrantes vos, & consolantes, & obtestantes, vt ambuletis dignè Deo, qui vocauit vos in suum regnum & gloriam. Ideoque & nos gratias agimus Deo sine intermissione, quod cum accepissetis à nobis verbum auditus Dei, suscepistis illud non vt verbum hominum, sed vt (sicut est verè) verbum Dei; quod & operatur in vobis qui credidistis.

Nocte & die operantes, ad hoc, &c. Hoc est quod dicit in Actis Apostolorum, Omnia, inquit, quæ mihi, & iis qui sunt mecum, fuerunt necessaria, laborauerunt manus istæ. Vnde & in alia epistola dicit, Qui non laborat, nec manducet. Et hoc contra pseudoapostolos, vt qui otiosi manducarent, predicatoribus se fingebant esse. Vt ergo exemplum daret quemadmodum gubernanda sit vita Christiana, & stimulatorum proderet, labori insistebat humano, offuscās pseudoapostolos: propterea quia qui labori insistent, à malis cogitationibus declinant, occupantes animum suum, & à periculis prohibentes. Predicauimus vobis Euangelium Dei, vos testes estis, & Deus, quàm sanctè & iustè, & sine querela vobiscum qui creditis, conuersati sumus, sicut scitis, & quomodo erga vnumquemque vestrum, vt pater erga filios suos, obsecrantes vos, & consolantes, & obtestantes, vt ambuletis dignè Deo, qui vocauit vos in suum regnum & gloriam. Manifesta sunt hæc. Commonet enim illos quomodo crediderint sibi predicanti, & qualem eum fuerint experti, & quæ præcepta dederit eis, vt digni fierent Deo, qui illos vocauit de terris ad caelos, vt exsuscitet lætitiā illorum. Ideoque & nos gratias agimus Deo sine intermissione, quod cum accepissetis à nobis verbum auditus Dei, suscepistis illud non vt verbum hominum, sed vt (sicut est verè) verbum Dei, quod & operatur in vobis qui credidistis. Deo gratias referunt, qui aperuit sensum illorum ad recipiendum Euangelium suum. Gloria enim predicantium est, quando audientes facilè credunt. Tanta enim deuotione receperunt verbum, vt probarēt se intellexisse, Dei esse doctrinam.

Act. 20.

1. Cor. 4. 1. Thes. 3.

1. Cor. 9. 1. Pet. 2.

Act. 14.

Vos enim fratres, imitatores facti estis Ecclesiarum Dei, quæ sunt in Iudæa, in Christo Iesu: quia eadem passi estis & vos à conciuibus vestris, sicut & nos ipsi à Iudæis, qui & Dominum interemerunt Iesum, & proprios Prophetas, & nos persecuti sunt, & Deo non placuerunt, & omnibus hominibus aduersantur, prohibentes nos gentibus loqui vt saluetur, ad hoc, vt expleat peccata sua semper, sed peruenit ira Dei super eos vsque in finem.

De impietate atque crudelitate queritur diffidētium Iudæorum, qui non solum suæ salutis inimici sunt, verum etiam aliorum, prohibentes ne credant, & salui fiant: ab initio parricidæ, (vel Domino enim communi parcere debuerant,) qui conferuis & prepositis suis non pepercerunt: vt repleantur peccata eorum in tantum, ne aliquādo misericordiam consequi mereantur. Ideo Thessalonicenses à ciuibus suis eadem passos dicit, imitatos patientiam sanctorum, & Domini nostri Iesu Christi: cuius sceleris auctores inducit Iudæos, vt & quanta gloria digni sint qui pro nomine Domini patiuntur, & quæ vltio infestis & infidis præparata sit, dignoscatur.

Nos autem fratres, desolati à vobis ad tempus horæ, facie, non corde: abundantius festinauimus faciem vestram videre in multo desiderio. Quapropter volumus venire ad vos (ego quidem Paulus & semel & iterum:) sed impediuit nos Satanæ. Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos coram Domino nostro Iesu Christo in aduentu eius? Vos enim estis gloria nostra & gaudium.

Nos autem fratres, desolati à vobis, facie, non corde, &c. Non animo, sed corpore diuullos se dicunt ab eis; (charitas enim non diuiditur nec separatur:) sed propter maiorem instructionem, etiam faciem eorum cupere se dicunt videre. In rebus enim diuinis deficiunt articuli comprehendere quæ possunt dici. Nec enim sufficit dies stylo his quæ vna hora possunt depromi, vt non dicam quædam esse mystica religionis nostræ, quæ propter carnales sensus, ne scandalum patiantur, facilè publicari non debeant: quia non omnibus dicenda sunt omnia, sed pro vniuersuiusque captu moderanda sunt dicta: aliter rudibus, aliter fundatis. Idcirco præsentia corporis requiritur, quia sic perficitur veritas charitatis. Quamuis enim charitas non diuidatur, desiderium tamen facit absentia corporis. Denique osculis & amplexibus animorum expletur voluntas. Cui rei impedimento asserit fuisse Iatanam, qui etiam Apostolis obuias manus tendebat, ne veritatis ratio hominibus panderetur. Accendebat enim perfidorum mentes, vt eos verberibus ac vinculis detinerent; ne loqueretur verbum Dei. Dixerunt enim maiores Iudæorum Apostolis: Nonne præcipientes denuntiauimus vobis ne loqueremini in nomine isto vlli hominum? Sed quia quod non est à Deo, stare non potest, dissoluntur impedimenta Satanæ. Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos coram Domino nostro Iesu Christo in aduentu eius? Vos enim estis gloria

Nos autem fratres, desolati à vobis, facie, non corde, &c. Non animo, sed corpore diuullos se dicunt ab eis; (charitas enim non diuiditur nec separatur:) sed propter maiorem instructionem, etiam faciem eorum cupere se dicunt videre. In rebus enim diuinis deficiunt articuli comprehendere quæ possunt dici. Nec enim sufficit dies stylo his quæ vna hora possunt depromi, vt non dicam quædam esse mystica religionis nostræ, quæ propter carnales sensus, ne scandalum patiantur, facilè publicari non debeant: quia non omnibus dicenda sunt omnia, sed pro vniuersuiusque captu moderanda sunt dicta: aliter rudibus, aliter fundatis. Idcirco præsentia corporis requiritur, quia sic perficitur veritas charitatis. Quamuis enim charitas non diuidatur, desiderium tamen facit absentia corporis. Denique osculis & amplexibus animorum expletur voluntas. Cui rei impedimento asserit fuisse Iatanam, qui etiam Apostolis obuias manus tendebat, ne veritatis ratio hominibus panderetur. Accendebat enim perfidorum mentes, vt eos verberibus ac vinculis detinerent; ne loqueretur verbum Dei. Dixerunt enim maiores Iudæorum Apostolis: Nonne præcipientes denuntiauimus vobis ne loqueremini in nomine isto vlli hominum? Sed quia quod non est à Deo, stare non potest, dissoluntur impedimenta Satanæ. Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos coram Domino nostro Iesu Christo in aduentu eius? Vos enim estis gloria

Sed quia quod non est à Deo, stare non potest, dissoluntur impedimenta Satanæ. Quæ est enim nostra spes, aut gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos coram Domino nostro Iesu Christo in aduentu eius? Vos enim estis gloria

FF ij

Act. 13. 14.

Matth. 23.

2. Thes. 2.

Coloss. 2.

Hebr. 11. 2. Cor. 12.

1. Cor. 3.

Rom. 15.

Act. 5. Matth. 15.



Philip. 4.

1. Cor. 1.

1. Thess. 2.

Ephes. 3.

Matth. 5.

Act. 20.

2. Cor. 11.

Philip. 4.

2. Tim. 1.

via nostra & gaudium. Manifestum est quia perfectio discipulorum, gaudium & corona magistri est. Hi enim sunt qui labores fructuum suorum edituri sunt: fructus enim magistri, discipulus est obediens: cuius dum bona conuersatio proficit magistro, fructus sui edit laborem. Labor enim discipuli in opere bono, coronam dat magistro, iudice Christo.

**I**DCIRCŌ iam non amplius tolerantes, optimum duximus vt Athenis soli relinquere-remur: & misimus Timotheum fratrem nostrum, & participem operis Dei in Euangelio Christi, ad hoc, vt & vos confirmet, & deprecetur pro fide vestra, ne quis moueatur in his pressuris. Ipsi enim scitis, quia ad hoc positi sumus. Nam & cum apud vos eram, predicabamus vobis, passuros nos pressuram, sicut factum est, & scitis. Ideo & ego non amplius tolerans, nisi ad hoc vt cognoscerem fidem vestram, ne quo modo attentauerit vos ille tentator, & inanis fiat labor noster.

*Vt & vos confirmet, & deprecetur pro fide vestra, &c.* Desiderij supra memorati causas expressit. Idcirco enim presentes esse apud eos volebant, vt animos eorum firmarent, ne quis ex his scandalum pateretur de pressuris Apostolorum, vt qui tanta signa facerent, aliquando infirmarentur, ita humiliati, vt verberibus & vinculis subiicerentur. Ad quam rem excusandam Timotheum missum testatur, idoneum doctorem, qui ostenderet hinc merita crescere Christianis, si pro nomine Domini passi gratias agant, à quo huius rei mercedem expectant, simulque preces Deo funderent vt stabiles essent. Quam persecutionem idcirco se passuros predicauerant, vt per id quod praesentiam huius rei habere se protestarentur, posse se effugere & declinare has iniurias approbare: sed quia spes magna in his est, ideo illatas sufferre quidem libenter. *Ideo & ego non amplius tolerans, nisi ad hoc vt cognoscerem fidem vestram, ne quo modo attentauerit vos ille tentator, & inanis fiat labor noster.* Istud propter quosdam dicit, qui possint seduci astutia Satanæ, quia in omni plebe est pars firma & infirma: quorum causa sollicitus erat, ne amitteret fructum credulitatis eorum. Et quia diutius passus non est ne scire se quid certius ageretur circa illos, misit Timotheum episcopum à se creatum, à quo posset certum scire.

Modò autem cum venisset Timotheus ad nos à vobis, & annuntiasset nobis fidem & charitatem vestram, & quoniam memoriam nostri habetis bonam semper, desiderantes nos videre, sicut & nos quoque vos: ideo consolationem sumus adepti fratres, in vobis super omni necessitate & pressura nostra per vestram fidem: quoniam nunc viuimus, si vos steteritis in Christo. Quam enim gratiarum actionem possumus referre Deo de vobis super om-

ni gaudio, quo gaudemus propter vos coram Deo nostro, noctu dieque abundantissimè orantes, vt videamus faciem vestram, & suppleamus ea quæ desunt fidei vestrae?

*Modò autem cum venisset Timotheus ad nos, &c.* Declarauit cur alacri sermone scribat ad eos. Ideo enim nuntio veniente, & firmitatem deuotionis illorum in fide & dilectione Apostoli declarante, lætus factus de comuni concordia, scribit ad eos securum habens fructum fidei & bonæ conuersationis eorum. *Quam enim gratiarum actionem possumus referre Deo, de vobis super omni gaudio, quo gaudemus propter vos coram Deo nostro, noctu dieque abundantissimè orantes, vt videamus faciem vestram, & suppleamus ea quæ desunt fidei vestrae.* Nihil dicit tam dignum, quod sufficere possit ad compensationem acquirere salutis gentium. Et quoniam prouexerant se perseverantia fidei, & actu vitæ melioris, magis ac magis cupit eos videre, vt ea quæ ad perfectionem illorum pertinent, ediscant, sacramenta scilicet rerum spiritualium, quæ faciliè publicari nõ debent, vt scirent, quis & quàm immensus est quem iudicem sperabant. Aliud est enim fidem accipere, & aliud expositionem fidei. Alia enim disputatio est de natura patris, & filij, & spiritus sancti, & alia de personis. Pater ingenitus est, filius verò genitus. Quantum ad personas pertinet, diuersum videtur, cum sit indiuidua vnitas nature. Vnitas enim non in persona est, sed in substantia. Spiritus autem sanctus non degener putetur, quia tertius ponitur. Qui ergo de secunda persona nõ ambigit, admittit & tertiam.

**I**psè verò Deus & pater noster, & Dominus noster Iesus Christus dirigat viam nostram ad vos. Vos autem Dominus multiplicet, & abundare faciat charitate in inuicem in nos, & in omnes, sicut & nos in vos, ad confirmanda corda vestra irreprehensibilia, in sanctimonia coram Deo & patre nostro, in aduentu Domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis eius. Amen.

*Ipsè verò Deus & pater noster, &c.* Integro ordine iter suum disponi postulat, primum à Deo patre, quia ab ipso sunt omnia: deinde à Domino Iesu Christo, per quæ sunt omnia: vt virtus atque prouidentia patris & filij aduentum eius commendat, vt acceptabilis fiat audientibus se, & impedimenta diaboli solueretur ad dirigendum iter eius. *Vos autem Dominus multiplicet, & abundare faciat charitate in inuicem in nos, & in omnes, sicut & nos in vos, ad confirmanda corda vestra irreprehensibilia, in sanctimonia coram Deo & patre nostro, in aduentu Domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis eius.*

**V**t gaudium suum quo de eis gaudet, cumulet, in omnibus bonis multiplicari illos exoptat: vt veniens ad eos, plus inueniat in eis quod laude dignum sit, quàm à Timotheo audierat: vt irreprehensibiles inueniantur cum sanctis in charitate Dei patris, & in aduentu Domini nostri Iesu Christi, cum coeperit ante tribunal eius examinatio singulos approbare. Deum vocat propter terrorem maiestatis eius: patrem verò propter benignitatem, qua dignatur credentes

Malach. 1.

CAPVT III.

1. Thess. 2.

Rem. 12.

Ephes. 5.

Leuit. 19.

& 25.

2. Thess. 1.

Colos. 2.

Rem. 13.

dentes sibi adoptare in filios, quod in aduentu Domini manifestabitur.

**Q**UOD superest itaque fratres, rogamus vos & obsecramus in Domino Iesu, vt quemadmodum accepistis à nobis qualiter oporteat vos ambulare, & placere Deo, sic & ambuletis, vt abundetis magis. Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per Dominum nostrum Iesum. Nam hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra: abstinere vos à fornicatione, & scire vnūquemque vestrum suum vas possidere in sanctimonia & honore, non in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorant Deum: & vt ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem suum, quoniam vindex est Dominus de his omnibus, sicut & prædiximus vobis, & testificati sumus.

*Sic & ambuletis, vt abundetis magis.* Hoc est quod supra dixit, quia ad cumulandum gaudium suum crescere illos vult in bonis operibus secundum mandata apostolica. *Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per Dominum nostrum Iesum. Nam hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra: abstinere vos à fornicatione, & scire vnūquemque vestrum suum vas possidere in sanctimonia & honore, non in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorant Deum: & vt ne quis supergrediatur, neque circumueniat in negotio fratrem suum: quoniam vindex est Dominus de his omnibus, sicut & prædiximus vobis, & testificati sumus.*

Quamuis laudet eos in tota epistola, tamen commonet ne aliqua subreptione ad illicita deducatur, vt incurrat vindictam quam vlticem malorum didicerunt; scientes hoc Deo placere, si corpora sua intaminate custodiant, sed & cum fratribus simpliciter agant, ne similes gentibus inuenti, adoptionis nomine abdicentur.

Non enim vocauit nos Deus in immunditiam, sed in sanctimonia. Quapropter qui spernit hæc, nõ hominem spernit, sed Deum, qui dedit Spiritum sanctum in nobis. De affectione autem fraternitatis nõ habemus necessitatem scribere vobis: ipsi enim vos à Deo edocti estis, ad hoc, vt vos inuicem diligatis. Nam & hoc facitis in omnes fratres per vniversam Macedoniam. Hortamur autem vos fratres, abundare magis, & eniti quiescere, & vestrum negotium agere, & operari manibus vestris, sicut vobis præcepimus: vt honestè ambuletis ad eos qui foris sunt, & nullius rei desiderium sit in vobis.

*Qui spernit hæc, non hominem spernit, sed Deum, &c.* Vt fortius adstringat ad ea quæ docet, Dei interponit personam, dicens, Non hominem spernit, qui præterit præcepta, sed Deus. Quem ideo dicit Spiritum

sanctum nobis dedisse, vt sanctè viuamus, quia in corpore subdito peccatis non habitat Spiritus sanctus. *De affectione autem fraternitatis non habemus necessitatem scribere vobis. ipsi enim vos à Deo edocti estis, ad hoc vt vos inuicem diligatis. Nam & hoc facitis in omnes fratres per vniversam Macedoniam.* Etiam hoc cum facere illos laudat, commonet tamen vt propè sit id agant. Quos enim ab ipso Deo doctos dicit, promptiores esse debere in fraterna dilectione significat. Propter multam enim charitatem Deus misertus est nostri, cuius imitatores effecti non immeritò adoptatos nos ostendimus à Deo in filios. *Hortamur autem vos fratres, abundare magis, & eniti quiescere, & vestrum negotium agere, & operari manibus vestris, sicut vobis præcepimus: vt honestè ambuletis ad eos qui foris sunt, & nullius rei desiderium sit in vobis.* Iterum eadem hortatur, vt data opera abundant bonis actibus. Vt enim significet verè hoc esse quod placet Deo, frequenter hoc monet. Iustitiæ enim via tenenda est, vt ad misericordiam iure veniatur: vt qui sunt inferiores substantia, manibus laborent, vt ipsa intentione tollantur à vulgari inquietudine, & à praua cogitatione, vt disciplina eorum etiam ab infidelibus laudetur, & prouocari ad fidem possint.

Nolumus autem vos ignorare fratres, de iis qui dormiunt, vt non tristes sitis, sicut & ceteri qui spem non habent. Nam si credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit, sic & Deus illos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo.

Manifesta est ratio, quia si resurrectio creditur mortuorum futura, non sunt lugendi qui cum signo crucis exeunt. Lugendi autè verè sunt infideles, qui hinc transeunt in gehennam: vt ediscant verum esse quod credere noluerunt. Fideles autem resurgent ad gloriam, vt qui in seculo stulti habitati sunt propter fidem, videantur prudentes. Prouiderunt enim sibi gloriam. Hi sunt qui per Iesum, id est, sub spe fidei huius exeuntes, adducuntur cum eo in aduentu eius, vt ab hominibus videantur. Cum tamè ipse defuncti excessum lugendum prohibeat, ipse alibi dicit: Ne tristitiam haberet. Sed iam suo loco solutum est.

Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui viuimus, qui subrelictii sumus in aduentum Domini, non præueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in iussu, & voce Archangeli, & tuba Dei descendet de cælo: & hi qui in Christo mortui sunt, resurgent primi: deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, vnà cum illis rapiemur in nubibus obuiam Christo in aëra, & sic semper cum Domino erimus. Quare consolamini vos inuicem in his verbis.

*Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, &c.* Sensu Domini loqui se profitetur, cum dicit, *Hoc vobis dicimus in verbo Domini.* Vt enim fidam spem & ratam gloriam resurrectionis sanctis promissæ demonstraret, ordinem ipsum quomodo futura sit, exponit, nutu iudicis Christi, sancto Spiritu intimante: vt ipsa spe

qui charos suos præmiserunt, non dolcant, addiscētes quia in aduentu Domini priores resurgent qui in Christo moriūtur. Ipse enim Christus Dominus voluntate patris quasi primus angelus Dei cum exercitu cælesti, sicut continetur in Apocalypsi Ioannis Apostoli, descendet de cælo ad gerendum bellum nomine Dei contra Antichristū. Quo extinto, iussu eius resurgent mortui. Hoc est ergo tuba Dei descendere, nomine Dei bellum gerere. Est enim, ut ipse dixit ad Iesum filiū Naue, dux & princeps exercitus Domini, propter quod Archangelus dicitur. Cūm autem in tuba Dei descendet, Deus est; quia vtrumque continent scripturæ: sicut in Exodo, quæ Angelum in flamma apparuisse Moyse legimus, statim ipsum in subiectis esse Deum agnoscimus, id est, filium Dei, dicente eadem scriptura: Et accedēs, inquit, Moyses, auertit se, quia non potuit considerare in faciem Dei. Deus ergo est, quia filius Dei verus est Deus. Dux autem & princeps ideo, quia caput omnium est, quia per ipsum omnia. Resurgētibus ergo primis qui in Christo mortui sunt: deinde nos qui viuimus, rapiemur vnā cum illis baiulis nubibus obuiam Christo in aëra, ut cum Domino omnes veniant ad prælium, & quos occiderat, videat viuos: quia sicut Domino famulatae sunt nubes, ita & his quos fratres suos dignatus est appellare. *Et sic semper cū Domino erimus.* In ipso enim raptu mors proueniet & quasi per soporem, ut egressa anima in momento reddatur. Cū enim tollentur, morientur: ut peruenientes ad Dominum, præsentia Domini recipiāt animas, quia cum Domino mortui esse nō possunt. *Itaque consolamini vos inuicem in his verbis.* Hac spe consolari se inuicem iubet eos qui adhuc more gentili charorum suorum excessum putabant legendum.

**CAP. V.** DE temporibus autem & momentis fratres, non est necesse vobis scribi. Ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini, ut fur in nocte, sic veniet. Cū enim dicent, Pax, & firmitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, quemadmodum dolor partus prægnanti, & non effugient. Vos verò fratres, non estis in tenebris, ut vos dies ille tamquam fur apprehēdat. Omnes enim vos filij luminis estis, & filij diei: nō estis noctis neque tenebrarum.

*Dies Domini, ut fur in nocte, sic veniet.* Hoc est quod in Euangelio Dominus locutus est, dicēs, Vigilate, quia nescitis horam qua Dominus vester veniet. Et iterum, Si quis vobis dixerit, Ecce hīc Christus, aut ecce illic, nolite credere. Subitō enim & ex insperato apparebit, sicut coruscatio apparet ab Oriente in Occidentem, habens secum militiam exercitus Dei patris ad perditionem Antichristi & satellitum eius. Cū enim securi fuerint perfidi de regno diaboli, interfectis sanctis, id est Enoch & Elia, & lati de victoria inuicē sibi mittentes munera, sicut dicit Apocalypsis, tunc illis subitō veniet repentinus interitus. In aduentu enim suo Christus hos omnes disperdet, ut videntes sancti qui euaserint, glorientur. *Vos autem fratres non estis in tenebris, ut vos dies ille tamquam fur apprehendat. Omnes enim vos filij luminis estis, & filij*

*diei, non estis noctis neque tenebrarum.* Per tenebras ignorantiam significat & mendacium, per diem autem scientiā & veritatē. Idcirco Christianos nō in tenebris esse dicit, gētiles autem, vel incredulos Iudæos filios tenebrarū, quia cultores sunt mendacij. Quāobrem fideles securos esse debere significat, quia nō ignorant futurum aduentum Domini, sed expectāt solliciti ut veniat. Qui autem ignorant diffidentes de eo, repentē illos apprehendet improuidos, & interficiet.

Igitur non dormiamus, sicut & cæteri: sed vigilemus, & sobrij simus. Hi enim qui dormiunt, nocte dormiunt: & qui inebriantur, nocte sunt ebrij. Nos autem qui diei sumus, sobrij simus, induti thoracem fidei & charitatis, & galeam, spem salutis: quia non posuit nos Deus in iram, sed in acquisitionem salutis per Dominum nostrum Iesum Christum, qui mortuus est pro nobis, ut siue vigilemus, siue dormiamus, simul cum illo viuamus. Propter quod exhortamini inuicem, & ædificate alterutrum, sicut & facitis.

Apertum est quod dicit, Commonet enim, ne securi de nomine Saluatoris, negligēt agamus: idēque tribus propugnaculis nos muniri debere, id est, fidei, & spei, & charitatis. Dum enim fides manet, spes excitat: spes autem necessariō sollicita est de promissione, nec dormit: charitas autem deuotum offeret Deo: nihil enim aduersum admittit charitas. Idcirco enim mortuus est pro nobis Dominus Iesus, & resurrexit: ut siue vigilemus, hoc est viuamus, siue dormiamus, id est moriamur, vnā cū illo æterna vita fruamur. Hoc est quod supra dixit, quia fideles in aduentu Domini, tam mortui quā viui obuiam tollentur Domino, & sic semper viuunt cum eo. In hoc meditandum docet, ut inuicem se in eo ædificent sensu.

Rogamus autem vos fratres, ut cognoscatis eos qui laborant inter vos, & præsum vobis in Domino, & monent vos, ut illis summū honorem habeatis in charitate propter opera ipsorum, pacem habete cum eis.

Hoc est quod dicit & in alia epistola, presbyteros duplici honore honorandos, qui laborant in verbo & doctrina. Potest enim pigere eum, qui inopiā patitur, exercitium facere quod profit audientibus. Quid enim prodest honorē sine fructu habere? aut quid magnum est offerre ei carnalia, qui tribuit spiritalia? Sicut enim diuitiæ negligentiam pariunt salutis, ita egestas, dum saturari quærīt, à iustitia declinat. Hinc Salomon nec nimis diuitem se petit fieri, nec egestosum. Hoc ipsum tamen in charitate fieri debere, ut honorificentia sacerdotis non de timore magis sit, sed de amore, ut etiam illi proficiat qui facit. Res enim quæ sponte non fit, ad effectum non peruenit, quamuis ad præsens proficiat sumentī, nihil tamen proderit in futuro dātī. Et quia dissensio multa generat mala, pacificos eos esse hortatur.

Rogamus

Apo. 12.

Esa. 26.

Iosue 5.

Exod. 3.

Ibidem.

Coloss. 1.

Aet. 1.

Lib. 4. sent. dist. 43. S. quæri solet. Luc. 20.

Mar. 13.

Matth. 24. Esa. 3.

Apo. 11.

Rom. 13.

Ephes. 5.

Philip. 3. 1. Petr. 3.

1. Cor. 11.

Galat. 6.

2. Petr. 2. Luc. 18.

2. Thess. 2.

Luc. 13.

1. Cor. 13.

1. Thess. 4.

1. Cor. 14.

Philip. 1.

Galat. 1. 2. Cor. 11.

1. Tim. 5.

1. Cor. 9.

Prov. 30.

1. Cor. 9.

Rogamus verò vos fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, opitulamini infirmis, patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonum est sectamini & in inuicem, & in omnes. Semper gaudete in Domino, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Hæc est enim voluntas Dei in Christo Iesu in vobis.

1. Cor. 11.

Galat. 6.

2. Petr. 2. Luc. 18.

2. Thess. 2.

1. Ioan. 4.

1. Cor. 14.

Philip. 1.

Galat. 1. 2. Cor. 11.

Ibidem.

1. Ioan. 4.

Quoniam necesse est quosdam in plebe esse immodestos, quosdam autem pusillanimes, hoc est timidus, quosdā verò fide infirmos: ideo hos qui modesti sunt & magnanimes, & fide fundati, hortatur cum prece ut his consulant, ut possint proficere, sufferentes eos, ne si retributio fiat malorum, peiores se fiant. Idcirco nihil aliud quā bonum sectādum hortatur, non solū in causā fratrum, sed & in omniū. Possunt enim bonis operibus attrahi infideles ad credulitatem, ex qua semper gaudetur in Domino, hoc est in bonum. Orandum autem sine intermissione. Sedulæ enim preces protuocant animum iudicis ad dandam misericordiam. In omnibus verò actibus bonis Deo gratias agendas, qui hæc tribuit doctrinam in Christo Iesu Domino nostro.

Spiritum nolite extinguere: Prophetias nolite spernere. Omnia probate, quod bonū est tenere. Ab omni specie mala abstinete vos.

Hoc dicit, ut non facilē alicui per spiritum loquēti interdicitur (extinguitur enim, si incipientis loqui feruor contradictione sopitur): ne fortē non intelligentes dici ab eo spiritalia, iniuriam faciant Spiritui sancto, & peccent per ignorantiam: neque aliquem qui quasi scripturas reuelat, non audiri patienter debere; sed omnia dicta examinari, & sic iudicari, ne fortē gratiam datam fratri dum respuūt, auctori repugnent. Omnia ergo quæ dicuntur, probanda monent: & quidquid sobriè & bene dictum fuerit, retinendum. Quæcumque enim Apostolorum & ipsius Domini dictis congruunt, ea bene dicta habenda sunt & retinenda: ab his autem quæ inimica fidei videntur, abstinendum. Solent enim spiritus mundi fallaciter quasi per imitationem dicere bona, & inter hæc subinducere praua, ut per hæc quæ bona sunt, accepto ferantur & mala: ut quia vnus spiritus dicta putantur, non discernantur ab inuicem, sed per id quod licitum est, commendetur illicitum, auctoritate nominis, non ratione virtutis. Solēt enim sub Apostolorū nomine & ipsius Domini nefanda docere & aduersa: ideoque omnia probanda monet, quia nō possunt eloquia Domini esse diuersa. Hinc est vnde & Ioannis Apostoli epistola, Nolite, inquit, omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sunt: quia si multa bona dicat, in aliquo autem quod fidei aduersum est promat, sciatur non esse Spiritus

sanctus. Nihil enim erroris in Spiritu sancto poterit reperiri. Sed aut per exercitium eloquij quædā spiritalia, quædam verò carnalia, quia omnis error carni deputatur: aut certē commento quodam astutiæ bona fingit, ut his inserat mala, sicut supra memorauit: quemadmodum in Montano, & Priscilla, & Maximilla Prophetis Cataphrygarum spiritus mundi imitatione quadam boni simulat, ut per multa verisimilia, necnon & vera, mentiretur se esse Spiritum sanctum.

Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia perfectos: ut integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur.

Deus pacis Christus est. Ait enim: Pacem meam do vobis, pacem meā relinquo vobis. Quippe cū omnia quæ habet pater, filij sint, hunc sanctificare nos optat Apostolus, ut nos illustret pietate clemētiæ suæ, & omne votum nostrū dirigat in perfectione, ut integer sit spiritus datus nobis. Tunc enim integer est, si bonæ vitæ studeamus, animam habentes mundam, & corpus sine querela, ut totus homo sit perfectus. Potest enim corpus mundum esse, & anima inquinari per malum cogitatum: ideoque spiritum in homine mundum dicit esse debere. Si autē mala vita vel cogitatio intercedat, non erit integer spiritus, quia delerit hominem peccatis obnoxium. Dum enim dissentit anima & corpus, quamuis sine sensu sit, alieni ab eo efficiuntur, & velut perdens eos non erit integer spiritus. Ad hoc enim datur homini, ut maneat in eo, & sit quasi caput eius. Integer ergo non erit, quia perdit membra dum recedit ab eo homo, ea agens quæ odit Spiritus sanctus.

Fidelis est qui vocauit vos, qui etiam faciet. Fratres, orate pro nobis. Salutate fratres omnes in osculo sancto. Adiuro vos per Dominum, ut legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus. Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum. Amen.

*Fidelis est qui vocauit vos, &c.* Fidelē Deum dicit in promissis suis, ut securi de præmio rectē versentur. & quia qui rectē viuunt iuxta Euāgelium, facilē poterunt impetrare quæ postulant: idcirco orare eos pro se hortatur. Facilē enim multi impetrant quod desiderant. *Salutate fratres omnes in osculo sancto.* Sancta oscula sunt in salutatione Christiana; cætera carnalia sunt: quia quidquid sine Christo sit, carnale est, ac per hoc & mortale. Qui enim auctore vitæ contemnit, in morte est. *Adiuro vos per Dominum, ut legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus.* Astringit eos ut solliciti sint ad legendam epistolam cunctis fratribus, ut cognoscant & laudes & admonitiones suas, per quas fiant perfecti. *Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum. Amen.* Sic illos in bonis operibus vult proficere, ut gratia Domini nostri Iesu Christi permaneat in eis in æternum.

SANCTI AMBROSII IN EPISTOLAM PRIMAM BEATI PAULI APOSTOLI AD THESSALONICENSES COMMENTARIORVM FINIS.

FF iij

1. Cor. 12.

Rom. 7. Euseb. Cosm. lib. 5. hist. eccl. 6. p. 14.

Ioan. 14.

Ioan. 17.

1. Thess. 2.

1. Thess. 3.

Sap. 1.

Ioan. 14. 1. Cor. 6.

Hebr. 10.

Ioan. 15.

2. Cor. 1.

Rom. 8.

Rom. 16. Aet. 3.

**S. AMBROSII MEDIOLANEN-  
SIS EPISCOPI IN EPIST. SECUNDAM  
BEATI PAVLI APOSTOLI AD THESSALONICENSES  
COMMENTARIA.**

**PROOEMIUM.**

**Q**UONIAM in prima epistola ad Thessalonicenses data, inter cetera etiam de aduentu Domini quaedam scripsit, & de resurrectione sanctorum: nunc aliam scribit ad eos, in qua significat, licet obscure, (neque enim aperte potuit forte scribere) de abolitione regni Romani, & de Antichristi apparentia & damnatione, & de quorundam fratrum inquietudine.

**CAPVT  
I.**

**P**AVLVS, & Siluanus, & Timotheus, Ecclesiae Thessalonicensium in Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratia vobis & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratias agere debemus Deo semper de vobis fratres, sicut dignum est, quonia superexcreuit fides vestra, & multiplicatur charitas vniuscuiusque vestri omnium in vos inuicem: ita vt nos ipsi de vobis gloriemur in Ecclesiis Dei pro patientia vestra & fide in omnibus persecutionibus vestris & pressuris, quas sustinetis in exemplum iusti iudicij Dei, in hoc vt digni habeamini regno Dei, pro quo & patimini.

1. Thess. 1.

1. Thess. 2.

Ioan. 13.

1. Thess. 2.

Rom. 2.

**P**AVLVS, & Siluanus, & Timotheus, &c. Solent enim more sermonum caput continetur epistolae, & idem ipsi tres sunt, quorum nomine scribitur, sicut & prima epistola. Gratias agere debemus Deo semper de vobis fratres, sicut dignum est, quoniam superexcreuit fides vestra, & multiplicatur charitas vniuscuiusque vestri omnium in vos inuicem. Deo se debitores de horum profectu in gratiarum actione profitetur, & vt non quaecumque esse debitum ostenderet, sicut dignum est, ait: vt pro tam infinito dono satis magnas gratias referendas Deo testarentur. Post acceptam enim primam epistolam meliores esse quam fuerat perstiterunt, ita vt in eo copiosi & abundantes videretur, quod post Domini & Dei deuotionem habemus mandatum, vt diligamus nos inuicem. Ita vt nos ipsi de vobis gloriemur in Ecclesiis Dei pro patientia vestra, & fide in omnibus persecutionibus vestris & pressuris, quas sustinetis in exemplum iusti iudicij Dei, in hoc vt digni habeamini regno Dei, pro quo & patimini. Gloriam esse suam in horum conuersatione & persecutione toleranda testatur, intantum vt apud ceteras Ecclesias exempla eorum proferantur, vt imitatione eorum crescant in deuotione passionum pro Christo, vt mereantur consequi quae promissa sunt sanctis in die iusti iudicij Dei, cuius amore mundum spernere non dubitarunt. Ipsae enim pressurae exempla sunt futurorum meritorum, in his qui patiuntur, ad gloriam: in illis autem qui persequuntur, ad perditionem.

Siquidem iustum est apud Deum reddere

eis qui vos deprimunt, pressuram: & vobis qui afflictionem sustinetis, requiem nobiscum, in reuelatione Domini Iesu de caelo, cum angelis virtutis eius, in igne flammæ dantis vindictam in eos qui non nouerunt Deum, & in eos qui non obaudiunt Euangelium Domini nostri Iesu Christi, qui poenas soluent in interitum aeternum à facie Domini, & à gloria virtutis eius.

Quoniam exemplum iusti iudicij Dei apparere dixit siue in bonos, siue in malos; idcirco subsecutus ait: Siquidem iustum est apud Deum, vt reddat vnicuique secundum opera sua. Quid tam iustum, quam vt hi qui in saeculo deprimunt bonos, & extorres eos faciunt persecutionibus, in futuro eadem patiantur quae faciunt: illi autem vt sint in requie cum ceteris sanctis, qui de magna tribulatione venientes, regnum accipient aeternum in aduentu Domini de caelo, cum coeperit venire cum caelesti exercitu suo, & ministro igne ad dandam vindictam in Paganos, qui ignorant Deum patrem esse Iesu Christi; & Iudaeos, qui dicentes se Deum scire, non credunt Euangelio Christi, quod dedit illi pater Deus vt traderet seruis suis? Quos omnes praesentia Domini, & gloria maiestatis eius ignis exuret, vt debitas reddant poenas interitus in aeternum, semper sentientes, non tamen penitus deficientes, vt ipsa poena illos quodammodo generet semper, quo consumantur.

Cum venerit clarificari in sanctis suis, & mirificari in omnibus qui crediderunt, quia fidem habuit testimonium nostrum super vos in die illa. In quo etiam oramus semper pro vobis, vt vos dignos habeat vocatione sua Deus noster, & impleat omni placito bonitatis, & opere fidei in virtute, ita vt clarificetur nomen Domini nostri Iesu Christi in vobis, & vos in ipso secundum gratiam Dei nostri, & Domini Iesu Christi.

Cum venerit clarificari in sanctis suis, &c. Duplicem continet sensum. Adueniet enim punire malos, & glorificare bonos. Ipse enim clarus & mirabilis videbitur in eos qui credunt exemplo & fide Apostolorum,

Math. 11.

lorum, cum fuerint coronati, testimonium reddent illis Euangelio in die Domini. Seuerus autem apparebit incredulis, cum æternis poenis coartari coeperint. Corona enim discipulorum, magistri est gloria; & veritas eius incredulorum est poena, quia quod praedicabatur non crediderunt. In quo & oramus semper pro vobis, vt vos dignos habeat vocatione sua Deus noster, & impleat omni placito bonitatis, & opere fidei in virtute, ita vt clarificetur nomen Domini nostri Iesu Christi in vobis, & vos in ipso secundum gratiam Dei nostri, & Domini Iesu Christi. Gaudio addit & preces, vt quia deuoti sunt, dignetur Deus adiuuare eos, vt perficiant opus ceptum ad claritatem Domini nostri Iesu Christi, vt perseuerantia discipulorum testimonium sit magistro ad gloriam. Auctoritas enim magistri in discipulorum est fiducia, cum se in accepta gratia faciunt digniores.

Philip. 1. 2. Cor. 17.

**CAP. II.**

**R**OGAMVS autem vos fratres per aduentum Domini nostri Iesu Christi, & nostrae congregationis in illum; ne facile dimoueamini à sensu vestro, neque conturbemini, neque per spiritum, neque per verbum, neque per epistolam tanquam à nobis missam, quasi instet dies Domini. Ne quis vos seducat vltimo modo: quoniam nisi venerit defectio primum, & reuelatus fuerit homo iniquitatis, filius interitus, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat, ostentans se ipsum, quasi sit Deus.

Math. 24.

Ephes. 5.

1. Tim. 6.

1. Ioan. 2.

Apoc. 12. 20.

Dan. 2. 7.

Dan. 9.

Math. 24.

Ioan. 5.

Obscurat eos, ne leuiter & facile de aduentu quasi imminentis Domini opinionem recipent: & alia dat mandata, vt etiam si per spiritum aliquis velut Propheta fuerit locutus, credi ei non debeat, neque sic per tractatum, aut epistolam nomine forte Apostolorum scriptam, assensum tribuendum. Solent enim tergiversatores, vt fallant, sub nomine clari alicuius viri epistolam fingere, vt auctoritas nominis possit commendare quod per seipsum recipi non potest. Hoc ideo, ne ipsa perturbatione dum incauti inuenirentur, possint seduci ad adorandum diabolum, qui idcirco hæc iactabit, vt sub Saluatoris nomine apparens ac fallens sanctos, velit se adorari, vt decipiat credentes in Christum. Sed vt locum aut occasionem fallendi quam se putat habere, non habeat impudentissimus satanas; tempus & signa aduentus Domini designauit: quia non prius veniet Dominus, quam regni Romani defectio fiat, & appareat Antichristus, qui interficiet sanctos, reddita Romanis libertate, sub suo tamen nomine. Sciens enim venturum Dominum ad se comprimentum, nomen eius sibi usurpabit: & vt regnum eius verum videatur, attrahet secum qui simul cum eo pereant, vt in domo Domini in sede sedeat Christi, & ipsum Deum se asserat, non filium Dei. Vnde in Euangelio ad Iudeos Dominus ait, Ego veni in nomine patris mei, & non me recepistis: si alius venerit in nomine suo, illum accipietis. Quamobrem ex circumfusione aut circumcisum illum venire sperandum est, vt sit Iudæis credendi illi fiducia. Itaque cum

Thessalonicensibus scribit Apostolus, docet omnes in re huiusmodi cautos esse debere. An non meministis quod me adhuc apud vos agente, hæc dicebam vobis? Et nunc quid detineat, scitis: nempe vt reueletur ille in suo tempore. (Nam mysterium iam operatur iniquitatis, tantum vt qui nunc tenet, teneat donec de medio fiat.)

Et nunc quid detineat, scitis, &c. Hoc superesse dicit, vt reueletur ille qui ante Dominum venturus est, vt iam pererit & Dominus venturus, quod supra quasi sub velamine factum est, dicens: Nisi venerit defectio primum, quam regni Romani abolitionem superius intelligendam memorauimus: vt cum defecerit, & venerit Antichristus, tunc aduentus Domini imminere credatur. Nam mysterium iam operatur iniquitatis, tantum vt qui nunc tenet, teneat donec de medio fiat. Mysterium iniquitatis & à Nerone inceptum est, qui zelo idolorum & Apostolos interfecit, instigante patre suo diabolo, vsque ad Diocletianum, & nouissimè Iulianum, qui arte quadam & subtilitate ceptam persecutionem implere non potuit, quia desuper concessum non fuerat. His enim ministris vititur Satanas, vt interim sub turba deorum ad seducendos homines vnus veri Dei manifestatione illudat, quamdiu steterit regnum Romanum: hoc est quod dicit, Donec de medio fiat.

Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illuminatione praesentiae suae: cuius est aduentus secundum operationem Satanæ, in omni potestate, & signis & portentis mendacij, & in omni fallacia iniquitatis, iis qui pereunt: pro eo quod dilectionem veritatis non susceperunt, ad hoc vt salui fierent.

Et tunc reuelabitur ille iniquus, &c. Post defectum regni Romani appariturum Antichristum dicit, sicut memoratum est. Nouissimo enim tempore scilicet diabolus imminere sibi interitum; (deficiente autem regno Romano, & ille de caelis mittetur deorsum proiectus in terram, sicut dictum est in Apocalypsi Ioannis Apostoli) subornabit sibi in quo & per quem signa quadam virtutis permittit iusti Dei faciens, se commendet vt adoretur quasi sit Deus. Imitabitur enim Deum, vt sicut filius Dei diuinitatem suam homo natus vel factus signis ac virtutibus demonstrauit; ita & Satanas in homine apparebit, vt virtutibus mendacij ostendat se Deum, sicut supra dictum est. Reuelatio verò mysterij iniquitatis hæc est. Cum enim apparuerit Antichristus, cognoscetur ipse esse quasi coram Deo quos prius nutu eius vt deos coluit vulgus, quorum sit ipse primus aut summus: quod signorum virtutibus faciet credibile. Ideo verò portenta mendacij dixit, quia hoc se vult credi per signa, quod non est, vt decipiat quos circumuenturus est. Hoc sanctis ideo praedictum est, vt sciant quid caueant. Et in omni fallacia iniquitatis, iis qui pereunt: pro eo quod dilectionem veritatis non susceperunt, ad hoc vt salui fierent. Iis dicit fallaciam iniquitatis prodigiorum eius proficere qui perituri sunt. Quia enim veritatis

Dan. 9. Mat. 24. 2. Thess. 2. sup.

Ioan. 19. 2. Cor. 11. Sap. 15.

Dan. 9.

Apoc. 12.

Math. 24.

Sap. 15. Marc. 13.



Rem. 1. Ephes. 4.

charitatem spreuerunt, per quam saluari potuerant G Apostolis prædicantibus: traditi sunt diabolo, nolentes enim saluari, deferuntur à Deo.

Et idcirco mittet illis Deus operationem erroris, in hoc vt credant mēdacio: quatenus iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, sed cōsenserūt iniquitati. Nos verò debemus gratias agere Deo semper de vobis fratres dilecti à Domino, quia assumpsit vos Deus à principio ad salutem in sanctificationem spiritus, & fidem veritatis, in quam vocauit vos per Euangeliū nostrū, in acquisitionē gloriæ Domini nostri Iesu Christi. Itaque fratres state, & tenete traditiones quas didicistis, siue per verbum, siue per epistolā nostrā.

Rem. 2. Eps. 5.

Ioan. 3.

Et idcirco mittet illis Deus operationem erroris, &c. Operatio erroris est, falsis fidem committere, vt qui claritatem luminis diem esse consentire noluerunt, putent diem tenebras dici debere, vt possint propensiori delicto rei facti, sine contradictione damnari, veritatis inimici, fautores autem iniquitatis. Nos verò debemus gratias agere Deo semper de vobis fratres dilecti à Domino, quia assumpsit vos Deus à principio ad salutem in sanctificationem spiritus, & fidem veritatis, in quam vocauit vos per Euangeliū nostrū, in acquisitionem gloriæ Domini nostri Iesu Christi. Hoc loco præscientia Dei personat, qui scit omnium mētes ante natiuitatem eorum. Nec enim latet illum qui credituri sunt. Idcirco à principio scit hos fideles fore qui credentes augmentum fidei faciunt, non detrimentum. Sanctificati enim per fidem veritatis Euangelij filij Dei, acquiruntur ad augmentum gloriæ corporis Christi, sicut in alia epistola ait: Vt crescāt, inquit, omnia in incrementum Dei. Quicūque enim deserto diabolo confugiunt ad fidem Christi, augmentum faciunt Deo, in corpore Christi, qui prius fecerant detrimentum. Itaque fratres state, & tenete traditiones quas didicistis siue per verbum, siue per epistolā nostrā. Vt præscientia Dei maneat in salutem illorum, idcirco in traditione Euangelij standum ac perseuerandū monet, vt solliciti sint, ne desidia & otio torpentes in operibus Dei, non impleant quod coeperūt. Sic enim præcicit credere & posse manere, si crebra admonitione pulsantur.

Sap. 8. 1. Tim. 1.

Ioan. 17. Colos. 2.

1. Petr. 1. 1. Cor. 15.

Ipse autem Dominus noster Iesus Christus, & Deus ac pater noster, qui dilexit nos, & dedit consolationem æternam, & spem bonam in gratia; consoletur corda vestra, & stabiliat in omni opere & verbo bono.

Ioan. 10. 1. Ioan. 5. Ioan. 3.

Quoniam pater & filius vna virtus, vnāque diuinitas & substantia est, ideò non dubitauit primò Dominum nostrum Iesum Christum nominare, deinde Deum patrem nostrum, dignatione eius, non veritate naturæ: qui intantum dilexit nos, vt filiū suum daret pro nobis, Deum pro hominibus, pro seruis Dominum, pro adoptiuis filium verum: vt mors eius vita nostra sit, & resurrectio eius, iustificatio nostra; secundus autem aduentus eius, requies vitæ nostræ, & gloria in æternum: vt ista spes consolatio sit præsentium pressurarum, per quam fundati crescent in bonis operibus & doctrina.

Rem. 5.

Coloss. 1.

CAPVT III.

Quod reliquū est fratres, orate pro nobis, vt verbum Domini currat & clarificetur, sicut & apud vos, & vt liberemur ab importunis & nequam hominibus. nō enim omnium est fides. Fidelis autē Deus est, qui stabiliet vos, & custodiet à malo. Confidimus autē in Domino de vobis, quoniam quæ præcipimus, & facitis & facietis. Dominus autem dirigat corda vestra in dilectionē Dei, & expectationem Christi.

Ephes. 6.

Quod reliquum est fratres, orate pro nobis, &c. De cætero orandum hortatur, vt dignetur Deus doctrinam suam infatigabili cursu dirigere, & transfundere per os Apostoli sui in aures audientium, & vt compesceret & sedaret malorum hominum seditiones, qui diffidunt veritati, & loquēdi fiducia crederet Apostolo ad eius fructum, & conuersionem multorum. Fidelis autem Deus est, qui stabiliet vos, & custodiet à malo. Quoniam Deus fidelibus & bonæ vitæ hominibus auxilium suum non defuturum in necessitate promisit ad cōfirmationem illorum, ij autem tam in fide quàm in opere æmuli erant bonorum: idcirco fidelem Deum dicit in promissis eius, quia prouidentia eius esset circa eos. Confidimus autem in Domino de vobis, quoniam quæ præcipimus, & facitis & facietis. Propter quod mereri illos, vt Dei defensione tutos præstari consideret, idcirco ea quæ illis præcipiebat in nomine Domini, fieri ab illis & futura esse non dubitat. Dominus autem dirigat corda vestra in dilectionem Dei, & expectationem Christi. Hoc illis exoptat à Deo, quod non ambigit posse præstari, vt in Dei charitate cor eorum proficeret ad expectādum aduentum Domini, vt contempto sæculo, desideretur aduentus eius qui sæculum vicit.

Ast. 20.

Matth. 10. 1. Cor. 10.

Matth. 24.

2. Petr. 3. Ioan. 1. 6.

Denuntiamus autem vobis fratres, in nomine Domini nostri Iesu Christi, fecernere vos ab omni fratre intemperanter ambulāte, & non secundum traditionem quam accepistis à nobis. Ipsi enim scitis quemadmodum debeatis imitari nos, quoniam non intemperanter viximus inter vos, neque gratis panem accepimus à quoquam, sed in labore & fatione, nocte diēque operātes, ad hoc, ne graues essemus cuiquam vestrū: non quia non habuerimus potestatem, sed vt nosmetipsum formam daremus vobis ad imitandos nos.

Denuntiamus autem vobis fratres in nomine, &c. Quoniā in omni plebe non omnes obedientes sunt verbo doctrinæ, non legis, sed suum placitum & consilium sequentes: propter hoc declinandū ab his præcipit, vt cognoscant semetipsum errare. Ipsi enim scitis quemadmodū debeatis imitari nos: quoniā non intemperanter viximus inter vos, neque gratis panē accepimus à quoquam, sed in labore & fatione nocte, diēque operātes, ad hoc, ne

Rem. 10. 1. Cor. 5.

1. Thes. 2. Ast. 20.

graves

Ast. 20.

1. Cor. 4. 1. Cor. 9.

2. Cor. 7.

Matth. 5.

Ioan. 1.

Matth. 23.

1. Tim. 2. 5.

Galat. 5.

Ephes. 4.

1. Tim. 5.

graves essemus cuiquam vestrū: non quia non habuerimus potestatem, sed vt nosmetipsum formam daremus vobis ad imitandos nos. Illos dicit non ignaros operis & laboris sui, quem sedulo exercitio operabatur, ne pane indigeret alieno, vt exemplum daret eis ad imitandum illum. Neque enim reprehensibile esset si panem ab his reciperet ad corporis curam, qui animis illorum escam spiritalem præbebat, quæ etiam corpori immortalitatem cum gloria procuraret. Tunc etenim exerta potest esse libertas, si semetipsum quis vètris causa aut pecuniæ nulli subiiciat, suo pane contētus; maximè quòd ad laudem magis proficit, si cum liceat, & sit sumendi potestas, cōtineat. Hic talis prodesse potest audientibus se. Reuerentiam enim habebunt rigoris huius, & ea quæ ab hoc mandantur, prætermitti non poterunt.

Nam cum essemus apud vos, hoc præcipiebamus vobis: quòd si quis non vult operari, nec manducet.

Non solum verbis docebat, sed hortabatur & factis. Idonei enim magistri est, si ea quæ verbis docet, operibus expleat. Tunc etenim addiscentes vera esse sciunt quæ audiunt, si negligi illa non viderint à doctore. Quæuis enim manifestè vera esse non ignorantur quæ docentur: tamen si negligi coeperint à magistro, difficilè proficiant audientibus. Magis enim opera suadent, quàm verba. Quamobrem magis præmiis remunerandi sunt, qui negligētibus magistris, de solis verbis proficiunt tam in opere quàm in sensu. Forma ergo erat iis qui mediocris vel tenuis erant substantiæ in plebe, vt discerēt quatenus libertatem suam non amitterent. Vnde & Salomō, Rarò, inquit, inferes pedem ad amicum tuum, ne saturatus tui oderit te. Qui enim frequenter ad alienam mensam, conuenit, otio deditus aduleter necesse est pascenti se: cum religio nostra ad libertatem homines aduocet. Ideòque si quis, inquit, māducare spernit, cesset à labore: sed quia nullus sine cibo potest viuere, det operam laborandi, vt arbitrio suo viuens Deum possit habere propitium.

Audiuimus enim quosdam ambulare inter vos intemperanter, nihil operantes, sed curiosè agentes. His igitur qui huiusmodi sunt, denuntiamus, & exhortamur in Domino Iesu Christo, vt cū quiete operantes, suum panem manducet. Vos autem fratres, nolite defatigari benefacientes. Quòd si quis non obedierit verbo nostro per epistolam, hunc notate, & nolite cum eo conuersari, vt reuerentia confundatur: & non velut inimicum existimetis, sed admonetè cōsiliis vt fratrem.

Audiuimus enim quosdam ambulare inter vos intemperanter, &c. Qui otiosi esse desiderant, id agunt quate-

SANCTI AMBROSII IN EPISTOLAM SECVNDAM BEATI PAVLI APOSTOLI AD THESSALONICENSES COMMENTARIORVM

FINIS.

nus occasio nascatur, qua introitum futurum desiderabilem faciant domibus diuitum, ambulantes gesta & opiniones verborum subtiliter colligunt, sciētes quid de quo velint audire, vt libētè & requisiri paciscāt. Quod factum valdè abhorret disciplina dominica. Horum enim venter, deus est, qui fœda cura necessaria prouidēt. His igitur qui huiusmodi sunt, denuntiamus, & exhortamur in Domino Iesu Christo, vt cum quiete operantes suum panem manducet. Vt eis facilius suadeat, interposito nomine Domini Iesu Christi exhortatur eos, vt obaudiant quod eis sit vtile. Vos autem fratres, nolite defatigari benefacientes. Quòd si quis nō obedierit verbo nostro per epistolam, hunc notate, & nolite cum eo conuersari, vt reuerentia confundatur: & non velut inimicum existimetis, sed admonetè cōsiliis vt fratrem. Propter quòd superius vnūquemque suum panē māducare debere præcepit, ne fortè quidam illorū occasionem parcitatis & inhumanitatis captarēt, ideò statim subiecit, Vos autem fratres, nolite defatigari benefacientes. Neque enim in reprehensionem venit qui humanus & largus est, sed hic qui cum possit labore ferre, otio vult vitam agere. Quem si epistole auctoritas non corrigit, notandum hunc, & nec conuersandum cum eo præcipit, vt confusus quia ab omnibus cuitatur, subiiceret se præceptis Apostoli. Quod tamen sine iracundia & contumelia vult fieri, vt patienter declinetur ab eo, ita tamē, vt si res tulerit loqui cum eo, monendum illum vt patiatur se corripi, nec vltra præcepta Apostoli contemnenda, familiaritatem quoque tamdiu cum eo non habere, quamdiu obaudiens fiat. Nam si ad iracundiam contumeliis lacessatur, peior se fiet. Incitatur enim ad contentionem, & incipiet erratū suum velle defendere, post autem erubescere emēdare se; ne quod prius excusabat, postea fateri videatur.

Ipse autem Deus pacis det vobis pacem semper in omni loco. Dominus sit cum omnibus vobis. Salutatio, mea manu Pauli: quod est signum in omni epistola, ita scribo. Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

Ipse autem Deus pacis det vobis pacem, &c. Sēper quod suum est, bono voto illos profequitur, quasi charissimos filios, optans semper cum illis pacem manere, quæ est dux ad vitam æternam. Cum his enim Dominus se esse promisit qui fuerint pacifici. Ipsa salutatio, mea manu Pauli, quod est signum in omni epistola, ita scribo. Propter interpolas & adulteratores scripturarum, semper se manu sua in omni epistola sua salutationem subscribere testatur, vt sub nomine eius epistola accepto ferri non possit, quæ non fuerit manu eius subscripta. Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen. Hæc salutatio manu Apostoli cōscripta est, qua gratiam Domini nostri Iesu Christi optat esse cum eis. Amen.

Philip. 3.

Galat. 6.

1. Cor. 5.

Ephes. 4. 1. Tim. 5. 1. Cor. 5.

Galat. 6.

2. Cor. 2.

Philip. 4. Ioan. 14.

1. Cor. 16. Colos. 4.

Rem. 16.

S. AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI IN EPISTOLAM PRIMAM

BEATI PAULI APOSTOLI AD TIMOTHEVM

COMMENTARIA.

PRO O E M I V M.

Aff. 16. 2. Tim. 1. 2. Tim. 3. Galat. 1. Eccles. 12. 2. Tim. 1.

TIMOTHEVS filius fuit mulieris Iudaeae fidelis, patre Graeco, cuius causa paruulus circumcidi non potuit. Qui studio matris suae sacras litteras didicit, quibus operam dans, bonam sibi vitam instituit. Hunc Apostolus cum voluisset assumere, sciens idoneum fore dispensatorem Euangelicae veritatis, causa Iudaeorum compulsus est circumcidere eum instantibus eis, ut qui matre Iudaea natus esset, incircumciscus assumi non deberet ad magisterium propter testimonium generis. Hunc ergo iam creatum Episcopum instruit per epistolam quomodo deberet Ecclesiam ordinare.

CAPVT I.

PAVLVS Apostolus Christi Iesu secundum imperium Dei Saluatoris nostri, & Christi Iesu spei nostrae, Timotheo germano filio in fide: Gratia, misericordia, & pax a Deo patre nostro, & Christo Iesu Domino nostro.

Galat. 1.

PATRIS & filij imperio Apostolum se factum ostendit, ut in Deo patre salutem, & Christo filio eius spem predicaret: ut quia nemo negat salutem esse in Deo, nec quicquam dubitare spem esse in Christo Iesu, quem a mortuis excitatum exemplum huius spei dedisse cognosceret. Hoc modo scribit Timotheo, ut securus esset de sua ordinatione, quia imperio patris & filij electus est ad docendum. Quem verum filium appellat, sed in fide, sicut dicit ad Corinthios, In Christo Iesu per Euangelium ego vos genui. Haec vera & firma generatio est, quae nescit occasum, nescit morbos & pestilentiam, & quae ignorat famem & sitim. Qui enim sunt in regno Dei, nullius egent, quia futura est dono Dei immortalitas gloriosa in regno Dei & Christi quorum gratiam, misericordiam, & pacem exoptat cum isto manere.

Aff. 4.

2. Cor. 4.

Aff. 22.

1. Cor. 4.

Esa. 4. 9.

Ioan. 6.

Apoc. 7.

Matth. 10.

Sicut rogavi te subremanere Ephesi, cum ire in Macedoniam, ut denuntiares quibusdam ne aliter docerent, neve intenderent fabulis & genealogiis infinitis, quae quaestiones praestant magis quam aedificationem Dei, quae est in fide, ita facito.

Philip. 2.

Aff. 13.

Aff. 15.

Tit. 1.

Hebr. 7.

Filius a patre rogari non debuit, sed propter charitatis affectum, & ut illi formam humilitatis ostenderet, obsecrat Episcopus coepiscopum suum, ne pateretur Iudaeos aliter populum quam ab Apostolo tradebatur docere; ne oblectarentur fabulis quas narrare consueti sunt Iudaei de generatione suarum originum, de Abraham, & Isaac, & caeteris Patriarchis, & de Circumcisione, & his quae postea tradita sunt a Moyse: ne circumuenirentur ad haec colenda quae carnaliter data fuerant. Quid enim opus est generationum, quas constat esse infinitas per traducem, facere mentionem, & quid & quatenus factum est sub vnoquoque eorum, & non potius compedio

per fidem salutem quaerere? Inde enim quaestiones oriuntur, cum quid, & quando, & quomodo, & quare factum est, tractatur: quae res impedit salutem.

Tit. 3.

Nam finis praeccepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non simulata: a quibus quidam aberrantes, conuersi sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores, non intelligentes neque quae dicunt, neque de quibus affirmant.

Quoniam omnium maior est charitas, hanc finem esse dixit, id est, perfectionis consummationem omnium praecceptorum, si tamen ex corde puro sit & bona conscientia. Vera enim charitas non potest malam vitam agere, nec simulata fidem habere, in quibus omnis lex impletur & Prophetarum. Quidam autem Iudaeorum mysterium legis ignorantes & Prophetarum, quia usque ad Christum seruanda sunt tradita, errauerunt, putantes praedicato Christo etiam legem factorum in neomeniis, & circumcissione, & ceteris discernendis seruari debere. Idcirco in vaniloquium dicit eos conuersos, quia volebant docere quae ignorabant.

1. Cor. 13.

Rom. 13.

Matth. 7. 22.

Aff. 15.

Galat. 3.

Coloss. 2.

Scimus autem quia bona est lex, si quis ea legitime utatur, certum habens hoc, quod iusto lex non est posita, sed iniustus & inobsequentibus, impiis & peccatoribus, sceleratis & profanis, patricidis & matricidis, fornicatoribus, homicidis, masculorum concubitoribus, plagariis, mendacibus, periuris: & si quid aliud est quod sanae doctrinae aduersetur, quae est secundum Euangelium gloriae beati Dei, quod creditum est mihi.

Bonam esse legem quae per Moysen data est, non negat, ita tamen, ut sensus eius sciatur, & quomodo data est accipiatur. Hic enim scit legem, & qua causa data sit, qui praedicato Christo deserit illam ex parte qua lex factorum appellatur: circa dilectionem autem Dei utitur ea, asserens & affirmans quae a Salvatore dicta sunt in lege & Prophetis. Hic enim legitime

Rom. 7.

Hebr. 7.

Galat. 4.

Luc. 24.

Galat. 3.

Rom. 8.

Rom. 2.

1. Cor. 3.

Galat. 3.

1. Cor. 2.

Aff. 16.

Galat. 1.

Ephes. 3.

Aff. 22.

Aff. 9.

Philip. 3.

Iacob. 4.

Matth. 9.

Marc. 2.

gitime utitur lege, qui potest discernere ea quae ad tempus data sunt, ab iis quae perpetua sunt: & quae ad Christi pertinent sacramentum, seruari iam in futurum non oportere, quasi venturus credatur qui iam venit. Si enim omnia locis suis accipiantur, bona sunt: si quo minus, mala erunt peruersae asserenti. Peccare est enim, vnaquaeque minime locis suis exponere. Praeterea quia iustus lege non opus est, id est iis qui accepta remissione peccatorum iustificati sunt, ne iam viuant sub lege, a qua liberati sunt dono Dei per fidem Christi, ut de caetero seruata lege naturae, quae creatoris cognitionem recipit, & non peccari hortatur; iudicij diem expectent, in quo iusti remunerandi sunt, custodientes legem naturalem: quam si humanum genus ducem habuisset, lex in litteris per Moysen data non esset. Sed quia contemptui ducta est quasi nullius esset auctoritatis, scriptura firmata est, ut sciretur quod seruanda esset & propter tempus praesens, & quia requisitus est in futurum qui illam firmavit, a quibus neglecta, & a quibus seruata est. Itaque non solum propter malos actus & vitia corporis legem datam dicit, sed & propter perfidiam qua spernebant creatorem, ut bene viuere addicerent, & gratias agerent conditori.

Et gratias ago ei qui me confortauit in Christo Iesu Domino nostro, quia fidelem me aestimauit, ponens me in ministerium, qui prius eram blasphemus, & persecutor, & contumeliosus: sed misericordiam consecutus sum, quia ignorans feci nondum credens. Superabundauit autem gratia Domini nostri cum fide & dilectione, quae est in Christo Iesu.

Propter quod omnis incredulus infirmitatem animi patitur, constrictus carnali ratione ne credat spiritali: idcirco se Christo gratias dicit agere, quia apparentia maiestatis suae imbecillitatem mentis suae roborauit: quae impossibile putabat esse quod de Domini potestate & gemina natiuitate & resurrectione & spe praedicabatur. Confirmatus autem, talis visus est qui dignus esset ac posset esse dispensator sacramenti dominici, ut ea vera per legem firmaret, quae prius amore legis incredibilia iudicabat, & in persecutionibus gauderet, quas prius quasi iuste credentibus inferebat; dolens quia fecerat, laetus quia patiebatur. Tantam enim spem didicerat in eo quem ante negabat, ut plus gauderet in patiendo, quam prius exultauerat in persequendo. Non enim malitia hoc agebat, sed errore, cui facile potuit, cum resipuit, ignosci. Qui autem scit vera esse quae negat, hic non errore hoc agit, sed malevolentia. huius incurabile vulnus est. Inuidia enim compellitur falsum appellare quod scit verum.

Humanus sermo, & omni acceptione dignus: quia Christus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere: quorum primus sum ego. Sed ideo misericordiam consecutus sum, ut in me primo ostenderet Christus Iesus omnem magnanimitatem & patientiam, ad informationem eorum qui credituri sunt illi, in vitam aeternam.

Quid tam gratum, tamque iucundum, quam peccatoribus indulgentiam predicare? Quis enim sine peccato est, ut hoc munus non cum omni gratiarum actione suscipiat, Deum auctorem huius praeficiens, & collaudans in Christo? Qui ut hominem peccatis ablueret, de caelestibus ad terrena descendens, similitudinem carnis peccati accepit: terrenis se admiscuit, ut eum caelestem efficeret: mori se passus est, ut illum morte erutum paradiso redderet immortalem. Quis haec beneficia non in infinitum extollat, quae Deus praestitit homini, Dominus seruo, conditor creaturae: ut plus esset adhuc in beneficiis humanis, quam cum fecit quae non erant, postquam fecit? Tenem derelictus ab his & contemptus & contumeliosus appetitus, addidit ad beneficia non requisitus, ut grator esset, & plus praefendus dum reparat, quam cum fecit: ut ostenderet vnum se esse qui haec omnia possit. Igitur sic Christus praedidit tulerit homini, ut puritatem suam non violaret, nec amitteret potestatem. Hominem enim senalci voluit, pro certo habens carnis contactu minime se violari. conuersationi humanae se miscuit, sciens peccatis se corrumpi non posse, occidi se passus est, non nescius mortem sibi dominari non posse, sed eam sua opprimere potestate. Haec ergo gessit, ut omnia se posse doceret. Humilitas enim illa non ad diminutionem eius proficit, sed ad gloriam: & non solum eius, verum etiam in ipsum credentium. Dignitas est enim, seruum esse potentis. Cum ante Apostolum multi vtique credidissent Iudaeorum ex iis qui ipsum Dominum occiderunt; Apostolus tamen ut se humiliet, adhuc dolens de sua incredulitate, primum se omnium peccantium vocat. Quoniam enim praeter ceteris sacramento se imbuuit Saluatoris, propius ad cognoscendam magnificentiam eius accedens; accusat se magis, qui tantum boni tarde agnouit, nec vltro, sed misericordia eius praeventus, ut ipse testis esset diuinitatis eius, quem prius ut hominem mortuum aestimabat. Haec accusatio eius est, laus vero Saluatoris: qui ad informationem caeterorum credentium persequentem se vocauit ad gratiam, ut per patientiam suam & magnanimitatem in eo ostenderet caeteris, qui inimico tam beneuolus extiterit, qualis esset futurus ad se decurrentibus.

Esa. 61.

Ephes. 2.

Rom. 8.

Ephes. 1.

Rom. 5.

Coloss. 1.

Philip. 2.

Rom. 6.

Philip. 2.

Aff. 2. 4.

1. Cor. 15.

Aff. 12.

Galat. 1.

Rom. 5.

Regi autem saeculorum immortalis & inuisibili, soli Deo honor & gloria in saecula saeculorum. Amen.

Haec ad Dei patris personam pertinent, quem immortalem ideo solum & inuisibilem appellat, quia omnis immortalitas ab ipso est: ut ipsi soli magis competat in veritate: quia quisquis immortalis est, non a se hanc habet, sed ab illo. Simili modo & in Euangelio legitur, dicente Domino, Quia nemo est bonus nisi vnus Deus. Et iterum ipse dicit, Bonus homo de bono thesauro profert bona. Nemo tamen nisi vnus Deus bonus est, quia ipse fons bonitatis est, ex quo caeteri potantur ut boni sint. Ipse est & inuisibilis solus Deus, quia nulli vnquam visus est. Omnia enim agit per filium: quem idcirco visum

1. Tim. 6.

Marc. 10.

Matth. 12.

Ioan. 7.

GG

S. Ambr. tom. 3.

dicimus, vt licet aliter quam est apparuisset, tamen illum significemus. Honorificetiam ergo & gloriam Deo patri in veritate pronuntiat, cuius pietate & prouidentia Christus liberauit peccatores ex morte.

Hoc praeceptum commendo tibi, fili Timothee, secundum precedentes super te prophetias, vt milites in illis bonam militiam, habens fidem & puram conscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt: ex quibus est Hymenaeus & Alexander, quos tradidi satanae, vt discant non blasphemare.

Postquam Dei patris & Christi filij eius quae & quanta beneficia sunt circa peccatores homines memorauit: qui cum essent puniendi, non solum ignouit eis, sed & iustificauit, & in filios sibi adoptauit: quo ordine populum disciplina ecclesiastica imbueret, in subiectis ostendit, commonens vt memor electionis suae sanctus Timotheus, id ad quod praedestinatus est, impleat. Praedestinatus est enim quando ad hoc ab Apostolo assumptus est, vt ordinaretur, dignus iudicatus futurus episcopus, vt impleret militiam euangelicam in fide & pura conscientia. Qui enim fideliter docet, non potest malam habere conscientiam. Tunc enim fidem exhibet praedicationi, si se abstineat a contrariis omnibus: quia exemplo bonorum operum multos laceffit ad credulitatem, fidentes de spe praedicationis. Nam qui fide spernit, proculdubio malae est conscientiae. Aut enim hypocrita praedicatur, aut apertus blasphemus, sicut erant Hymenaeus & Alexander, qui deserentes fidem, naufragi facti sunt, id est nudi veritate, aut priuati vita. Quid est enim veritas nisi vita? Quos tradidisse se dicit satanae, vt emendarentur causa blasphemiae. Traditio autem haec est, quia commotus Apostolus blasphemis eorum, sententiam protulit in eos. Diabolus autem qui ad hoc paratus est, vt auersos a Deo accipiat in potestatem; audita sententia corripuit eos, vt intelligerent hac causa se poenis adstringi, quia blasphemauerant. Hinc est vnde in Euangelio dictum est inter caetera: Iam noli peccare, ne quid tibi deterius contingat, ostendens causa peccati aliquando infirmitates inferri corporibus. Et quia ministro diabolo fiunt, declarauit Dominus, dicens inter multa, Haec autem cum sit filia Abrahae, quam alligauerat satanas decem & octo annis, non oportuit solui a vinculo die sabbati?

CAPVT II.

EXHORTOR ergo primum omnium fieri deprecationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & pro omnibus qui in sublimiori loco positi sunt, vt tranquillam & quietam vitam degamus in omni pietate & castitate. Hoc enim bonum est & acceptum coram saluatore nostro Deo, qui omnes homines vult saluos fieri, & in agnitionem veritatis venire.

Haec regula ecclesiastica est tradita a magistro gentium, qua vtuntur sacerdotes nostri, vt pro omnibus supplicent: deprecantes pro regibus huius saeculi, vt subiectas habeant gentes, vt in pace possint, in tranquillitate mentis & quiete Deo nostro seruire possimus. Orantes etiam pro iis quibus sublimis potestas est credita, vt in iustitia & veritate gubernent rempublicam, suppeditante rerum abundantia, vt amota perturbatione seditionis, succedat laetitia. Panis enim confirmat cor, & vinum laetificat mentem. Postulantes vero pro iis qui in necessitate varia sunt, vt eruditi & liberati, Deum collaudent incolumitatis auctores. Referentes quoque gratiarum actiones pro iis quae nobis quotidie Dei prouidentia praestantur ad vitam: vt in his omnibus pater collaudetur Deus, ex quo sunt omnia, & filius eius, per quem sunt omnia: vt sopitis omnibus quae huic imperio infesta & inimica sunt, in affectu pietatis & castitatis Deo seruire possimus. Perturbatio enim & captiuitas nec pietatem seruat, nec castitatem. Vnde enim pius qui nudus est? & vnde castus, vbi potestatis suae non est? Vt haec ergo seruari possint, quae necessaria est, vt placida Deo reddantur obsequia, qui omnes homines saluos vult fieri, & cognoscere veritatem. Haec est, inquit, vita aeterna, vt cognoscant te solum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Si Deus vti que qui omnipotens dicitur, omnes homines saluos vult fieri: cur non impletur eius voluntas? Sed in omni locutione sensus est, conditio latet. Vnde dicit Petrus Apostolus, Omnis scriptura indiget interpretatione. Vult enim Deus omnes homines saluos fieri, sed si accedant ad eum. Non enim sic vult, vt nolentes saluentur: sed vult illos saluari, si & ipsi velint. Nam vti que qui legem omnibus dedit, nullum excepit a salute. Numquid medicus non idcirco se proponit in publico, vt omnes se ostendat velle saluare; si tamen ab aegris requiratur? Non est vera salus si nolenti tribuatur; nec gaudere potest in percepta salute qui inuitus (si tamen fieri potest) accepit medicinam: vt non dicam quia medicinae effectum habere non potest, nisi ad illam aeger animum commodauerit, quia haec medicina non est corporalis, sed spiritalis, quae neque dubiis proficit, neque inuitis. Fides est enim quae dat salutem: quam nisi mens tota susceperit voluntate, non solum nihil proderit, sed & oberit. Fidei etenim gratia hanc habet potestatem, vt deuotis sibi diuinam infundat medellam; in deuotis vero conferat morbum, per quem totus homo intereat.

Vnus enim Deus, & vnus mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, qui dedit semetipsum in redemptionem pro omnibus: cuius testimonium temporibus suis datum est. in quo positus sum ego praedicator & Apostolus (veritatem dico, non mentior) magister gentium in fide & veritate.

Vnus enim Deus, et vnus mediator, &c. Dei & Christi vniam significat esse voluntatem in saluandis hominibus. Vnde Deum patrem, quia ab ipso est omnis auctoritas, vnum esse fatetur, & vnum mediatorem Dei & hominum Christum Iesum. Missus enim

De heresi Hymenaei Tertul. in lib. de Resur. car. Hebr. 6. Ioan. 5. Luc. 13. CAPVT II.

Ioan. 10. Ioan. 1. 2. Cor. 5. Ibid. Hebr. 2. Act. 2. Apoc. 2. 1. Tim. 1. 1. Cor. 14. Matth. 6. 1. Petr. 3. 1. Cor. 11. Iacob. 4. Eccli. 9. Matth. 11.

enim a patre factus arbiter reconciliauit Deum & homines, reformando eos ad agnitionem eius. Quia enim vnum est pater & filius, non persona, sed indifferetia naturae; vt arbiter esset Dei & hominum, filius Dei assumpta carne homo natus est, vt mediator Dei & hominum esset homo Christus Iesus, id est, non sine diuinitate, quia in Deo homo erat, & Deus in homine: & vt ex vtroque esset mediator, & vt vtrumque reconciliaret, in se primum hoc fecit. Non enim poterat vnitate Dei custodiens, mediator Dei & hominum vocari, quasi alius esset Deus qui dissidentem hominem a Deo in gratiam reuocaret: sed homo qui legem datam non praeteriret, factus est arbiter inter eum qui peccauit, & inter illum qui peccare ignorat, vt hic ignosceret, & homo de caetero in Dei fide maneret. Qui dedit semetipsum in redemptionem pro omnibus: cuius testimonium temporibus suis datum est. in quo positus sum ego praedicator & Apostolus (veritatem dico, non mentior) magister gentium in fide & veritate. Quonia homo reconciliatus Deo, iam obnoxius erat morti infernae, vt ad Deum cui reconciliatus erat, posset ascendere: Saluator vt arbitrium suum ad effectum perduceret, mori se passus est contra ius: vt descendens ad inferos, mortem & de impietate quam in eo gesserat, damnaret, auferens ei quos tenebat, vt de caetero quisquis signum eius haberet, ab ea tenere non posset. Cuius rei testimonium tempore quo resurrexit, ostendit. destructio enim mortis, resurrectio mortuorum est. Quam spem missus est hic Apostolus gentibus praedicare, vt ab eo discederet quae spes esset in Christo. Hic enim datus est magister, vt fidem doceret & veritatem.

Volo itaque orare viros in omni loco, leuantibus puras manus sine ira & disceptatione. Similiter & mulieres in habitu ordinato, cum verecundia & pudicitia, ornantes semetipsas non tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veste pretiosa: sed (quod decet mulieres) profitentes pietatem per opera bona.

Leuantibus puras manus sine ira, &c. Pacificum animum in oratione esse debere, vt ad effectum deducatur oratio. Sanctae enim manus sunt, quando cor mundum est. Sic tamen in omni loco orandum praecipit, vt competens locus intelligatur, non vti que in oportuno aut sordido loco, (quippe cum prohibeat Dominus vulgo orare: sed hoc monet, ne in sola ecclesia putarent orandum. Similiter & mulieres in habitu ordinato, cum verecundia & pudicitia, ornantes semetipsas non tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veste pretiosa: sed (quod decet mulieres) profitentes pietatem per opera bona. Humili habitu mulieres orare debere monet, non in iactantia. Qui enim vult audiri, inclinare se debet, amota a se pompa, vt misericordiam Dei prouocet. Habitus enim superbus nec impetrat, nec recta de se facit credi. Quis enim prudentium iactanter ornatum mulierem non horreat? Quanto magis auctor Deus, qui corpus a se liberum factum, obligatum metallis videt? Nam humilis habitus bonae professioni congruit, vt possit non aliud aestimari, quam cernitur. Quae autem in domo Dei cum pompa se maualt videri, non vti que propter Deum, sed

propter homines consequitur quod vult, vt gloriosa videatur, nihil consecutura a Deo nisi maculam. Quanto enim hominibus splendida videtur, tanto magis despicitur a Deo.

Mulier in silentio discat, cum omni subiectione. Nam docere mulieri non permittitur, neque dominari in virum, sed esse in silentio & subiectam. Adam enim primus creatus est, deinde Eva. & Adam non est seductus: mulier autem seducta est in praeruationem. Salua erit vero per filiorum generationem: si tamen manserit in fide & dilectione, & sanctimonia cum pudicitia.

Mulier in silentio discat cum omni subiectione. Non solum habitum humilem habere debere mulierem, verum etiam auctoritatem ei denegandam, & subiiciendam praecipit viro, vt tamen habitu quam obsequiis sub potestate sit viri, ex quo trahit originem. Adam enim primus creatus est, deinde Eva. & Adam non est seductus: mulier autem seducta facta est in praeruationem. Salua erit vero per filiorum generationem: si tamen manserit in fide & dilectione, & sanctimonia cum pudicitia. Praefert virum mulieri, propter quod primum creatus est: vt inferior sit mulier, quia post virum & ex viro creata est. Adicit & aliud, quia diabolus non virum seduxit, sed mulierem. vir autem per mulierem deceptus est: ac per hoc nulla illi concedenda audacia est, sed esse debet in humilitate; quia per illam mors intrauit in mundum. Salua erit (inquit) per filiorum generationem: si tamen in fide manserit & charitate & pura vita. Hos nunc filios dicit qui regenerantur per fidem Christi: quia si in generatione sua hi perseverauerint, cum his liberabitur mulier resurgens ex mortuis: non quod ab illis liberabitur, sed per illorum generationem. nam cum credunt qui destinati sunt in vitam aeternam, peruenit ad resurrectionem ex mortuis, & fiet salua credentibus illis, & vitam castam agentibus. Tandiu enim resurrectio suspensa est, quamdiu omnes credant praedestinati ad salutem.

HV MANVS sermo. Si quis episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Oportet enim episcopum irreprehensibilem esse, vnus vxoris virum, sobrium, pudicum, peruiuilem, compositum, hospitalem, aprum ad docendum, non obnoxium vino, non verberatorem, sed modestum, non litigiosum, non cupidum, sed domum suam bene regentem, filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem domui suae praesse nescit, quomodo Ecclesiae Dei diligentiam adhibebit?

Si quis episcopatum desiderat, &c. Quoniam episcopum bonae vitae esse oportet: idcirco qui episcopatum cupit, bonum opus desiderat. Hoc enim cupiens bonam vitam appetere videtur: si tamen non ab iis declinet quae in subiectis habentur, ne ambitione aut desiderio pecuniae hoc egisse videatur.



enim episcopum irreprehensibilem esse. Qualis episcopus G  
debeat esse, describit, vt nemo episcopatum appetat, nisi fuerit fidus, & qui ab omnibus contrariis abstineret se possit, vt non indignus sit sua professione. *Vnius uxoris virum.* Quamuis secundam numero vxorem non sit habere prohibitum: vt tamen quis dignus ad episcopatum sit, etiam licitam debet spernere propter sublimitatem ipsius ordinis: quia ceteris melior debet esse qui cupidus est sedis illius. *Sobrius, pudicus, compositus, hospitalis, aptus ad docendum, non obnoxium vino, non verberatorum, sed modestum: non litigiosum, non cupidum, sed domum suam bene regentem, filios habentem subditos cum omni castitate.* Talem hominem qui hæc custodiat quæ enumerat bona, creati dicit debere episcopum. Hæc enim signa sunt dignitatis episcopalis. Si autem quis potiora sectatus, & corpus & animam suam Deo dicauerit, ne se copulet matrimonio, tanto magis dignus fiet. Ideo enim inferiorem posuit, vt de potiore nemo dubitaret. *Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam adhibebit?* Manifestum est, quia tunc potest idoneus rector futurus probari, si prius domum suam rectè gubernauerit. Qui enim in minimis fidelis est, & in magnis fidelis est.

Non neophytum, ne in superbiam elatus, in iudicium incidat diaboli. Oportet autem & illum testimonium habere bonum ab iis qui foris sunt; ne in opprobrium incidat, & laqueum diaboli.

Non neophytum, ne in superbiam elatus, &c. Verum est, quia rudis in fide solet extolli superbia, maximè si accipiat ordinem. Nouitate enim & potestate inflatur, arbitrans se præ cæteris digniorem. Vidēs enim primo anno natiuitatis collatum in se honorem, putat non magis ad suum, sed ad aliorum profectum se vocatum, quasi beneficiū religioni det magis quàm accipiat ab ea: per quam rem elatus incurrit iudicium diaboli. Inuenta enim occasione superbiæ illius satanas præcipit eum. Ideoque in Salomone legitur, Superbis Deus resistit. Vnde & in alia epistola idem Apostolus ait, Qui se putat esse aliquid, cum nihil sit, seipsum seducit. Et Dominus, Qui se, inquit, exaltauerit, humiliabitur. Oportet autem & illum testimonium habere bonum ab iis qui foris sunt. Sensum dominicum secutus, ait, oportere futurum episcopum testimonium bonum habere ab extraneis: quia qui in minimis fidelis est, & in magnis, sicut dicit Dominus. Et si in alieno fideles non fuistis, quod vestrum est quis dabit vobis? vt si is qui in mundanis rebus & conuersatione humana fidelis minimè inuenitur, dubium non sit quia & in diuinis rebus idoneus non erit. Si autem hominibus fidem exhibuerit, multo magis Deo. *Ne in opprobrium incidat.* Si timorem Dei ante oculos non habuerit episcopus, tempore magis se commodans: hunc quasi infidelem & pseudopropheta deferit Deus, & deformis videbitur omnibus & maculosus, quia aliter facit quàm prædicat: verbis suis ipse se accusans, quia deputatus est gregi fatanæ. Tunc enim vera se probat prædicare, si conetur & gerere. Magna ergo cura eligendus est qui domum Dei regendam accipiat. Si enim terrestrium rerum dispensatores idonei quaerendi sunt, quanto

magis cælestium? Diaconos pari modo pudicos, non bilinques, non vino multo deditos, non turpibus lucris vacantes, habentes mysterium fidei in conscientia pura. Et hi nihilominus probentur primum: & sic ministrent, nullum crimen habentes.

Qui tanta cura diaconos eligēdos præcipit, quos constat ministros esse sacerdotum: quales vult esse episcopos, nisi sicut ipse ait, irreprehensibiles, negotia publica, turpia, vilia lucra non habentes? Scit enim ideo negotiari, vt capiant lucra, nec aliud profitentur quàm gerunt. Turpia autem lucra hæc dicit esse, si sub pia professione quæstibus studeatur. Turpis enim deprehenditur, cum se purum ostentat. Post episcopum tamen diaconi ordinationem subiicit. Quare? nisi quia episcopi & presbyteri vna ordinatione est: vt uterque enim sacerdos est. Sed episcopus primus est, vt omnis episcopus presbyter sit, nõ omnis presbyter episcopus. Hic enim episcopus est qui inter presbyteros primus est. Denique Timotheum presbyterum ordinatum significat: sed quia ante se alterum non habebat, episcopus erat. Vnde & quem admodum episcopum ordinet, ostendit. Neque enim fas erat aut licebat vt inferior ordinaret maiorem. Nemo enim tribuit quod non accepit.

Mulieres similiter pudicas, non studentes discordiæ, sed sobrias, fideles in omnibus.

Quia sanctum præcepit creati episcopum, adæque & diaconum: non utique disparem vult esse plebem, quippe cum dicat Dominus, Sancti estote, quia & ego sanctus sum. Ideoque etiam mulieres quæ inferiores videntur, sine crimine vult esse, vt munda sit Ecclesia Dei. Sed Cataphrygæ erroris occasionem captantes, propter quod post diaconos mulieres alloquitur, etiam ipsas diaconas ordinari debere vana præsumptione defendunt, cum sciant Apostolos septem diaconos elegisse. Nūquid nulla mulier tunc idonea inuenta est, cum inter vndecim Apostolos sanctas mulieres fuisse legamus? Sed vt hæretici animum suum verbis, non sensu legis adstruere videantur, Apostoli verbis contra sensum inniuntur Apostoli, vt cum ille mulierem in ecclesia in silentio esse debere præcipiat, illi e contra etiam auctoritatem in ecclesia vendicent ministerij.

Diaconi sint vnus vxoris viri, filios bene regentes, & domos proprias. Qui enim bene ministrauerint, gradum bonum sibi acquirunt, & multam fiduciam in fide quæ est in Christo Iesu.

Ea quæ minus dixerat de ordinatione diaconatus, nunc subiicit. Ostendit etiam ipsos vnus vxoris viros esse debere, vt hi ad ministerium Dei eligantur, qui non sunt egressi constitutum Dei. Homini enim vnam vxorem decreuit Deus, cum qua benedicatur. Nemo enim cum secunda benedicatur. Qui si filios bene gubernauerit, & domos suas, id est vernaculos aut domesticos, poterunt digni fieri sacerdotio, & fiduciam habere apud Deum, vt sciāt se posse impetra-

Ephes. 4.

1. Cor. 4.

1. Cor. 7.

Luc. 16.

Ecc. 11.

Prov. 3.

Galat. 6.

Luc. 14.

Luc. 16.

Ibid.

1. Cor. 4.

Rom. 2.

Matth. 12.

1. Cor. 4.

impetrare quod postulant, iam de cætero se ab vfu A  
fœminæ cohibentes. Veteribus enim idcirco concessum est Leuitis aut sacerdotibus vxores ad vsum habere, quia multum tempus otio vacabant à ministerio aut sacerdotio: ( Multitudo enim erat sacerdotum, & magna copia Leuitarum, & vnusquisque certo tempore seruiebat diuinis ceremoniis, secundum institutum Dauid. Hic enim viginti & quatuor classes constituit sacerdotum, vt per vices deseruirent. Vnde Abia octauam classem habuit, cuius vice Zacharias fungebatur sacerdotio, sicut continetur in Paralipomenon: ) ita vt tempore quo non illos contingeret deseruire altari, domorum suarum agerent curam. At vbi verò tempus imminere ministerij, purificati aliquantis diebus accedebat ad templum offerre Deo. Nunc autem septem diaconos esse oportet, & aliquantos presbyteros, vt bini sint per ecclesias: & vnus in ciuitate episcopus, ac per hoc omnes à conuentu fœminæ abstinere debere, quia necesse est eos quotidie præsto esse in ecclesia, nec habere dilationem, vt post conuentum legitime purificentur sicut veteres. Omni enim hebdomada offerendum est, etiam si non quotidie peregrinis, incolis tamen vel bis in hebdomada, etsi non desint qui ferè quotidie baptizentur ægri. Nam veteribus ideo concessum est, quia multo tempore in templo non videbantur, sed erant priuati. Si enim plebeis hominibus orationis causa ad tempus abstinere se præcipit, vt vacent orationi: quanto magis Leuitis aut sacerdotibus, quos die noctuque pro plebe sibi commissa oportet orare? Mundiore ergo esse debent cæteris, quia actores Dei sunt.

Hæc tibi scribo, fili Timothee, sperans cito D  
me venire ad te. Si autem tardauero, vt scias quomodo Ecclesiam ordines, quæ est domus Dei viui, columna & firmamentum veritatis.

Quantum ad scientiam eius pertinebat, hoc erat in eo quod citius illum visurus esset. Sed quia solet aliud placere Deo, cuius prouidentia ipsi soli cognita est: idcirco ne fortè, inquit, tardauero, scribo tibi vt scias quomodo Ecclesiam ordines, quæ est domus Dei: vt cum totus mundus Dei sit, ecclesia tamen domus eius dicatur, cuius hodie rector est Damascus. Mundus enim in præuaricatione est diuerso turbatus errore. Ideo illic necesse est dicatur esse domus Dei, & veritas, vbi secundum voluntatem suam timetur. Hoc profitentibus de eo seruis, quod ipse dignatus est edocere, ne fortè verba eius negare tur esse, virtutibus hæc signauit, quæ à nullo alio fieri possunt, vt his infidelitas accusata inexcusabilis pereat. Firmamentum enim veritatis huius signa sunt & prodigia.

Et quidem omnium cõfessione, magnum est huius pietatis mysterij sacramentum, quod declaratum est in carne, iustificatum est in spiritu, visum est angelis, prædicatum est gentibus, creditum est mundo, assumptum est in gloria.

Et quidem omnium cõfessione, magnum est huius pietatis

Leuit. 21.

1. Paral. 24.

Luc. 1.

1. Paral. 23.

1. Cor. 7.

1. Reg. 21.

Ath. 16.

1. Cor. 2.

Matth. 21.

Ioan. 2.

1. Ioan. 4.

3. Reg. 8.

Marc. 16.

Hebr. 2.

Nullum fidelium admirari negat sacramentum veritatis in Ecclesia prædicata, quam pietatem appellat. Magnanimitatem enim & clementiam suam cognoscitibus æterna & diuina tribuit dona, excepta remissione peccatorum quam hic in præsentem largitur. *Quod declaratum est in carne, iustificatum est in spiritu, visum est angelis, prædicatum est gentibus, creditum est mundo, assumptum est in gloria.* Sacramentum mysterij Dei, quod est Christus in carne, dicit manifestatum quod latebat in spiritu. Natus enim homo filius Dei, qui in secreto erat apud Deum, opere & prædicatione declarauit se creaturæ. & hoc iustificatum esse in spiritu, est, operibus & virtute claruisse eum qui erat in carne, quis esset: deinde apparuisse angelis, non iam in forma humilitatis, sed in potestate. Tamdiu enim aspectu humilis visus est per carnem, quandiu deuicta morte resurgeret à mortuis, & videretur maiestas eius qui natus vt homo, non erat totus homo: vt agnoscentes angeli mysterium quod prius latuit, declaratum in carne, genu illi flectentes quasi Deo gratias agant: quia didicerunt veritatem quæ gentibus prædicata est, vt ab errore liberarentur: in quo mundus proficit, vt non damnetur. *Creditum est mundo.* Ideo enim creditum est mundo Dei sacramentum, vt perfidia eius veniam erroris mereri non possit: sicut dicit Dominus de Iudæis: Si non venissem & locutus eis fuisset, peccatum non haberet: nunc autem excusationem non habent de peccato suo. *Assumptum est in gloria.* Quod velut infirmum & deforme contempserunt, assumptum est in gloria. Post crucem enim manifestata persona & virtute sua Saluator palam famulantibus nubibus ascendit gloriosus in cælos.

SPIRITVS autem manifestè dicit, quia in nouissimis temporibus recedent quidam à fide, attendentes spiritibus fallacibus, ac doctrinis dæmoniorum, in simulatione falsiloquorum, cauteriatam habentium conscientiam, prohibentium nubere, & abstinere à cibis quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & iis qui cognouerunt veritatem. quia omnis creatura Dei bona est: & nihil reiiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Sanctificatur enim per verbum Dei, & orationem.

Quæ sibi Spiritus sanctus futura reuelauerit ad instructionem ecclesiarum & cautelam, non tacet: vt præmonitæ ecclesiæ sollicitæ sint, ne ab huiusmodi possint circumueniri hominibus. Quid enim tam clarum tamque apertum ad euitandos aut magis cõdemnandos doctrinæ huius pestiferæ viros potuit manifesta voce præfari: nisi vt asseuerationem eorum fallacem ac simulatam, doctrinam dæmoniorum nuncuparet? vt cum huius asseuerationis sermones audiuntur, à diabolo composita esse doctrina hæc sciretur, quam prædixerat Spiritus sanctus quæ de incarnatione Saluatoris afferit falsa, quæ nunc in Marcionistis, quamuis penè defecerint, & Patritianis, aut maximè in Manichæis denotatur.

Coloss. 1.

1. Ioan. 2. 0.

Luc. 1.

1. Ioan. 1.

Coloss. 1.

Luc. 24.

Philip. 2.

Ephes. 1.

Rom. 15.

Rom. 1.

1. Ioan. 1. 5.

1. Pet. 5.

Ath. 1.

CAPVT III.

Ecc. 39.

2. Cor. 11.

S. Augustin. de heres. de Marcionistis.

heres. 22. de  
Patricianis,  
heres. 61. de  
Manicheis,  
heres. 46.

Luc. 11.

Rom. 14.

1. Cor. 10.

Tit. 1. & 2.

1. Cor. 3.

2. Tim. 3.

Aff. 21.

Tit. 1.

Hebr. 13.

1. Tim. 6.  
Ephes. 6.

Coloss. 3.  
Eph. 4. 8.

Tob. 12.

Hi enim & Christum natum negant, & nuptias prohibent, & abstinentum a cibis tradunt. Quorum cauteriatam dicit conscientiam, hoc est, simulatione corruptam, quia sicut cauterium corium corrumpit, & notam infligit: ita & fallacia conscientiam quæ dolo malevolentia aliud scit & aliud profitetur, denotat ad perditionem. Iam enim hos imitari negat, ut saluentur: quia sicut cauterium immutari non potest, ita nec eorum animus emendari. Nihil enim peius simulatione. Tales enim isti sunt, quales & Iudei, illi qui intelligentes Christum Dei virtute operari in Beelzebub, hæc ab eo fieri dicebant. Ut enim fabricatorem hominis malè tractent, cum natos se non doleant, nuptias tamen prohibentes, Christo carnem subtrahunt: & ut ad eius iniuriam proficiant, ab iis quæ vñibus nostris instituit, abstinentum docent, ut per id quod despiciunt, mala esse, & à malo auctore inuenta videantur. Hinc est vnde Apostolus omnia à Deo bona facta ostendit: si tamen cum gratiarum actione sumantur. Immunda enim erunt ei qui non laudat in his creatorem. Nec enim possunt bene illi proficere, qui sic illa sumit, ut malè tractet auctorem eorum.

Hæc igitur proponens fratribus, bonus eris minister Iesu Christi, cnutritus verbis fidei, & bonæ doctrinæ quam hæcenus affectus es.

Quid tam verum, quid tam clarum & prouidum, nisi ut disciplina Christiana incorruptè tradatur, ut fructus eius in arca dominica fertilis ac firmus collaudetur? Hoc est, ut in die iudicij non reprobis & igni comburendis censeatur. hoc boni doctoris est, atque idonei ministri Domini nostri Iesu Christi; quippe cum enutritum hunc dicat verbis fidei & bonæ doctrinæ quam ab infantia hunc affectum asserit. Qui enim integrè omnibus Hebræorum libris imbutus erat, accepta fide perfectum fecit doctorem.

Prophanas autem & aniles fabulas reiice, exercens ternetipsum ad pietatem. Corporalis enim exercitatio ad modicum: pietas verò ad omnia utilis est, promissionem habens vitæ præsentis & futuræ.

Prophana verba, aduersa intelliguntur: aniles autem fabulæ deliramenta quædam sunt. Hæc quorundam perstreptentium vocibus solent in contentionem deduci, ut quasi tractatus habeatur rei inanis, cuius effectus nullus est nisi vanitatis. Ab iis ergo quæ contraria sunt, declinandum monet, simili modo & ab illis quæ anilia sunt, vanitate quadam composita. Sunt enim aliqui qui calore animi mittunt se in disputationes huiusmodi. Pietati autem operam dandam commonet, quia grandem habet profectum. Qui enim misericordiam student, senioribus vicem reddentes parentibus; & in præsentia vita auxilia Dei non deerunt illis, & in futuro immortalitatem habebunt cum gloria. Exercitium autem corporale ad modicum utile dicit. Ieiunare enim & abstinere à cibis manente auctoritate creatoris, non multum prodest, nisi addatur huic pietas, cuius ope-

ra multorum precibus adiuuatur ad Dominum promerendum. Denique illos qui fratribus largi sunt, & variis titulis obsequentes, in vitam æternam proficere euangelicus sermo testatur: dissidentes autem ab hoc opere, in æternum ignem. Corporis autem exercitium nihil aliud quam carnis fræna sunt. Si quis ergo, quia misericordia magna res est, lubricum tamen carnis patiat, huiusmodi quid fiet? Sine dubio vapulabit, quia illud oportuit fieri, & hoc minimè prætermitti. Si autem solum corporis habuit exercitium, perennes pœnas patietur, sicut in Euangelio Dominus repromisit. Omnis enim summa disciplinæ nostræ, in misericordia & pietate est. Aliud tamen exercitium corporis habent carnales, & aliud spirituales. Carnales enim sagina & dapibus nutriunt corpora sua, ut celeri motu proficiant ad perditionem. Spirituales autem ieiuniis & abstinentia temperant corpora sua, ut pigra facta circa desideria possint digna esse futura resurrectione. Hic enim propter spem futuram castigat corpus, ille verò propter futuri desperationem fouet, curam eius agens ad tempus, ut moueatur citius ad peccandum.

Fidelis sermo, & omni acceptione dignus. Ad hoc enim laboramus, & persecutiones patimur, quia speramus in Deum viuum, qui est salutare omnium hominum, maximè fidelium.

Dignum est planè & accepto ferendum pro spe quæ est in Deo, pati persecutiones, quia in præsentia vita spes caduca est, in promissione autem Dei firma atque stabilis. Ipse est enim salus omnium, quia ex ipso & per ipsum viuunt quantum ad præsentem vitam pertinet, omnes; quantum verò ad promissam salutem, fideles. Cognoscentibus enim se, post hanc vitam quæ morte finitur, aliam se daturum promissit, quæ immortalitate vigeat. Ideo ergo ait, *Maximè fidelium.*

Præcipe hæc, & doce. Nemo iuuentutem tuam contemnat: sed forma esto fidelium in verbo, in conuersatione, in charitate, in fide, & castitate.

Timotheus quantum ad ætatem pertinet, iuuenis erat: quantum ad mores & conuersationem, senior & grauis. Quem ideo sic monet, ut profectus eius per omnia exemplum esset bonorum operum, ut in adolescente mirabilis videretur & grauis disciplina, ut actus eius excusarent ætatem: & non quasi iuuenis, sed quasi senior haberetur; & erubescerent maiores natu, nisi se exhibuissent iuxta formam huius conuersatione & moribus graues: iuuenes autem coræuum suum haberent magistrum. Mirabilis adolescens sanctissimus Timotheus, cuius exemplo in disciplina coërcenda iuuentus est, & seniorum irreuerentia punienda.

Dum venio, attende lectioni, exhortationi ac doctrinæ. Noli negligere gratiam quæ est in te, quæ data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum presbyterij.

Intentum vult hunc esse & deditum exercitio lectionis, ut omni cura diligentiaque hoc enitatur, ut ex-

Matth. 25.

Luc. 11.

Math. 23.

Luc. 12.

Philip. 3.

1. Cor. 9.

Rom. 8.

Rom. 11.

Aff. 17.

Sap. 4.

Sap. 8.

Tit. 2.

Tit. 1.

vt ex-

Galat. 6.  
1. Cor. 14.

1. Cor. 10.  
Math. 5.

1. Tim. 2.0.

Tit. 2.  
Math. 5.  
Math. 7.

Math. 5.  
Iacob. 5.  
Hebr. 13.

Tit. 2.

Proser. 16.  
Num. 11.  
Deut. 17.  
Aff. 15.  
Eph. 26.  
Ephes. 6.  
Tit. 2.

vt exhortetur & doceat. Exhortatio est, cum miti verbo aliquos prouocamus ad opus bonum: docere verò, quando ea quæ latent, intinamus mentibus audientium. Si enim rector populi ab his dissimulat, negligit gratiam datam sibi. Ad hoc enim creatur dux populo, ut huius salutaris sollicitudinem gerat, admonendo, docendo, ut fructum habeat ordinatio: quem ad hoc vtrique Deus constituit, ut proficiat saluti plebis suæ. Qui ergo in hac auctoritate positus indiligens fuerit, Dei contemptor habebitur, minimus in regno cælorum vocatus. Neque enim poterit facere, qui nec docere dignatur. Gratiam tamè dari ordinatoris significat per prophetiam, & manuum impositionem. Prophetia est qua eligitur quasi doctor futurus idoneus: manus verò impositiones verba sunt mystica, quibus confirmatur ad hoc opus electus, accipiens auctoritatem teste conscientia sua, ut audeat vice Domini sacrificium Deo offerre.

Hæc meditare, in his esto, ut profectus tuus manifestus sit omnibus. Attende tibi & doctrinæ: insta in illis. Hoc enim faciendo, & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt.

Vt forma sit omnibus non solum in bonis operibus, verum etiam in doctrinæ exercitio, admonet. Apparere enim debere significat exercitij profectum, non in doctrina dumtaxat, sed & in gestis. Bona enim arbor bonos facit fructus: similiter & bona doctrina mala opera habere non potest: ut cum visa fuerint bona opera, diuini magisterij fructus esse intelligantur, & auditores possint proficere. Tum vera enim & metuenda esse intelligunt quæ dicuntur, quando ab eo ipso qui docet, magna veneratione obseruari videtur. Quod rectori plebis duobus proficit modis. Et suorum enim bonorum operum, & audientium mercedem accipiet: quomodo si negligens fuerit, tam pro se quam pro eis redditurus est rationem.

CAP. V. SENIOREM ne increpaueris, sed exhortare ut patrem, iuniores ut fratres, anus ut matres, adolescentulas ut sorores in omni castitate.

Propter honorificentiam ætatis maiorem natu cum mansuetudine ad bonum opus prouocandum, ut facilius suscipiat admonitionem. Potest enim vereri commonitus ne postea corripiatur, quod turpe est seniori. Nam apud omnes vtrique gentes honorabilis est senectus. Vnde & synagoga, & postea Ecclesia seniores habuit, quorum sine consilio nihil agebatur in Ecclesia. Quod qua negligentia obsoleuerit, nescio; nisi forte doctorum desidia, aut magis superbia, dum soli volunt aliquid videri. Iuniores quasi fratres censet admonendos cum dilectionis affectu: ut videntes amoris causa se commoneri, facilius se corrigant, quippe cum videant non discrepare opera eius à prædicatione. Anus verò quasi matres: ut dum miti sermone doceri se vident, non asperè accipiant, quia honorificè proficiunt. Asperum est enim seipibus, cum corripiuntur à iunioribus. Quod temperamento quodam leniri vult, ut profectus sit

& dicenti & audienti. Adolescentulas ut sorores admonet edocendas: ut promptè possint bonæ conuersationis suscipere disciplinam. Quando enim non cum imperio insinuari sibi videt quæ ad bonam pertinent vitam, consentit, humiliter se præbens admonenti. Blanditiis enim solent obrineri quæ auctoritate non possunt. Nam animalia quando membra sua zelantur, blanditiis tamen cedunt.

Viduas honora, quæ verè viduæ sunt. Si qua autem vidua filios vel nepotes habet, discat primum domum suam piè tractare, & mutuam vicem gratiarum reddere parentibus. hoc enim acceptum est coram Deo. Nā quæ verè vidua est & desolata, sperat in Deo, & instat orationibus & obsecrationibus noctu dièque. Quæ verò in deliciis est, viuens mortua est.

Viduas honora, quæ verè viduæ sunt. Has viduas dicit honorandas quæ data opera viduæ sunt: quæ cum possent nubere, ut meliores essent, & dignæ Deo, secundas nuptias respuerunt, scientes semel benedici coniugium: amulæ sanctissimæ Annæ, quæ ieiuniis & obsecrationibus Deo seruebat noctu dièque, vnius viri experta concubitus. Si qua autem vidua filios vel nepotes habet, discat primum domum suam piè tractare, & mutuam vicem gratiarum reddere parentibus. hoc enim acceptum est coram Deo. Viduam prius in hac vita & conuersatione dicit probandam, ut tunc demum digna sit vidua ecclesiæ nuncupari, quæ non quæstus causa magis quam defensionis ecclesiasticæ succumbat disciplinæ. Præire enim debent merita, ut accedenti meritis honor tribui videatur. Quæ enim affectus suos piè tractauit, & domum bene gubernauit; Dei legem seruauit, digna effecta remuneratione ecclesiæ. Nam quæ verè vidua est & desolata, sperat in Deo, & instat orationibus noctu dièque. Viduam filios aut nepotes habentem non faciliè admittendā ad stipendia ecclesiæ: quia si piè & sollicitè domum suam gubernauit, necesse est reddi illi vicem à suis, sicut & illa reddidit propinquis. Si autem, ut affolet impietas, fuerit operata, ut anus despiciatur à suis, quos piè tractauit; dignum esse, hanc suscipi ab ecclesia, quia in Domini lege fideliter conuersata est. Vidua igitur desolata, & à suis contempta, sperat in Deo. Vidēs enim ex nulla parte se habere suffragiū, toto animo deuota est Deo, de quo solo auxilium vitæ salutisque expectat. Quæ verò in deliciis est viuens, mortua est. Viduam, propter quod vidua dicitur, talem esse debere significat, ut ad Dominum promerendum orationibus vacet, Deo seruiens noctu dièque, ut ostendat se idcirco nuptias secundas contempsisse, ut instaret disciplinæ dominicæ. Si enim sub nomine viduæ deliciis vacet aut luxuriæ, viuens mortua habenda est, quia imposturæ genus est, aliud agere, & aliud profiteri: non obsequia & deuotionē Dei, sed honorem viduæ volentes habere: cum nominis ipsius professio hoc indicet, quia spreto viro Deum elegit, cui seruiat tota mente propter vitam promissam.

Et hæc præcipe, ut irreprehensibiles sint.

Si qua autem suorum, & maximè domestico-  
rum curam non habet, fidem negavit, & est  
infideli deterior. Vidua eligatur annorum nō  
minus sexaginta, quæ fuerit vnus viri vxor, in  
operibus bonis testimonium habens, si fi-  
lios educauerit, si hospitio receperit, si sancto-  
rum pedes lauerit, si pressuram patientibus  
subministrauerit, si omne opus bonum sub-  
secuta fuerit.

*Præcipe, vt irreprehensibiles sint.* Tantam diligentiam  
actuum ac morum viduam vult habere, vt reprehē-  
di non possit. Amota enim à spe mundanæ conuer-  
sationis, & corporis curandi officio, propter hoc se  
ad Deum contulit, vt probabilem agat vitam. Sub-  
latis enim occasionebus quæ aditus solent aperire  
peccatis, potest bona conuersatio incolumis perman-  
ere. *Si qua autem suorum, & maximè domesticorum curā  
non habet, fidem negavit, & est infideli deterior.* Hanc vi-  
duam quæ negligens fuit circa suos affectus, vt edu-  
caret eos in disciplina & correctione Domini, in-  
honorandam dicit: quia sicut perfidi, legi Domini  
non obediuit, vt peior habeatur. Necessè est enim  
vt deterior sit, qui sub lege & timore agens cōtem-  
ptor est, quàm qui non subiectus est legi. Hic enim  
nescit, ille autem sciens contemnit. *Vidua eligatur an-  
norum non minus sexaginta, quæ fuerit vnus viri vxor, in  
operibus bonis testimonium habens, si filios educauerit, si hos-  
pitio receperit, si sanctorum pedes lauerit, si pressuram patien-  
tibus subministrauerit, si omne opus bonum subsecuta fuerit.*  
Si prærogatiua præteritorum operum vidua com-  
mendatur, eligendam hanc docet. Domini enim iu-  
dicio adscribitur nomen eius ecclesiasticis moni-  
mentis, quam dignam vetus vita declarat. Imbuta  
enim diuinis obsequiis, & in his vitam atterens, sus-  
cipienda est in sinu ecclesiæ, cuius olim se vouit le-  
gitimis seruitiis.

Adolescentulas verò viduas deuota. Cùm  
enim vitam deliciis egerint in Christo, nube-  
re volunt: habentes damnationem, quia pri-  
mam fidem irritam fecerunt. Simul autem &  
otiosæ discunt circumire domos. non solum  
autem otiosæ, sed & verbosæ & curiosæ, lo-  
quentes quæ non oportet.

*Adolescentulas verò viduas deuota.* Prohibet adolescē-  
tulas viduas in hac suscipi professione. Lubricæ en-  
im ætati fides facilè adhiberi non debet, quippe  
cùm quarundam exempla præcedant quæ post pro-  
fessionem vitæ deliciarum oblectatione nomē, non  
opera viduitatis habent, & conuersæ nuptiis solici-  
tantur. Qui enim putat se in Christo vitam deliciis  
agere, minimè innocens perseuerat. Luxuria enim  
trahit illum ad sua membra, vt subiiciatur peccato.  
delicia enim ianuæ sunt peccati. Non enim quò tē-  
dat ignoratur qui fluidam amat vitam. *Habentes dam-  
nationem, quia primam fidem irritam fecerunt.* Quid ma-  
neat tales, ostendit, ne facilè audeant quod implere  
difficile est: aut si animus est huic deuotioni deditus,  
apud se interim teneat, quia dicit temerarium esse

profiteri, quod adhuc iuuenili ætati credi nō debet.  
Damnationi enim sit obnoxius qui ab hoc declinat.  
quod rectè fecerat. Quantum enim laudabile est si  
impleat quod vltra vires eius creditur: tanto magis  
puniendus erit, si hoc audeat sibi imponere præsum-  
ptione temeritatis, quod ferre non possit: nec ad ve-  
niam debet pertinere, qui à primordio infidelis in-  
uentus est. *Simul autem otiosæ discunt circumire domos,  
non solum autem otiosæ, sed & verbosæ & curiosæ, loquentes  
quæ non oportet.* Quædam virgines vel viduæ commē-  
dante professione (gloriosum est enim huius rei vo-  
cabulum) acceptabiles sunt domibus diuitum; quæ  
id agunt, vt pareant voluntatibus eorum, ambulantes  
& querentes quæ perferant ad illos, quibus de-  
lectentur, vt otiosæ muneribus afficiantur. Et malo  
more plus quærunt fabulis, quàm quæ operantur ma-  
nibus, vt elata procedant & compositæ, contra pro-  
fessionem suam agentes. Quæ res solet illis etiam in  
hac vita esse contraria, reuelatur enim id quod sem-  
per occultum putant. Quid est enim, vt ea loquatur  
quæ non oportet? Nuptiarum enim sunt proximæ,  
multorum secretorum participes, adulatrices, fer-  
uorum querulæ.

Volo itaque iuniores nubere, filios pro-  
creare, matres familias esse, nullam occasione  
dare aduersario maledicti gratia. Iam enim  
quædam deerrauerunt, abeuntes post satanā.  
Quod si quis fidelis, vel si qua fidelis habet  
viduas, sufficienter subministret illis: vt earū  
alimoniis non grauetur ecclesia, sed vt iis quæ  
verè viduæ sunt, sufficiat.

*Volo itaque iuniores nubere, &c.* Quoniam quæ supra  
dixit de huiusmodi contraria & illicita, perducunt  
cas ad mortem: idcirco consilium dat & præcipit ea  
fieri quæ licita sunt. Melius est enim domus curam  
suar gerere, quàm in aliena domo adulari. Et mul-  
tum expedit nubere, quàm sub bona & pia confes-  
sione notabiliter incedere. Plus autem est cum pu-  
dore manibus victum quærere, quàm inuerecundè  
cum otio aliena vtensilia expectare. Sic enim inue-  
nit occasionem satanas quomodo subuertat animas  
inconsultas, cùm pia profitentes iniuste versantur.  
Nihil enim tam periculosum est, quàm si professioni  
gesta repugnent. Apertum enim malum nō zelatur  
satanas, quia gaudet in illo: iustum verò quem videt  
fallere, id agit vt manifestet illum suum filium esse,  
non Dei: quod factum non displicet Deo. *Si quis  
fidelis, vel si qua fidelis habet viduas, sufficienter subministret  
illis, vt earum alimoniis non grauetur ecclesia, sed vt, &c.*  
Quid mirū si apostolica potestas futura potuit præ-  
uidere? Nam apparet quod dixit, quia fidelium vi-  
duæ nunc multum grauant ecclesiam, & eorum  
qui locupletes videntur mundi; quia per senectutis  
causam desistentes eas ab opere lanificij, retrahunt  
eis & vestimentum & victum, non totum, tamen ex  
parte, vt illæ ipsa inopia ad ecclesiam conuertantur  
vt viuant. Quos oportebat non solum suis indigen-  
tibus largiri, verum etiam alias in opes pascere & cō-  
tegere. Quod multum obest. Cùm enim his datur,  
cæteris aut minus, aut non datur, quibus magis dā-  
dum

Ephes. 6.  
Iacob. 4.

Luc. 12.

Galat. 5.

Iacob. 1.

dum est, quæ dignæ sunt ecclesiæ sumptibus mini-  
strari. Sic autem grauetur, cùm cogitur vestire mul-  
tos, quæ deberet vestire paucos: & plebs quæ libèter  
& frequèter possit ministrare paucis, cogitur plures  
dimittere, vt aut murmuret, aut tardiùs occurrat.  
Nam cùm præcipiat vnus viri vxorè eligi viduam,  
nunc inueniuntur inter eas non tantum duum aut  
trium maritorum vxores, sed & quæ turpiùs vixe-  
runt: quod aliquando per negligentiam fit, aliquan-  
do potentatu insinuantis.

Qui bene præsumunt presbyteri, duplici ho-  
nore habeantur digni: maximè qui laborant  
in verbo & doctrina. Dicit enim scriptura,  
Non infranabis bouem triturantem, & Di-  
gnus est operarius mercede sua. Aduersum  
presbyterum accusationem ne receperis, nisi  
sub duobus aut tribus testibus: delinquentes  
autem coram omnibus argue, vt cæteri me-  
tum habeant.

*Qui bene præsumunt presbyteri, duplici honore, &c.* Boni  
dispensatores ac fideles non solum honore sublimi  
debent digni iudicari, sed & terreno, vt non contri-  
stentur indigentia sumptuum, sed magis gaudeant  
fide sua & doctrina. Instantior enim fit si non humi-  
lietur inopia: & crescit in illo auctoritas cùm videt  
se etiam in præsentis laboris sui fructum percipere,  
non vt abundet, sed vt non deficiat. *Dicit enim scri-  
ptura, Non infranabis bouem triturantem, & Dignus est o-  
perarius mercede sua.* Tanta merces debet esse euange-  
lizanti regnū Dei, qua neque contristetur, neque ex-  
tollatur. *Aduersum presbyterum accusationem ne receperis.*  
Quoniam huius ordinis sublimis honor est, (huius-  
modi enim vicarij Christi sunt;) idcirco non facile  
de hac persona accusatio debet admitti. Incredibile  
enim debet videri, istum qui Dei antistes est, crimi-  
nosè versatum, sicut credibile est scenicum esse tur-  
pissimum. *Delinquentes autem coram omnibus argue, vt  
cæteri metum habeant.* Quoniam verò non facile credi  
debet de presbytero crimen, si probetur tamen, aut  
fit manifestum quia irreuerenter versatus est, publi-  
cè præcipit arguendum, vt cæteri terreantur: quod  
non solum ordinatis proficit, sed & plebi. *Quando  
enim vident dignitosum virum erroris causa corri-  
pi, necesse est vt sibi caueant.*

Contestor coram Deo, & Christo Iesu, &  
electis angelis, vt hæc custodias sine præiudi-  
cio, nihil faciens in partem aliam declinans.  
Manus citò nemini imposueris, neque te cō-  
maculaueris peccatis alienis. Temetipsum  
castum custodi.

Contestationem deponit apud Deum patrem, &  
Christum filium eius, & electos angelos, quos Do-  
minus in Euangelio sanctos appellat. Hi ergo electi  
sunt, quia sunt alij reprobi, qui sunt non Dei angeli,  
sed diaboli, assentientes apostasiæ eius. Sub testatio-  
ne ergo ea quæ ad ordinationem ecclesiæ mandat  
custodiri, præcipit nihil fieri sine præiudicio, ne fa-  
cilè aliquis accipiat ecclesiasticam dignitatem, nisi

1. Tim. 5.  
supra.

Deut. 25.  
Luc. 10.  
Deut. 19.

1. Cor. 9.

Ephes. 4.

Apoc. 7.  
philip. 4.

1. Cor. 4.

1. Cor. 5.

Marc. 8.  
Matth. 25.  
Iuda.  
1. Cor. 14.

A prius de vita eius & moribus fuerit disputatum,  
vt dignus approbatus, minister aut sacerdos consti-  
tuatur, vt non postea si reprehensibilis videatur, pœ-  
niteat fortè principem populi nō ad liquidum pro-  
uidisse quid mereretur, quem improbabiliter or-  
dinauit: nec illum cuius peccata ad suspicionem veni-  
unt, ordinandum, ne commaculetur ordina-  
tor vitis & delictis eius. Si ergo omnino latentia  
sunt delicta, immunis erit rector, quia conscientia  
eius libera est. Suspicio enim trepidum facit. Peccat  
enim si non probat, & sic ordinat. Melior enim cæ-  
teris debet probari qui ordinandus est. Non enim  
sufficit si sine crimine sit, quia merita eius debent  
præire bonorum operum, vt dignus habeatur ad  
ordinationem. Hæc episcopus custodiens, castum  
se exhibebit religioni: cuius rei in futuro præmium  
consequetur.

Iam noli bibere aquam: sed vino modico  
vtere propter stomachum tuum, & crebras  
tuas infirmitates.

Nūc speciale consilium dat, vt seipsum salubri re-  
gat doctrina. Prudenter enim Deus sibi seruire vult,  
non vt nimietate sua debiles fiant, & postea medi-  
corum suffragia requirant. Temperandum enim est,  
vt si fieri potest, ceptum obsequium gradatim pro-  
uchatur, quàm per inconsiderantiam minuatur.  
Imperantia enim ipsam animam inquietam facit,  
vt cum de infirmitate sollicita est, non tantum de-  
dita sit diuinis seruitiis. Dānum ergo affert impro-  
uidencia. Anima enim in tranquillitate posita, totū  
cor extollit ad Deū, integro consilio obsecrans quæ  
petenda sunt.

Quorundam hominum peccata manife-  
sta sunt, præcedentia ad iudicium, alios verò  
& subsequuntur. Pari modo & opera bona  
manifesta sunt: & quæ aliter se habent, abscon-  
di non possunt.

Nullam excusationem vult intelligi fore eorum  
qui his adhærent quorum peccata propalam sunt,  
vt cùm euitandi sint, magis honori sint. Hoc ergo si-  
gnificat, vt homo Dei ab his seceretur, maximè dis-  
pensator Christi, qui etiam corripiendi eos habet  
auctoritatem: qui si se emendare promittunt, reti-  
nendi sunt. Alios verò subsequi mala opera illorum  
ostendit, quia cùm viucentes æstimantur boni, mor-  
tui dereguntur: vt qui prius ostendebat se idoneos,  
postmodum declarentur impostores. Superiore ra-  
tione sicut mala, ita & facta bona manifesta sunt.  
Bona enim vita & actus modesti abscondi non pos-  
sunt: quæ adhibita pietate faciunt perfectos. Sed si-  
cut quædam mala occulta ad præfens sunt, ita & bo-  
na. Nemo enim omnia in hominibus potest scire,  
sed ex iis quæ videt & audit, probat & iudicat. Per-  
pendit enim, an ea quæ dicuntur, conueniant ei de  
quo dicuntur, siue bona, siue mala. *Quæ autem oc-  
cultæ fuerint hominibus, in die iudicij palam fient.*  
Propter hoc ergo dicta sunt, vt sciāt huiusmodi gra-  
uiores se causam habere præ cæteris. Peior est enim  
qui se, cùm sit malus, bonum ostentat, quàm ille qui  
apertè est malus.

Heb. 5.

Tit. 1.

1. Tim. 3.

Prou. 31.

Prover. 2.  
2. Tim. 4.

1. Tim. 5.

1. Reg. 16.

1. Cor. 4.  
Apoc. 3.



QVOTQVOT sub iugo sunt serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur; ne nomen Domini & doctrina blasphemetur. Qui verò fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres sunt: sed magis seruiant, quia fideles sunt & dilecti, quia beneficij participes sunt.

Scrutorum obsequiis dominos Deo gratias vult referre. Cum enim per Dei disciplinam fidelia illis exhiberint seruitia, fortè huic etià ipsi se subiicient disciplinæ. Qui verò fideles habent dominos, non contemnant, quia fratres sunt: sed magis seruiant, quia fideles sunt & dilecti, quia beneficij participes sunt. Si profanis dominis seruiendum tota sollicitudine imperat, quâto magis fidelibus? Tunc enim probat se timori Dei subiectum, si fideli & temporali domino toto animo fuerit obsecutus. Nec contemnendum putet, quia frater dicitur causa communis fidei, quia magis corripiendus erit qui fidelem dominum contemnédū putauerit.

Hæc doce, & exhortare. Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est, doctrinæ; superbit autem nihil sciens, sed languescens circa quæstiones & pugnas verborum, ex quibus fit inuidia, contentiones, blasphemias, suspiciones malæ, conflictationes hominum qui corrupti sunt mente, & qui veritate priuati sunt, existimantes questum esse pietatem, & Dei culturam: discede ab huiusmodi.

Hæc doce, & exhortare. Doctrinam dominicam manifestari vult, vt obrectatores videant quia non est quod reprehendatur in ea: considerantes pariter quot in sacris eorū sint occulta turpia, & erubescant per quod inexcusabiles erunt. Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi, & ei quæ secundum pietatem est, doctrinæ; superbit autem nihil sciens, sed languescens circa quæstiones & pugnas verborum, ex quibus fit inuidia, contentiones, blasphemias, suspiciones malæ, conflictationes hominum qui corrupti sunt mente, & qui veritate priuati sunt, existimantes questum esse pietatem, & Dei culturam: discede ab huiusmodi. Discrepantes à disciplina catholica, spernendos præcipit, maximè qui conuicti & correpti acquiescere nolūt perturbatione mentis prauæ, qui contetionibus delectantur & pascuntur. Elatus enim vinci se non patitur, quippe cum ad fauorem quærendum in conflictum prorumpat: quod à mansuetis & bonis viris vitandum est. Contentio enim numquam est sine lite: & parum esset si lis sola oriretur, sed blasphemias & inimicitias: quod à Dei seruis alienum est. Ab his autem qui corrupti mente, veritate priuati sunt, vitale iudicatur. Dei enim culturam & pietatem quæstū existimant, non de futuro aliquid sperantes, sed quomodo in præsentī transigant prouidentes, sicut & mundanæ sectæ, quas constat propter præsentia lucra inuentas: non nescij quosdam hoc libèter au-

dire, quòd in hac vita florendum sit: ideòque discedendum ad huiusmodi.

Est autè quæstus magnus pietas, cum quis suo contentus sit. Nihil enim intulimus in mundum: verum quia nec auferre possumus quidquam. Habentes verò alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus.

Est autè quæstus magnus pietas, cum quis suo contentus sit. Magnas diuitias & acquisitionem in eo dicit, si quis fidelis suo contentus sit. Pius enim & in semetipso & in cæteris est, qui misericordiam Dei acquisiturus ad futuram vitam, ad præsens sufficere sibi putat quod habet, non dubitans ex eo ipso largiri. Omnis enim auarus impius est, & sibi & cæteris nocens. Nihil enim intulimus in mundum: verum quia nec auferre possumus quidquam. Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus. Frustrà mortales homines copiè studere, & locupletes fieri velle aperta voce declarat, cum sciant nihil se propriū habere in mundo. Cui rei proficit humana cupiditas, nisi quia ipsa sibi inimica existit: Nihil enim intulit mundo, nihil auferre poterit. Quid sibi incutit sollicitudinem, & querit congregare? Talis hinc exiet, qualis venit. Quod etiam scribit Iob, & in sua passione fatetur, dicens, Nudus exiui de utero matris meæ, nudus reuertar in terram: sit nomen Domini benedictum. Quod si auari retinerent non in perniciem suā, pauci conderent quod pluribus possent proficere cū eorum ipsorum emolumento.

Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem & laqueum, & desideria multa inutilia & nociua, quæ demergunt homines in exitium & interitum. Radix enim omnium malorum est auaritia: quam quidem appetentes, errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Tu verò homo Dei hæc fuge.

Nam qui volunt diuites fieri, incidunt, &c. Nihil tam asperum, tamque perniciosum est, quam si ecclesiasticus, maximè qui in sublimi loco est, diuitiis huius sæculi studeat: quia non solum sibi ipsi, sed & cæteris obest. Cõtrariam enim formam dat hominibus, necesse est enim multos imitatores eius existere ad perditionem. Quanto enim honorificentior ordine est, tanto magis suadet imitandum se, maximè in hac re, ad quam ista vita procliuis est. Auaritia enim omnia mala potest admittere. Ideo radix omnium malorum est, quia vt desideria sua expleat (quod impossibile est) & maleficia, & homicidia, & obscenitatem, & quidquid sceleris est, perpetrat: nec ad præsens secura, quia semper cupida, & in futuro damnata. Tu autem homo Dei hæc fuge. Abscindere se hominè Dei ab hac hortatur & præcipit, vt & hinc securus sit, & in futuro præmiis remuneretur diuinis. Non enim immeritò coronandus est qui hanc spernit, quæ multis suadet.

Secltare autem iustitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, tranquillitatem animi.

Iuo par. 16. cap. 38.

1. Pet. 2. Coloss. 3. Ephes. 6.

1. Pet. 2.

2. Ioh. Tit. 3.

2. Tim. 2.

Sap. 2.

Ecdi. 40.

Ecdi. 10.

Ecdi. 5.

Ibid. Psal. 38.

Psal. 48.

Iob. 1.

1. Tim. 3. Tit. 1. 2. Cor. 6. Tit. 2. Coloss. 3. Ecdi. 5.

Ephes. 5. Iacob. 5.

Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, ad quam & vocatus es, & cõfessus es bonam confessionem coram multis testibus.

Quoniam auaritia res iniqua est, hominem Dei vt ab hac dissentiat, iustitiam sequi iubet atque pietatem, & alia quæ memorat. Non enim poterit hanc euitare, nisi his adhæserit quæ auaritiæ aduersa sunt. Quomodo autè fieri potest vt auarus fidelis sit, qui operibus negat, quod verbis fateri videtur? Vnde autè amator fraternitatis, cuius man⁹ sunt aridæ? Quomodo verò patiens, qui seper ad aliena se tēdit? Aut quatenus quietè animi possit habere, qui die noctūq; auiditate cupiditatis incenditur? Sed quia ab homine Dei Timotheo iniquitas hæc aliena erat, bonū certamen fidei aggredi iubetur. Fidei enim victoria est, cum omnia vitia & crimina subiungantur, vt ad æternæ vitæ præmia veniatur: cuius confessio inter ipsa rudimenta fidei teste interrogante & respondente monumentis ecclesiasticis continetur.

Præcipio tibi coram Deo qui viuificat omnia, & Christo Iesu qui testatus est sub Põtio Pilato bonam cõfessionem: vt serues mādatum immaculatum, irreprehensibile vsque in aduentum Domini nostri Iesu Christi: quæ suis temporibus ostendet beatus ille & solus potens, Rex regum, & Dominus dominatū: qui solus habet immortalitatem, & lumen habitat inaccessibile: quem vidit nemo hominum, nec videre potest: cui honor & potestas æterna. Amen.

Magna vigilãtia atq; prouidentia præcepta dat rectori ecclesiæ. In huius enim persona totius populi salus cõsistit. Non sollicitus de cura Timothei, tã circūspectus est, sed propter successores eius, vt exẽplo Timothei Ecclesiæ ordinationē custodirēt: ipsi quoque futuris formã tradētes à semetipsis inciperēt. Deniq; vt serues (inquit) mādatum immaculatum vsq; ad aduentum Domini nostri Iesu Christi. Quod sic adstringit, vt corã Deo & Christo hoc se mādare testetur. Et vt terrorè incutiatur, passionē Christi memorat. Cuius passionis reus necesse est fiat, qui hoc spernit propter quod passus est Christ⁹. Nec diè iudicij tacuit, quod prædestinato tempore futurum est Dei nutu, quem solū beatū & potentē & Regem regū & Dominum pronuntiat. Solus est enim ipse qui propriã & à nullo habet acceptã beatitudinē atque potentia, dominatū & regnū, necnon immortalitē. Hæc omnia habet pater, similiter & filius à patre. Lumen autem inaccessibile solius patris est, quia nulli vmquã apparuit. Denique subiecit, Quem vidit nemo hominum, nec videre potest, non quia aliud lumē filij sit; quippe cum in Psalmo scriptum sit, Et in lumine tuo videbimus

Coloss. 3.

Tit. 1.

1. Ioh. 3.

Iud. 12.

1. Ioh. 5.

Proverb. 11. Sap. 6.

Iacob. 5.

Hebr. 10. 2. Thess. 1. Apoc. 17. & 19. Math. 28. Esod. 33.

Psal. 35.

lumē; hoc est lumē patris esse in filio: sed quia nemo videt patrē, ac per hoc inaccessibile habitat lumen. Non est enim ordo alicui videndi Deum patrē, nisi Christo, qui de Deo est: hic vidit Deū. Filius autem, quia omnia ipse agit, & apparere dicitur & videri. Illud ergo peculiare patris est, quod suprã dictum est, cui honor & potestas æterna. Amen. hoc est, verum.

Diuitibus huius sæculi præcipe nõ superbè sapere, neque sperare in incerto diuitiarū, sed in Deo viuo, (qui præstat nobis omnia abundè ad fruendum) in voluntate operū bonorū: vt diuites facti bonis operibus, faciles sint ad impertiendum, & libenter communicantes, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam.

Vera vita illa est quam speramus futuram, quæ nõ occasu, non temporibus terminatur. Æterna est enim, & ideo meritò vera appellatur. Hæc enim præfens imago vitæ est, non veritas. Et quia imago non omnino inanitas est, in hac vita illa acquiritur: & vt ad illam festinaretur, ex imagine quã præcellat veritas, addiscitur, quæ neque superbia, neque spe diuitiarum attingitur, sed humilitate & spe Dei qui hanc promissit. In ipso enim sperandum est, quia ipse præstat quæ vñibus sunt necessaria, non in ipsis copiis, sed in auctore earum. Quæ enim spes videtur in re caduca atque incerta: quippe cum aliqui ex his discedant: qui autem in his manere vidētur, nullum lucrum ex his capiunt in futurū, sed damnū, nisi cū indigentibus partiantur. Neque enim æternæ sūt futura vitæ præponantur. Sic superbos faciūt, quasi immortalitatem polliceantur. Resurrectionis exemplū habemus in Christo, & à multis non sic diligitur Christus sicut diuitiæ, quarum nullum exemplū videtur quòd aliquè à morte liberarint. Christus nos redemit, non diuitiæ. Ipse enim futuræ vitæ instar ostendit, vt his omnibus spretis ipsum sequamur, vt ad immortales & cælestes diuitias veniamus. Quare hoc eniti debemus, vt bonis factis diuites simus, & his terrenis copiis spirituales diuitias acquiramus. Seminemus in terra, vt metamus in cælis, vbi thesaurus collocetur æternus.

O Timothee, commendatum custodi, deuotans profanas vocum nouitates, & oppositiones fallacis nominis scientiæ: quam quidã promittentes, circa fidem exciderunt. Gratia tecum. Amen.

Eadem admonet, vt ea quæ suprã dicta sunt, seruentur; contraria autem religioni euitanda, quæ nomen tantum scientiæ vsurpant, fallaces in professione, vt decipiant simplices. Fidem enim simulant, à qua exciderunt, vt perfidiam inferant. Et manu propria subscripsit, dicens, Gratia tecum.

Ioh. 1. Luc. 10. 1. Ioh. 4.

Rom. 8. Apoc. 21. 2. Cor. 5.

Hebr. 6. 2. Cor. 9. Proverb. 11.

Ibid.

Luc. 12. Galat. 6. Math. 6.

1. Tim. 4. 5. & 6. Coloss. 2. 2. Thess. 3.

SANCTI AMBROSII IN EPISTOLAM PRIMAM BEATI PAVLI APOSTOLI AD TIMOTHEVM COMMENTARIORVM FINIS.

S. AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI IN EPISTOLAM SECVNDAM BEATI PAULI APOSTOLI AD TIMOTHEVM COMMENTARIA.

P R O O E M I V M.

LIAM epistolam scribit nunc Apostolus ad Timotheum, ut iam eruditum ecclesiastica disciplina: ostendit quae spes sit promissionis, ut & suo exemplo ad martyrium prouocet: & quia futurum est ut quidam a sana doctrina, eo quod dura illis videatur, ad fabulas conuertantur, id est, ad humana commenta, praedicat.

CAP. I. PAVLVS Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, secundum promissionem vitae quae est in Christo Iesu: Timotheo dilecto filio, gratia, misericordia, & pax a Deo patre, & Christo Iesu Domino nostro.

PAVLVS Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, &c. Huius rei gratia Apostolus se Christi Iesu, Dei voluntate appellatum significat, ut quae & quanta promissio in futuro per fidem Christi sit, edoceret; quod praedicatione eius crementum faciat in saluandis disciplina dominica. Idonei enim serui sunt, qui instantia sua & fide negotia dominorum suorum exaggerant. Quod ideo huic quasi charissimo filio scribit, ut huius rei imitator existat, eadem ceteris tradens, ut per traducem successorem indeficiens sit idoneus doctor, per quem asserta veritas multos acquirat ad vitam promissam. Gratia, misericordia, & pax a Deo patre, & Christo Iesu Domino nostro. Gratiam huic patris in miseratione exoptat ut adsit ei, & Christi Iesu Domini nostri, quia Deus gratiam suam per Christum largitur, ut vna gratia sit vtriusque.

Gratias ago Deo meo, cui serui a proauis in conscientia pura, quod indeficientem habeam tuam memoriam in precibus meis, nocte dieque multum desiderans te videre, memor lacrymarum tuarum: ut gaudio replear, recordationem accipiens eius quae est in te sinceram fidei, quae habitauit primum in auia tua Loide, & matre tua Eunice, certum autem habeo quod & in te quoque.

Quoniam dignum est meminisse bonorum: idcirco Deo gratias agit, quia memor erat Timothei viri mirabilis, ut etiam hoc ipsum Dei donum sit. Non enim sine merito est qui cogitat de bonis viris. Et quia idem Deus Christianorum est qui erat Iudaeorum, ei se gratias referre testatur, cui a proauis famulatus est. Quando enim hoc sperabant progenitores eius quod hic coeperat praedicare, vna eorum fides est. Et quia in parentum successit seruitia, & quia in his erat adhuc cum illi Deo seruirent, re-

Et ait, Cui a proauis seruius. Quomodo? In conscientia pura, inquit. Sic enim aliquando persecutus est Ecclesiam, ut Dei amore hoc ageret, non malevolentia. Nam simili modo & in epistola ad Hebraeos scriptum est, quia Leui qui decimas accepit, decimas dedit Melchisedec: quia in Abraham, inquit, lumbis erat Leui quando decimas obtulit Melchisedec. Ita & hic a proauis Deo se dicit seruisse, quia & Leui in proauo decimas dicitur obtulisse. Est enim Leui pater Iacob, auus Isaac, proauus Abraham. Multum ergo se memorem Timothei profiteretur, & auidem illum desiderare propter lacrymarum eius recordationem, quas amore fuderat Apostoli (sicut intelligitur) recedentis a se. Non immerito ergo amantem se desiderat, ut gaudio impleatur ex communi laetitia causa fidei sinceram; qua & in auia eius, & in matre fuisse significat, certissimam & in eo. Omnis itaque hic affectus propter fidem est, quae erat in eis inuiolata.

Qua de causa admonco te, ut recrees donum Dei, quod est in te per impositionem manuum mearum. Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris: sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis.

Propterea se parentum eius sinceritatem fidei significat memorasse, ut fortioem huc faceret. Quis enim laudem illorum audiens, quorum in eo ipso particeps est, non crescat, addens animum huiusmodi viribus? Sic ergo recreat in se donum gratiae Dei acceptum per ordinationem presbyterij, dum animu suum confouet mentis alacritate, gaudens in semetipso sicut in nouitate ordinationis gaudetur. Denique subiecit, Nec enim dedit nobis spiritum timoris, sed virtutis. Innouatus enim homo exit de timore, accipiens spiritum laetitiae propter iustificationem, quia omnis iniustus in timore est, non fortis, sed infirmus; non in dilectione, sed in odio; nec in mentis sobrietate, sed errore laucius. Si autem his caruerit, per fidem & fortis, & dilectus, & sobrius erit.

Noli itaque erubescere testimonium Domini nostri, neque me vincum eius.

Constantiam habendam docet, nec trepidare debere in professione. Non est enim unde erubescatur in ea: quia si homo visus est Christus, gestis tamen apparuit Deus:

1. Cor. 15. Act. 1.

2. Cor. 13.

2. Cor. 12.

2. Thess. 1.

1. Cor. 15. Coloss. 1.

1. Cor. 4.

1. Tim. 2.9.

2. Cor. 3. Rom. 3.

Ephes. 1.

Coloss. 1.

Ephes. 1.

Deus: et si crucifixus est, resurrexit tamen a mortuis, & multis videntibus suscipiente eum nube, in caelum ascendit. Non est ergo infirmitatis causa, sed potestatis: quia ubi putatur imbecillitas, ibi apparet potentia. Itaque stultum infirmatus dicitur, qui vicisse probatur. Hoc modo nec in Apostolo est quod ad ruborem pertineat: quia si pressuris & cordibus humiliatus dicitur, ex illa parte confundit obrectatores suos, quia in signis ac prodigiis nutu mirabilis peruidetur: ut intelligatur non infirmitate humiliari, sed voluntate, ad quendam meritorum profectum. Idcirco enim Deus seruos suos ab iniquis humiliari permittit, ne illis iniuste praemia dare videatur.

Sed collabora Euangelio secundum virtutem Dei, qui nos liberauit & vocauit vocatione sua sancta, non secundum merita nostra, sed secundum propositum suum, & gratiam quae data est nobis in Christo Iesu ante tempora saecularia: nunc vero declarata per illuminationem aduentus Saluatoris nostri Iesu Christi.

Secundum virtutem Dei, qui nos liberauit, &c. Quoniam virtute Dei victa est mors, ut nos salui esse possimus: iuxta hoc conuenit vicem nos ex aliqua parte reddere redemptori. Quia enim ad omnia ei beneficia respondere non possumus, vel legationem eius fideliter & instanter agamus. Et vocauit vocatione sua sancta. Vocatio sancta est, cum electi sunt ad gubernandum populum sanctum Dei. Ad sanctum autem senior vocatur, qui dux eligitur sanctitatis. Non secundum merita nostra. Verum est, quia si ad liquidum queras, nullus hominum dignus potest videri vicarius esse Christi. Omnes enim quos legit, prius fuerant peccatores. Quantum ergo ad comparisonem ceterorum pertinet, hi digni inuenti sunt: quantum vero ad rem ipsam, omnes indigni sunt. Sed secundum propositum suum, & gratiam quae data est nobis in Christo Iesu ante tempora saecularia. Quoniam dignatione sua Deus olim decreuit peccatores saluos facere. (praescius enim fuit Deus quid futurum esset in homine antequam faceret eum, & peccaret: ) quomodo redintegraretur praedestinavit, quo tempore, & per quos, & qua ratione saluari possint: ut neque merito suo qui saluantur, neque horum per quos vocantur, sed Dei gratia istud donum praestari videatur per fidem Christi. Nunc vero declarata per illuminationem aduentus Saluatoris nostri Iesu Christi. Donum Dei quod ante tempora saecularia latebat in mysterio, incarnatione & aduetu Christi declaratum testatur, quando coeperunt homines remissam peccatorum accipere.

Qui mortem quidem destruxit, illuminationem autem vitam & aeternitatem per Euangelium: in quo positus sum ego praedicator, & Apostolus & magister gentium. quam ob causam & haec patior: sed non confundor. Scio enim cui credidi, & certus sum quia potens est depositum meum custodire in illum diem.

Qui mortem quidem destruxit, &c. Qua ratione sal-

uum fecerit populum suum Christus, ostendit dicens, quia mortem destruxit, quae erat hominis inimica, ne ab inferis posset resurgere: tum demum vitam illuminauit & aeternitatem, ut resurgens a mortuis iam mori non possit. Obscura enim vita est, quae tempore definitur, dum soporatur, dum ignorat, dum male versatur. Et quomodo illuminetur vita, ostendit, quia per Euangelium credentibus datur aeternitas, magistro gentium praedicante. Quam ob causam & haec patior. Praedicans Dei donum, diabolus patitur inimicum, ut pressuras ei exsuscitet, quia populum de faucibus eius eruit. Sed non confundor. In hoc securus, quia pro tribulationibus magna promissa merces est, non confunditur, sed gloriatur in pressuris. Scio enim cui credidi, & certus sum quia potens est depositum meum custodire in illum diem. Hoc est quod dicit, quia spe & fiducia magnificentiae Saluatoris securus est, quia quod commendat illi, in tuto est. Quid autem illi commendat, nisi salutem suam: ut hic pro illo patiens, salutem inueniat penes illum cum coeperit iudicare: ut puniens infideles, istum dignum aeterna vita pronuntiet.

Formam habeo sanorum verborum, quae a me audisti in fide & dilectione, quae est in Christo Iesu. Bonum commendatum custodi per Spiritum sanctum, qui habitat in nobis. Scis enim hoc, quod auersati sunt me omnes qui in Asia sunt: ex quibus est Phygelus & Hermogenes. Det misericordiam Dominus Onesiphori domui, quia saepe me refrigerauit, & super catenam meam non erubuit.

Formam habeo sanorum verborum, &c. Praecepta sua cum gestis formam appellat salutaris doctrinae: qua istum sequi mandat, ut custodiat ea Spiritu sancto fauente. Scis enim hoc, quod auersati sunt me omnes qui in Asia sunt: ex quibus est Phygelus & Hermogenes. Hi quos memorat, fallacia pleni erant. Simulabant enim amicitias Apostolo, ut adhaerentes ei addicerent unde illi calumniam facerent, aut per alios immitterent. Qui posteaquam viderunt manifestatos se, recesserunt ab eo. Det misericordiam Dominus Onesiphori domui, quia saepe me refrigerauit, & super catenam meam non erubuit. Duplici genere refrigerium hoc intelligendum est: quia & in necessitate custodit solatio suo refrigerauit eum; & si qua illi, siue indigentibus opus erant, ministravit. Spe enim eorum quae promissa sunt, non puduit illum accedere, & requirere hominem positum in custodia. Illi enim quos supra memorat, quia erubescerant de cruce Christi, in necessitate deseruerunt Apostolum.

Sed cum venissem Romam, sollicitum me quaesuit, & inuenit. Det illi Dominus inuenire misericordiam apud Dominum in die illa. Quanta autem Ephesi ministraverit mihi, melius tu nosti.

Sed cum venissem Romam, sollicitum me quaesuit, &c. Romam veniens Apostolus, cum appellasset Caesarem, HH

rom. 2.  
Matth. 11.  
Gen. 19.

à militibus custodiebatur. Tunc enim cum Onesiphorus charitatis causa & magisterij, magna diligentia requisitum inuenit. Cuius uisitatio tam acceptabilis fuit Apostolo, ut eum sic Domino commendat, ut inueniat misericordiam apud Dominum in die iudicij: ut sicut Apostolum requirere inuenit, ita & misericordiam quaerens inueniat apud iudicem. Hoc enim orat, ut praestet ei Dominus pater caeli & terrae inuenire gratiam apud Dominum humani generis, filium scilicet. Tale est hoc, quale & illud in Genesi; Et pluit, inquit, Dominus sulphur & ignem super Sodomam & Gomorham à Domino de caelo. *Quanta autem Ephesi ministraverit mihi, melius tu nosti. Quoniam solent quidam personis magis quam causis seruire, volentes gratificari maioribus, ideo Apostolus Onesiphori domum generalem ostendit, ne videretur forte personae se commendasse dum Apostolo ministravit, cum committeret illum magnanimum omnibus fuisse.*

CAP. II.

**T**V autem fili mi, fortitudinem cape in gratia quae est in Christo Iesu, & in iis quae audiisti à me per multos testes: haec commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. Labora ut bonus miles Christi Iesu. Nemo enim militas Deo obligat se negotiis saecularibus, ut placeat ei cui se probauit.

2. Cor. 6.  
Luc. 8.  
1. Cor. 4.

*Tu autem fili mi, fortitudinem cape, &c.* Constantem hunc & robustum esse praecipit in docendo gratiam Dei, quae data est in Christo Iesu: & non solum in gratia, sed etiam in mysteriis quae sunt de Christo. Arcana fidelibus & dignis tradi vult, qui alios possint docere, non passim vulgaribus ac negligentibus. Magna enim cura eligendus est doctor. *Labora ut bonus miles Christi Iesu. Nemo enim militas Deo, obligat se negotiis saecularibus, ut placeat ei cui se probauit.* Manifestum est quod dicit, quia nemo potest duobus dominis seruire. Negotia enim saecularia auaritia seruiant necesse est: & nisi mentiti fuerint, transigi se non possunt. Est ergo, sed leue peccatum. Ecclesiasticus autem idcirco Deo se probat, ut huic deuotus, officium impleat quod spondit, in Dei rebus sollicitus, à saeculari negotio alienus. Non enim conuenit vnum, duplicem professionem habere.

Matth. 6.

Iacob. 1.

Nam etsi certet quis in agone, non coronatur, nisi legitime certauerit. Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere. Intellige quae dico, dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum.

1. Tim. 6.  
1. Tim. 3.

*Nam etsi certet quis, non coronatur, &c.* Dei militem tam exercitatum vult esse in Dei operibus, vel officio deputato, ut possit ad gloriae meritum peruenire: tota mente vigilantem diuinis obsequiis, praesentia spernentem, caelestia diligentem. Ad hoc enim se probauit, ut hic laborans remuneretur in caelis. *Laborantem agricolam oportet primum de fructibus percipere. Intelligite quae dico, dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum.* Tantae abstinentiae sanctus fuit Timotheus, ut etiam à licitis se temperaret. Hoc enim

vult intelligi, quia à participatione gazophylacij se abstinebat, cum hoc Dominus decreuerit, ut qui Euangelium annuntiant, de Euangelio viuunt. Ideo Apostolus prius hunc sumere praecipit, qui primus est, & sic ceteris distribuere.

Matth. 10.  
1. Cor. 9.

Memor esto Christum Iesum resurrexisse à mortuis ex semine Dauid, secundum Euangelium meum, in quo laboro vsque ad vincula, quasi latro, sed verbum Dei non est alligatum. Ideo omnia suffero propter electos, ut & ipsi salutem consequantur, quae est in Christo Iesu, cum gloria caelesti.

*Memor esto Christum Iesum resurrexisse à mortuis, &c.* Quoniam multi futuri erant filij diaboli, qui filium Dei incarnatum negarent: idcirco hoc memorat, quoniam fallaciter sub nomine Apostolorum hoc asseuerare nituntur. Subiecit, secundum Euangelium meum, ut excluderet malae mentis falsa colloquia. Nec enim plus haereticis credendum est de Apostolis, quam his ipsis de praedicatione sua testatibus, quam praedicationem cum labore se agere queritur. Pressuris enim tribulabatur & carceribus, eo quod tam Iudaeos quam gentiles offenderet, (sicut illis videbatur) incredibilia praedicando. Iratos enim habebat Iudaeos propter legem, quam cessare docebat. Gentiles autem inimicos faciebat, quia vnum Deum praedicabat in Christo. Vnde quasi latronem hunc tractabant, alligantes, claudentes, si posset tacere, nescientes quia verbum Dei alligari non poterat. Denique saepe clausus non dispendium fecit, sed lucrum. Neque enim defuit cui praedicaret in carcere, ut quos liberè inuitare ad fidem non posset, in vinculis positus pasceret Dei verbo. *Ideo omnia suffero propter electos, ut & ipsi salutem consequantur, quae est in Christo Iesu, cum gloria caelesti.* Ut praedicatione sua saluaret homines praedestinos ad vitam, exitiis erat subiectus, sciens profectum se habiturum quae sita salutis illorum.

2. Ican.  
2. Cor. 11.  
1. Cor. 15.

Aff. 21.  
Aff. 19.

Aff. 5.  
Aff. 16.

Aff. 13.

Fidelis sermo. Si enim commortui sumus, & conuiuemus: si sustinemus, & conregnabimus: si negamus, & ille negabit nos: si non credimus, ille fidelis permanet, negare semetipsum non potest.

*Si enim commortui sumus, & conuiuemus.* Sic posse ad immortalitatem & gloriam Christi perueniri significat, si in forma baptismatis manserimus, vbi omnia delicta moriuntur: ut inuati omnia vitia vetera & crimina fugiamus, ut auctoris secuti vestigia, peccatis mortui videamur. Si verò additum fuerit ad causam, ut & tribulationes ac pressuras non ægre pro nomine Domini patiamur, sustinentes haec simul cum illo regnabimus. Dignum est enim ut qui pro illo opprobria patitur & exitia, in regno eius gloriosus appareat. *Si negamus, & ille negabit nos.* Verum est, quia si minimè confessi illum fuerimus coram hominibus, tunc dicit & ipse nobis in illa necessitate futuri iudicij: Nescio vos. Haec est punitionis significatio. *Si non credimus, ille fidelis permanet, negare semetipsum non potest.* Nemo potest

Rom. 6.  
Coloss. 2.

2. Cor. 1.  
Matth. 10.  
Luc. 13.

Domino

1. Tim. 10.  
Luc. 11.  
1. Gal. 15.

Domino auferre quod habet. Quis enim illo fortior est, per quem omnia extirperunt? Nec addi potest perfectio, quia non illi aliquid praestat qui credit in illum: quomodo nihil aufert ei qui non credit in illum. Quidquid ergo agit, ad profectum nostrum pertinet, ne in ignorantia maneamus. Nec enim à nobis firmatur, cum ipse ex se & apud se firmus sit.

Haec admone, contestans coram Domino. Noli verbis contendere, ad nihil enim utile est, nisi ad subuersionem audientium. Sollicitè autem cura temetipsum, ut probabilem te exhibeas Deo, operarium non impudoratum, rectè tractantem verbum veritatis.

*Noli verbis contendere, &c.* Contentiones vitandas monet, praecipit autem danda sub Dei timore & terrore: quia contentio potest adhuc minus stabilitis generare scrupulum. Solent enim in contentione talia opponi elimato malevolentiae ferro, ut moueant animos incipientium fratrum. *Sollicitè cura temetipsum, ut probabilem te exhibeas Deo, operarium non impudoratum, rectè tractantem verbum veritatis.* Quoniam sunt aliqui qui dicant contentionem audientibus prodesse, Apostolus autem sciens magis obesse, hoc mandat, ut vnusquisque hoc curet, ut ipse altercatione semetipsum probabilè faciat, impudoratos appellas eos qui contentionibus nituntur. Necessè est enim ut contentio extorqueat aliquid, immò multa quae dicuntur contra conscientiam, ut intus in animo perdat, foris victor abscedat. Nemo enim patitur se vinci, licet sciat vera quae audit. Rectè autem tractat, & bona conscientia, qui volentibus loquitur & pacificis. Collatio ergo inter Dei seruos esse debet, non altercatio.

1. Cor. 11.  
1. Tim. 6.  
1. Cor. 3.

1. Cor. 11.

Philip. 2.  
Tit. 3.  
Rom. 12.

Profanas autem vocum nouitates deuita. plurimum enim proficiunt ad impietatem: & sermo eorum sicut cancer serpit: ex quibus est Hymenaeus & Philetus, qui deerrauerunt à veritate, dicentes resurrectionem iam factam esse, & fidem quorundam subuerterunt.

*Profanas autem vocum nouitates deuita.* Hoc idem adhuc prosequitur, ut contentiones vitentur. Nec enim congruit vnus fidei viros habere contentionem, sed in tractatu patientur se inuicem, & consentiant bonis dictis. Si quid autem improbabile videtur, cum pace dissimuletur. Aduersarij enim & dissidentes solent se inuicem prouocare, ex quibus vnus catholicus est, & alter profanus. Hic ergo catholicus, cui Apostolus mandat ut spernat & declinet à fabulis inanibus, quietus debet esse, ut semper de conscientia verba emittat, nec patiat se coram impia verba depromi. Dant enim quibusdam occasionem, ut in peius proficiant. Non enim desunt qui audientes profana, concipiant cogitatum malum: ideoque obest contentio. *Ex quibus est Hymenaeus & Philetus, qui deerrauerunt à veritate, dicentes resurrectionem iam factam esse, & fidem quorundam subuerterunt.* Nunc ipsorum quorum causa vitandas contentiones monet, prodidit nomina, quos &

1. Tim. 6.  
1. Cor. 11.

Rom. 14.

1. Tim. 4.

profanos & impios designauit, errantes à veritate. Hoc enim negabant quod palam est Christianorum, ut credant se in futurum à mortuis resurgere. Hi autem, sicut ex alia scriptura docemur, in filiis fieri resurrectionem dicebant, quibus non deerat qui assensum praestaret peruersum contra fidem quam in primordio fuerat consecutus.

1. Tim. 1.  
1. Cor. 15.

Firmum autem fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc. Cognouit enim Dominus qui sunt ipsius, & discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomen Domini.

Fundamentum Dei fides est, quae continet quae promissit Deus, quae fides non poterit infringi perfidorum & haereticorum commentis. Quamuis enim hi negent futura quae credimus; Deus tamè dabit quae credimus daturum illum, teste promissione eius. Signaculum itaque promissionis Dei, fides nostra est, quae firmat Dei verba. In die iudicij cognoscat Deus qui habent signum eius, dissentientes à perfidorum & haereticorum iniquitate, quae Dei promissionem infirmare se putat. Nihil enim tam iniquum, quam Dei fidei contraire. Sic & Dathan, & Abirò, & Chore dictum est à Moyse, cum contra Dei praecipit offerre sacrificia praesumerent. Cognouit itaque Dominus qui sunt eius. Quo dicto ostendit quae perniciet maneret eos qui Dei verba inuerterent.

1. Cor. 3.

Matth. 16.  
2. Cor. 10.  
Matth. 25.  
Apo. 9.  
Num. 16.

Hebr. 10.

In magna autem domo non solum sunt vasa aurea & argentea, verum & lignea & fictilia: & quaedam quidem in honorem, quaedam verò in contumeliam.

Hoc dicto significauit in Ecclesia diuersos esse homines, quosdam bonos & summos viros, quos in auro intelligi vult, quosdam bonos tantum, quos in argento designat, alios verò non bonos, quos vasa lignea & fictilia appellat: quod nulli ambiguum puto. Nam in Corinthiorum hoc ecclesia probat frequens sermo obiurgantis Apostoli. Nunc autè in Ecclesia nostra palam est, & in templo Hierosolymis, in quo typus erat Ecclesiae, manifestis lectionibus approbatur. Erant enim ibi Sadducaei, ex quorum radice erat Hymenaeus & Philetus. De quorum praua sententia cum Apostolus esset locutus, statim hoc subiecit, ut non esset mirabile, in Ecclesia videri homines dissentientes. Nam & in Corinthiorum Ecclesia, de qua dixi, quidam erant qui dissentientes resurrectionem negabant. In sanus tamen Nouatus, ut errori suo blandiatur, aliter hoc intelligendum tradit, ut domus magna totus mundus significari credatur, quia habet hominum diuersitatem: cum constet Apostolum exemplo usum domus diuitis & opulenti, quae quamuis copiosa sit, habet tamen vasa lignea & fictilia. Hoc modo & Ecclesia quamquam sancta dicatur, habet tamen & vitiosos & praua sentientes, sicut superius memorauimus. Quos contumelia dignos ostendit, non tamen perituros, sed purgandos per ignem, quia domui ex aliqua parte necessaria sunt. Nouatus autè elatus superbia, ut ecclesiae suae veritate & sanctitate generalè defenderet, hoc modo intelligendum decreuit, quasi Ecclesia penes ipsam sit, & cunctos habeat purificatos, propter illas causas quibus nos ut nocentes accusat. Sed quid opus erat hoc loco de mundo aliquid dicere; aut ut

Matth. 13.

1. Cor. 3.

1. Tim. 1.  
2. Tim. 1.

1. Cor. 15.

Euseb. lib. 6.  
hist. Eccle.  
cap. 33.

1. Cor. 3.



1. Cor. 13.

quid affirmaret mundum domum magnam significans? Nam dicit Dominus Apostolis, Non estis de mundo, ego autē elegi vos de mundo. Quomodo igitur intra mundū cōcludendi sunt, qui negātur de mundo esse? Et idem Apostolus, Quod, inquit, mihi de iis qui foris sunt, iudicare? Nam in vna domo omnes sub vno sunt nomine. (vno enim domini sui nomine cōsentur omnes.) mundus autem diuersæ professionis continet homines, ita vt dispares profiteatur se habere & deos & dominos. Nō ergo domum magnam mundum dixit, sed Ecclesiam, in qua omnes sub vnus Domini sunt nomine.

1. Cor. 5.

1. Cor. 8. Ephes. 4.

Si quis ergo purgauerit seipsum ab istis, erit vas in honorē, sanctificatum, vtile Domino, ad omne opus bonum præparatum. Iuuenilia tu desideria fuge, sectare verō iustitiam, fidem, charitatem, pacem, cum iis qui inuocant Dominum de puro corde.

Si quis ergo purgauerit se ipsum, &c. Nunc alia hæresis fraude sua conuincitur, quæ afferit animas quasdam natura esse malas, quæ ad bonum cogi non possint: cum hic dicat, posse malos mutari in bonum, & scordidos purificari. Poterant enim Hymenæus & Philetus mundare sensum suum si voluissent, vt fierent vas sanctificatum, præparatum in honorem. Iuuenilia tu desideria fuge. Iuuenilia desideria aduersa sunt. Sunt enim voluptates mundanæ, quæ omnibus illecebris mancipatæ sunt, ac per hoc à Dei seruo fugiendæ sunt. Sectare verò iustitiam, fidem, charitatem, pacem, cum iis qui inuocant Dominum de puro corde. Hæc sectanda iubet, quæ iuuenili ætati deua videntur & aspera. Qui enim iustitiā elegit, ei nihil facit cōtrariū: & qui fidem diligit, seruat mandata, qui autem charitatem sequitur, omnibus humilis est, pacis verò custos nullum laceffit ad iurgium.

Rom. 13.

1. Cor. 13.

Insenatas autem & ineruditas quæstiones deuota, sciens quia generat lites. Seruum autē Domini non oportet litigare, sed mitem esse ad omnes, docibilem, patientem, modestè corrigentem eos qui diuersa sentiunt, si quando det illis Deus pœnitentiam ad agnitionē veritatis, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo tenentur captiui ad ipsius voluntatem.

Tit. 3.

2. Pet. 2. 1. Cor. 13.

Insenatas autem quæstiones, &c. Insenatæ quæstiones partim infidelium, partim hæreticorum sunt, ex parte infidelium, quæ modestos homines cogunt ad litem. Immutantur enim nimia contradictione impietatis eorum, & irati dicunt aliquid contra præpositū suum. Solent quoque quidam hæreticorum patientiam fingere (quamuis à catholico non possint audire aliquid asperum) vt commendent praua sua colloquia: ideo dissimulandum ab his est. Seruum autem Domini non oportet litigare: sed mitem esse ad omnes, docibilem, patientem, modestè corrigentem eos qui diuersa sentiunt: si quando det illis Deus pœnitentiam ad agnitionem veritatis, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo tenentur captiui ad ipsius voluntatem. Hæc nulla indiget interpretatione, sunt enim manifesta. Quantum tamē profit modestia,

declarauit. Si enim hoc in quibusdam hæreticis placitū est, quia humiles vidētur: quanto magis laudabile & fructuosū erit in catholico si fuerit mitis, in quo & sensus vtilis, & grauitas imitanda perspicitur?

CAP. III.

Hoc autem scito, quia in nouissimis diebus instabunt tēpora periculosa. Erunt enim homines sui tantū amatores, avari, insolentes, superbi, blasphemi, parentibus nō obsequentes, ingrati, impij, sine fide, sine dilectione: criminatores, incontinentes, immittes, bonorum inimici, proditores, proterui, tumidi, amatores voluptatum magis quàm Dei, habentes formam pietatis, virtutem autē eius abnegantes. & hos deuota.

Prophetia est hæc sancti Apostoli, in qua præuidit quanta mala futura essent hæreticorum & Iudæorū. In his enim omnia ista quæ inimica fidei sunt, denotantur. Ipse enim Apostolus dixit, Quod enim mihi de iis qui foris sunt, iudicare? Qui enim malè de deo sentiunt, & non timent, quod ad iniuriam eius pertinet, profiteri, quomodo in conuersatione humana possunt esse beneuoli? Ideo enim dixit, Habentes formam pietatis, virtutem autem eius abnegantes: quia profitentur quidem semetipsos Christianos, cum sint & nequissimi opere, & sensu peruersi. Non enim in professione magis quàm in gestis laus Dei & virtus est.

Ex his enim sunt, qui irrepunt in domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis: sepe discētes, & numquā ad scientiā veritatis perueniētes.

Quamuis omnibus hæreticis hoc conueniat, vt subintrantes domos mulieres subdolis & versutis verbis capiant, vt per eas viros decipiant more patris sui diaboli, qui per Euam Adam circumuenit: Manicheis tamen præ cæteris congruit. Nulli enim tam importuni, tam fallaces, tam captiosi sūt, quàm ipsi quos constat aliud colere, & aliud profiteri; aliud intus gerere, & foris aliud vendicare. Nam sanctimoniam defendunt, & lege sua fauente turpiter viuunt. Misericordiam laudant, cum inter se iniusti deprehendantur. Mundum spernendum asserunt, & semper accurati procedunt. Ieiunijs insistere se iactanter prædicant, cum omnes saginati videantur: tantū quod arte quadam pallidi cernuntur, vt fallant. Hæc ergo Apostolus maximè de his prophetauit, quos constat Apostolorum tempore non fuisse, sicut nec Arianos, quippe cum Diocletianus imperator constitutione sua designet, dicens, Sordidam hanc & impuram hæresim, quæ nuper, inquit, egressa est de Persida. Hi inueniunt mulieres præ vanitate nouum aliquid desiderantes audire, & per ea quæ placita sunt, suadent illis fœda & illicita. Cupidæ enim sunt discendi, cum iudicium non habeant probandi, hoc est semper discere, & veritatis scientiam non habere.

Quemadmodum autem Iannes & Mambres restite-

M. 11. Tit. 2.

1. Tim. 4.

1. Cor. 5. Iuda.

T. 1. 1.

Gen. 3.

Matth. 6.

restiterunt Moyse, ita & hi resistunt veritati: homines corrupti mente, reprobi circa fidē. Sed non proficient amplius. imperitia enim eorum euidentis erit omnibus, sicut & illorum fuit.

Exod. 7. & inde. Exod. 8.

Sap. 5.

1. Cor. 13. & 16.

1. Pet. 16. & 17.

1. Cor. 13. Matth. 24. Psal. 72.

1. Tim. 16.

Exemplum hoc de apocryphis est. Iannes enim & Mambres fratres erant magi vel venefici Ægyptiorum, qui arte magiæ suæ virtuti Dei quæ per Moysen agebatur, æmulatione commentitia resistere se putabant. Sed cum Moysi virtus in operibus cresceret, humiles facti, confessi sunt cum dolore vulnerū, Deum in Moysē operatum. Vnde similiter & hos nō amplius proficere in impietate assertionis suæ dicit, quia imperitia eorum palam fiet & seductio: & licet inuiti, consitebuntur tamen suam imperitiam in ultimo.

Tu verò affectus es doctrinam meā, institutionem, propositum, fidem, lōganimitatem, dilectionem, patientiam, persecutiones, passiones: qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconij, & Lystris. quales persecutiones sustinui: & ex omnibus eripuit me Dominus. Sed & omnes qui volunt piè viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Nequam autem homines & deceptores proficient in peius: ipsi errantes, atque alios erroribus inuoluētēs.

Tu autem affectus es doctrinam meam, &c. Eorum vult esse æmulum quæ enumerat. Hæc enim in ultimo non ad pœnitentiam, sed ad lætitiā proficient. Qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconij, & Lystris. quales persecutiones sustinui: & ex omnibus eripuit me Dominus. Sed & omnes qui volunt piè viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Nequam autem homines & deceptores proficient in peius: ipsi errantes, atque alios erroribus inuoluētēs. Ideo quæ & quantā passus sit memorat, vt auxilia Dei ostendat, quibus defendit, & tutos præstat seruos suos ab impudentia satanæ; vt securos illos faciat, & erigat, ne timeant quæ irrogari possunt à perfidis, sed in persecutione alacres sint, certi quia omnes qui in Christo rectè conuersantur, odio habentur etiam à corporis sui membris. Mali autem in deterius proficiunt, dum vident multos sibi dare assensum, ita vt cæteros in errorē mittant. Dum enim sciuntur esse mali & deceptores, & nihilominus florere & prosperari in mundo, attrahunt quosdam, vt imitatores eorum efficiantur, non solum in propriis erroribus puniendi, verum etiam in horum quos exemplo suo deperdunt.

Tu verò perseuera in his quæ didicisti, & quæ tibi credita sunt, sciens à quo didiceras: & quia ab infantia sacras litteras nosti, quæ possunt te erudire ad salutem, per fidem quæ est in Christo Iesu. Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad doctrinam, ad correptionem, ad redintegrationem, ad redargu-

tionem, ad eruditionem quæ est in ipsa iustitia: vt paratus sit homo Dei, ad omne opus bonum consummatus.

Multum prodesse significat veteris testamenti habere notitiam. Ipsas enim sacras litteras dicit, quæ Christi personam insinuant, & incarnationem eius ad salutem hominum redimendam declarant. Hortatur autem eum, vt in his proficiat. Antiquitas enim hæc robur est nouitatis: sciens quia à quo didicit, firma est auctoritas. Signa enim & prodigia vidit facta per eum, quibus omnis sermo succumbit. Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad doctrinam, ad correptionem, ad redintegrationem, ad eruditionem quæ est in ipsa iustitia: vt paratus sit homo Dei, ad omne opus bonum consummatus. Manifestum est, quia omnis scriptura cuius Deus auctor ostenditur, vtilis est. Ad hoc enim data est, vt proficiat imperitis, & instauret deformes, attrahens iniquos ad iustitiam, vt homo Dei in omni opere bono perfectus sit. In nouo enim homine gradatim proficiens constituit illum hominem Dei.

1. Cor. 5.

1. Tim. 14. & 15.

2. Pet. 1. Rom. 15. Colos. 3.

CAP. III.

Obtestor coram Deo & Christo Iesu, qui iudicaturus est viuos & mortuos, per aduentum ipsius, & regnum eius: prædica verbū, insta oportune, importune: argue, hortare, increpa in omni longanimitate & doctrina. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria magistros sibi aggerabunt, prurientes auribus: & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas verò conuertentur.

Obtestor coram Deo & Christo Iesu, &c. Tam sollicitè mandat inuolatè prædicandum Dei donum, vt cum obstatione Dei patris & Christi filij eius hoc moneat curandum, instandūque in eo, vt assidua prædicatione & crebra obiurgatione cum oportunitate prouocet ad meliorem profectum: & vt facilius arguenti assentiant, sine amaritudine hoc agendum hortatur. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria magistros sibi aggerabunt, prurientes auribus: & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas verò conuertentur. Et hæc simili modo prophetia est sancti Apostoli, qui præcius futurorum instandum in doctrina sollicitè præcipit, vt formati in fide & bonis operibus, eruditi in disciplina sana, robusti mancant; vt postremo tempore cum quidam à veritate ad errorem cōuertī cœperint, immobiles perseuerent. Tales enim futuros dicit qui pro desideriis suis doceri se velint, vt à magistris cōstantibus atque veracibus ad hos conuertatur qui hæc illos doceant quæ libet audiri, quia veritas illis aspera videbitur, vt relicta sana doctrina fabulis vacet. Nolūt enim argui maligna opera, sua: quare tales volūt magistros qui seruiat moribus eorū. Pruriunt enim aures eorū vt audiāt fabulas vanitatum compositas sub nomine doctrinæ: quibus delectentur. Quod nullis tam proprium est quàm Manichæis, qui nescio quæ habent diuersa cōmēta in-

1. Tim. 4.

Galat. 6.

1. Tim. 4. Tit. 1. 2. Tim. 2.

Galat. 4.

1. Cor. 13.

1. Tim. 4.

flatis nominibus nuncupata, cum sint res friuolæ, & quædam deliramenta.

Tu verò vigila, in omnibus viriliter age, opus fac Evangelistæ, ministerium tuum exple. Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat.

Admonet & hortatur vt vigilet, in disciplina ecclesiastica viriliter agat, scripturas explanet, vt prudentes & eruditi inanes fabulas vitent. Apostolus verò sciens passionem suam imminere, exemplum pietatis cōuersationis & sanæ doctrinæ in sancto Timotheo vult relinquere, vt veluti per traducem nūquā deessent doctores idonei. passionem tamen suam delibationem appellat. Deo enim immolatur, qui pro eius iustitia patitur.

Certamen bonum decertavi, cursum consummaui, fidem seruaui. Quod reliquum est, reposita est mihi corona iustitiæ, quā reddet mihi Dominus in illa die, iustus iudex. Nō solum autem mihi, sed & iis qui diligunt aduentum eius.

Omnia quæ sibi & cæteris vtilia essent & prospera, seruaasse se memorat. Non solum enim in verbis, sed & in operibus formam se præbuit audientibus, vt & auctori suo veritate prædicationis fidelis dispensator existeret; & contra mundi principes & potestates omni sollicitudine & peritia colluctatus, exemplum quomodo vincerentur, relinqueret: vt inuiolata doctrina, & agonis legitimum certamen dignos illos faceret coronari: quia Deus iustus iudex dabit amplissima præmia diligentibus se, & expectantibus filium eius de cælis.

Solicitus esto venire ad me quamprimum. Demas enim me dereliquit, diligens hoc sæculum, & abiit Thessalonicam: Crescens in Galatiam, Titus in Dalmatiam. Lucas est mecum solus. Marcum assume & adhuc tecum, est enim mihi vtilis in ministerio. Tychicum verò misi Ephesum. Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, & liberos, maximè autem membranas.

Solicitus esto venire ad me quamprimum. Cum constet omnem instructionem viri ecclesiastici in epistola contineri, propter multam tamen charitatem præsentiam eius desiderat. Marco autem idcirco testimonium dat, quia memor est præteritorum eius laborum. Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, & liberos, maximè autem membranas. Apostolus natura Iudæus fuit, nec quidquam habuit alienum. Vnde ergo illi penula? Sed quia erat à Tharso, quos constat in societatem Romanorum receptos, vt de cætero appellarentur ciues Romani, idcirco necesse est eos & curiam habere, in quam more Romanorum penulati conueniant. Quicumque enim illo tempore cum muneribus obuiam exissent Romanis, immunitate perpetua donati, ciues Romani & fratres eorum nuncupabantur, teste eodem

Apostolo. Potest ergo fieri, vt si non suam, quia totum se legi dederat, patris sui haberet penulam.

Alexander ærarius multa mala mihi ostendit. Reddat illi Dominus secundum opera sua: quem & tu deuota, valde enim restitit verbis nostris. In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt, non illis imputetur.

Alexander ærarius multa mala mihi ostendit. Alexander iste & Demas supradictus collegæ fuerunt. Hi prius cum Apostolo erant simulantes illi amicitiam: & quia fallaces tempore probabantur, ambo ab eo recesserunt. Hic autem ærarius, qui audacior erat in malis, sic ab eo recessit, vt & contradictor verborum eius existeret. Qui ergo Apostolo ausus erat contradicere, non immerito euitandum hunc admonet, Dei iudicio istum dimittens. In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt, non illis imputetur. Pressuras & tribulationes sibi illatas, defensionem suam nuncupat. Passio enim Christianis vita est, & persecutio defensio. Pressura enim illata pro iustitia, defendit illum in die iudicii, reos constituens perfidos. Inter ipsa ergo initia illatæ pressuræ derelictum se conqueritur: & quia scit hanc consuetudinem, non illis vult imputari, quia & Dominum à Iudæis apprehensum discipuli reliquerunt: quippe cum scriptum sit in propheta, Percutiam pastorem, & dispergentur oves gregis.

Dominus autem mihi adstitit, & confortauit me, vt per me prædicationi impleretur, & audirent omnes gentes. Et liberatus sum de ore leonis. Liberabit me Dominus ab omni opere malo: & saluum faciet in regnum suum cælesti: cui gloria in æternum. Amen.

Dominus autem mihi adstitit, &c. Propter quod Domini nostri auxiliis munitum se dicit, & auctum virtute, vt prædicationi impleretur in omnibus gentibus: idcirco ignosci petit eis à quibus derelictus est in necessitate: vt bene acceptus à Deo vindictam non quærat. Hac enim causa amplius adiutum se credit à Deo, quia derelictus est ab hominibus. Et liberatus sum de ore leonis. Liberabit me Dominus ab omni opere malo, & saluum faciet in regnum suum cælesti: cui gloria in æternum. Amen. Similiter dicit & Petrus cooperator eius: Quia aduersarius noster diabolus circuit fremens sicut leo, quærens quem deuoret. Sed quia in Apostolo occasionem non inueniebat qua illum deciperet, per filios suos pressuram illi incitabat & pœnas: vt si non quasi peccator, vel quasi iustus, de hac tamen tolleretur vita, ne multos hortaretur ad fidem. Quod cum propè impleat, Dei prouidentia liberatus Apostolus insultat illi, infirmum illum testificans, quia de ore eius ereptus est: vnde quod cupiuit, implere non potuit. Igitur Dei auxiliis morti se ereptum gratulatur, & de prouidentia Dei tam securus est, vt & de futuris tentationibus liberari se credat: & non solum liberari ad præsens, verum etiam saluum se futurum in die iudicij, & regnaturum cum Domino Christo in æterna sæcula.

Saluta

Saluta Priscillam, & Aquilam, & Onesiphori domum. Erastus remansit Corinthi: Trophimum autem reliqui infirmum Mileti. Solicitus esto ante hiemem venire. Salutat te Eubolus, & Pudens, & Linus, & Claudia, & omnes fratres. Dominus Iesus-Christus cum spiritu tuo. Gratia vobiscum. Amen.

Saluta Priscillam & Aquilam, &c. Aquila & Priscilla hi sunt apud quos hospitatus operabatur manibus. Onesiphorus autem hic est, cui testis est in secunda epistola. Quid est tamen, vt præsentem Apostolo qui mortuos excitabat, Trophimum infirmaretur? Sed signa propter incredulos facta: & quia ex diuersis

causis meritum collocatur apud Deum: vt siue in tribulatione siue in egritudine, qui Deo gratias agit, nec ab aduersa parte suffragium quærat, proficiat meritis apud Deum. Propter imbres autem & frigora commonuit vt autumno ad se veniret. Salutat te Eubolus & Pudens, & Linus, & Claudia, & omnes fratres. More consueto completa est epistola salutatione fratrum. Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo. Gratia vobiscum. Amen. Hæc subscriptio Apostoli est: quod signum esse dicit in omni epistola. Et quia filius Dei idem filius hominis est, & Iesus dicitur & Christus: vt & homo significetur & Deus, duobus nominibus nuncupatur. Vtroque tamen nomine dignitas designatur: qua ratione sunt posita nomina.

SANCTI AMBROSII IN EPISTOLAM SECUNDAM BEATI PAULI APOSTOLI AD TIMOTHEVM COMMENTARIORVM FINIS.

S. AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI IN EPISTOLAM BEATI PAULI APOSTOLI AD TITVM COMMENTARIA.

PROOEMIUM.

Aff. 18.

Tit. 1. Tit. 3.

CAPVT I.

TITVM Apostolus consecrauit episcopum, & ideo commonet eum vt sit sollicitus in ecclesiastica ordinatione: id est, ad quosdam qui simulatione quadam dignos se ostentabant, vt sublimem ordinem tenerent: simulque & hereticos ex circumcisione corripiendos.

PAVLVS seruus Dei, Apostolus autem Iesu Christi secundum fidem electorum Dei, & agnitionem veritatis eius, quæ secundum pietatem est in spem vitæ æternæ, quam promissit Deus verax ante tempora sæcularia: manifestauit autem temporibus suis in prædicatione verbum suum, quod creditum est mihi secundum præceptum saluatoris nostri Dei. Tito germano filio secundum communem fidem, Gratia & pax à Deo patre, & Domino Iesu Christo saluatore nostro.

Iesu saluatore nostro, quia ipse liberauit nos à morte.

Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ defuncti corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego tibi disposui. Si quis est sine crimine, vnus mulieris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut in obsequetes. Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem: non proteruum, non iracundum, non vino deditum, non percussorem, non turpia lucra appetentem: sed hospitalem, benignum, prudentem, iustum, sanctum, continentem, tenacem eius sermonis qui secundum doctrinam fidelis est: vt potens sit exhortari in doctrina sana, & contradicentes reuincere. Sunt enim multi non obedientes, vaniloqui & seductores, maximè ij qui sunt ex circumcisione, quos oportet redargui: qui vniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia.

HH iiij

Coloss. 1.

Galat. 1.

Aff. 18.

Coloss. 1.

Rom. 11.





*Ephes. 2.* dia sua saluos nos fecit per Christum, cuius gratia renati, Spiritum sanctum accepimus abunde, vt bonis operibus inniti possimus, ipso nos in omnibus adiuuante, vt per hæc hæreditatem regni cælorum assequi possimus. *Rom. 8.* Quamobrem omni deuotione huic obsequi debemus, & præceptis eius parere: quia quidquid in nobis pulchrum est, spiritalibus lineamentis ipse depingit. *Aff. 5.*

Fidelis sermo. Et de his volo te confirmare: vt solliciti sint ad effectum bonorum operum ij qui credunt Deo. Hæc sunt bona & vtilia hominibus. Stultas autem quæstiones, & originum enumerationes, & contentiones, & pugnas legis deuita. sunt enim inutiles & vanæ.

*1. Tim. 4.* Vt solliciti sint ad effectum bonorum operum, &c. Nihil tam apertum, quia misericordia atque humanitas bona est ad presens, & vtilis in futurum. Et hic enim habet laudem, & in iudicij die coronam. Omnis enim Deo credens misericordiam debet studere, per quam viuit. Vt in hæc ergo esset sollicitus rector populi, admonetur. *Matth. 25.* Stultas autem quæstiones, & pugnas legis deuita, sunt enim inutiles & vanæ. Stultas has quæstiones appellat, quæ salutis effectum non habent, neque aliquam tribuunt scientiæ peritiam ad vtilitatem. His verbis multorum hæreticorum denotat dogmata. Quamuis omnia quæ vera non sunt, stulta dicenda sint: alius tamen est qui res fabulosas inducit, & alius qui calliditate tergiversationis rem veneno plenam proponit, vt est Arius & Photinus. Fabulosa autem non lex, sed heresis est, quantum ad tempus pertinet illud Iudæorum, dum quidam eorum sibi vendicarent prærogatiuam originum patriarcharum, quæ de matrimonij ortu sunt, cum ex hoc nullum meritum sit apud Deum. Quidam verò vrceorum & cæterorum vasorum baptisma, & sanguinem mustelæ magna cura expiandum: & quia ideo Moyfi sepultura abscondita est, ne à Magis excitaretur. quod si verum esset, & cæterorum sanctorum abscondenda fuerat sepultura. Et quod Salomon adiutorio dæmoniorum templum ædificauit, in quo opere ingens multitudo laborauit. quid tam fabulosum? *1. Tim. 1.* *Leuit. 11.* *Deut. 34.* *3. Reg. 5.* *1. Paral. 2.*

Hæreticum hominem post primam correptionem deuita: sciens quod peruersus est

huiusmodi, & delinquit à semetipso damnatus.

Hæretici hi sunt qui per verba legis legem impugnant. Proprium enim sensum verbis adstruunt legis, vt prauitatem mentis suæ legis auctoritate commendent. Sciens enim impietas auctoritatem legis multum valere, fallaciam sub nomine eius componit: vt quia res mala per semetipsam acceptabilis esse non potest, bono nomine commendetur. Idcirco huiusmodi homines vt inexcusabiles sint, semel corripere oportet. Frequentius enim correpti, exercitiores fient in malo. Cogere autem illos videtur qui saepe corripit, vt sollicitiores fiant ad perditionem multorum: ideo dimittendos, vt negligentiores effecti, vel soli forte depercant. *2. Pet. 3.* *2. Tim. 3.* *2. Cor. 11.*

Cum misero ad te Arteman aut Tychicum, festina ad me venire Nicopolim. ibi enim staturui hiemare. Zenam legisperitum & Apollo sollicitè præmitte, vt nihil illis desit. Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad vltus necessarios, vt non sint infructuosi. Salutant te omnes qui tecum sunt. Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia Dei cum omnibus vobis. Amen.

*Festina ad me venire Nicopolim.* Post epistolam datam etiam ipsum videre vult affectus causa, & vt plenius illum firmaret in ecclesiastica disciplina. *Zenam legisperitum & Apollo sollicitè præmitte, vt nihil illis desit.* Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad vltus necessarios, vt non sint infructuosi. Vterque nobilis est sapientia & operibus, & idcirco iubet sumptus illis necessarios dari ab iis qui crediderant, vt refrigerarent: quia dignum erat vt qui spiritalia tradebant, non illis deessent carnalia. Quamuis enim Zenam legisperitum vocitet, Apollo tamen perfectus erat in scripturis: sed quia Zena huius professionis fuerat in synagoga, sic illum appellat. *Salutant te omnes qui tecum sunt.* Per compendium simul omnes consalutare significat. *Saluta eos qui nos amant in fide.* Illos salutatione sua dignos videri vult, qui fideliter illum diligunt affectu. Christi Domini nostri. *Gratia Dei cum omnibus vobis. Amen.* Nunc generaliter omnes salutant fratres & domesticos Titi. *2. Tim. 4.* *1. Cor. 9.* *Aff. 18.* *Philip. 4.*

SANCTI AMBROSII IN EPISTOLAM

BEATI PAULI APOSTOLI AD

TITVM COMMENTARIORVM

FINIS.

S. AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI IN EPISTOLAM

BEATI PAULI APOSTOLI AD PHILEMONEM

COMMENTARIA.

PRO O E M I V M.

**P**HILEMON nulla erat ecclesiastica ordinationis præditus dignitate, sed vir laudabilis, vnus ex plebe. Cui causa Onesimi serui eius familiaris litteras facit, vt non solum ignoscat ei, sed & Deo gratias agat, quia talem illum recepit, vt non seruum aestimet, sed dilectissimum fratrem.

PAVLVS vincus Christi Iesu, & Timotheus frater, Philemoni dilecto fratri & laborum nobis participi, & Appie forori charissimæ, & Archippo commilitoni nostro, & domesticæ eius Ecclesiæ: Gratia vobis & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo.

**V**T dignitatem epistolæ à se missæ faceret, ab iniuria sua cæpit. Sicut enim peccati causa vinciri opprobrium est, ita econtrâ pro Christo custodiæ vincula sustinere, maxima gloria. Eo enim tempore quo hanc epistolam misit, in custodia erat. Quamuis autem clericus non fuerit Philemon, tamen intererat ecclesiasticis necessitatibus causa deuotionis. vnde participem hunc dicit laborum. Sunt enim multi, qui cum sint digni, excusant se tamen, inimos semetipfos iudicantes tanti ministerij vnde verè digni apparent.

Gratias ago Deo meo, semper mentionem tui faciens in orationibus meis, audiens fidem tuam & charitatem quam habes in Dominum Iesum, & in omnes sanctos: vt communicatio tua accepta fiat in agnitione omnis boni, quæ in nobis est in Christo. Gaudium enim magnum habui, & consolationem super charitate tua, quia viscera sanctorum requieuerunt per te frater. Quapropter multam fiduciam habens in Christo imperandi tibi quod ad rem pertinet: propter charitatem tamè magis obsecro, cum sis talis, vt Paulus senex, nunc autem & vincus Christi Iesu.

Gratias ago Deo meo, semper mentionem tui faciens in orationibus, &c. Gaudere se dicit, & Deo gratias referre in precibus suis, quia firmus erat in fide, & bonis operibus insistebat. Qui enim diligit Christum, probare hoc debet in seruos eius, sciens Dominum sibi imputaturum quidquid constiterit erogatum in seruis. Apostolus tamen hoc se dicit addere precibus, vt operatio eius cum cognitione fiat bonitatis, hoc est, vt tali hoc mente operetur, vt in futurum huius rei expectet mercedem. *Gaudium enim magnum habui & consolationem super charitate tua, quia viscera sancto-*

*rum requieuerunt per te frater.* Manifestum est, quia idcirco se significat laetum esse, quia sanctorum necessitatibus vtenilia ministrabat: vnde plus gaudet, certus ex hoc quia obsequeretur & mandatis eius quem constat esse potiorum. *Quapropter multam fiduciam habens in Christo imperandi tibi quod ad rem pertinet: propter charitatem tamen magis obsecro, cum sis talis, vt Paulus senex, nunc autem & vincus Christi Iesu.* Quantum ratio exigebat, dignum erat imperare discipulo magistrum, & fiducia apostolicæ auctoritatis: sed quia vir bonus erat Philemon, per affectum illum prouocat obaudire: quasi coarctatus, & vincum Christi Iesu, id est, obligatum negotiis dominicis, vel propter nomen eius subiectum vinculis, sicut erant & ipsi Apostoli. Tales enim fuerunt Iudas & Silas, qui cum ex plebe essent primores inter fratres, obligauerant semetipfos dominicis actibus, vt vnâ cum Apostolis coagonizarent propter fidem Dei. Vnde Silas particeps laborum inuenitur Apostoli. *Rom. 12.* *Hebr. 6.* *1. Cor. 15.* *Aff. 15.* *Aff. 16. & 17.*

Obsecro te pro meo filio quem genui in vinculis, Onesimo, quodam tibi inutili, nunc verò tibi mihi que perutili: quem remisi ad te. Tu autem illum, sicut mea viscera suscipe: quem ego volueram apud me ipsum retinere, vt pro te mihi ministraret in vinculis Euangelij; sed citra tuum consilium nihil volui facere, vt non velut ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium.

Non magnum est humilem inclinare se, laudabile verò sublimem virum humiliare se. Ideo Apostolus rogat eum cui imperandi habet potestatem, vt in omnibus forma sit ad profectum meritorem. Onesimum ergo profugum decurrentem ad diuinum auxilium, cum esset in custodia vrbs Romæ, baptizauit Apostolus, videns in illo vtilitatis spem. Quem sic commendat, vt suum animum in illo significet idoneum ex inutili factum tam sæcularibus quam diuinis obsequiis. *Iacob. 1.* *2. Theff. 3.* *Aff. 28.*

Forfitan enim idcirco secessit ad horam, vt æternum illum reciperes; non iam velut seruum, sed pro seruo dilectum fratrem, maximè mihi: quanto autem magis tibi & in carne & in Domino.

Ephes. 6.

Aff. 17. Iacob. 2.

Ecl. 10.

Rom. 12.

2. Thess. 3.

Onesimus offenso domino proprio confugit longa peregrinatione ad Apostolum, ut ostenderet se non ad hoc recessisse, ut delicti esset obnoxius, sed ut oblitteratis peccatis utilis reuerteretur, intantum ut non solum domino suo æqualis fieret meritis, sed & ipsi magistro frater. Et ne Philemon aliquod, ut asolet, quasi dominus aduersum seruum fastidium inflationis pateretur, humiliat illum, cum dicit illum fratrem & in carne & in Domino: ut sublata humanæ conditionis causa, quia omnes ex vno sumus Adam, fratres nos cognoscamus, maximè cum fides accedit media, quæ omnem superbiam amputat.

Si ergo habes me participem, assume illum sicut me. Si autem aliquid læsit te, aut debitor est: hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi manu mea. ego reddam: ut non dicam tibi, quod etiam teipsum mihi debes.

Si ergo habes me participem, &c. Tantum se affectum habere circa Onesimum ostendit, ut tunc Philemonem, quem superius laudat, participem suum dicat, si istum sic suscepit sicut a postolum. Hoc est enim quod dixit Salomon: Seruo sapienti liberi seruiunt. Quod dictum terrori est Philemoni, ut saltem vel hac causa assumeret eum, si charitate læcti non posset. Si autem aliquid læsit te, aut debitor est: hoc mihi imputa. Nunc excusationem iracundiæ conuellit, ne fortè sic læsum se esse ab eo quereretur, ut illi ignoscendum minimè videretur. Quod si esset, sibi imputandum dicit, per quem regni calorum hæredes futuri sunt qui antè peccauerunt. Ego Paulus scripsi manu mea. ego reddam ut non dicam tibi quod etiam teipsum mihi debes. Si qua offensa est Onesimi, cautionem suam testatur esse idoneam, ut pro illo satisfaciatur. Et ut verum lo-

quatur, suberigit se & dicit, quia minus ab illo exigit quam debere probatur. In seruo enim cogitur satisfacere qui seipsum debito onerat.

Ita frater, sic ego te fruar in Domino, refoue viscera mea in Christo. Fiduciã habes obauditionis tuæ, scripsi tibi: sciens quia supra quã dico, facies. Simul autem & præpara mihi hospitium. Spero enim quod per orationes vestras donabor vobis. Salutatur te Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu, Marcus, Aristarchus, Demas, Lucas, adiutores mei. Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro. Amen.

Modo blanditur, ut obauditio eius voluntaria sit, ut possit fructum habere. Sic enim prouocat eum, ut amplius faciat quàm postulatur ab eo. Solet enim fieri, ut qui videt bene de se sentiri, meliorem se præbeat. Simul autem & præpara mihi hospitium. Spero enim quod per orationes vestras donabor vobis. Ut sollicitiorem illum faciat, & magis obediatur, venturum se esse illi significat. Solent enim absentes contemni. Et ut quid Apostolus hinc adhuc esse non dedignatur, qui semper tædia passus est & exitia, cædes, persecutiones, ac vincula, & cuius requies non erat nisi in solo Christo? Sed propter profectum credentium, ut & inimicos crucis Christi confunderet, ad l' ei gloriam augmentandam, carnem suam passionibus offerebat, ut animæ suæ & corpori coronas immortalitatis acquireret. Salutatur te Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu: Marcus, Aristarchus, Demas, Lucas, adiutores mei. Hos omnes participes gloriæ suæ testatur. Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro. Amen. Hæc subscriptio Apostoli est confirmantis epistolâ missam.

SANCTI AMBROSII IN EPISTOLAM  
BEATI PAULI APOSTOLI AD  
PHILEMONEM COMMENTARIORVM  
FINIS.

S. AMBROSII IN EPIST. BEATI  
PAULI APOSTOLI AD HEBRÆOS.

PROOEMIUM.

Heb. 2.

Aff. 23.

Aff. 13.

Aff. 15.

Aff. 5.

Heb. 11.

Heb. 12.

V A ratione, quòve consilio scripserit beatus Paulus genti suæ, populo Hebræorum, ex ipsius verbis deprehenditur. Timuit eis, ne superati tentationibus, ad infidelitatem relaberentur. Nulla enim gens obstinatio animis repugnabat Euangelio Christi, quàm Iudæorum qui beato Paulo erant insensissimi, quòd se gentium Apostolum profiteretur, quas Iudæi ut prophanas & impias abominabantur: quòdque legem Mosaicam, quam illi sacrosanctam habebant, & Euangelij vice per vniuersum orbem spargi cupiebant, antiquare videretur, ad eò ut essent inter hos quoque qui Christi doctrinam receperant, qui putarent legis obseruationem cum Euangelio miscendam. Hierosolymis igitur qui crediderant, variis calamitatibus afficiebantur ab iis qui resistebant Euangelio; (nam penes hos erat publica auctoritas): coniciebantur in vincula, cedebantur, diripiebantur illorum bona. Hos itaque consolatur Paulus partim exemplo veterum sanctorum, quorum plerique similibus aut grauioribus calamitatibus exerciti sunt, quòd virtus illorū esset

Heb. 9. & 10.

Heb. 11. & 12. & 13.

esset explorator, spectatorque, ac præcipue exemplo Christi, partim spe præmij celestis. Declarat namque coruscante iam Euangelio Christi, cessasse umbras legis Mosaicæ, multa repetens ex veteri Testamento, & ad Christum accommodans. Docet non ex obseruatione legis, ad tempus datæ & imperfectæ, sperandam esse salutem, sed ex fide, qua veteres, etiam illi probatæ sanctimonie viri, quorum memoria Iudæis erat sacrosancta, Deo potissimum placuerunt. Tandem tradit præcepta quedam ad patientiam & mores Christianos facientia. Quare autem Apostolus morem suum peculiarem scribendi & phrasin non seruarit, vel nominis sui, vel Apostolatus dignitatem subitucurrit, conspicuum est: ut ad eos qui ex Circumcisione crediderant, quasi Gentium Apostolus & non Hebræorum: sciens quoque horum fastum, suam humilitatem exhibens, officium suum noluit ostentare. Sunt qui aiunt Paulum hanc epistolam propria lingua scripsisse & misisse.

S. AMBROSII MEDIOLANENSIS  
EPISCOPI IN EPISTOLAM  
BEATI PAULI APOSTOLI AD HEBRÆOS  
COMMENTARIA.

CAPVT I.

Rom. 11.

Ioan. 1.

Heb. 10.

Aff. 7.

Osee 12.

Rom. 1.

Nam. 12.

Ioan. 1.

1. Ioan. 1.

MULTIFARIAM, multisque modis olim Deus locutus est patribus in Prophetis.

OTA intentio beati Pauli Apostoli fuit in hac epistola, Hebræos, id est, gentem suam, ad Christi cõuocare fidem: eminentiamque gratiæ quæ per filium data est, à legalibus discernere vmbribus, quæ angelicis ministracionibus exhibitæ fuerunt. Idcirco primò posuit Prophetas diuersis modis patribus locutos esse, dicens, Multifariam, multisque modis olim Deus locutus est patribus in Prophetis: significans quod alibi dictum est: Ego enim visiones multiplicauit, & in manibus Prophetarum ad similitudo sum. Proinde non secundum hoc solum eminentia noui Testamenti declaratur, quia patribus quidem Prophetæ missi sunt, nobis autem filius: sed etiam quòd Prophetarum vel Patriarcharum nemo nisi in similitudine vidit Deum, nobis verò filium vnigenitum incarnatum, atque in ea carne visum esse cõstat, quia idem homo à verbo Dei susceptus vnigenitus est filius Dei. Ideo mox addidit:

In nouissimis autem diebus istis locutus est nobis in filio, quem constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & sæcula.

In nouissimis autem diebus istis, &c. Dicendo, in filio, tantum valet quantum si diceret, per filium suum; quia in præpositio, pro per accipitur, sicut multis in locis suarum epistolarum inuenitur his præpositionibus indifferenter vti. Tacuit adhuc de Christi nomine, quia plurimos illorum sciebat negasse Christum filium Dei esse. Non enim dixit, Christus locutus est; quamuis ipsum locutum constet esse. Ita necdum Iudæos aperto nomine tetigit. Nam fermè omnes quibus Prophetæ locuti sunt, malignos esse nefariosque constabat. Et necdum de istis rationem monere voluit: sed interim generali sermone de numeribus disputat, quæ illis diuina largitate donabantur. Quem constituit hæredem vniuersorum. Quid est, Què constituit hæredem vniuersorum? Hoc de incarnato dicitur. S. Ambr. tom. 3.

cit filio, de quo superius locutus est; sicut etiã de eo legitur in Psalmo, Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Non iam portio Domini tantum Iacob, & fors eius Israël, sed omnes prorsus nationes. hoc est, hunc filium dominum cõstituit vniuersorum. Hæredis autè vitur nomine, ut duo quædam per hoc adstruat & ostendat: & quòd proprius sit filius, & quòd dominationis illi nulla cotingat amissio. Hæredem autem omnium dicit, id est, mudi totius: deinde ad altiora sermonem conuertit, dicens, per quem fecit & sæcula. Ut ostenderet eundem nouissimis diebus venisse in mundum, per quem fecit & mundum: magnitudinem eius ostendens, qui fuit noui Testamenti lator & auctor. Post hæc quibusdam gradibus dignanter vtens, peruenit ad id quod omnibus istis quæ supra dixit, multo maius est, & insonuit, dicens,

Qui est splendor gloriæ.

Vbique religioso nobis quidem opus est intellectu: maximè autem vbi de Deo vel loquimur, vel audimus. Quoniam neque ad loquendum dignè de Deo lingua sufficit, neque ad percipiendum præuallet intellectus. Oportet ergo quòd vbi vel sermo deficit, vel cogitatio explicari de Deo non poterit, tunc magis glorificare nos Deum, quòd talem Deum habemus, qui & intellectum transcendit, & cogitationis intuitum. Meritò splendorem eum dixit gloriæ, utpote qui ipsum sciebat dicentè: Ego sum lux mundi. Ostendit enim lumen de lumine, sicut Deum de Deo esse, animasque nostras illuminantem, & patrè nobis insinuantem. Per splendore quippe vnitatem declarauit essentiæ cum Deo patrè, & mirabili modo sic vnam substantiam ostendit, ut duas personas aperiret in gloria & splendore. Vnde etiam subiungit:

Et imago substantiæ eius, portans omnia verbo virtutis suæ, purgatione peccatorum faciens.

Et imago substantiæ eius. Imago quippe altera est ab eo, cuius refert formam. Altera autem nõ in omni-

Colof. 1.  
Philip. 2.

Hebr. 11.  
Colof. 1.

Genes. 1.

Psalm. 103.

Sap. 12.

Ephes. 1.

Rem. 5.

Ephes. 1.  
Hab. 8.

Galat. 4.  
Philip. 2.

Psalm. 2.  
2. Reg. 7.

Hebr. 13.

bus, sed secundum personam. Nam & hic imago, æqualitatis omnino præbet indicium ad illud cuius imago ostenditur, & suspicionem vel parvæ dissimilitudinis proculdubio non recipit. Hic enim imaginem dixit, quod alio loco formam nominat, ubi ait, **Qui cum in forma Dei esset.** Forma videlicet vel imago vnam declarat essentiæ æqualitatē. Sequitur, **portans omnia verbo virtutis suæ.** Portans, id est, gubernans omnia eo verbo virtutis suæ, per quod fecit omnia. Non enim minus est gubernare mundum, quam creare. Nam in creando quidem, ex nihilo rerum substantiæ productæ sunt: in gubernando verò ea quæ facta sunt, ne ad nihilum redeant, continentur. Ergo dum hæc omnia reguntur, & adiuvem sibi repugnantia coaptantur, magnum & valdè mirabile, plurimæque virtutis Dei iudicium declaratur. Post hanc diuinæ maiestatis in filio claritatem, ad humilia incarnationis descendit, dicens, **purgationem peccatorum faciens.** Vbi duo quædam significat, id est, curam nostri generis, in eo quod ait, **portans omnia verbo virtutis suæ.** Quod verò adiunxit, **purgationem peccatorum faciens,** id est, peccata nostra mundans. In his duobus maximè Apostolum gloriari videmus, quòd hæc per filium nobis allata esse demonstrat. Et cum nos communisset crucis & passionis eiusdem filij, per quæ nobis purgatio peccatorum ministrata est, confestim per resurrectionem atque ascensionem eius instituit nos ad cælestia erigere, & intueri inenarrabilem eius gloriam: ait enim,

**Sedet ad dexteram maiestatis eius in excelsis: tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditavit.**

*Sedet ad dexteram maiestatis in excelsis.* Per dexteram, non Deum corporaliter deformavit, sed magnitudinem demonstravit honoris. Dum dixit, **in excelsis,** ostendit eum omnibus altiore & supereminente esse, qui etiam usque ad ipsum pervenit solum paternæ claritatis. Sicut enim pater in excelsis est, sic & filius. Confessus enim nihil demonstrat aliud, nisi honoris æqualitatem. Si enim minorationem vellet ostendere, numquam diceret ad dexteram; sed potius ad sinistram eum sedere. Adhuc excellentiam eiusdem filij ostendere aggressus est, dum dicit, **Tanto melior angelis effectus, quanto differentius præ illis nomen hæreditavit.** Angeli sunt ministri & famuli: ille quidē filius & hæres. **Tanto** (inquit) **melior angelis effectus,** hoc est, honorabilior atque præclarior, quanto melius hæreditavit nomen. Sequitur,

**Cui enim dixit aliquando angelorum: Filius meus es tu, ego hodie genui te? Et rursum: Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium.**

*Ego ero ei in patrem.* Hoc absque vlla dubitatione de incarnatione filij dicitur. Ideo verbum futuri temporis posuit, **Ego ero ei in patrem,** & ipse erit mihi in filium. Quod verò dixit, **Filius meus es tu, ego hodie genui te:** a parte manifestat quòd idem est de quo ait, **Ego ero ei in patrem,** ex ipsa essentia patris genitus. Ideo præsentis tempore posuit, **hodie,** quia Deo nihil præteritum aut futurum est, sed semper præsentia cuncta. Potest e-

nim & secundum carnem hoc accipi dictum; quia caro communicat altioribus, sicut & diuinitas humilibus communicare dignata est. Hoc itaque loco perspicue duas naturas in Christo ostendit. Hæc verò ad salutis nostræ exempla referamus. Si enim ipse cum Deus esset & Dominus, Dei que filius, non respuit formam serui suscipere: multo amplius nos oportet cuncta perficere, quæ iussa sunt nobis, & humilia quæque tolerare. Recordemur Dominum dicentem, **Cum feceritis omnia, dicite, quoniam inuicentes serui sumus.**

**Et iterum, cum introducit primogenitum in orbem terrarum, dicit, Et adorent eum omnes angeli Dei.**

Paulus introitum Christi vocat assumptionem carnis; de qua ipse Dominus in Euangelio ait, **Exiui à patre & veni in mundum:** quo loco Christus incarnationem suam exitum vocat; quam Paulus hic introitum nominat. Querendum verò est quare vnam rem diuersis nominibus Christus & Paulus nominare voluerint. Significationes quidem dictorum manifestæ sunt, & secundum quid dicantur, apparet. Christus quidem merito exitum vocat: foris enim eramus à Deo, sicut qui sunt extra regales aulas in vinculis colligati; & qui habet apud regem pro culpis offensam, huiusmodi quippe à regali aula foris exclusi sunt. Qui verò voluerit istis veniâ impetrare, non primùm ipsos in aulam regis introducit, sed ipse foras egreditur, ibique cum eis communicat sermocinandi negotium, usque dum eos correctos reddat, & dignos efficiat, quò regis vultui representari mereantur. Sic etiam Christus effecit. Egredens quippe ad nos, hoc est, carnem sumens, & collocutus nobiscum, præcepta nobis intonuit. Et sic nos à peccatis emundans, & ad Deum conuertens, in aulam regalē velut aduocatus optimus introduxit. Propterea ergo exitum vocat suæ incarnationis aduentum. Paulus autem introitum nominat ex metaphora hæreditantium, & ius dominandi in aliqua possessione sumentium. Dicendū enim: **Iterum introducit primogenitum in orbem terrarum;** hoc significat, cum ei committat ac possidendum tradat orbem terrarum. Tunc autem totum orbem possidet, cum ab vniuersis est agnitus. **Et adorent eum omnes angeli Dei.** Ad altiora quædam eleuans mentem nostram, vt sciamus illum qui carne indutus est, & passus est pro nobis, ab angelis adoratum. Vt discerneret autem maiestatem filij ab angelorum ministracione, mox sequutus adiunxit,

**Et ad angelos quidem dicit, Qui facit angelos suos, spiritus: & ministros suos, flammam ignis.**

Non enim solos angelos hoc sermone significat, sed omnes virtutes ministeriis supernis fungentes. Sciendum est enim quòd angelus, nomen est officij, non naturæ. Qui etiam semper sunt spiritus, sed non semper angeli vocari possunt. Quæris huius naturæ nomen? spiritus est. Quæris officij? angelus. Ex eo quod est, est spiritus: ex eo quod agit, angelus; quia angelus Græcè, nuntius Latine dicitur. Sicut homo

homo nomen naturæ, miles verò nomen officij; sic qui erant iam spiritus conditi à creatore Deo, facit eos angelos, mittendo eos nuntiare quod iusserit. **Et ministros suos, flammam ignis.** Legimus apparuisse ignem in rubo. Legimus etiam missum ignem desuper, & implese quod præceptum erat. Potest dici, quando leuia nuntiare mittuntur, angelos esse: quando ad vindictam mittuntur, ministros esse, id est, ignem ardentem. Sunt etiam hæc officia in Ecclesia præsentia. Nam prædicatores sancti, quando spiritalia prædicant, & gaudia regni Dei annuntiant, angeli dicuntur: quando verò terrorem gehennæ ignis prædicant, ministri sunt; vt terreant peccatores comminatione ignis illius qui numquam extinguetur.

Psalm. 103.  
Exod. 3.

4. Reg. 1.

Apoc. 2.  
Esa. 66.  
Marc. 9.

Psalm. 4. 4.

1. Ioh. 5.

Ibidem.

Act. 10.

Matth. 25.  
Psalm. 4. 4.

Esa. 9.

Matth. 28.  
Psalm. 96.

1. Reg. 16.  
Leuit. 8.

1. Ioh. 3.

homo nomen naturæ, miles verò nomen officij; sic qui erant iam spiritus conditi à creatore Deo, facit eos angelos, mittendo eos nuntiare quod iusserit. **Et ministros suos, flammam ignis.** Legimus apparuisse ignem in rubo. Legimus etiam missum ignem desuper, & implese quod præceptum erat. Potest dici, quando leuia nuntiare mittuntur, angelos esse: quando ad vindictam mittuntur, ministros esse, id est, ignem ardentem. Sunt etiam hæc officia in Ecclesia præsentia. Nam prædicatores sancti, quando spiritalia prædicant, & gaudia regni Dei annuntiant, angeli dicuntur: quando verò terrorem gehennæ ignis prædicant, ministri sunt; vt terreant peccatores comminatione ignis illius qui numquam extinguetur.

**Ad filium autem, Thronus tuus Deus in seculum seculi: virga æquitatis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis.**

*Ad filium autem, &c.* Hoc de eo dicit, qui secundum carnem est, de quo etiam ipse Dominus in Euangelio ait, **Pater non iudicat quemquam, sed omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent filium.** Et paulo post, **Potestatem dedit ei iudicium facere, quia filius hominis est.** Hic enim thronus Dei, ad iudicium pertinet futurum, in quo forma hominis videbitur iudex viuorum & mortuorum, & quo iudicio omnia veraciter Christus moderatur, examinat, atque iudicat. **In seculum seculi,** ait, quia nouissimum iudicium inter bonos & malos externa discretionem stabit, eo ipso testante in Euangelio, qui iudicaturus est: **Tunc, inquit, ibit hi in ignem æternum, iusti autem in vitam æternam.** **Virga æquitatis, virga regni tui.** Virgæ verò regulam diuinæ significat æquitatis; quæ veraciter recta dicitur, quia nulla prauitate curuatur. Virga ista iustos regit, impios percutit. Hæc virga nempe fortitudo inuicta est, & æquitatis rectissima atque inflexibilis disciplina. Hæc enim virga regij honoris insigne, sceptrum dicebatur antiquitus, designas in ea virtutem, Regem, Dominum, Saluatorem. **Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem.** Ipsa est virga recta, amare æquitatem, odisse nequitiam. Nemo enim perfecte diligit iustitiam, nisi qui & actus pessimos abominatur: quia veritatis amor, odium est falsitatis. Sed huic amor bonitatis, & odio iniquitatis, quæ præmia sint reddita, subter exponit, dicens, **propterea vnxit te Deus, Deus tuus.** Vnctus Christus & regem significat & sacerdotem, quia dignitates istæ sumebantur per sacratissimas vnctiones. Nā & ipsum nomen Christi à sancto chrismate vocatur. Sed in illa natura vnctus dicitur, quia dispensatione & natus, & mortuus, & resurrexisset veraciter Christus dicitur. Cæterum diuinitas eius nullo munere, nullo honore indiguit adiuuari. Repetitio autem ista qua dicit, **Deus, Deus tuus,** præconium magnæ dilectionis ostendit. **Oleo lætitiæ præ participibus tuis.** Duplici modo vnctionem illam sanctam prouenisse significat. Oleum lætitiæ, est peccati maculam non habere. Vnde se conscientia semper exhilarat, quando nulla recordationis asperitate mordetur. **præ participibus tuis.** In filiis hominum dicit, quos & ipse in Euangelio fratres ap-

pellat. Ideo autem dictum est, **præ participibus tuis,** quoniam hanc benedictionem supra omnes homines, siue reges, siue sacerdotes in veteri Testamento, etiam Apostolos & martyres in nouo agnoscitur accepisse: vt vnctus singulariter ceteros etiam vnctus debuisse. ex illo enim fons benedictionis, prout ipsi visum fuerit, per vniuersos electos cõpetenter emanat. Sed hæc omnia carni conueniunt, cui perfectissimum & gloriosissimum verbum vnctum est pro salute sanctorum. Hoc vnctum in alio dicitur Psalmo descendisse in barbam, barbam Aaron, usque in oram vestimenti eius. Et paulo post, **Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem, & vitam usque in seculum.** Post humanitatis eius igitur excellentiâ, iterum ad æternitatem diuinæ naturæ in eodem filio Dei cõuertit se Apostolus, testimonium alterius Psalms inducens, ait enim,

**Et tu Domine in principio terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli. Ipsi peribunt, tu autem permanes, & omnes vt vestimentum veterascent. Et velut amictum mutabis eos, & mutabuntur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.**

*Et tu Domine in principio terram fundasti.* Cum dicit, **In principio terram fundasti Domine,** ostendit quod à sanis mentibus non potest abnegari, quia creator à creaturis suis sine aliquo cognoscitur extitisse initio. **Et opera manuum tuarum sunt cæli.** Hic manum virtutis iussionis Dei debemus accipere. Alio enim loco dicitur, **Quoniam ipse dixit, & facta sunt; ipse mandauit, & creata sunt. Ipsi peribunt, tu autem permanes.** Peribunt enim ab eo quod sunt, dum immutatur in melius creaturæ. **Tu autem permanes:** vt sicut æternitatem Domini ostendit antequam crearet omnia, sic post cælos mutatos ipsum diceret in maiestatis suæ gloria permanere. **Et omnes vt vestimentum veterascent.** Ipsum enim veterascent, quod vestis more, morte cõsumitur: sicut caro humana, quæ tamen in melius resurrectione immutabitur; addidit, **Et velut amictum mutabis eos, & mutabuntur.** His verbis forsitan cælorum mutationem Propheta intelligi voluit, qui similiter vt cætera elementa commutantur, sicut in alio legitur Propheta, **Et erit cælum nouum, & terra noua.** Vt facta Domini ostenderet iam sub æternitate mansura, dicit, **Mutabis eos, & mutabuntur:** quia numquã erit ad hoc corruptibile redituri. **Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.** Immutationem eiusdem naturæ designat: ipse verò idem est quod est, veluti Moyse famulo suo dixit, **Ego sum qui sum.** Sic istis tribus verbis cõmutatio creaturarum, & æternitas Domini mirabili breuitate descriptæ sunt. Post maiestatem diuinæ æternitatis in filio, iterum beatus Apostolus ad humanitatis eiusdem glorificationem sermonem direxit, dicens,

**Ad quem autem Angelorum dixit aliquando, Sede ad dexteram meam, quousque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum?**

*Sede ad dexteram meam.* Victori filio, & per sanctam



*Ephes. 1.*  
*Philipp. 2.*  
*Psalm. 131.*  
*Ioan. 10.*  
*Psalm. 98.*  
*Hebr. 2.*

incarnationem totius mundi triumphatori, post resurrectionis gloriæ honorabilis confessus paternæ maiestatis offertur: vt per hunc situm, susceptæ humanitatis gloria declaratur, quæ nemini Angelorū deferri debuit. *Quousque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Per pedes enim Domini stabilitas æterna significatur: vbi ille tamquam vestigiis positus omnipotentis suæ virtute consistit. His pedibus cōstat esse subdendos qui quotidie vitiorum cōtrarietate derelicta reuertuntur ad Dominum, & tãquam scabellū pedibus, ita eius prædicationibus inclinantur. Sine dubio de illis inimicis dicitur, qui conuersi ad dexteram collocantur. Non enim hic aduerbiū, *quousque*, alicuius finem temporis designat, sed æternitatis potentiam demonstrat.

Nonne omnes ministri spiritus sunt, in ministerium missi propter eos qui futuri sunt hæredes salutis?

*Matth. 4.*  
*Luc. 2.*  
*Luc. 1.*  
*Matth. 28.*  
*Ioan. 20.*  
*Act. 7.*

Quid miraris si filio ministerium exhibent angeli, cum etiam nostræ salutis ministros eos cōstet effectos? Mentis eorum ad quos loquitur, subleuare volens, dicit angelorum functiones humanæ salutis causâ à Domino directas esse. Filius sicut dominus saluat: isti verò sicut serui salutis prædicatorū deseruiunt. Cuius rei pleni sunt veteris Testamenti vel noui vbique libri. Nam & pastoribus angeli euāgelizauerunt, & angelum legimus ad virginem Mariã missum: & in resurrectione Domini angeli mulieribus apparuerunt, & alia multa in diuinis leguntur scripturis. Intelligite igitur nunc, quãtus honor nobis existit, ad quos sicut ad amicos, ita ministros angelos suos destinat Deus. His ita introductis de angelorum ministerio, per quos etiam & ipsa lex ministrata est, mox subiungit de excellentia gratiæ, quæ per Dei filium nobis allata est, dicens,

CAPVT II.

PROPTEREA abundantius oportet nos iis intèdere quæ audiuius, ne forte per effluamus. Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem: quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem?

*2. Cor. 3.*  
*Galat. 3.*  
*Act. 7.*

Propterea abundantius oportet, &c. Quare abundantius dixit, nisi quia præstantius hoc est, quàm quod in lege solebamus audire? Hortatur itaque eos diligentius iis intèdere quæ per Dei filium audierunt, quàm eis quæ per angelos dicta sunt: more suo suam illis coniungens personam, in eo quod dixit, *audiuius*, atque *perestiamus*, nolens ab auditis per inania effluere audientium sensus: quod etiam sequentibus verbis plenius explicauit, dicendo, *Si enim qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia accepit iustam mercedis retributionem.* Quid est, *factus est firmus*: videlicet verus, tamquam diceret, fidelis in oportuno tempore; volens intelligi eam quæ per angelos data est lex, suo tempore firmiter custodiendam. Nam legem per angelos datam esse, plurimis ostenditur in locis: attamen non custodientes eam, iustam mercedis retributionem accepisse testa-

*Hebr. 10.*  
*1. Cor. 10.*  
*2. Thes. 1.*  
*Hebr. 9.*  
*Deut. 28.*

tur. Quare dixit, *mercedis retributionem*? Merces enim in bonis poni solet: sed iste Apostoli est mos, vt non magnam verborum habeat rationem; sed indifferenter quæ vel in bono dicuntur, vel quæ in malo, pro alterutro ponere, sicut alibi dixit, In captiuitatē redigentes omnem sensum, ad obediendum Christo: & hic mercedis retributionem pro supplicio posuit. *Quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem?* Per hæc verba significat, quia non erat tanta salus in veteri Testamento, quanta est in gratia Dei quam Dei filius nobis attulit. Non enim nobis nunc, sicut illis terræ diuitias, sed cæli gratiam promisit Deus: non vindictam de terrenis hostibus, sed de spiritalibus concessit: non vitam sceliciter temporalem, sed perpetuam æternaliter beatam donauit. Hæc quippe omnia breuiter intimaui, dicens, *Si tantam neglexerimus salutem.* Deinde super eminentiam eorum quæ per Dei filium dicta sunt, adiunxit,

Quæ cum initium accepisset enarrandi per Dominum, ab eis qui audierunt, in nos cōfirmata est, contestante Deo signis & prodigiis & variis virtutibus, & Spiritus sancti distributionibus secundum ipsius voluntatem.

*Ioan. 1.*  
*Galat. 2.*  
*1. Cor. 12.*  
*Ioan. 7.*  
*Ephes. 1.*  
*Rom. 12.*  
*Ephes. 4.*

Quæ cum initium accepisset, &c. Non enim hæc quæ dicimus, ab hominibus, vel etiam ab angelis nobis allata sunt, sed ipse filius vnigenitus nobis impartiuit. *Ab eis qui audierunt, in nos confirmata est.* Quid est, *confirmata est*? Credita est atque perfecta, quia salus quæ per eundem filium nobis data est, perpetua manet in æternum. *Contestante Deo signis & prodigiis, & variis virtutibus, & Spiritus sancti distributionibus.* Affluentiam significans gratiarum, quæ non erat apud antiquos, quæ fuit data postquam glorificatus est Iesus. Testatur hoc Euangelista, vbi ait, Nondum erat Spiritus datus, quia Iesus nondum erat glorificatus. Quod verò addidit, *secundum ipsius voluntatem*, Diuinæ voluntati atque eius consilio cuncta cōtribuit, ne quis in suis meritis cōsideret, quasi diceret, Ipse nouit quid cuique prosit, vel cui quid sit accōmodum, quapropter ipse gratiam vniciuique secundum suæ voluntatis præscientiã contulit. Sequitur,

Non enim angelis subiecit Deus orbem terræ futurū, de quo loquimur. Testatus est autem in quodam loco quis, dicens, *Quid est homo, quod memor es eius: aut filius hominis, quoniam visitas eum? Minuisti eum paulo minus ab angelis: gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarū, omnia subiecisti sub pedibus eius.*

*1. Cor. 10.*  
*Hebr. 1.*  
*Psalm. 2.*

Non enim angelis subiecit Deus orbem, &c. Hoc est, Nō enim salutem nostram, quæ in nouissimo tempore facta est in orbe terræ, angelis subiecit, quæ à Prophetis futura esse olim prædicta est, sed filio suo, ad quæ vox paterna (sicut superius demonstratū est) sonuit, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Postula à me, & dabo tibi gētes hæreditatē tuam: & hoc prophetis confirmat exemplis, dicens, *Testatus est autem in quodam loco quis, dicens.* Cur non hic nomen Prophetæ posuit, sed abscondit? Facit hoc etiam in aliis testimoniis,

753

*Psalm. 8.*  
*Sup. 7.*  
*Matth. 1.*  
*Psalm. 18.*  
*Hebr. 1.*  
*Ioan. 1.*  
*Philipp. 2.*  
*Rom. 8.*  
*1. Petr. 2.*  
*Ephes. 1.*  
*1. Cor. 15.*  
*1. Petr. 3.*  
*Matth. 28.*  
*1. Cor. 15.*  
*Rom. 10.*

niis, sicut supra dictum est. Existimo non abscondētis affectu, sed ostendentes eos multam habere sciētiam scripturarum, vt nec opus haberet nomen ponere dicentis: sed veluti de re manifesta & in promptu cōstituta inducere testimonia. *Quid est homo, quod memor es eius: Quid est homo?* Cū despectu pronuntian- dum est, id est, fragilis & caducus Adæ sequax, qui in veteri sit peccato generali prauitate deuinctus. Huius memor est Dominus, quando ei peccata dimittit, & misericordiæ suæ dona largitur. *Aut filius hominis, quoniam visitas eum?* Huic iam voci assurgendum est, quod Dominum significat Saluatorē: quia non vt cæteri mortales, ex duobus hominibus natus est, sed ex Spiritu sancto, & beatæ Mariæ semper virginis vtero tamquam sponsus gloriosus de thalamo suo processit. Et considera, quod superius dixit, *memor*; subiecit autem, *visitas*. Memor fuit, cum per Patriarchas & Prophetas de cælo misertus est: visitauit, cum verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Nam visitare dicitur, quando medicus ad infirmos ingreditur, quod in aduentu Domini reuera constat impletum. *Minuisti eum.* Hinc iam Domini Saluatoris humilitas narratur & gloria. Minoratus est enim non necessitate ministratoria, sed pietatis suæ spontanea voluntate, sicut Apostolus ait, Semetipsum exinanituit, formam serui accipiens. Sequitur, *Paulo minus ab Angelis.* Qui crucem pro omnium salute suscepit, ex ea siquidem parte creator angelorū minor factus est angelis. Bene autem dixit, *Paulo minus*, quia est mortale corpus assumpsit, tamen peccatum non habuit. Gloria & honore coronatus est, cum post resurrectionem nimis mirabilem mundus credulitatem quod Deus homo factus est & exaltatus, accepit. Gloria coronatus est in resurrectione & ascensione, & honore in confessione paternæ maiestatis. *Et constituisti eum super opera manuum tuarū, omnia subiecisti sub pedibus eius.* Superius de gloria eius & honore narratum est: nunc ponitur & potestas, vt cognoscatur Christi Domini maiestatis perfectissima plenitudo. Dicendo enim, *Super opera manuum tuarū*, omnis creatura illi subiecta monstratur: quia sicut à Domini opere nihil est exceptum, ita nec à potestate Christi aliquid probatur esse diuisum.

In eo enim quod omnia ei subiecit, nihil dimisit nō subiectum. Nunc autem necdum videmus omnia subiecta ei. Eū verò qui modico quàm angeli minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis eius gloria & honore coronatum, vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem.

*In eo enim quod omnia ei subiecit, &c.* Dicendo enim, *omnia*, nec terrena videtur excepsisse, nec cælestia. Quem prius propter humilitatem carnis paulo minus ab angelis dixerat esse minoratum, post ascensionem dicit pedibus eius omnia fuisse subiecta, vt ista distinctio & dubietatem titubantibus auferat, & gloriam suæ incarnationis ostendat. Sub pedibus, ait, vt omnis creatura merito ipsum colat, atque adorare videatur. *Nunc autem necdum videmus omnia subiecta ei.* Hoc itaque ait de non credentibus in eū: quia necdum omnia euangelica obtinuit prædicatio. Su-

perius dixit nihil dimitti sibi non subiectum, & hic adstruit necdum omnia sibi subiecta videri: quia illic vniuersalem sibi voluntariam siue necessariam subiectionem designat, hic tantum voluntariam eorum qui fideliter credunt in eum. *Eum verò qui modico quàm angeli minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis eius gloria & honore coronatū: vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem.* Hic ostēdit quia gloria & honor crux est Christi, pro qua modicum minoratus est ab angelis, sicut ipse Dominus eam semper vocat, dicens, *Galat. 6.*  
*Ioan. 17.*  
*Galat. 6.*  
*Ephes. 2.*  
*Rom. 3.*  
*Rom. 5. & 6.*

Vt glorificetur filius hominis. Si ille ea quæ pro seruis passus est, gloriā vocat: multo amplius tu homo quæ pro Domino pateris, tibi ad gloriam pertinere sempiternam dubitare non debes. Addidit, *Vt gratia Dei pro omnibus gustaret mortem.* Ipsum verò gratiā nominat, qui pro omnium salute gustauit mortem. Nō enim debebatur nobis, vt filius Dei pro nobis gustaret mortem, sed gratia hoc fecit. Ipse quidem pro omnibus mortuus est. Quid autem si non omnes credunt? Ille tamen quod suū erat, impleuit. Et proprie dixit, *gustauit mortem*: quia breui tempore in illa fuit, vt ea deuicta confestim resurgeret.

Decebat enim eum propter quem omnia, & per quem omnia, multis filiis in gloriā adductis, ducem salutis eorum per passionem cōsummare. Qui enim sanctificat, & qui sanctificantur, ex vno omnes.

*Ephes. 1.*  
*Coloss. 1.*  
*Hebr. 12.*  
*Act. 17.*  
*1. Cor. 8.*  
*Ioan. 20.*  
*Ioan. 17.*

Ducem salutis eorum per passionem consummare. Consummare, id est, perficere omnium salutem. *Per quem omnia*, id est, per eius mortem, siue quæ in cælis siue quæ in terris restaurata sunt, per quæ etiam & omnia creata sunt. Vides quantum est interstitium nominum. Et ipse filius, & nos filij: ille proprius, nos adoptiui. Sed ille saluat, & nos saluamur. Vides quomodo nos & coniungit & discernit. *Multis filiis* (inquit) *in gloriā adductis.* Illic cōiunxit ducem salutis eorum, hic discernit. *Qui enim sanctificat, & qui sanctificantur, ex vno omnes.* Ecce quomodo iterum coniungit, honorans eos & consolans, & Christi fratres eos nominans, secundum quod ex vno eos esse dicit. Deinde muniēs sermonem suum, & ostendens quoniam de eo qui secundum carnem est, dixit, *Qui enim sanctificat*, hoc est Christus: *& qui sanctificantur*, hoc est nos. Intueris quantum interest. Ille sanctificat, sanctificamur autē nos. Addidit, *Ex vno omnes.* Vnus est enim deus, à quo omnia: sed ille aliter, aliter & nos. Ille quasi proprius filius, nos verò quasi adoptiui: attamen vnum habemus patrem Deum. Ille quasi proprius filius sanctificat; nos sicut adoptiui sanctificamur.

Quam ob causam nō erubescit fratres eos vocare, dicens, Nuntiabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesiæ laudabo te. Et iterum, Ego ero fidens in eum. Et rursum, Ecce ego & pueri, quos dedit mihi Deus.

*Psalm. 21.*  
*Esa. 8.*  
*Ibidem.*  
*Ephes. 1.*

Non erubescit fratres eos vocare, &c. In eo enim quod dixit, *Non erubescit fratres eos vocare*; demonstratur nō naturæ esse fraternitas nostra, sed misericordiæ eius & humilitatis multæ, qui nos fratres elegit sibi: & hoc prophetico affirmat testimonio, ne quasi nouū putaretur, & non multo antè prædictum. Ait enim,

*Psalm. 21.* Annuntiabo nomen tuum fratribus meis. Post sacram passionem & resurrectionem dicit gloriam diuinitatis toto orbe vulgadam. Nuntiabo enim dicit, id est narrari faciam, sicut in Euangelio mulieribus dixit, Ite, dicite fratribus meis. Fratres autem dicuntur & qui diligunt, & qui diliguntur. Addidit verò, *In medio ecclesie laudabo te.* In medio sanctorum laus Domini resonat per eum qui ait, Cõsiteor tibi pater celi & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Laus enim Domini vera, non solum ore, sed etiam corde amantibus & perficietibus præcepta Domini narratur. *Et iterum, Ego ero fidens in eum.* De suscepto homine hoc dictum est, cuius confidentiam totam in Deo patre esse nõ dubium est, sicut in Euangelio ipse ait, pro quibus supplicabat, dicens, Volo pater, vt vbi ego sum, & isti sint mecum. Quos etiam vt confidentiam haberent, exhortatur dicendo, Confidite, ego vici mundum. *Et rursum, Ecce ego & pueri, quos dedit mihi Deus.* Hoc testimonium de Esaiã protulit Apostolus, ad Christum & ad Apostolos referens, quos propter innocentiam pueros nominauit, de quibus ipse Dominus ait, Sinite paruulos venire ad me: talium enim regnum cælorum.

Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem, vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, hoc est, diabolus: & liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti.

*Et ipse participauit eisdem.* Hic adstruit fraternitatem veram, & humanitatem in Christo nõ fictam. Sicut enim pueri carne & sanguine constant; & ille participauit carni & sanguini, vt haberet vnde gustaret mortem pro puerorum salute. Cuius dispensationis effectum & causam subiungens, inquit, *Vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, hoc est, diabolum.* Hic admirabile quiddam demonstrat, quia per quod potestatem habuit diabolus, per hoc victus est. Et arma quæ fuerant illi fortia aduersus mundum, hoc est mors, per eam illum Christus percussit. Hic magnitudinem virtutis eius qui vicit, insinuat, ostendendo quantum bonum operaretur mors. *Et liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti.* Quare tremitis, quare timetis eam quæ iam cõdemnata est: iam terribilis non est, sed optabilis, quasi laborum finis, & requiei initium. Cur, ait, timore mortis per totam vitam obnoxij erant seruituti? Serui siquidem fuerant omnes mortis, quia mortem timebant, necdum erant soluti à timore mortis, cuius legibus tenebantur. Nunc itaque sancti deridēt eam, qui agone transacto, & morte deuicta ad regnum transituri sunt. Vnde & ipse Paulus ait, Cupio dissolui, & esse cum Christo.

Non enim quemquam angelorum assumpsit, sed semen Abraham apprehendit: vnde debuit per omnia fratribus assimilari.

Honorat hic Patriarcham, eosque qui eiusdem sunt generis, ad quos hæc epistola scripta est. Cõmemorat ergo de beneficiis Dei, & de propinquitate carnali ad Christum, & de promissione quæ data est ad

Abraham, Tibi & semini tuo dabo terram hæc; ideo supra, *Quia ex vno omnes;* id est, Abraham, Christus secundum carnem, & illi ad quos hæc loquebatur. Quod verò superius ait, *Quia ergo pueri communicauerunt carni & sanguini, & ipse similiter participauit eisdem:* exequitur amplius hunc sensum, vnde participauit carne & sanguine. Ideo ait, *Non enim quemquam angelorum assumpsit,* id est, nõ cuiuslibet angeli naturam suscepit, sed semen Abraham apprehendit. Non enim angelis illa dignitas donata est, vt vna persona Dei filius eorum naturæ coniungeretur, sed honorem hunc & dignitatem humanæ naturæ Deus Dei filius contulit, vt Deus & homo vna esset persona. Quare dixit, *apprehendit:* quia nos quasi recedentes ab eo, & longè fugientes insecutus apprehendit, & in vnam personam nostræ fragilitatis naturam sibi cõtempserat, mira cõiunctio, dum æternus & immortalis mortali & temporali adunatus est. Quomodo verò hoc esset, confestim subiungit, dicens, *Vnde debuit per omnia fratribus assimilari.* Quid est, *per omnia?* id est, natus est, educatus est, creuit, passus est etiã & mortuus, vt per omnia similis esset fratribus, qui huiusmodi conditioni subiecti sunt, absq; peccato. Superius enim dixit splendorem eum gloriæ, & paternæ substantiæ imaginem, per quem sæcula fecit. Iste tantus & tam mirabilis & tam gloriosus tantam nostræ salutis curam habuit, vt frater noster in omnibus fieret. Propter hoc angelos quodammodo reliquit, aliãque cælorum virtutes, vt nos apprehenderet ouem perditam, passione sua inuentam, & humeris impositã reportaret ad cælestia regna. Hic verò tantus & talis sacerdos noster voluit apud patrem seipsum offerre pro nobis. Proinde secutus est, & inserit,

Vt misericors fieret & fidelis pontifex in iis quæ sunt ad Deum, vt expiaret peccata populi. In eo enim in quo passus est ipse & tentatus, potens est & eos qui tentantur iuuare.

*Vt misericors fieret & fidelis pontifex,* &c. Non itaque alia fuit causa illi per omnia fratribus assimilari, nisi vt fidelis pontifex esset pro nobis, nostrisque propitiaret peccatis. Non est altera totius huius mirandæ dispensationis causa, quàm hæc sola. Vidit quippe humanum genus humi iacens, peccatorum vinculis ligatum, mortis obnoxium tyrãnidis, & miseris est eius, sicut fidelis pontifex: fidelis dicit, hoc est, verus & potens. Ministerium namque sacerdotis est, fidem esse, vt possit eos quorum est sacerdos, liberare à peccatis. Proinde de eius potentia subsecutus, adiunxit, *In eo enim in quo passus est ipse & tentatus, potens est & eos qui tentantur iuuare.* In eo, id est, homine in quo passus est, potens est victos liberare, tentatõque adiuuare, ne vincantur: quia tẽtationes nostras nõ solum sicut Deus, sed etiam sicut homo in seipso per experimentum cognouit. Licet enim Deus in sua natura sit impassibilis, tamen in nostra quam assumpsit, idem Dei filius passibilis fuit, nostræ naturæ cõsimilis. In ea verò carne quam suscepit, multa seua passus est. Nouit ergo quid rei sit ista tribulatio patientium. Ipse tentatus est, sed non superatus.

Vnde fratres sancti, vocationis cælestis participes, cõsiderate Apostolum & pontificem

ficcõfessionis nostræ Iesum, qui fidelis est ei qui fecit illum, sicut & Moyses in omni domo illius.

Adhuc etiã de incarnationis Christi loquitur mysterio. Nam in Euangelio ipse testatur se missum nõ esse, nisi ad oues perditas domus Israël. Apostolus enim Græcè, Latine missus dicitur. Cognoscite quis sacerdos est Iesus & qualis, & nõ habebitis opus cõsolatione alia, neque solatio. Pontificem verò cum dixit confessionis nostræ, id est fidei nostræ, cui iste populus nouus commissus est, sicut & Moyse prior populus in requiem datus est: sed huic maiora vel longè meliora commissa sunt. Vult enim beatus Paulus erigere animos Israëlitarum ad excellentiam promissionis Dei, vt intentè parent se accipere quod Deus benignè illis promisit afferre; nominans eos fratres sanctos, ad cælestia vocatos, participes cum Christo hereditatis dei, qui fidelis est ei, id est, Deo patri, qui fecit eum. De humanitate dicit eius qui factus est ex femine David secundum carnem: non de diuinitate quæ facta non est, sed genita à patre vnus substantiæ cum eo, sicut Moyses fidelis est in omni domo illius. Præpositurus cum Moyse secundum comparationem, ad legem sacerdotij hunc sermonem induxit, afferens eum fidelem esse in domo illius. Fidelis, id est deuotus, defendente ea quæ sunt eius, nõ permittente corrumpi in domo illius, id est in populo priori. Confestimq; consecutus ostendit quomodo domus illius esse debeamus. Ait enim, *Quæ domus sumus nos, si fiduciam & gloriam spei vsq; ad finem firmam retineamus.* Hoc dicit, quia qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Domum enim dicit pro his qui cõuocantur in Ecclesia. Intulit, *Dei domus sumus nos, id est, factura Dei,* creati in Christo Iesu. Hucusque comparationem fecit de incarnatione Christi cum Moyse, dehinc se ad altiora eius narranda conuertit, dicens,

Tanto enim amplioris gloriæ iste præ Moyse dignus habitus est: quanto ampliorẽ honorem habet domo, qui construxit eam. Omnis namq; domus fabricatur ab aliquo: qui autẽ omnia creauit, Deus est. Et ille quidẽ fidelis erat in tota domo eius tamquam famulus, in testimonium eorum quæ dicenda erant; iste verò tamquam filius in domo sua, quæ domus sumus nos, si fiduciam spei & gloriam vsque in finem firmam retineamus.

*Quanto ampliorẽ honorem habet domo qui fabricauit,* &c. Non dixit, quãto maiorẽ honorem habet operibus artifex, sed domo, qui construxit eam. Vides quoniã de templo non dixit, sed de omni populo primo, quem Moyses de Ægypto eduxit, & deinde de eo quem Christus de diabolica liberauit seruitute, sibi que in domum acquisiuit. *Omnis namque domus fabricatur ab aliquo: qui autem omnia creauit, Deus est.* Hic factorem à factura discernit, vtriusque domus auctorem Deum esse intelligi volens, sed aliter illius cui Moyses præfuit, aliter alius cui Christus dux esse & dominus agnoscitur. Ideo subsecutus ait, *Et ille quidem fidelis erat in tota domo eius tamquam famulus, in testimonium eorum quæ dicenda erant: iste verò tamquam filius in domo sua, quæ do-*

*mus sumus nos, si fiduciam spei & gloriam vsque in finem firmam retineamus.* Iste quidẽ, id est, Iesus, in paternas res sicut filius ingreditur: ille autem, id est Moyses, sicut famulus Dei. Hic iterum eos hortatur stare fortiter, & non subruì. Domus quippe Dei erimus, si fiduciam spei & gloriam vsque in finem firmam retineamus. Bene dixit, *fiduciam spei nostræ,* quoniam omnia bona sanctis in hac vita in spe sunt, donec ad speciem perfectæ beatitudinis perueniant. Spe enim salui facti sumus. Bona enim quæ nobis promissa sunt, in hac pœnali vita habere non possumus, nisi in spe, & patienter illa expectantes, vsque ad finem firmam spem retineamus: quia oportet nos sperare quæ futura sunt. Spes enim quæ videtur, non est spes.

Quapropter sicut dicit Spiritus sanctus: Hodie si vocem eius audieritis, ne obduretis corda vestra, sicut in amaritudine secundum diem tentationis in deserto, vbi tentauerunt me patres vestri: probauerunt & viderunt opera mea. Quadraginta annis offensus fui generationi huic, & dixi, Semper hi errant corde: ipsi autẽ nõ cognouerunt vias meas, quibus iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meã.

*Hodie si vocem eius audieritis,* &c. Historia quã Apostolus hic rememorat, notissima est. Cum enim egressi essent de terra Ægypti, & multam viam perambulassent, & multa indicia virtutis Dei accepissent, in Ægypto, in mari rubro, in eremo, consilium fecerunt vt mitteret speculatores, qui deberent inspicere naturam terræ quæ promissa est eis. Illi verò pergentes ac reuersi, terram quidem valde vberem, & optimorum fructuum procreatricem esse dicebãt, sed virorum inexpugnabilium esse illam prouinciã, & fortium. Israëlitarum verò ingrati & insensati quos oportebat recordari tantorum Dei beneficiorum, & quomodo eos clausos in medio tanti exercitus Ægyptiorum eripuit de periculis, & fluuiorum fontes sine defectu donauit, & manna tribuit, & alia miracula quæ operatus est eis: nec sic quidẽ Deo crederentur, nec horum aliquid rememorati sunt, sed timore perterriti dixerunt, Reuertamur in Ægyptum. Deus igitur iratus eis, qui sic citò obliti fuerant beneficiorum, mirabilius eius, iurauit vt non intraret generatio illa in requiem promissam olim patribus: & sic omnes perierunt in eremo, præter duos tantummodo. Tres itaque requies Apostolus memorat in hac epistola. Vnam sabbati, qua Dominus requieuit ab operibus suis. Secundam in Palæstina, in quam ingressi Israëlitarum requieturi erant ex miseria multa & laboribus. Tertiam, quæ vera est requies, hoc est regnum cælorum: ad quã quos peruenire contigerit, reuera requiescit à laboribus & difficultatibus suis: de qua hic Prophetam loquitur ad veros Israëlitas dicendo, *Hodie si vocem eius audieritis, ne obduretis corda vestra,* ne similia patiamini qualia progenitores vestri passi sunt, & priuati sunt requie promissa: aliquãdo enim audierunt patres vestri vocem illius per Moysen, & obdurati sunt. Ergo tunc per præconem locutus est, quando obdurastis corda vestra: per se nunc loquitur, mollescant corda vestra. Qui præcones ante se mittebat,

Esai. 52.

1. Cor. 10.

Math. 3.

Math. 4.

1. Cor. 10.

Acl. 1.

Col. 3. 1.

Math. 28. Num. 14.

Hebr. 6.

Rom. 11.

Math. 23.

Num. 14.

Hebr. 13.

1. Cor. 10.

ipse venire dignatus est. Ore suo hic loquitur, qui loquebatur per ora Prophetarum. Ad eius ergo vocem qui praconem misit, & nunc per se clamat, Nolite claudere corda vestra. Recordamini quomodo obdurati sunt patres vestri, & quomodo non introierunt in requiem promissam, sed amaritati murmurantes contra Deum perierunt. Patres vestri erant qui perierunt, nolite imitari eos. Patres vestri erant, sed si imitati eos non fueritis, patres vestri non erunt, quauis de his nati sitis, scientes quia Deus potens est de lapidibus suscitare filios Abraham. *Quadragesima annis offensus sui generationi huic.* Multis modis eos Deus castigauit, ipsi tamen semper corde errauerunt. Quadragesima diebus Dominus in deserto ieiunauit, ut triumpharet de eo per quem illi quadragesima annis murmurauerunt contra Dominum in cremo. Postque consummatam in passione & resurrectione totam victoriae gloriam, quadragesima diebus fuit cum discipulis antequam caelum ascenderet. Primis quadragesima diebus tentationem huius peregrinationis ostendit: posterioribus vero quadragesima diebus consolationem quam sancti habituri sunt in patria. Corpus enim eius, id est Ecclesia, necesse est tentationes patiar in hoc saeculo: sed non deest ille consolator qui dixit, Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem saeculi. Quibus iuravi propter infidelitatem suam, non introituros in requiem meam. Loqui Dominum, magnum est: quanto magis iurare? Iuramentum ad confirmationem fieri voluit. Per quem iurat Deus, nisi per seipsum? Non enim habet maiorem, per quem iuret. Per seipsum confirmat promissa sua, per seipsum confirmat minas suas. Sicut verum est quod promittit, sic certum est quod minatur. Iurauit ut non intrarent in requiem ipsius, & tamen oportet intrare aliquos in requiem ipsius. Illis ergo reprobat, nos intrabimus: quia & si aliqui ex ramis propter dissimilitudinem & infidelitatem fracti sunt, nos propter fidem & humilitatem inferemur. Sequitur autem exhortatio apostolica ad populum de requie introeunda. Dicit enim,

Videte fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor durum infidelitatis, ut recedat a Deo viuo: sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie nominatur: ut non obduretur quis ex vobis fallacia peccati.

*Cor durum infidelitatis, &c.* Quippe ex duritia cordis infidelitas nascitur. Sicut enim solida corpora & dura non obsequuntur manibus medicorum: sic & animae obduratae non obsequuntur verbo Dei. Si enim patres vestri, vult inferre, quia non sperauerunt sicut oportebat sperare, haec passi sunt quae leguntur in historia, cuius ante meminimus, & perierunt in deserto propter duritiam cordis: multo amplius vobis talia timenda sunt, sicut illis accidere. Ad illos enim iste sermo factus est, qui in praesentia fuerunt, vel futuri sunt. Ideo dicit, *hodie*. Hodie namque illud semper est, donec constat mundus. Infert enim amplius dicere de hodie, & subiungit, dicens, *sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec hodie nominatur: ut non obduretur quis ex vobis fallacia peccati.* Adhortamini, hoc est, aedificate inuicem, corrigite vosmetipsos, ne contingant vobis similia: ne obduretur

quisquam ex vobis decipiente peccato infidelitatis. Attendis quia infidelitas peccati facit. Sicut enim infidelitas malignam vitam procreat: sic etiam anima quando in profundum malorum venerit, contemnit. Contemnens autem, neque credere patitur, ut se a timore mortis perpetue liberet. Deinde infert Apostolus,

Participes enim Christi effecti sumus: si tamen initium substantiae eius usque ad finem firmum retineamus. dum dicitur, *Hodie si vocem eius audieritis, ne obduretis corda vestra, sicut in illa amaritudine.* Quidam enim audientes exacerbauerunt, sed non vniuersi qui profecti sunt ab Aegypto per Moysen. Quibus autem infensus fuit quadragesima annis? Nonne illis qui peccauerunt, quorum cadauera prostrata sunt in deserto: Quibus autem iurauit non introire in requiem ipsius, nisi illis qui increduli fuerunt: Et videmus quia non potuerunt introire propter incredulitatem.

*Participes enim Christi effecti sumus.* Quid est, participes effecti sumus? participamus ex eo, inquit, id est, vnum effecti sumus cum illo. Siquidem ipse caput est, & nos membra, cohaeredites & concorporales illi secundum spiritalem hominem, qui creatus est cum ipso. *Si tamen initium substantiae eius usque ad finem firmum retineamus.* Quid est, *initium substantiae?* Fidem significat, per quam substantiamus, & Deo nati sumus in filios, & essentialia (ut ita dicam) facti sumus. Quod diligentissime obseruandum est, ne cuiuslibet doctrinae macula corrumpamur. Deinde subinfert Apostolus de hodie adhuc dicere. *Dum dicitur, Hodie si vocem eius audieritis, ne obduretis corda vestra, sicut in illa amaritudine.* Hic vero Apostolus propheticum testimonium intrat explanare, quod superius posuit, dixit enim, *Hodie si vocem eius audieritis, ne obduretis corda vestra sicut in illa amaritudine.* Quorum obduratorum mentionem facit? quorum infidelium? nonne eorum quorum cadauera prostrata sunt in deserto? Quod enim dicit, tale est. Audierunt illi, sicut & nos audimus. Sed quid profuit illis sermo auditus? Non ergo puteris quia ex auditu tantum praedicationis introitus sit ad requiem Dei, quia & illi audierunt per Moysen, sed nihil utilitatis ex auditu habuerunt: quoniam nec crediderunt, nec sermo auditus fide temperatus est. Discreuit eos qui crediderunt praedicationis verbo, ab illis qui non crediderunt. Ait enim, *Sed non vniuersi.* Caleb enim & Iosue, quia non consenserunt infidelibus, effugerunt poenam quae illis illata est: nec solum illis donatum est mortem euadere, qua caeteri perierunt, sed etiam donatum est illis terram repromissionis intrare, eamque laudabiliter pro sua portione possidere.

**T**IMEAMVS ergo, ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem eius, existimetur aliquis ex nobis deesse. Etenim & nobis nuntiatum est, quoadmodum & illis. Sed non profuit illis sermo auditus, quia non fide temperatus ex his quae audierunt.

CAPV IIII.

Timeamus

Eccli. 10. Pro. 18.

Psalm. 94.

Num. 14.

Ioan. 17. Eph. 5.

Eph. 3.

Galat. 2.

Eph. 4.

Psalm. 94.

Num. 14.

Rom. 2.

Deut. 1.

Iosue 14.

CAPV IIII.

Rom. 2. Galat. 4.

1. Tim. 6.

Hebr. 3.

Psalm. 94.

Math. 11.

Genes. 2.

Psalm. 94.

E

Hebr. 3.

Deut. 1.

Num. 14.

*Timeamus ergo, ne forte relicta pollicitatione, &c.* Timeamus nos illorum perditionem, & iustum Dei iudicium metuamus: qui reddet vnicuique secundum opera sua: requiem sempiternam fidem habentibus, eam tamen quae per dilectionem operatur; non creditibus, poenam perpetuam: ne forte relicta pollicitatione quam dedimus Deo in baptismo, iterum reuertamur ad opera infidelitatis quae abdicauimus coram multis testibus. Vnusquisque pro seipso laboret, ne forte minus dignus inueniatur introeundi in regnum Dei. Etenim nobis nuntiatum est quomodo intrare debeamus in requiem Dei, sicut & illis. Nobis tamen per filium, illis vero per famulum. Confestimque verba exhortationis subiungit Apostolus, dicens,

Ingrediamur igitur in requiem nos qui credidimus, quemadmodum dixit, Sicut iuravi in ira mea, si introibunt in requiem meam.

Nos vero hortatur intrare in requiem, ne forte nobis dicatur sicut illis, *si introibunt*, (id est, non introibunt) *in requiem meam*. Festinat autem ostendere aliam esse requiem ad quam vocati sumus, id est, regnum caelorum. Nec nos dicit in illam quae in Palestina est, intraturos, sed illos non intraturos propter obdurationem cordis sui nec in Palaestinam, nec in requiem caelestem. Addidit itaque de prima requie loqui, dicens,

Et quidem ab operibus in institutione mundi factis. Dixit enim in quodam loco de die septima sic: Et requieuit Deus die septima ab omnibus operibus suis: & in hoc rursus, Si introibunt in requiem meam. Quoniam ergo superest quosdam introire in illam, & ij quibus prius annuntiatus est, non introierunt propter incredulitatem: iterum praefiniuit aliam quandam diem, Hodie, in Dauid dicendo post tot annos, sicut supra dictum est: Si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Nam si eis Iesus requiem praestitisset, numquam de alia loqueretur post hac die.

*Et requieuit Deus die septima, &c.* Confestimque secunda subiunxit, quae promissa est populo Dei. *Et in hoc* (inquit) *rursus, si introibunt in requiem meam.* Si, coniunctio pro affirmatione, pro negatione, pro dubitatione accipi potest. Superius quidem pro negatione posita est, ubi ait, propter incredulitatem illorum iurasse Deum, non introire eos in requiem promissam. Addit, *si introibunt*, id est, non introibunt. Hic vero potest intelligi pro affirmatione positum esse, quasi diceret, Si introibunt, bene habebunt. Ideo addidit, *Quoniam ergo superest quosdam introire in illam.* In illam videlicet, quae in Palestina fuit, pauci introierunt, id est, duo tantum, Caleb & Iosue, ex omnibus illis qui de Aegypto perrexerunt. Proinde ait, *Et ij quibus prius annuntiatum est, non introierunt propter incredulitatem.* Eos significans qui de Aegypto profecti sunt, quorum cadauera prostrata sunt in deserto. Deinde infert de tertia quae Christum credentibus promissa est, quauis obscure disputare. *Iterum praefiniuit aliam quandam diem,*

*Hodie, in Dauid dicendo post tot annos, sicut supra dictum est, si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra. Nam si eis Iesus requiem praestitisset, numquam de alia loqueretur post hac die.* Hic ostendit tertiam quandam esse requiem, de qua Dauid dixit, *Hodie*: non illam significans ad quam Iesus populum introduxit: sed aliam quaedam multo excellentiorem illa, ad quam non typicus, sed verus Iesus introduxit eos qui sunt eius. Audiamus si hoc certum sit. *Post tot annos* (inquit) *iterum dicit Dauid: Hodie, si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.* Si enim Iesus veram praestitisset requiem populo, cuius ductor fuit, nequaquam de alia requie Dauid loqueretur postea. Certum est ergo, quia futurum est, quosdam accipere requiem quae per illam significata est quae est in Palaestina, ad quam verus Iesus ducturus est populum suum.

Itaque relinquitur sabbatismus populo Dei. Qui enim ingressus est in requiem eius, & ipse requiescit ab operibus suis, sicut & a suis Deus. Festinemus ergo ingredi in illam requiem, & ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum.

*Qui enim ingressus est in requiem eius, & ipse requiescit ab operibus, &c.* Requies vero Dei, operum perfectio intelligenda est, dum sexto die finita primordiali creatione, in septimo cessauit a nouarum creatione naturarum. Per illam vero requiem Dei, quae aeterna est, nos ad aeternam studiosè prouocare requiem: quam sabbatismum nominauit, quia Iudaeis locutus est. Non dixit hoc loco requiem, sed sabbatismum, proprium nomen ad quod gaudebant & concurrebant: sabbatismum regnum Dei vocans, sicut cum sabbato ab omnibus malis abstinere praecipit, & seruari quae ad obsequium Dei pertinent, quae sacerdotes efficiebant, & quae animam iuuabant, & nihil aliud. Nec tale vult sabbatum in regno Dei, ut iterum quis exinde reuertatur ad opera laboriosa, sicut in sabbato carnali fecerunt. Istud vero sabbatum Dei quicumque intrat, requiescit perpetuo ab operibus suis, sicut a suis Deus. Volens itaque eos de resurrectione instruere, & de requie sempiterna, hodie sapissimè interposuit, ut numquam desperarent se intraturos: quasi diceret, si quisquam peccauerit usque hodie, spem habeat reuertendi. Nullus igitur desperet, usquequod uiuit. *Festinemus ergo ingredi in illam requiem, & ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum.* Magna quidem res est fides, & salutaris, & sine hac non est saluari possibile alicui, sicut dictum est, Sine fide impossibile est Deo placere. Sed sola fides non sufficit, operari per dilectionem fidem necessarium est, & conuersari dignè Deo. Proinde etiam Paulus comonet eos qui dignè ministerium suscipere meruerunt, dicens, *Festinemus ingredi in illam requiem.* Festinemus, inquit, quoniam non sufficit fides, sed debet addi & vita fidei condigna, & multum studium debet adhiberi, ne fides sit otiosa. Si enim illi terram intrare non meruerunt quia murmurauerunt contra Deum: quomodo nos caelum merebitur intrare, indifferenter viucentes sicut gentes? Opus est quippe omni volenti caelum possidere, fide operibus bonis ornare. Nec hoc solum damnū habet malè viuens, quod non intrat in

Psalm. 94.

Iosue 4.

2. Tim. 2. Num. 27. Deut. 31.

Genes. 2.

ibidem.

Leuit. 16.

Exod. 31.

Apo. 14.

Hebr. 11.

Galat. 4.

Iacob. 2.

Num. 14.

1. Thess. 4.



regnum Dei, verum etiam, quod maioris est terroris, poenae perpetuae mancipari. Ideo addit, *Et ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum.* Eorum interitus qui perierunt in deserto, terruit audientes, ne in illorum incidere iudicium: quasi diceret, sufficienter ex parentibus nostris docemur ne in similia incidamus, ne eadem patiamur quae illi passi sunt, hoc est, in idipsum exemplum infidelitatis. Deinde ut maiorem peccantibus incuteret formidinem, subiunxit,

Viuus est enim Dei sermo & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, & pertingens usque ad diuisionem animae ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis. Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius, ad quem nobis sermo.

Viuus est enim Dei sermo, &c. Hic ostendit eundem nos habere iudicem, qui illos propter incredulitatem eorum damnauit: dixit enim, *Viuus est sermo Dei,* sermo Dei filius est Dei, qui de seipso ait, Si quis sermonem meum seruaerit, mortem non videbit in aeternum. Sicut illi si seruaerant sermonem Dei, viuerent, terramque promissionis intrassent: sic & nos si seruaerimus sermonem eius, viuemus, requiemque caelestem intrabimus. *Viuus est enim Dei sermo & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti.* Gladius enim potest membra diuidere a corpore, & penetrare secreta, & naturam carnis: sed eo multo penetrabilior est sermo Dei. *Pertingens usque ad diuisionem animae ac spiritus, compagum quoque ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis.* Anima viuimus, spiritu intelligimus, vita nobis carnalis cum bestiis communis est, rationalis & spiritalis cum angelis. Tam efficax est iudicium Dei, ut discernat inter carnalia peccata & spiritalia, quis, quid, quo agat animo, vel quo desiderio seruiat in corde: tam penetrabilis est eius intuitus, ut omnia nostra quae agimus vel cogitamus, certius agnoscat quam nosmetipsi. Illum semper habemus testem actuum nostrorum vel cogitationum, quem iudicem habituri sumus. Timeamus eius potentiam, cuius praesentiam nullatenus effugere valebimus. Dixit enim quod discretor est sermo Dei, id est prouidentia Dei, cogitationum etiam & intentionum cordis: quo loco ostendit quia omnia nostra interiora vel exteriora diiudicabatur ab eo qui omnia nostra nouit, & totus totum penetrat hominem. Nec mirum si totus vbi que totam suam agnoscat creaturam, siue spiritalem, siue carnalem, quia nihil quod factum est, sine eo factum est. Ideo addidit, *Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius: omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius, ad quem nobis sermo.* Hic maxime eos terruit, forte adhuc nequiter seruiles, non eum integra satisfactione perficientes fidei opera: quia ipse quae in corde sunt examinat & considerat, reddens unicuique secundum merita sua. Et quid dicimus de hominibus? Etiam si Angelos dicas, si Archangelos, si Cherubim, si Seraphim, & si aliam quilibet creaturam, omnia reuelata sunt oculis eius, omnia aperta & manifesta. Quid est quod cum possit latere, cum omnia nuda & aperta sint oculis eius?

1. Ion. 5.  
1. Cor. 10.  
1. Ion. 2.  
Hebr. 12.  
1. Ion. 8.  
1. Ion. 2.  
1. Cor. 23.  
Eccles. 3.  
Marc. 12.  
1. Cor. 4.  
Eccles. 23.  
Psalm. 138.  
Rom. 2.  
Eccles. 39.  
1. Ion. 1.  
1. Cor. 4.

Ad quem nobis sermo. Quid est, ad quem nobis sermo? hoc est, ipsi redditori sumus rationem actuum nostrorum.

Habentes ergo pontificem magnum qui penetrauit caelos, Iesum filium Dei: teneamus spei nostrae confessionem.

Habentes ergo pontificem magnum, &c. Paululum enim ante de diuinitate eius differens, ait, Omnia nuda & aperta sunt oculis eius. nunc autem quia de carne loquitur, de pontificatu disputat illius qui semetipsum obtulit nostrae causae salutis; quomodo prior omnium intrasset in requiem, dicens, *Habentes ergo pontificem magnum qui penetrauit caelos.* Moyses enim ductor populi, cui promissa est requies transitoria, non introiuit in requiem quam saepius populo promisit. Iste vero sacerdos noster melioris promissionis sponsor, viam faciens creditibus in se, primus intrauit in requiem populo sibi credito promissam; ostendens eum magnum sacerdotem, quia sempiternum haberet sacerdotium, semper viuens ad interpellandum pro nobis. Et hunc filium Dei ostendit, dum dixit, *Iesum filium Dei,* quod nusquam de Moysese dicere voluit, sed eum famulum proferebat in superioribus, testificans hunc sub nomine Iesu, quod nomen Angelus a Deo directus Virgini annuntiauit filium Dei esse verum, & ideo magnum sacerdotem. *Teneamus spei nostrae confessionem.* Qualem confessionem dicit? Quoniam filius Dei est, quoniam Christus Deus est, passus est, sepultus est, resurrexit tertia die, ascendit in caelum, sedet ad dexteram Dei patris, inde veturus iudicare viuos & mortuos: per quem omnia bona habemus, redemptionem, resurrectionem, hereditatem cum eo sempiternam: haec confitemur. Quia vero haec vera sunt, manifestum est ex eo quod pontifex in interiora velaminis, intrat in sancta sanguine aspersus proprio, non alieno, sicut pontifices priores qui sanguine vaccae rubrae aspergebantur.

Non enim habemus pontificem, qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato.

Qui non possit compati infirmitatibus nostris. Non ignorat quae nostra sunt. Venit enim per viam humanae conditionis, per omnia sine peccato, nihil secum afferens vnde morti debitor esset; sicut ipse in Euangelio testatur, dicens, Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quidquam. Multi pontifices ignorant eos qui in tribulatione constituti sunt, neque quae sit tribulatio in quolibet scientes. Impossibile quippe est scire afflictiones afflictorum, eum qui per experimentum afflictionem non habuit, & sensibilibiter omnia non sustinuit. Pontifex autem noster competenter omnia sustinuit quae fuerunt humanae miseriae illata post peccatum primi hominis, & tunc in interiora velaminis ad thronum paternae maiestatis ascendit. *Tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato.* Tentatus est quidem diuersis modis, sed non superatus: in omnibus probatus, vbiq; victor gloriosus. Tentatus est siquidem pro similitudine, scilicet carnis, absque peccato. Similitudinem itaque carnis peccati habuit, quae tamen caro illius absque omni peccato fuit. Haec est tentatio qua tentatus est: quia persecutionem plurimorum

2. Cor. 5.  
Hebr. 4. sup.  
Deut. 32.  
Hebr. 7.  
Hebr. 2.  
Luc. 1.  
1. Cor. 15.  
Ephes. 1.  
1. Ion. 11.  
1. Cor. 15.  
Ephes. 1.  
Hebr. 9.  
Num. 19.  
Rom. 8.  
1. Ion. 14.  
Esa. 53.  
1. Petr. 2.  
Hebr. 6.  
Coloss. 2.  
Rom. 8.

morum passus est, sputa suscepit, accusatus est, detractionem sustinuit, calumnias passus est, repulsus est a propria gente, in fine crucifixus est. Iuxta similitudinem vero carnis sine peccato, quia natura quam veram suscepit, similis est carnis nostrae: peccata vero nequaquam habuit, quae caro nostra de parentibus contraxit: quia tale fuit originale peccatum in carne primi hominis, vnde & poena & remedium fieri potuisset. Poena & peccatum in omni humano genere, praeterquam in Christo, in quo solo salus & remedium fuit: non enim praeiudicata est caro peccatrix, ut inde fieri remedium non potuisset. Praesciebat potentia Dei qualiter ex illa massa, iustitiae aequitas & misericordiae pietas potuisset prouenire.

Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiae eius, ut misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio oportuno.

Adeamus ergo cum fiducia. Hoc est, adeamus per fidem ad thronum gratiae eius: habeamus fiduciam quamuis peccatores simus, eius gratiam recuperare posse, si tamen fructus dignos fecerimus poenitentiae, & fidem firmam usque in finem retineamus. Nunc verus sedet pontifex noster Iesus Christus filius Dei in throno gratiae, paratus indulgere peccatis nostris. *In auxilio oportuno.* Nunc verè oportuno tempus auxilij & misericordiae illius, sicut iste doctor egregius alio loco dixit, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Et Propheta multo ante hoc auxilium oportuni temporis significans, Tempore, inquit, oportuno audiui te, & in die salutis adiuui te. Namque & nunc quod post baptismum peccantes inuenire possunt misericordiam, si poenitentiam egerint, gratia est illius qui sedet in throno gratiae: quod verò oportuno factus est pro nobis, magnum est humilitatis indicium, quam ex nostra susceperit natura, non sua substantia, quam habet triphaliter cum patre, cui nos fidem cum fiducia bonitatis suae offeramus hoc oportuno tempore cum sedet in throno gratiae, & omnia tribuit quae nobis ad salutem prouenire certissimum est. Modò tempus est donorum, nemo de seipso desperet. Timeamus thronum aequitatis eius cum venerit diiudicare omnia secundum iustitiam: & tunc erit desperationis tempus non volentibus conuerti ad sedem gratiae, cum thalamus erit clausus, tantumque cum sponso remanebunt qui lucentes bonis operibus ferent lapides. Vult ostendere iam beatus Paulus, quoniam multo melius est testamentum hoc, quam vetus: quia nihil in hoc est imaginarium, utputa non templum corporale, non victimae carnales, non obseruationes legales, sed altiora & perfectiora omnia: quia totum quidquid est in spiritalibus, est huius testamenti ratio. Sed quia spiritalia non sic introducunt infirmos, sicut corporalia; de corporalibus incipit disputare, dicens:

Definit primum quis sit pontifex, & demonstrat quae pertineant ad pontificem, & quod sit eius ministerium, & quae sunt signa pontificatus: id est, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis, & ut condolere possit is qui ignorant & errant. Oportebat quidem de caelestibus fidem facere terrenis, ut ad excellentiora spiritalia peruenire possent; & ut consueto sacerdotum more qui in lege fuit, ad altius, id est, Christi sacerdotium eos perduceret: sed quia adhuc infirmi fuerunt, propterea mundum carnalis pontificis introducit. Pontificis itaque officium est, inter Deum stare & populum, & Deum deprecari pro populi delictis: hoc enim Christus fecit, seipsum offerens pro peccatis nostris, semper viuus ad interpellandum pro nobis, semel assumptus ab hominibus, sed semper pro hominibus interpellans. Poni hic Apostolus quaedam communia Christo cum sacerdotibus, quaedam verò altiora. Quod itaque ait, *Omnis namque pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quae sunt ad Deum.* Hoc commune est Christo, & ei qui ex hominibus constituitur, ut offerat dona & sacrificia pro peccatis: & hoc, sed non totum. Reliqua verò non sunt communia. *Et ut condolere possit is qui ignorant & peccant.* Haec iam excellentia est, de qua superius in priori sententia latius disputauit. Quod verò adiunxit,

Et quoniam ipse circumdatus est infirmitate, propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tamquam Aaron.

Propterea debet, quemadmodum pro populo, &c. Hoc ad sacerdotes legales magis pertinet, quam ad Christum, nisi forte quis dicat vnum esse corpus Christi Ecclesiam, ut dum offert pro Ecclesia, pro suis etiam membris offerat: sed haec violenta interpretatio videri potest. Deinde disputare aggreditur, quomodo quis ad sacerdotium accedere debeat. *Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tamquam Aaron.* Hic etiam percutit sacerdotes honoris cupidos, & sacerdotij auidos, non pro salute populi, sed propter ambitionem saeculi. Igitur Aaron vocatus est a Deo, signo florentis virgae: & demonstratus est sacerdos a Deo esse electus, etiam incendio eorum qui eius pontificatum inuidere voluerunt.

Sic & Christus non semetipsum clarificauit, ut pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.* Hoc est quod in Euangelio ipse ait, Non enim a meipso veni, sed ille me misit. Et iterum, Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Est enim pater qui glorificat me. Notandum est, quod glorificare, & honorare, & clarificare, tria quidem sunt verba, sed vna res est: quod Graece dicitur *δοξάζειν*, sed interpretum varietate aliter atque aliter positum est in Latino. Quod in Euangelio dictum est, glorifico, hic Apostolus clarificationem nominat. Clarificatus est ergo filius a patre, quando super baptizatum vox patris audita est. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Quae clarificatio siue glorificatio multo ante per

CAPVT V.  
Leuit. 4.

1. Cor. 5.  
Philip. 2.  
1. Petr. 2.  
Math. 3.  
Hebr. 3.  
1. Cor. 6.  
Esa. 49.  
Philip. 2.  
Esa. 44.  
Math. 25.  
Hebr. 8.  
1. Cor. 2.  
Leuit. 4.

Et quoniam ipse circumdatus est infirmitate, propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tamquam Aaron.

Propterea debet, quemadmodum pro populo, &c. Hoc ad sacerdotes legales magis pertinet, quam ad Christum, nisi forte quis dicat vnum esse corpus Christi Ecclesiam, ut dum offert pro Ecclesia, pro suis etiam membris offerat: sed haec violenta interpretatio videri potest. Deinde disputare aggreditur, quomodo quis ad sacerdotium accedere debeat. *Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo tamquam Aaron.* Hic etiam percutit sacerdotes honoris cupidos, & sacerdotij auidos, non pro salute populi, sed propter ambitionem saeculi. Igitur Aaron vocatus est a Deo, signo florentis virgae: & demonstratus est sacerdos a Deo esse electus, etiam incendio eorum qui eius pontificatum inuidere voluerunt.

Sic & Christus non semetipsum clarificauit, ut pontifex fieret: sed qui locutus est ad eum: *Filius meus es tu, ego hodie genui te.*

Hoc est quod in Euangelio ipse ait, Non enim a meipso veni, sed ille me misit. Et iterum, Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. Est enim pater qui glorificat me. Notandum est, quod glorificare, & honorare, & clarificare, tria quidem sunt verba, sed vna res est: quod Graece dicitur *δοξάζειν*, sed interpretum varietate aliter atque aliter positum est in Latino. Quod in Euangelio dictum est, glorifico, hic Apostolus clarificationem nominat. Clarificatus est ergo filius a patre, quando super baptizatum vox patris audita est. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Quae clarificatio siue glorificatio multo ante per

Leuit. 4.

Psal. 2.

Matth. 17.

Psal. 81.

Psal. 109.

Genes. 14.

Psal. 109.

Hebr. 7.

Ioan. 6.

Iuo par. 2. ca. 6. S. sed in ista.

1. Cor. 11.

Genes. 14.

Hebr. 7. 9.

Hebr. 13.

Matth. 27.

Prophetam Spiritu sancto inspirante prædicta est: Dominus dixit ad me, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Dominum significat patrem. Attendamus autem quod posuit, Dixit ad me, Filius meus es tu: quod etiam ei dicturus erat post baptismum: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui. Hic itaque ut Christum vnam personam sentires, & vnigenitum Dei filium, adiecit; Ego hodie genui te. Hoc iam nihil habet commune cum cæteris qui filij dicuntur, qui sacerdotes appellantur, de quibus dictum est, Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes: sed totum est vnigenito filio proprium.

Quemadmodum & in alio loco dicit, Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech.

Melchisedech secundum legalia mandata non fuit sacerdos, sed secundum cuiusdam singularis sacerdotij dignitatem, panem offerens Deo & vinum, non frutorum animalium sanguinem: in cuius ordine sacerdotij Christus factus est sacerdos, non temporalis, sed æternus ad quem dictum est, Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Omnes enim sub lege erant sacerdotes, iste solus secundum ordinem Melchisedech, ex eo quod natus est de vtero virginali ante Luciferum, non secundum id quod natus est ex patre Deus apud patrem, coæternus gignenti & consubstantialis: sed sacerdos propter carnem quam assumpsit, aut propter victimam quam pro nobis offerebat à nobis susceptam, id est carnem & sanguinem: de qua victima ipse in Euangelio ait, Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Sed in ista carne & sanguine nihil creuentum, nihil corruptibile mens humana concipiat; ne sicut dicit Apostolus, qui corpus Domini indignè manducat, iudicium sibi manducet: sed viuificatricem substantiam atque salutarem in pane & vino, per quam si dignè sumantur, nobis est peccatorum remissio, & regni Dei possessio collata. Huius ordinem sacrificij per mysticam similitudinem Melchisedech iustissimus rex instituit, quando Domino panis & vini fructus obtulit. Constat enim pecudum victimas periisse, quæ fuerunt ordinis Aaron, non Melchisedech: sed hoc manere potius institutum, quod toto orbe in sacramentorum erogatione celebratur. Sacerdos autem dicitur præcipue Christus, qui semel se pro nobis obrulit immolandum, sicut semel de Melchisedech in sancta legitur scriptura, & eius sacerdotio. In æternum verò cum dicitur, ipse significatur Dominus Christus, qui permanet in gloria sempiterna.

Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesque ad Deum, qui posset saluum illum à morte facere, cum clamore valido & lacrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia.

Quid verò in sacerdotio pontifex noster egisset, certius hic exprimit Apostolus, dicens, Qui in diebus carnis suæ. Dies quippe carnis Domini nostri, dies sunt in quibus carnem assumpsit, in quibus tentatus est, passus est: in quibus preces supplicationesque ad

Deum qui posset saluum illum facere à morte, offerebat. Totum verò quidquid egit Christus in carne, preces sunt & supplicationes pro peccatis humani generis. Sancta verò sanguinis eius effusio, clamor validus est, in quo exauditus est à Deo patre pro reuerentia eiusdem passionis suæ, sine peccato. Nostræ enim salutis causa perpeffus est, qui nullum habens peccatum, peccatum pro nobis factus est, id est oblatio pro peccatis nostris. Hoc enim totum in magna reuerentia & perfectissima charitate peregit; qui prior dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis hostiam ei acceptabilem: qui que ideo exauditus est à Deo, quia hostiam acceptabilem obtulit Deo, id est semetipsum. Simile est itaque quod dicitur hic, Qui preces, supplicationesque ad Deum qui posset saluum facere illum à morte, cum clamore valido & lacrymis offerens; ei quod in Euangelio legitur eum dixisse, Pater, si fieri potest, transfer calicem istum à me, verumtamè non mea voluntas, sed tua fiat. Qui enim non venit facere voluntatem suam, sed eius qui misit illum, voluntatem paternæ dispensationis præposuit voluntati carnis suæ, ut veram ostenderet in seipso humanitatis nostræ naturam. Beatus Paulus hic dicit, preces eum & supplicationes fundere, non timore mortis, sed nostræ causæ salutis. Vnde & in alio loco etiã dicit sanguinem Christi melius clamasse pro nobis, quam sanguinem Abel, qui ad accusandum fratrum scelus, de terra clamauit. Christi verò sanguis ad interpellandum pro nobis de terra clamat ad patrem.

Et quamquã esset filius Dei, didicit ex iis que passus est, obedientiam: & consummatus, factus est omnibus obtemperatibus sibi causa salutis æternæ, appellatus à Deo pontifex iuxta ordinem Melchisedech. De quo grandis nobis sermo est, & difficilis ad interpretandum: quoniam imbecilles facti estis ad audiendum.

Et quamquam esset filius Dei, didicit ex iis, &c. De similitudine pontificatus Melchisedech superius satis dictum arbitror. Nunc videmus quid vult intelligere Apostolus in eo quod ait, Et quamquam esset filius Dei, didicit ex iis que passus est, obedientiam. Hanc obedientiam, quam hic didicisse filium Dei dicit, hoc est, voluntariè suscepisse, alio quoque loco ostendit, vbi ait, Factus est obediens patri usque ad mortem, mortem autem crucis: propter quod & Deus exaltauit illum. In eo verò quod ait, Et consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ. Consummatus, id est perfectus. Ostendit quantum lucrum sit eius passio, quæ omnibus credentibus sufficit ad salutem sempiternam. Igitur si obediētia filij causa est salutis humane: quãta nobis necessitas est obedire deo, ut digni inueniamur eius salutis, quam nobis per filium proprium donauit? De quo grandis nobis sermo, & difficilis ad interpretandum, quoniam imbecilles facti estis ad audiendum. Causam reddit cur sermo quem de filio incarnato instituit, difficilis ad interpretandum esset: nempe, quia illi imbecilles erant & fragiles sensu ad intelligendum profunda Dei mysteria. Qui enim pro tempore doctores debuerant esse, facti sunt quibus

H

I

K

L

M

Ephes. 3.

Matth. 3. 7.

Galat. 4.

1. Cor. 3.

Ioan. 1.

Ibidem.

Hebr. 13.

1. Cor. 3.

2. Tim. 3.

Psal. 1.

CAP. VI.

Hebr. 5.

1. Cor. 3.

bus lacte opus est, non solido cibo. Illa itaque difficultas interpretandi, in illorum fuit tarditate, non in apostolica sapientia, cui reuelata sunt mysteria à seculis abscondita, sicut in epistola ad Ephesios plenissimè demonstrat. Deinde subiunxit,

Etenim cum deberetis doctores esse propter tempus, rursus indigetis ut vos doceamini quæ sint elementa exordij sermonum Dei: & facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo.

Ad eos itaque loquitur, qui exercitatum sensum per legem & prophetas de aduentu Christi, & gratia quæ per eum allata est credentibus, habere debuerunt: qui etiam magistri aliis per mysteria Dei quæ data sunt illis, poterant esse, si credidissent. Nunc autem tales facti sunt ut infantes, quibus prima elementa litterarum traduntur ad legendum. Dum illorum fuit fortes esse in fide & alacres in scientia, ad solidum cibum sapientiæ percipiendum, qui est perfectorum, nunc facti sunt quibus est lacte opus. Lac enim humilem sermonem vocat, quo eos indignis testatur, qui ad altiora Dei mysteriorum secreta ascendere non poterant. Exempli gratia, qui non potest intelligere quod Euangelista ait, Verbum caro factum est: quomodo potest ad altitudinem eius sermonis peruenire, vbi ait, In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum?

Omnis enim qui lactis est particeps, expers est sermonis iustitiæ: paruulus enim est. Perfectorum autem est solidus cibus, eorum qui propter assuetudinem exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali.

Palatum etenim saporis discernit ciborum, anima verò variarum probat sermones doctrinarum, de quibus in sequentibus huius epistolæ dicit, Doctrinis peregrinis nolite abduci. Sicut enim paruulus inter cibum & cibum discernere nescit, & sæpè in noxiis sumendis periclitatur, si non prohibeatur à sua matre: ita indoctus quisque si discretionem doctrinarum nescit, facilè decipitur, & in via erroris periclitatur. Quod in lacte & solido cibo, hoc in indocto & sapiente differt. Sicut lac paruulis congruit, & solidus cibus ætate perfectis: ita indoctis humilis sermo, & sapientibus arcanum Dei mysterium nosse conuenit, qui exercitatos habere videntur sensus. Quomodo igitur poterunt sensus nostri exercitati esse? utique ex vñ & frequenti lectione sanctarum scripturarum. Vnde beatum virum Psalmista dicit esse, qui in lege Domini meditabitur die ac nocte.

Q V A PROPTER intermittentes inchoationis Christi sermonem, ad perfectionem feramur.

Quapropter, id est, quia exercitatos sensus in lege Domini decet nos habere, intermittamus inchoationis Christi sermonem. Quis est sermo inchoationis Christi nisi fidei initium? Sicut enim eum qui in doctrinam litterarum inducitur, elementa oportet primum audire: sic & Christianus primum omnium de fide S. Ambr. tom. 3.

catholica erudiri debet, quod est fundamentum nostre salutis. Si autem opus habet de fide doceri, necdum fundamentum habet. Firmiter enim oportet & fixum esse hoc fundamentum in corde Christiani, ut inde dignus fiat ad perfectionem aliarum transferri virtutum. Si autem quisquam verbum veritatis audiuit, & baptizatus est, & post annos aliquot de fide iterum audire opus habet, quia credere oportet eum de resurrectione & futuro seculo, necdum fundamentum habens, rursus initium Christianitatis querit. Quia enim fides fundamentum est, cætera verò superædificationes sunt, beatus Paulus sequentibus verbis ostendit, dicens,

Non rursus iacentes fundamentum poenitentiæ ab operibus mortuis, & fidei ad Deum, baptismatum doctrinæ, impositionis quoque manuum, & resurrectionis mortuorum, & iudicij æterni. Et hoc faciemus, si quidem permiserit Deus.

Non rursus iacentes fundamentum poenitentiæ, &c. Perfectum illum vocamus, qui cum fide vitam habet rectam. Et si cui horum quodlibet deerit, perfectus non erit. Si verò ambo defunt, meritò paruulus dici potest, & quasi infans litteris, sic etiam iste iterum in fide erudiendus est. Latenter autem legem infirmare vult, & ad gratiam Christi suos reuocare auditores. Qui autem ad virtutem iturus est, primum malitiam debet culpate & abiicere, & opera mortis per poenitentiam purgare, & sic accedere ad Dominum. Baptismatum doctrinæ, impositionis quoque manuum, & resurrectionis mortuorum, & iudicij æterni. Non enim sufficit poenitentia mundos facere peccatores, nisi cõfestum baptizetur, sicut in Actibus Apostolorum beatum Petrum respondisse legimus: Poenitentiam agite fratres, & baptizetur vnusquisque vestrum in nomine Iesu: & quod impossibile est operari hominem per se, hoc per Dei gratiam in baptismate accipere potest. Quid est autem, baptismatum doctrinæ? Non tanquam multorum baptismatum debet intelligi, sed vnus: quia sicut vna fides est, ita & vnum baptismum est: sed pro varietate causarum accipientium, baptismatum dicitur. Impositionis manuum, per quam Spiritus sanctus accipi posse creditur: quod post baptismum ad confirmationem vnitatis in Ecclesia Christi à pontificibus fieri solet. His igitur perfectè in Ecclesia perceptis, fides resurrectionis & iudicij futuri habenda est. Viuere quippe sicut angeli, & nullius egere eorum quæ in ista vita sunt, huius vitæ promissio nobis facta est per Spiritum sanctum. Fructus autem huius promissionis, eiusdem præsentia vitæ est: quæ duo, id est, fides & iudicium, semel baptizato restat, non iterum baptizari. Et hoc faciemus, si quidem permiserit Deus. In hac quippe fide baptismatis, & resurrectionis & iudicij futuri, vos Deo permittente plener influimus. Ne verò vllatenus quis secundum vel tertium estimaret post peccata posse fieri baptismum, mox subiungit, dicens,

Impossibile est enim eos qui semel sunt illuminati, gustauerunt etiam donum cælestis, & participes sunt facti Spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum Dei verbum, vir-

tutésque sæculi venturi, & prolapsi sunt; renouari rursus ad pœnitentiam: rursus crucifigentes sibi metipsis filium Dei, & ostentui habentes.

Impossibile est, inquit, non difficile. Impossibile verò inquit, in desperationem eos misit; secundò baptizari non potest: quia impossibile est, quod fieri non potest: difficile verò, quod quamuis cum labore, fieri tamen potest. Si semel, inquit, illuminati estis per gratiam sancti Spiritus, & gustastis donum celeste, hoc est remissionem peccatorum accepistis, & participes facti estis Spiritus sancti in distributionem donorum Dei, quæ in epistola ad Corinthios beatus Paulus enumerat, & boni gustastis verbum Dei. Hæc doctrinam dicit euangelicam. Et virtutes venturi sæculi cognouistis. Quæ reuelatio futuri sæculi, nisi resurrectio & vita beata, quæ sanctis promittitur? Hæc omnia si in doctrina fidei, gratia Dei per baptismum illuminati accepistis, & cognouistis, scitote certissimè, si in peccata iterum incidetis, impossibile esse vos renouari iterum ad pœnitentiam. Ad pœnitentiam, dixit, hoc est, per pœnitentiam. Quid ergo? exclusa est pœnitentia post baptismum? Absit. Sed renouatio per sacri baptismatis lauacrum secunda vice fieri non potest. Renouari dixit, hoc est, nouum fieri. Nouum quippe facere hominem, sacri baptismatis est: de quo Propheta ait, Renouabitur vt aquilæ iuuentus tua. Cuius virtus, id est baptismatis facti, in cruce & sepultura Christi constat. Proinde subiunxit, Rursus crucifigentes sibi metipsis filium Dei, & ostentui habentes. Hoc est, vetus homo noster simul crucifixus est cum Christo, sicut alio loco ait, Conformes enim facti sumus similitudini mortis eius. Et iterum, Consepulti enim per baptismum in mortem. Sic enim impossibile est secundo crucifigi Christum, hoc enim est ostentui cum habere: qui secundo se baptizari posse putat, secundo Christum crucifigere querit, qui crucifixus est & mortuus, & victor mortis resurrexit, atque cum triumpho gloriæ caelos ascendit. Sicut enim semel Christus mortuus est carne in cruce: sic nos semel morimur in baptisinate, non carni, sed peccato. Atque sicut ille iterum mori non poterit, ita nec nos baptizari possumus, nisi fortassis lachrymis pœnitentiæ, nõ lauacri regeneratione. Quid ergo est, inquit, nõ est pœnitentia? Est vtique pœnitentia, sed baptismum aliud non est. Pœnitentia verò est, & multam habet fortitudinem, etiam in eum, qui in peccatis valdè demersus est. Si voluerit, potest eum liberare ex onere peccatorum, & periclitantem in tuto constituere, etsi ad ipsum profundum iniquitatis peruenerit, & hoc ex multis manifestum est: ideo addidit, Nunquid enim qui cadit, non resurget? aut qui auertitur, non reuertetur? Quale ergo est medicamentum pœnitentiæ, aut qualiter conficitur? Primum confitendo & cõdemnando proprium peccatum. Iniquitatem, inquit, meam non celauit, & pronuntiabo aduersum me iniquitatem meam, & tu abstulisti impietatem cordis mei. Secundò multa humilitate plangere peccata sua, fructusque dignos exinde facere pœnitentiæ: quatenus nullatenus in eadem iterum corruat peccata. Deinde multis elemosynis redimere se incipiat, qui

seculi habet potestatem. Sicut enim scriptum est: Diuitiæ viri redemptio animæ illius. Postremò opus est nulli irasci, neque malum pro malo reddere, omnibus dimittere peccantibus in se, dicente ipsa veritate: Dimittite, & dimittetur vobis.

Terra enim saepe venientem super se bibens imbrem, & germinans herbam opportunam illis à quibus colitur: accipit benedictionem à Deo. Proferens autè spinas, & tribulos, reprobata est, & maledictioni proxima: cuius consummatio in combustionem.

Cum timore audiamus sermones Dei. Non sunt hæc minæ Pauli, non sunt hominis verba: Spiritus sancti sunt, Christi sunt loquentis in Paulo. Comparisonem hic fecit de anima proficiente in doctrina Dei, & de negligente salutē suam. Fructifera terræ, caelestibusque imbribus irrigatæ adæquavit proficientem animam in sanctorum germinum floribus, dicens, Terra enim saepe venientem super se bibens imbrem. Hic declarat, quod hi ad quos eius sermo fuit, susceperunt & combiberunt verbum caelestis doctrinæ, & sapius per legem, per Prophetas perceperunt, & nec sic prompti facti sunt germina fidei proferre. Adhuc addidit de bona terra, in quam cecidit semen verbi Dei. Germinans (ait) herbam opportunam. Nihil sic opportunū, sicut fides in filium Dei, & vita optima. Hæc verò talis terra accepit benedictionem à Deo, vt ferat trigessimum, sexagesimum, etiã & centesimum fructum. Et hoc notandum est, quod omnis abundantia in frugibus terræ, in fructibus arborum, non aliter nisi per Dei benedictionē cultoribus ad voluntatē respondere poterit. Neque enim agricolarum est terram excitare ad fructus, sed imperium Dei, sicut alibi beatus Paulus ait, Ego plantauit, Apollo rigauit, sed Deus incrementum dedit. Hoc ergo de anima florentē in virtutibus & Dei benedictione, dignè protulit exemplum: moxque subiungit aliud paradigma de ea quæ suam negligentia salutem, dicens, Proferens autem spinas & tribulos, reprobata est & maledictioni proxima, cuius consummatio in combustionem. Quis namque est ab istis spinis mundus? At si essemus mundi, neque sic presumpuosos nos oporteret esse, sed timere & tremere ne fortè pullulent in nobis spinæ peccatorum. Quomodo anima vel caro spinis plena superbere poterit? Numquid nõ maiori sollicitudine extirpare eas opus haberet? Quæ sunt ergo spinæ? Audiamus Christum de spinis dicentem. Quia cura sæculi huius, & deceptio diuitiarum præfocant verbum, & infructuosum efficiunt. Proferens dixit spinas, non generans, maledictioni proxima est. O quantam habet consolationem hic sermo! Maledictioni (inquit) proxima, non maledicta. Qui autem necdum in maledictionem incidit, sed proximus est, longè fieri poterit. Et non hoc solo consolatus est, sed etiam in eo quod sequitur. Non dixit reprobata, & maledictioni proxima, quæ comburetur: sed quid? cuius consummatio in combustionem. Hæc combustio non erit, nisi quis vsque in finem permaneat in peccatis suis: Quia in quacumque die conuersus fuerit peccator, vita viuēt, & non morietur. Si verò abscondamus spinas per pœnitentiam, poterit

1. Cor. 12.

Psal. 102.

Rem 6.

Ibidem.

Colos. 2.

Act. 1.

Rom. 6.

Eierem. 8.

Psal. 31.

Math. 3.

Ecl. 1.

Dan. 4. Proverb. 13. Rem. 12. Luc. 6.

Esai. 55.

Genes. 3.

Psal. 2.

1. Cor. 13.

Esai. 53.

Luc. 8.

Math. 13.

Psal. 103. Ps. 144.

1. Cor. 3.

Proverb. 20.

Proverb. 28.

Math. 13.

Genes. 3.

Ezech. 18.

poterimus mille bonis perfrui, & fieri probabiles, & benedictionis Dei participes. Postquam autem increpauit eos sufficienter, & terruit & percussit, curat eos iterum, ne desperatos faciat: neque in omnibus adulatur, neque in omnibus percutit. Nec hæc dicimus veluti putantes vos spinis plenos, sed timentes ne tales efficiamini. Melius est enim vos verbis terere, ne rebus ipsis doleatis.

Confidimus autem fratres de vobis meliora & viciniora salutis, quamuis ita dicamus. Non enim iniustus est Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis, & ministratis.

Confidimus autem de vobis meliora, &c. Quia beatus Paulus non habuit vnde eos ad quos scripsit, de presentibus laudaret, incipit eos de spe futurorum consolari, dicens, Confidimus fratres de vobis meliora & viciniora salutis, quamuis ita dicamus, quasi diceret, Optima quidem de vobis confidimus, & quæ salutis vestræ proficiant: & quod superius dixi de reprobata terra, & combustioni proxima, non de vobis hoc diximus, quia meliora de vobis credimus. Adduxit quoque eis in memoriam præterita, vt ex præteritis eos adliceret ad bona quæque: ideo subiunxit, Non enim iniustus est Deus, vt obliuiscatur operis vestri, & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius, qui ministrastis sanctis, & ministratis. Ecce quomodo recreauit animas eorum & confortauit, antiqua eis in mentem reuocans, vt non existimarent eorum obliuisci Deum. Necessè est enim eum peccare, cui spes deerit futuri. Deinde hortatur eos omnibus modis sperare futura. Qui enim desperat de presentibus beneficiis Dei, de futuris quis poterit eum confortare? Simile quid Galatis improperat, dicens, Currebatis bene, quis vos fascinauit atque iterum, Tanta passi estis sine causa? vt posset mitigare eandem sententiam, mox subiunxit: Si tamen sine causa. Sic etiam hoc loco temperauit sententiam suam, dicens, Non enim iniustus est Deus, vt obliuiscatur operis vestri, dum tantam charitatem ostendistis in sanctos eius. Volumus enim vos imitari opera eorum, qui per fidem & patientiam hæreditari sunt promissiones. Quale verò desiderium haberet de salute eorum, sequenti ostendit allegatione, dicens,

Desideramus verò vnūquemque vestrum eandem ostentare sollicitudinem, ad expletionem spei vsque in finem: vt non segnes efficiamini, verum imitatores eorum qui fide & patientia hæreditabunt promissiones.

Desideramus verò vnumquemque vestrum, &c. Desideramus verò, inquit, non tantum circa verba, sed etiam in virtute vos cõuersari, non quasi priora vestra culpantes, sed vt de futuris solliciti sitis, admonentes: hoc est, quales fuistis primùm, tales vos cupimus & modò esse, & in futurum. Et non dixit, Volo, quod est auctoritatis doctrinæ: sed quod erat paternæ dilectionis amplius quã velle, hoc est, Cupimus vnūquemque vestrum eandem, quam olim habuistis so-

1. Thess. 2.

Ecl. 19.

1. Thess. 4.

Galat. 3.

Ibid.

Hebr. 13.

Hebr. 12.

Hebr. 10.

Hebr. 3.

licitudinem, ad expletionē spei habere in æternam resurrectionem. Verum imitatores eorum qui fide & patientia hæreditabunt promissiones. Hortatur enim auditores suos, vt fide non ficta, & patientia perfecta expectent promissiones Dei, & hæreditates quas sanctis suis promisit. Et hoc firmitus exemplis corroborare nititur, cum dicit,

Abrahæ namque promittens Deus, quoniam neminem habuit per quem iuraret maiorem, iurauit per semetipsum, dicens, Benedicens benedicam te, & multiplicans multiplicabo te, qui sic longanimiter ferens, adeptus est repromissiones.

Mira est sapientia beati Pauli. Per vices enim laudibus extollit eos ad quos scribit, per vices terroribus accidētis historiæ terret, ne infideles essent, & minus creduli promissionis Dei. Per vices verò eorum exemplis hortatur ad patientiam & fidem: & vt indubitanter credant, non solum Deo dicente, verum etiam iurante per semetipsum. Et dum ei multa suppetere exempla sanctorum, qui per patientiam hæreditarunt promissiones Dei: præcipuè fidelis Abrahæ vsus est exemplo propter dignitatem personæ illius, & propter quod maximè in eo istud contigerit: qui longanimiter ferens, adeptus est in filiis suis repromissiones non modò præteriti tēporis, quæ in populo Dei impleræ sunt, sed magis etiam in futurum pronuntians in filios fidei Abrahæ, cuius filij sunt quos bonitas Dei de lapidibus gentium suscitauit, & fecit eos in fide esse filios Abrahæ. Promissioni enim Dei cooperata est longanimitas in audiētes & expectates hæreditatē promissam: quã quidã pusillanimes & increduli verbo Dei nõ fuerūt adepti, sed plurima eorum in deserto periit multitudo. Quam impiū est Deo iuranti non credere? Iurauit enim Deus per semetipsum, quia neminem habuit maiore, per quē iuraret. Potest hic in hoc iuramento persona Dei patris intelligi, qui de filio suo eidem patriarchæ promisit, dicens, Et in semine tuo benedicentur omnes gentes. Non dicit, in feminibus, vt beatus Paulus in alia demonstrat epistola, sed in semine tuo, quod est Christus. Iurat enim & idem Christus in Euangelio, dicens, Amen, amen dico vobis. Et ipse per semetipsum: quia nec ipse habuit maiorem, per quem iuraret: Benedicens benedicam te, hoc est in stellis cæli, per quas sancti designantur de eius semine futuri, intelligi potest dictum. Multiplicans multiplicabo te, & hoc in arena maris, per quam peccatores populi illius designari possunt, vtraque enim Dominum dixisse legitur, vbi ait, Et erit semen tuum sicut stellæ cæli, & sicut arena quæ est in littore maris.

Homines enim per maiorem se iurant: & omnis controuersia eorum finis, ad confirmationem, est iuramentum. In quo abundantius volens Deus ostendere pollicitationis hæredibus immobilitatem consilij sui, interposuit iusiurandum: vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum,



fortissimam consolationem habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem.

Psal. 115.

Num. 23.

Exod. 22.

Ibid.

Hebr. 5.

Et omnis controuersia eorum finis, &c. Si igitur hominibus in futurum credendum est, de quibus dicitur per Prophetam, Omnis homo mendax: quanto magis Dei iuramento credi debet, qui est veritas, qui nec falli nec mentiri potest? Homines enim per maiorem se iurant: & omnis controuersia eorum finis ad confirmationem est iuramentum, prout si diceret, Ex hoc soluitur totius controuersie disceptatio, non vnus cuiuslibet, sed totius. Oportebat quidem sine iuramento credere Deo, sed iurare Deum dicit. In quo abundantius volens Deus ostendere pollicitationis hereditibus immobilitatem consilij sui, interposuit iusurandum. Propterea enim huius repromissionis mentionem facit, quæ ad nos communiter facta est, quoniam apud homines hoc videtur fidele esse, cum iuramentum interest controuersis eorum. Non tamen æquale est hominem per se iurare, & Deum. Homo enim sui potestatem non habet; Deus autem potestatem habet omnium quæ sunt. Sed quia incredulum est humanum genus, condescendit ad nos, sic certè iurat propter nos: quamuis indignum sit non credi ei, sicut superius dictum est, Et didicit ex his quæ passus est, quoniam homines hoc putant maximè esse dignum fide, vt per experimentum quis transeat ad fidem. Vt per duas res immobiles, quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimam consolationem habeamus, qui confugimus ad tenendam propositam spem. Duas res dixit, Dei patris promissiones de filio suo, & aduētum filij in hunc mundum pro salute nostra. Proposita verò spes, veritas est rerum gestarum quæ patriarchis promissæ sunt & redditæ, vt ex tranfactis futura credamus.

Quam sicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, & penetrantem vsque ad interiora velaminis.

1. Cor. 13.

Psal. 54.

1. Cor. 9.

2. Cor. 1.

Quam sicut anchoram habemus animæ, &c. Sicut enim anchora iacta è naui non permittit eam circumferri, licet venti commoueat eam, sed iacta firmam facit nauem: sic & fides spe roborata, introducit nos in rerum speciem, quam modò in fide & spe tenemus. Ideo addidit, dicens, Et penetrantem vsque ad interiora velaminis. Tempestas enim & multus imber commouet ratem, anchora autem non permittit eam dimergi. Sic etiam nostra spes, quam habemus fixam in interiora velaminis, nulla infidelitate mergi poterit, si cum Propheta veraciter dicamus, Iacta in Deum curam tuam, & ipse te enutriet. Si hanc nõ habemus, omnino dimersi erramus, nõ tãtùm in spiritalibus, sed etiam in carnalibus: Quia qui arat, (inquit Apostolus) in spe arat: & omnis labor noster in spe mercedis quemlibet nostrum cõsolatur. Spes verò penetrat interiora velaminis, dum cœlestia absque vlla dubitatione credit, & sperat & amat, operibusque ostendit, utpote qui credit quod sperat. Vt firmiorem itaque spem nobis adderet, subiunxit.

Vbi præcurfor pro nobis introiit Iesus, secundum ordinem Melchisedech pontifex factus in æternum.

Præcurfor autem, quorundam est præcurfor, sicut Ioannes Christi. Non enim dixit simpliciter, introiit: sed, vbi præcurfor pro nobis introiit: veluti absque dubio nos oporteat prosequi præcurforem nostrum. Præcurforem siquidem & consequentem in eadem etiam via esse conuenit. Hoc autem de eo qui secundum carnem est, dicitur; qui semetipsum obtulit sacrificium Deo in odorem suauitatis, pontifex factus in æternum secundum ordinem Melchisedech. Oportet itaque & illos quorum pontifex est, meliores esse: & quantum est inter Aaron & Christum, tantum est quodammodo inter Iudæos & Christianos. Nos in cœlis habemus sanctuarium. Talia igitur offeramus sacrificia, quæ in illud sanctuarium cœleste offerri possunt: non iam pecudem & bouē, non sanguinem & adipem. Omnia hæc soluta sunt, & pro eis introductum est rationale obsequium. Quid autem est rationale obsequiū? quod per animam, quod per spiritum offertur Deo. Spiritus, inquit, Deus est: & eos qui adorant eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Quid est Deum in spiritu adorare, nisi in charitate & fide non ficta, & spe in dubia, & sanctis animæ virtutibus, quas Apostolus alio in loco abundanter enumerat.

Hic enim Melchisedech, rex Salem, sacerdos Dei excelsi, obuiam processit Abraham reuertenti à cæde hostium, & benedixit ei: cui decimas omnium dedit Abraham.

Tradunt Hebræi hunc esse Sem, primum filium Noe, & eo tempore quo ortus est Abraham, habuisse ætatis annos trecentos nonaginta. Nec esse nouum, si Melchisedechi victori Abraham obuiam processerit, & in refectionem tam ipsius quàm pugnantorum eius panem vinumque protulerit, & benedixerit ei, cum abnepoti suo hoc iure paternitatis debuerit: & decimas prædæ atque victoriæ acceperit ab eo, sicut sacerdos excelsi Dei: qui fuit etiam rex Salem. Salem autem non vt Iosephus & nostrorum plurimi arbitrantur, esse Hierusalē dicimus, nomenque ex Græco Hebræo que compositum: quod absurdum esse, linguæ peregrinæ mixtura demonstrat: sed oppidum iuxta Scythopolim, quod vsque hodie appellatur Salem: & ostēditur ibi palatium Melchisedech, ex magnitudine ruinarum, veteris operis ostendens magnificentiam. Ad quam ciuitatem etiam legitur Iacob descendisse, quæ fuit in terra Chanaan, regionis Sichem: & non in via erat Hierusalem, sed oppidum metropolis Sichem, de quo in Euangelio legimus, Erat autem Ioannes baptizans in Ennon, iuxta Salem, quia aquæ multæ erant ibi.

Qui primum quidem, quia interpretatur rex iustitiæ, deinde verò & rex Salem, hoc est, rex pacis, sine patre, sine matre, sine generationis ordine, neque initium dierum, neque finem vite habens: assimilatus autem filio Dei, manet sacerdos in perpetuum.

Sæpius

Hebr. 5. 6. 7.

Psal. 109.

Exod. 29. 31. 32.

Gen. 14.

Dan. 9.

Esai. 9.

Esai. 53.

Ecli. 24. Luc. 1.

Gen. 14.

Num. 18.

Matth. 3.

Ioan. 8.

Gen. 14.

Sæpius beatus Paulus eundem Melchisedech in typo Dei Saluatoris introducit. Quamuis enim omnes penè sancti & patriarchæ ac prophetæ prioris temporis in aliqua re figuram expresserint Saluatoris: hic tamen Melchisedech specialius; qui quoniam non fuit de genere Iudæorum, in typum præcessit sacerdotij filij Dei, de quo dicitur in Psalmo, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech. Ordinem autem eius multis modis interpretantur, quod solus & rex fuerit & sacerdos, & ante circumcisionem sanctus sacerdotio: vt non gētes à Iudæis, sed Iudæi à gentibus sacerdotium acceperint: neque vnctus oleo sacerdotali, vt Moysi præcepta constituunt, sed oleo exultationis, & fidei puritate: neque carnis & sanguinis victimas immolauerit, & brutorum sanguinem animalium dextera susceperit, sed pane & vino simplici, puroque sacrificio Christi dedicauerit sacerdotium. Nec tamen credendum est, quod iste Melchisedech sine patre aut sine matre esset, cum Christus quoque secundum vtramque naturam & patrem habeat & matrem: sed quod subito introducatur in Genesi occurrisse Abraham à cæde hostium reuertenti, & nec antea nec postea huius nomen vel genealogia inueniatur scriptum. Affirmat verò huius exēplo Apostolus, quod sacerdotium Aaron, id est populi Iudæorum, & principium habuerit & finem: Melchisedech autem, id est Christi sacerdotium, & in præteritum & in futurum æternum sit. Hic verò Melchisedech interpretatur rex iustitiæ. Quis verò est rex iustitiæ, nisi Dominus noster Iesus Christus? Deinde rex Salem, hoc est, rex pacis: quod pertinet ad Christum. Ille namque nos iustos effecit, pacificans omnia quæ in cælis sunt, & quæ in terris; qui solus est rex iustitiæ & pacis, Dominus noster Iesus Christus, qui secundum diuinitatem sine initio, sine fine, rex est sempiternus, ex æterno patre æternus, quamuis ex temporalis matris temporalis esset. Sicut enim istius Melchisedech non legimus initium vel finem in scriptura sancta, propter quod non est scriptum: sic non nouimus filij Dei initium vel finem, quia non habet. Et in hoc est similitudo, quod nec illius nec istius initium vel finis legatur. Illius quidem, quia non est scriptum: istius autem, quia omnino non est.

Intuemini verò quantus hic sit, cui etiam decimas dedit de præcipuis Abraham patriarcha. Et quidem de filiis Leui sacerdotium accipientes, mandatum habent decimas sumere à populo secundum legem, id est à fratribus suis, quamquam & ipsi exierint de lumbis Abraham.

Intuemini verò quantus hic sit, cui decimas, &c. Conuertit itaque sermonem ad eos qui gloriantur se filios esse Abraham, & de origine eius nobilitatem eorum descendisse, quem diuinis exaltare laudibus contendunt, & in Euangelio eum Domino præposuisse leguntur, dicentes, Numquid tu maior es patre nostro Abraham? quasi diceret, quem vos excellentiorem omnibus æstimatis, hic decimas offerebat Melchisedech, & hoc de præcipuis victoriæ: qui assimilatus est filio Dei, pontifex factus in æter-

num. Et quidem de filiis Leui sacerdotium accipientes, mandatum habent decimas sumere à populo secundum legem, id est, à fratribus suis; quamquam & ipsi exierint de lumbis Abraham. Tanta quippe erat sacerdotij excellentia, vt etiam qui similis essent honoris progenitoribus, & eundè haberent progenitorē, tamen vt multo amplius meliores essent fratribus suis, quò sacerdotio digni efficerētur, veluti Aaron inter viuos ac mortuos, vt Dei iram placaret quæ exarserat, stare legitur: quod propterea vnus ex populo facere poterat, (licet omnes vnus haberent progenitorem) quòd sacerdos esset. Proinde ipse Abraham nullo modo alienigenæ decimas dedisset, nisi plurimus & excellens eius esset honor, cui decimas exuuiarum dari Deo placere comperisset, ostendens etiam incircumcisum sacerdotem, sacerdote circumciso multo esse sublimiorem. Quomodo ergo hoc ostēdit? quia ipse Leui, ex quo sacerdotale genus ortum est, decimatus est in lumbis progenitoris sui.

Ille autem cuius genealogia non annumeratur in eis, decimas sumpsit ab Abraham: & ei qui habebat repromissiones, benedixit. Sine vlla autem contradictione, quod minus est, à maiore benedicitur. Et hinc quidem decimas, homines qui moriuntur, accipiunt: ibi autem is qui contestatur quòd viuit, & vt ita dictum sit, in Abraham, & Leui qui decimas accepit, decimatus est. adhuc enim in lumbis patris erat, quando obuiavit ei Melchisedech.

Ille autem, cuius genealogia non annumeratur in eis, &c. In Abraham decimatus est non solum Leui, verum etiam & ipse Aaron, qui decimas solebat accipere à populo, & per eum omne sacerdotium Leuiticum. Nec hoc loco contentus est stare, sed adhuc maiori honore exaltauit eum qui alterius generis fuit, dicens, Et ei qui habebat repromissiones, benedixit. Ostēdit & honorabiliore esse illum ex communi omnium iudicio. Et sine vlla contradictione, inquit, hoc est, omnibus luce clarius videtur, quòd minor à maiore benedicitur. Proinde melior est typus Christi etiã eo qui promissiones habebat. Ibi autem is qui contestatur quòd viuit. Quis est qui viuit? Ille qui factus est sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, typum gerentis pontificis nostri, qui semetipsum obtulit hostiam Deo placentem, non ex necessitate qualibet, sed ex voluntate propriæ potestatis: qui nihil morti debuit, idcirco pontificali sacrificio sui corporis, omnium abluit peccata.

Proinde si consummatio per sacerdotium Leuiticum erat, (populus enim sub ipso legem suscepit) quid, quod adhuc necessarium fuit secundum ordinem Melchisedech alium surgere sacerdotem, & non secundum ordinem Aaron, dicitur: translatio enim sacerdotio, necesse est vt & legis translatio fiat.

KK iij

Exod. 28.

Psal. 109.

Luc. 3.

Heb. 5.

Gen. 14.  
Exod. 28.

Ioan. 18.

1. Petr. 2.

Psal. 109.

Heb. 9.

Coloss. 2.

Deut. 18.

Hinc iam incipit veteris nouique testamenti differentias ostendere, dicens, Si enim consummatio, (id est perfectio) per sacerdotium Leuiticum fuit; quid necesse fuit alium surgere sacerdotem? Nam Aaron primum post datam legem sacerdotem de tribu Leui esse, nulli dubium est. Ideo sacerdotium quo functus est, Leuiticum nominauit. Quo sacerdotio Leuitico multo melior Melchisedech in ordine sacerdotali factus est, qui typum gerebat sacerdotis nostri, id est Domini Saluatoris mundi. Nequaquam enim dixisset, *secundum ordinem Melchisedech*, si illud sacerdotium Aaron melius esset, sub quo populus Iudæorum legem susceperat. Si igitur sacerdotij translatio est, necesse est & legis esse translationem. Neque enim sacerdos potest sine testamento esse, & sine lege, & sine præceptis.

Is enim in quo hæc dicuntur, de alia tribu est, de qua nullus altari præsto fuit. Manifestum est enim quod ex Iuda ortus est Dominus noster; in qua tribu nihil de sacerdotibus Moyses locutus est.

Is enim in quo, ait, id est, de quo hæc dicta sunt, Dominum scilicet significans Saluatoré. Dum id translatum est sacerdotium, simul & testamentum translatum est. Non autem ordine tantummodo, neque præceptis, sed etiam tribu. Oportebat quippe ut etiã tribus mutaretur. Et quomodo translatum est sacerdotium? ex tribu ad tribum, de sacerdotali ad regalem, ut eadem ipsa sit & regalis & sacerdotalis. Et intueri mysterium. Primum fuit regale sacerdotium Melchisedech, secundum consequentiam huius sermonis. Secundum etiam fuit sacerdotale in Aaron. Tertium in Christo fuit iterum regale, qui rex erat semper, sacerdos autem factus est, quando carnem suscepit, quando sacrificium obtulit. Vides mutationem? Quæ enim per translationem facta sunt, hæc veluti ex rerum consequentia quasi noua redire videntur.

Et amplius adhuc manifestum est, si quidem ad similitudinem Melchisedech exurgat alius sacerdos, qui non secundum legem mandati carnalis factus est, sed secundum virtutem vitæ insolubilis. Contestatur enim, quoniam tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

Aliam hoc loco differentiam adstruit inter sacerdotium Aaron, & sacerdotium Christi: quia illud carnale, hoc verò spirituale: illud tæporale, hoc verò æternū est. Dicit enim de sacerdotio Aarō, secundū legē carnalis mādati. Lex quippe illa ex multa parte carnalis erat, in circūcisione carnis, in mūdatione carnis, in hostiis & oblationibus carnalibus, in discretione ciborū, dierū, tæporū, etiã in retributione, quibus benefacientibus, & legem custodientibus, pax & securitas, & prosperitas, & frugum abundantia, & regni potentia promissa est: quæ omnia mortē finēda erant. Sed non ita sacerdotium Christi, quod secundum virtutem vitæ insolubilis est. Quis iste est sacerdos talis? Non Aaron, nec Melchi-

sedech, sed ille cuius Melchisedech typum gerebat: de quo Deus ipse pater iureiurando testatur: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech; hoc est, non temporalis, neque finem habēs, sed secundum potentiam insolubilis vitæ; hoc est, vitam in seipso habens insolubilem: & quamuis ad tempus mortuus esset in carne, tamen in æternum diuinitate & humanitate mediator inter Deum & homines, semper viuunt ad interpellandum pro nobis.

Reprobatio quidem fit præcedentis mandati propter infirmitatē eius & inutilitatem. Nihil enim ad perfectum adduxit lex: introductio verò melioris spei, per quam proximamus ad Deum. Et quantum est, quod non sine iureiurando: nam alij quidem sine iureiurando sacerdotes facti sunt: hic autem cum iureiurando per eum qui dixit ad illum, Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum: tu es sacerdos in æternum.

Nihil enim ad perfectum adduxit lex. Quid enim? Nihil profuit lex: Profuit quidem, sed nihil ad hoc profuit, ut perfectos facere potuisset seruientes in ea. Idcirco eius reprobatio fuit, ut gratiæ daretur locus, dum veniret in quo perfectio fieret. Vtilis quippe fuit lex, sed illis qui fidem habuerunt in Christo: non illis qui totam suam spem in ea firmauerunt. *Introductio verò melioris spei, per quam proximamus ad Deum. Et quantum est, non sine iureiurando: nam alij quidem sine iureiurando sacerdotes facti sunt. Introductio (inquit) melioris spei.* Habuit quippe & lex spem, sed non talem. Sperabant enim bene placentes, & legem Dei custodientes, possidere terram, nihil ærumnosum pati, prosperè viuere, sicut dictum est, Qui fecerit eam, viuēt in ea. Hic autem speramus, quia Deo placentes, & euangelica præcepta custodientes, non terrā possidebimus, sed cælum. Magis autem (quod cælo multo melius est) speramus proximi Deo consistere, ad ipsum paternum solium peruenire, & ministrare ei cum angelis. Hoc verò sacerdotium per quod hanc gloriam possessuri sumus, non erit sine iureiurando, ut firmam Dei promissionem credamus: quia hæc omnia nobis in filio proprio promissit, quem pro nobis omnibus tradidit, ut per eum hæc omnia possideamus, de quo dictum est, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

In tantum melioris testamenti sponsor factus est Iesus. Et alij quidem plures facti sunt sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere: hic autem eo quod maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium. Vnde & saluare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum, semper viuens ad interpellandum pro nobis.

In tantum melioris testamenti sponsor factus est, &c. Duas ponit differentias, quia non habet finem sacerdos noster, sicut legalis. Hoc autem facit ex personæ

Psal. 109.

Rom. 6.

Heb. 7. infra.

Psal. 109.

Heb. 10.

Galat. 3.

Deut. 4.

Leuit. 18. & Eccl. 20.

Matth. 5. & 10.

Matth. 19. & Ioan. 17.

Rom. 8. & Psal. 109.

Heb. 10.

Hebr. 13.

Apo. 14.

Hebr. 5.

Rom. 8.

1. Cor. 15.

Luca. 16.

Ioan. 15.  
Num. 18.

Psa. 53.

Psal. 96.

Hebr. 10.

sona Christi, qui ingressus est, inquit, secundum virtutem vitæ insolubilis: & hoc iureiurando testatur, sicut supra dictum est. Sicut ille permanet, sic etiam & lex quam attulit, permanens est, in qua est vera peccatorum remissio, & perpetuæ perceptio gratiæ. Si enim illa prior propter imbecillitatem sui, quæ nihil ad perfectum ducere potuit, exclusa est: ista autem quam Christus pontifex magnus attulit, valet, & fortis est, & manet. Ostendit autem hoc ex pontifice. Quomodo? quia vnus est, non enim vnus esset, nisi esset immortalis. Sicut enim multi sacerdotes in lege fuerūt, quia mortales fuerūt: sic vnus hic, quia immortalis: qui in tantum melioris testamenti sponsor factus est, secundum quod iurauit Deus, illum semper esse mansurum. Vnde & saluare in perpetuum potest accedentes per semetipsum ad Deum, semper viuens ad interpellandum pro nobis. Intueris quia de eo qui secundum carnem est, ista dicit. Quando enim sicut pontifex est, tunc etiam interpellat: quia ex ea natura qua pontifex est, interpellat pro eis. Quis est qui interpellat, nisi humanæ naturæ diuinitati illius coniunctio, quam paterno solio aduexit? Semper viuens ad saluandum idoneus. Alij verò pontifices qui semper non erant, semper non interpellabant: hic verò non solum in hac vita saluat per interpellationem humanitatis suæ, sed etiam in futurum glorificat, dum tradet regnum Deo patri, & perducet sanctos ad visionem paternæ maiestatis.

Talis enim decebat nobis, ut esset pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus: qui non habet quotidie necessitatem, quemadmodum alij sacerdotes, prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populo, hoc enim fecit semel se offerendo.

Talis enim decebat nobis, ut esset pontifex, &c. Talis deuit esse pontifex nobis, de quibus ipse ait, Iam non dicam vos seruos, sed amicos: quia omnia quæcumque audiui à patre meo, nota feci vobis. Videlicet, serui legales pontifices habuerunt, mortales, peccatores, pro semetipsis offerentes: filij verò & amici Dei pontificem habent immortalem, segregatum à peccatoribus, id est, prioribus sacerdotibus: qui est innocens & sanctus. Innocens, quia sine malignitate: quod dicit propheta, Nec dolus inuentus est in ore eius. Sanctus, quia in omni bonitate præcipuus. Impollutus, quia nihil habuit peccati. Excelsior cælis factus, quia adorant eum omnes angeli Dei. Qui non habet quotidie necessitatem, quemadmodum alij sacerdotes, prius pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populo, hoc enim fecit semel se offerendo. Hic magnitudinem sacrificij ostendit, quamuis enim illud vnus fuerit, & semel oblatum: sufficit tamen in sempiternum. Et tantum præualuit, quantum cætera omnia non præualuerūt. Et quod offerebat, non pro se offerebat, sed pro populo. Nec enim hoc pro populo quotidie offerendum erat, sed tantæ sanctitatis & honoris apud Deum fuit hoc sacrificium, ut semel oblatum, in æternum profuerit populo Dei.

Lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes: sermo autem iurifurandi, qui supra legem est, filium in æternum constituit perfectum.

Lex enim homines constituit sacerdotes infirmitatem habentes, hoc est, peccatores & mortales: propterea pro se, sicut & pro populo sepe offerebāt. Iste autem tam potēs est, ut semel oblatum suæ carnis sacrificio, nil opus esset cuiquam credētium offerre plus pro eo. Sermo autem iurifurandi, qui supra legem est, filium in æternum constituit perfectum. Hic etiam filij nomen ad distinctionem seruorum qui fuerūt in lege, positum est: quia serui infirmi fuerūt, siue quia peccatores mortales erant. Sed hunc filium perfectum esse demonstrat, quia semper viuunt, & semper sine peccato est. Vtrumque Apostolus ait, & mirificè consolatur audientes, & minaciter terret negligentes. Consolatur in eo, quia ad sacerdotem magnum potēti sacrificio proximi sunt: terret in eo ne peccent, quia illud sacrificium numquam pro peccatis iterum oblatum erit, non est aliud sacrificiū: vnum verò nos purgavit: post hoc iudicium erit. Quotquot redempti sumus, isto sacrificio redempti sumus: ideo permaneamus in generositate nostra & honore.

CAPVT VIII.

CAPITVLVM autem in iis quæ dicta sunt: Talem habemus pontificem, qui sedet ad dexteram sedis maiestatis in excelsis: sanctorum minister, & tabernaculi veri, quod fixit Deus & non homo.

Per ea quæ ait: *Capitulum autem in iis quæ dicta sunt*; significat Apostolus sermonem summum & magnum, & quasi præcedentis disputationis recapitulationem, ad rem ipsam deducens auditorem. Talem (inquit) habemus pontificem, qui sedet ad dexteram sedis maiestatis. Humilia excelsis, humana diuinis comiscet, eundē Deum ostendens, quem & pontificē. Nec aliū esse qui sedet ad dexteram Dei, nisi eum qui est sanctorum minister, & tabernaculi veri, quod fixit Deus, & non homo. Hoc tabernaculum animę sanctorum sunt quibus æterna gaudia ministrat, & velamen cæli pontifex magnus, qui sedet ad dexteram maiestatis in excelsis patris. Dum audis eundem sedere à dextris Dei, & ministrare sanctis: sedere, dignitatis diuinę est; misericordiæ verò multæ, ministrare, & amoris magni quem nobis impendit. Mirabile sacramentum est eundem sedere in diuinitatis gloria, quem persecutores in cruce pendentem viderunt. In qua cruce passio illius ministratio est salutis nostræ. Hoc enim gestum credimus, hoc nobis ad salutem proficere nouimus. Sed quid carnalis mens humana æstimet in eo quod sedere dicitur eum à dextris Dei? Condescendit enim sancta scriptura nostræ infirmitati, nostræque cōsuetudini, quatenus imbecilla instrueretur humanitas, quando vsque ad illam secretam gloriam diuinitatis hominum non poterat cogitatio peruenire. Igitur victori filio, & per sanctā incarnationem totius mundi triumphatori, post resurrectionis gloriam honorabilis confessus offertur.

Marc. 16.  
Matth. 25.

vt per hunc situm susceptæ humanitatis gloria de-  
claretur. Nam hoc verbo sedere, illud designatur, vt  
caput nostrum Christus ad patris cognosceretur  
dexteram collocatum, id est diuine maiestatis subli-  
matum: in qua parte ponendi sunt qui à perfidis eius-  
dem Saluatoris munere segregantur.

Omnis enim pontifex ad offerenda mu-  
nera & hostias statuitur: vnde necesse est &  
hunc habere aliquid quod offerat.

Hebr. 7.

Hebr. 5.

Hebr. 9.

2. Cor. 5.

Pontifices veteris testamenti statuti sunt legalia  
offerre munera, hostias pro suis, sicut superius dixit,  
vel etiam pro populi peccatis. Vnde necesse est, Salu-  
torem nostrum in diebus carnis suæ aliquid ha-  
bere ad offerendum pro nobis. Dum enim in sem-  
piterna diuinitatis suæ natura non habuit quid of-  
ferret, sumpsit ex nobis quod pro nobis offerre po-  
tuisset, id est, carnem humanam. Quid tam aptum  
immolationi, quam caro mortalis pro mortalibus?  
Et quid tam mundum pro mundanis vitiis morta-  
lium, quam sine vlla contagione carnalis concupi-  
scentiæ caro nata ex vtero virginali? Et quid tam  
gratè offerri & suscipi possit, quam caro sacrificij no-  
stri, corpus effectum sacerdotis nostri? Et quoniam  
quatuor considerantur in omni sacrificio, cui offer-  
ratur, à quo offeratur, quid offeratur, pro quibus of-  
ratur; nec alicui sacrificium debetur, nisi soli vero  
Deo: proinde potifex noster pro nobis Deo semet-  
ipsum offerebat, idem sacerdos & sacrificium.

Si igitur esset super terram, non esset uti-  
que sacerdos: vbi sunt qui offerunt secundum  
legem munera, qui exemplari & vmbre de-  
seruiunt caelestium.

Num. 2. 6.

Hebr. 7.

Si igitur esset terrenus pontifex, sicut Aaron, non  
esset utique sacerdos secundum ordinem Melchi-  
sedech in aeternum. Aaron quippe mortuus est, &  
non est sacerdos in aeternum: Christus vero quia viu-  
it in aeternum, sacerdos est sempiternus, non talis qua-  
les illi fuerunt, qui exemplari & vmbre deseruiunt caele-  
stium. Omnes vero sacerdotes in lege constituti,  
exemplare & vmbatile sacerdotium gerebant cae-  
lestium, id est, spiritualium, significantes verum & sem-  
piternum Christi sacerdotium. Nonne altare caele-  
ste est fides nostra, in quo offerimus quotidie ora-  
tiones nostras? nihil habens carnalis sacrificij quod  
in cineres resoluatur, nec in fumos extenuetur, nec  
in vaporaciones diffundatur. Hæc vero sacrificia cla-  
ra & festiuiora efficiuntur. Quomodo caelestia non  
celebrant sacrificia, quibus dicitur: Accipite Spiritum  
sanctum, quorum remisistis peccata, remittuntur  
eis; & quorum retinueritis, retenta sunt? Horum  
enim sacrificiorum omnia Leuitici sacerdotij sacri-  
ficia signa fuerunt: quia lex per Moysen data est, gra-  
tia & veritas per Iesum Christum facta est.

1. Pet. 2.

Ioan. 20.

Ioan. 1.

Sicut responsum est Moysi, cum consum-  
maret tabernaculum: Vide, inquit, vt omnia  
facias secundum exemplar quod tibi mon-  
stratum est in monte. Nunc autem tanto me-  
lius sortitus est ministerium, quanto melio-  
ris testamenti mediator est, quod in meliori-  
bus repromissionibus sancitum est.

Exod. 25.

Vide, inquit, vt omnia facias secundum exemplar, &c.  
Quoniam auditus noster minus aptus esse videtur  
ad disciplinam percipiendam, quam visus: (non e-  
nim ita animo commendamus quæcumque audi-  
mus, quomodo illa quæ ipso visu percipimus;) ideo  
dicit, Vide vt omnia facias secundum exemplar quod tibi  
monstratum est in monte. Sed hæc quæri potest, de qui-  
bus dixisset, omnia: vtrumne de tabernaculi constru-  
ctione, an de hostiis & sacrificiis quæ in eo oblaturi  
essent. Sed de vtroque melius intelligitur. Nunc au-  
tem tanto melius sortitus est ministerium, quanto melioris  
testamenti mediator est, quod in melioribus repromissionibus  
sancitum est. Vides, inquit, quanto ista melior sit illa  
celebratione. Siquidem illa exemplar & forma; ista  
verò veritas, sicut dicitur in Euangelio, Lex per  
Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum  
facta est. De qua gratia subsequenter hæc significat  
Apostolus, dicens, Quod in melioribus repromissionibus  
sancitum est. Quanto meliora sunt caelestia terre-  
nis, æterna temporalibus; tanto melioris testamen-  
ti mediator est sacerdos Christus Deus. Transiens  
Apostolus de loco, & à sacerdote & sacrificio,  
tunc demum & testamenti illius differentiam pon-  
it: hæc autem ad caelum nos eleuat, ostendens  
quia pro tabernaculo caelum habemus in repromis-  
sionibus Dei.

Exod. 25.  
Act. 7.

Ioan. 1.

Hebr. 9.  
Hebr. 7.

Nam si illud primum culpa vacasset, non  
vtique secundi locus requireretur. vituperans  
enim eos dicit, Ecce dies veniunt, dicit Do-  
minus: & consummabo domui Israel & do-  
mum Iuda testamentum nouum, non secundum  
testamentum quod feci patribus eorum in die  
qua apprehendi manus illorum, vt educerem  
eos de terra Ægypti: quoniam ipsi non per-  
manferunt in testamento meo; & ego neglexi  
eos, dicit Dominus.

Hierem. 31.

Nam si illud primum culpa vacasset, &c. Hoc est,  
si illud primum inculpabiles fecisset obseruatores  
suos, numquam secundo locus relinqueretur: sed  
quia illud non fuit perfectum, inuentus est locus ap-  
tus secundi testamenti, sicut per Prophetam dicit  
Dominus, Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & consum-  
mabo domui Israel & domui Iuda testamentum nouum, non  
secundum testamentum quod feci patribus eorum in die qua  
apprehendi manus illorum, vt educerem eos de terra Ægypti:  
quoniam ipsi non permanferunt in testamento meo: & ego  
neglexi eos, dicit Dominus. Hic autem discretè posuit  
de quibus dictum est quod non permanferunt, dum  
dixit, In die qua apprehendi manus illorum, vt educerem  
eos de terra Ægypti. De lege hoc dixit data in monte  
Sinai, quam quinquagesima die datam constat: in qua non  
permanferunt patres eorum, sed fecerunt vitulum in Oreb,  
& adorauerunt illum. Non enim de illo quod patribus eorum  
proposuit, id est Abraham, Isaac, & Iacob: hi enim omnes  
filij fidei, filij Abraham dici possunt, sicut ipse  
Dominus in Euangelio dicit, Dico autem vobis  
quod potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios  
Abraham. Et hoc est testamentum nouum quod con-  
summum

Ibid.

Exod. 19.  
& 20.

Exod. 32.

Matth. 3.

Rom. 9.

Hier. 31.

Exod. 32.  
Rom. 5.

Hier. 31.

Luc. 24.

Psal. 102.

CAP. IX.  
Exod. 26.

Joseph. Libr. 3.  
antiq. cap. 5.  
Leuit. 24.

1. Cor. 13.

summabit Deus, id est, perficiet super omnes gentes: A  
vt quicumque crediderint in Christum, filij Abraham  
secundum spiritalem generationem verè sint.

Quoniam hoc est testamentum quod dis-  
ponam domui Israel post dies illos, dicit Do-  
minus: dabo leges meas in mentem eorum, & in  
cordibus eorum superscribam eas: & ero illis in  
Deum, & ipsi erunt mihi in populum: & non  
docebit vnusquisque proximum suum, & vn-  
usquisque fratrem suum, dicens, Cognosce  
Dominum: quoniam omnes scient me à mino-  
re vsque ad maiorem eorum: quia propitius  
ero iniquitatibus eorum, & peccata eorum non  
memorabor amplius. Dicendo autem nouum,  
antiquauit primum. quod autem antiquatur  
& senescit, prope interitum est.

Dabo leges meas in mentem eorum, & in cordibus, &c. Et  
hic magna distantia est inter legem & legem, inter  
scripturam & scripturam, inter litteram & gratiam. C  
Nam littera legis scripta est in tabulis lapideis, quas  
Moyses ipse fregit, dum vidit populum ante vitulum  
ludentem: gratia verò data est in corda credentium  
per Spiritum sanctum, per quem charitas diffusa est in  
cordibus credentium. Quod verò in littera latebat, &  
legebatur à populo per magistrorum traditiones; hoc  
Spiritus sanctus adueniens docebat per Apostolos.  
Et hoc est quod ait Propheta, Et non docebit vnusquis-  
que proximum suum, & vnusquisque fratrem suum, dices,  
Cognosce Dominum. Omnes enim scient me à minore vsque ad  
maiorem eorum: sicut in Euangelio de Domino legitur:  
Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas.  
Dicendo autem nouum, antiquauit primum. quod autem an-  
tiquatur & senescit, prope interitum est. Sumens autem  
à propheta fiduciã Paulus, amplius in illud testam-  
tum inuehitur, commodè ostendens quoniam nostra  
nunc florèt, illa vetusta sunt, & prope interitum. Sed  
renouabitur sicut aquilæ iuuentus nostra, si ad fon-  
tem vitæ recurramus, si alas & oculos ad solem iusti-  
tiæ extendamus.

ITAQUE habuit quidem & primum illud iu-  
stificationes culturæ, & sanctum seculare. E  
Tabernaculum enim factum fuit primum, in  
quo erant candelabra, & mensa, & propositio  
panum, quæ dicitur sancta.

Tabernaculum enim factum fuit primum, in quo, &c. Le-  
gimus enim in Iosepho, tabernaculum ad instar esse  
huius mundi factum: exteriora verò huius sæculi fi-  
guram habebant. Idcirco quotidie ministrant san-  
ctis sacerdotes, accendentes lumen doctrinæ, & pas-  
centes populum Dei pane, qui super mensam à sab-  
bato vsque ad sabbatum præsto debet esse; id est à sab-  
bato spei nostræ, in qua quasi in Christo, ab huius  
mundi turbibus securi agimus, vsque in illud sab-  
batum, quod retencamus quod nunc in spe habemus.  
Candelabra verò dona Spiritus sancti sunt, quæ in  
ecclesiis lucent intelligentibus, per eum super quem  
requiescet spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus

consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis,  
& spiritus timoris Domini.

Esaï. 11.

Post velamentum autem, secundum taber-  
naculum, quod dicitur sancta sanctorum, thu-  
ribulum aureum habens, & arcam testamēti  
circumtectam ex omni parte auro, in qua e-  
rat vrna aurea habens manna, & virga Aaron  
quæ floruerat, & tabulæ testamēti. Super quæ  
erant Cherubim gloriæ, obumbrantia propi-  
tatorium: de quibus non est modò per sin-  
gula dicendum.

Exod. 36.

Num. 17.  
Exod. 37.

Post velamentum autem, secundum tabernaculum, &c.  
Interius tabernaculum, quod dicitur sancta sanctorum,  
ipsum caelum significat, intra quod sacerdos no-  
ster Christus non sine sanguine intrauit. Thurbulum  
aureum habens, quia in eo offeruntur orationes sancto-  
rum. Et arcam testamenti. Hæc est caro Saluatoris no-  
stri, in qua erat vrna aurea habens manna diuinitatis,  
& virga Aaron, quæ floruit in sacerdotio Christi: &  
tabulæ duorum testamentorum. Super quæ erant Che-  
rubim gloriæ, obumbrantia propitiatorium. hoc est, multi-  
tudo scientiæ. Aptè autem propitiatorium super ar-  
cam positum esse dicitur, quia ipsi mediatorum Dei &  
hominum specialiter à Deo patre donatum est, vt es-  
set propitiatio pro peccatis nostris. Vnde etiã Pau-  
lus dicit, Christus Iesus qui mortuus est, immò qui &  
resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam inter-  
pellat pro nobis.

Apoc. 8.

Exod. 37.

1. Tim. 2.  
1. Ioan. 2.  
Rom. 8.

His verò ita compositis: in primum quidē  
tabernaculum semper introibant sacerdotes,  
sacrificiorum officia consummantes: in secu-  
dum autem semel in anno singularis summus  
sacerdos, nõ sine sanguine quem offerret pro  
sua & populi ignorantia.

Leuit. 16.

Quod verò supra dixit, sanctum seculare, hoc nūc  
lucidius ostendit, id est, in quo tabernaculo sacri-  
ficia fecerunt secularia, quæ ad perfectum non dedu-  
cebant seruietes in eis. In secundum autem semel in an-  
no singularis summus sacerdos, non sine sanguine quem offer-  
ret pro sua & populi ignorantia. Ille verò summus sacer-  
dos ex parte significat illum, qui semel ingressus est  
caelum intra velum in sancta sanctorum, vt adistat  
vultui Dei pro nobis. Quod verò ait, Vt offerret pro  
sua & populi ignorantia, hoc est quod ipse ait in cruce,  
Deus Deus meus, quare me dereliquisti? longè à sa-  
lute mea verba delictorum meorum. Quæ sunt ver-  
ba delictorum suorum, nisi corporis sui?

Hebr. 9. supr.

Hebr. 9. infr.

Matth. 27.  
Colos. 1.

Hoc significante Spiritu sancto, nondum  
manifestatã esse sanctorum viã, adhuc priore  
tabernaculo habere statum: quæ parabola est  
temporis instantis, iuxta quam munera & ho-  
stia offeruntur.

Propterea dicit, hæc ita cõstructa sũt, vt discamus  
quia sancta sanctorum, hoc est cælum, quod inaccessi-  
bile mortalibus soleret esse, iam adiri possit. Nec  
putemus illud ingredi non posse, vbi potifex noster  
prior intrauit non sine sanguine, sicut prædixit Pro-  
pheta, Quis est iste qui venit de Edom tinctis vesti-

Hebr. 4.  
1. Tim. 6.

Esaï. 63.



1. Ioan. 3.  
Rom. 6.

bus de Bosra? Sed patienter expectamus tempus resurrectionis nostrae, in quo cum apparuerit, apparebit & quid erimus. Scimus enim quia similes ei erimus, hoc est immortales. Sicut illi mors ultra non dominatur, nec caro nostra dominata erit.

Quae non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem: solummodo in cibis & in potibus, & variis baptismatibus, & iustitiis carnis, usque ad tempus correctionis imposita.

Hebr. 7.

Haec vero iustitiae carnales in cibis & potibus, & variis baptismatibus, usque ad tempus correctionis impositae sunt. Attende quid hoc est. Nihil enim ad perfectum adduxit lex, sed secundum mandatum carnale sordes & ignorantias potuit emundare: de adulterio vero & capitalibus criminibus nihil potuit purgare, sed digna rependebat absque misericordia. Ideo adulteram mulierem Pharisei proposuerunt ante Iesum, ut possent eum accutare, si contra legem absolueret: aut mansuetudinem amitteret, si legis iussione custodire praeciperet. Sed utrumque cauebat sapientia Dei, quasi dixisset, Iusta est quidem lex, si iustos haberet ministros. Qui festucam de oculo alterius tollere vult, iustum est ut prius trabem de proprio tollat oculo. De baptismatibus Iudeorum plenius in Euangelio secundum Marcum legitur, ubi Pharisei vituperabant Dominum & discipulos non lotis manibus manducantes. Frustra autem Pharisei, frustra omnes Iudaei lauant manus, & a foro dum veniunt, baptizantur, quamdiu contemnunt fonte Saluatoris ablui. Sed Pharisei spiritalia prophetarum verba carnaliter accipientes, quae illi de cordis & operis castigatione praecipiebant, dicentes, Lauamini, mundi estote. & Mundamini qui fertis vasa Domini: isti de corpore solummodo lauando intelligi putabant; cum certum sit, Moysen & prophetas, qui vasa populi Dei vel aqua dilui, vel igne purgari, vel oleo sanctificari quacumque ex causa iusserunt, non in hac materialium rerum emundatione, sed mentium potius & operis castigatione, sanctimoniam atque animarum nobis mandare salutem.

Rom. 7.  
Matth. 7.

Marc. 7.

Esai. 12.

Esai. 1. & 52.  
Matth. 23.

Christus autem assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non huius creationis. neque per sanguinem hircorum & vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in sancta, aeterna redemptione inuenta.

Luc. 12.

Tabernaculum non manufactum, &c. Tabernaculum non manufactum, caelum significat, unde nos futura bona speramus nobis dari, id est aeterna, quae non transeunt. Id est, non huius creationis, hoc est, non huius tabernaculi species, quam in creta finxit homo: sed longe aliter ab ipso Deo creatum est spiritaliter, non carnaliter. In quo tabernaculo modo sunt animae iustorum, & angelorum spiritus, expectantes donec compleatur numerus conseruorum suorum. Neque per sanguinem hircorum & vitulorum, sed

Exod. 36.

Apoc. 6.

per proprium sanguinem introiuit semel in sancta. Omnia quippe mutata sunt: ibi sanguis hircorum diluit peccata carnis, hic sanguis Christi abluit peccata spiritus. Aeterna redemptione inuenta. Per hoc ostendit in prioribus sacrificiis & legalibus ceremoniis non esse aeternam retributionem.

Leuit. 16.  
Philip. 3.

Si enim sanguis hircorum & taurorum, & cinis vitulae aspersus inquinatos sanctificat ad emundandam carnem: quanto magis sanguis Christi, qui per spiritum sempiternum seipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruendum Deo viuenti?

Leuit. 16.

Si enim carnem, inquit, potuit mundare sanguis taurorum, multo amplius animae sordem diluet sanguis Christi. Ne vero audiens sanctificationem, perfectam esse ablutioem existimet quis, mox subiungit causam differentiae, dicens, Qui per spiritum sempiternum semetipsum obtulit immaculatum Deo, hoc est, sacrificium Deo immaculatum. Erat quippe mundum a peccatis hoc sacrificium: hoc enim est per spiritum sanctum, non per ignem, non per aliena quaedam. Emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruendum Deo viuenti. Bene dixit, ab operibus mortuis. Si quis enim tangebatur mortuum, polluebatur. Et hic si quis tetigerit opus mortuum, contaminatur per conscientiam. Opera mortua, sunt peccata. Qui enim tetigerit picem, inquinabitur ab ea. sic qui poenitentia ablutus est ab operibus mortuis, si eadem iterum agit, peius contaminabitur; sicut ait Apostolus Petrus, Canis reuertens ad vomitum: ita qui iterat stultitiam suam, ad seruendum (inquit) Deo viuenti. Hic manifestat, quia opera mortua habentes, non possunt seruire vero & viuere Deo: quia illa mortua sunt & falsa. Et merito nullus opera mortua habens ingreditur huc. Si enim eum qui corpus mortuum tangebatur, non oportebat intrare in templum: quanto magis is qui opera mortua habet, non potest introire in caelum? Mortua quippe sunt omnia opera quae vitam non habent.

1. Pet. 1.

Ephes. 5.

Num. 19.  
Tit. 1.  
Eccli. 15.

2. Petr. 2.  
Prouerb. 26.

Num. 19.  
Apoc. 21.

Et ideo noui testamenti mediator est: ut morte intercedere, ad redemptionem earum praeruaricationum quae erant sub priori testamento, repromissionem accipiant qui vocati sunt, aeternae hereditatis. Nam ubi testamentum est, mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatum est, alioqui nondum valet, dum viuunt qui testatus est.

Luc. 7.

Galat. 3.

Fortassis enim possent multi qui infirmius aedificabantur, ex eo maxime quod mortuus est Christus, non credere promissionibus eius. Paulus igitur ex abundantia haec ponit exempla, ex communi assumens consuetudine. Dicit enim, quasi dubitanti cordi responderet: Propterea igitur oportebat considerare, quia non viuentibus testatoribus, sed mortuis, tunc firma sunt testamenta, & firmitudinem accipiunt. Testamentum enim circa nouissimum die sit defun-

Ioan. 8.  
Deut. 19.

Ioan. 15.  
Ibid.  
Galat. 4.

Lib. 3. sent. di.  
18. S. ad quid  
ergo.

Exod. 24.

Exod. 24.

Rom. 6.

defunctionis: & quia testes simul debet habere testamentum, aduerte eum dicentem, Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso, & testimonium perhibet de me qui misit me pater. Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est. Si duorum testimonium non est spernendum, quanto magis patris & filii, etiam & spiritus sancti, de quo dicitur, Ille testimonium perhibebit de me. Et de Apostolis, Et vos quidem testimonium perhibebitis de me, quia ab initio mecum estis. In offensione quippe eramus, mori nos oportebat. Misit filium suum factum ex muliere, qui mortuus est pro nobis, & deuicta morte effecit nos dignos testamenti & hereditatis promissae. Hoc modo firmum factum est testamentum. Tantum fuit peccatum nostrum, ut saluari non potuissemus aliquando, nisi vnigenitus filius Dei pro nobis moreretur. Quod vero ait, infirmum esse testamentum viuente testatore: hoc significat, quod quoad viuunt testator, potest immutare sententiam, & alios atque alios heredes adducere in hereditatem suam.

Unde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est. Lecto enim omni mandato legis a Moysse vniuerso populo, accipiens sanguinem vitulorum & hircorum cum aqua & lana coccinea & hyssopo, ipsum quoque librum & omnem populum aspersit, dicens, Hic est sanguis testamenti, quod disposuit ad vos Deus. Inde tabernaculum etiam, & vasa ministerij sanguine similiter aspersit: & omnia penes in sanguine mundantur secundum legem, & sine sanguinis effusione non fit remissio.

Unde dixit, nec primum, id est testamentum, sine sanguine dedicatum est, id est, firmum factum est, roboratum est. Quod autem dixit, Unde, tale est quasi diceret, Propterea oportebat testamenti solemnitate compleri etiam per mortem Christi. Lecto enim omni mandato legis a Moysse vniuerso populo, accipiens sanguinem vitulorum & hircorum cum aqua & lana coccinea & hyssopo, ipsum quoque librum & omnem populum aspersit, dicens, Hic est sanguis testamenti, quod disposuit ad vos Deus. Inde tabernaculum etiam, & vasa ministerij sanguine similiter aspersit: & omnia penes in sanguine mundantur secundum legem. Quid est quod liber & populus sanguine aspersus est, nisi quod pretiosus sanguis Christi saluatoris nostri ab initio, illo schemate praenuntiatus est? Quare autem hyssopo? Hyssopus enim herba humilis est, & in petris nascens, humilitas Christi significatur per hanc herbam, & fortitudo qua interiora nostra purgantur. Nam hoc genere herbarum pulmonum vitia purgari solent. Quare aqua? Ostendit mundationem peccatorum per aquam baptismi. Quare lana coccinea? Ut retineret sanguinem. Ostendit in hoc loco, idem esse & aquam & sanguinem. Baptisma enim nostrum passio eius est. Ideo idem Paulus dicit alio loco, Contempti enim estis cum illo in baptismo. Quod vero ait, Sine sanguinis effusione non fit remissio: quare hoc dixit? quia in illis non fuit plena remissio, sed semiplena, & in minima parte. Nunc

A autem hic est, inquit, sanguis noui testamenti, qui pro vobis effunditur in remissionem peccatorum. Quis est liber qui aspersus est sanguine mystico, & quae sunt vasa vntionis, & quod tabernaculum, nisi populus? Ipsi enim sunt liber, vasa, & tabernaculum. Ideo dicit Dominus, Inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos. Sed illius veteris testamenti mundatio tota corporalis fuit: nunc autem spiritualis est mundatio sanguinis Christi. Ideo dicit, Hic est sanguis noui testamenti, in remissionem peccatorum. In illis quidem populus in superficie aspergebatur, & iterum diluebatur aspersus; (neque enim crucentatus semper deambulabat populus;) in anima vero non ita est, sed ipsius essentiae commiscetur sanguis, forte illa faciens & mundam, & ad inenarrabile illam pulchritudinem perducens. Propter hoc agni occisio fuit, & sanguis eius superliminibus liberandorum illitus est. Propter hoc etiam omnia sacrificia veteris testamenti leguntur, ut hoc vnum sacrificium designaret, per quod vera est remissio peccatorum, & mundatio animae in aeternum.

Matth. 26.

Leuit. 26.  
2. Cor. 6.

Matth. 26.  
Exod. 24.

Exod. 12.

C Necesse est ergo exemplaria eorum quidem quae in caelis sunt, his mundari, ipsa autem caelestia, melioribus sacrificiis, quam haec sunt. Non enim in manufacta sancta Iesus introiuit exemplaria verorum, sed in ipsum caelum, ut adsisteret nunc vultui Dei pro nobis.

Necesse est ergo exemplaria eorum quidem quae in caelis, &c. Quomodo quae celebrantur in terra, exempla sunt eorum quae in caelis sunt? Caelestia quidem nominavit hanc conuersationem nostram, cuius conuersationis exemplar fuit & significatio quaecumque gerebantur in veteri testamento. Unde & Paulus: Conuersatio nostra in caelis est. In caelis ergo sunt ista quae nostra sunt, & haec nostra caelestia, quauis in terra celebrantur. Quae est ista conuersatio nostra? Haec est vera philosophia, quam Christus docuit, quam Apostoli secuti sunt, quae ducit ad caelestia. Unde & Apostolus, Primus homo de terra terrenus, secundus de caelo caelestis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis caelestis, tales & caelestes. Melioribus sacrificiis, quam haec sunt. Quod melius est, bono aliquo melius est. Bona ergo fuerunt exempla, quae in caelis sunt: sed ipsa caelestia longe excellentiora exemplis terrenorum, quibus significantur. Si ergo caelestes sumus nos, & tantum sacrificium adepti sumus: timeamus permanere in terra. Esse autem in terra & non esse quodammodo videmur, dum voluntate in caelo sumus, licet corpore in terris. Si ergo nos animo appropinquamus Deo, in caelo sumus. Quid enim mihi cura est caelum, cum video Dominum caeli, cum ego efficior caelum; Veniemus, inquit, ego & pater, & mansionem apud eum faciemus. Caelum quidem, quod per se serenum est & mundum, non hieme, non nocte mutatur. Proinde & nos neque in tribulationibus saeculi, neque in versutiis diaboli hoc patiamur, sed maneamus immaculati & mundi. Habet quidem caelum solem: habemus & nos Christum solem iustitiae semper lucetem in cordibus nostris.

Philip. 3.

1. Cor. 15.

2. Cor. 5.

1. Cor. 14.

1. Petr. 3.  
Malach. 4.

Neque ut saepe offerat semetipsum, quem admo-

*Leuit. 16.* dum pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno.

*3. Reg. 8. Act. 2.* Superius dixit exemplaria verorum, exemplaria verorum nominans hæc omnia in que intrat pontifex. Hoc verò vnum templum fuit in toto mundo venerabilius, ad quod homines vndique confluebant, sicut in Actibus Apostolorum legitur die sancto Pentecostes (quando Spiritus sanctus datus est Apostolis in omnibus linguis loquentibus) constitit ex diuersis partibus mundi, & cæleste audisse miraculum & vidisse. Sed huic templo totum opposuit cælum Paulus, & non hanc solum differentiam ostendit, sed etiam pontificem magnum, ut assistat vultui Dei. Proinde non ex cælo tantum, sed etiam ex ingressu re venerabiliorum facit. Non enim simpliciter, sicut hic per signa quædam, sed ipsi Deo assistit semper viuens ad interpellandum pro nobis. Intuere quantæ differentia, læpe, & semel, in sanguine alieno, & in sanguine proprio. Multum itaque interest. Ipse ergo & sacrificium & sacerdos & hostia est.

*Hebr. 4.* Alioquin oportebat eum sepius pati ab origine mundi. Nunc autem semel in consummatione sæculorum ad destructionem peccati, per hostiam suam apparuit. Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium: sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata, secundo sine peccato apparebit omnibus expectantibus se ad salutem.

*Rom. 5.* Christus non continuo passus est, sed postquam multi erant peccatores, morte merito digni, apparuit: quod etiam alibi dicit, Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Si semel oblatum non sufficeret omnium in se credentium peccata exhaurire, oportuisset eum sepius pati ab origine mundi. Quod ne fieret, semel in consummatione mundi passus est, ad multorum exhaurienda peccata. Quare multorum, & non omnium? quia non omnes credunt. Pro omnibus quidem mortuus est: hoc est, quantum in ipso est. Eius momenti est vnus, cuius momenti est omnium perditio. Non autem omnium peccata abstulit, propterea quia credere noluerunt. Statutum est quippe hominibus semel mori: & post mortem iudicabitur vnusquisque secundum merita sua. Sic & Christus semel mortuus est pro peccatis alienis. Et ideo quia voluntarie, & non necessitate mortuus est, dicitur oblatum: secundo verò aduentu apparebit sine peccato. Omnis quippe hostia pro peccato, dicitur peccatum. Non enim erit tunc hostia pro peccato, quia peccatum non erit, sed iustitia, siue in remuneratione iustorum, siue in retributione peccatorum.

*Cap. P. X. Leuit. 16.* **V**MBRAM enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum, eisdem ipsis hostiis quas offerunt per singulos annos indefinenter, nunquam potest accedere perfectos facere; alioqui cessassent offerri, propterea quod nullam haberent ultra consci-

tiam peccati, cultores semel mundati. sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit. Impossibile est enim sanguine taurorum & hircorum auferri peccata.

*Imbram enim habens lex futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum.* Hoc est, non ipsam veritatem. Veluti in pictura, vique quod quis trahit lineamenta, designans quid pingere velit, & non circumducatur colores, umbra quædam est: cum verò flores ipsos colorum iniunxerit, & imposerit super lineamenta, tunc imago efficitur. Tale quiddam erat etiam lex, umbra veritatis. *Eisdem ipsis hostiis, quas offerunt per singulos annos indefinenter, nunquam potest accedere perfectos facere.* alioqui cessassent offerri, propterea quod nullam haberent ultra conscientiam peccati, cultores semel mundati. *Sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit.* Impossibile est enim sanguine taurorum & hircorum auferri peccata. Vna est ista hostia, illæ autem multæ sunt. Propterea enim nec fortes erant, quia multæ. Quid autem opus erat multis, die mihi, vna sufficiente?

*Proinde quod multæ & semper offerebantur, ostendit numquam eos purgari.* Sicut enim medicamentum quando fuerit forte, & salutis efficax, & valens cunctam valetudinem repellere, semel impositum totum operatur. Si ergo semel impositum totum operatum fuerit, ostenditur ex eius virtute, ut non ulterius apponatur. Si verò semper apponitur, manifestum iudicium est, minus illud præualuisse. Medicamenti quippe virtus illa est, ut semel apponatur, & non frequenter. Sic etiam hic, qua tandem ratione eisdem sacrificiis semper curabantur. Si enim ab omnibus essent liberati peccatis, nequaquam per singulos dies offerret quis sacrificia. Proinde commemoratio peccati fuit, non absolutio: quia quotidie iidem purgabantur hostiis etiam & ipsi sacerdotes, & populus pariter. In Christo autem e contrario, semel oblata est hostia potens ad salutem sempiternam. Quid ergo nos nonne per singulos dies offerimus? Offerimus quidem, sed recordationem facientes mortis eius: & vna est hæc hostia, non multæ. Quomodo vna est, & non multæ? quia semel oblata est in sancta sanctorum. Hoc autem sacrificium exemplar illius est, id ipsum semper offerimus: nec nunc quidem alium agnum, cras alium, sed semper eundem ipsum. Proinde vnum est hoc sacrificium hac ratione: alioquin, quoniam multis in locis offertur, multi Christi sunt? nequaquam, sed vnus vbique est Christus; & hic plenus existens, & illic plenus, vnum corpus. Sicut enim qui vbique offertur, vnum corpus est, & non multa corpora: ita etiam & vnum sacrificium. Pontifex autem noster ille est, qui hostiam mundantem nos obtulit. Ipsam offerimus & nunc, quæ tunc oblata quidem consumi non potest. Hoc autem quod nos facimus, in commemoratione fit eius quod factum est. Hoc enim facite, inquit, in meam commemoracionem. Non aliud sacrificium, sicut pontifex: sed ipsum semper offerimus; magis autem recordationem sacrificij operamur.

Ideo ingrediens mundum, dicit, Sacrificium & oblationes nolui, corpus autem apstisti mihi:

mihi: holocaustomata & pro peccato non tibi placuerunt. tunc dixi, Ecce venio. In capite libri scriptum est de me, ut faciam Deus voluntatem tuam. Superius dicens, Quia sacrificium & oblationes & holocaustomata pro peccato nolui, nec placita sunt tibi que secundum legem offeruntur: tunc dixi, Ecce venio, ut faciam Deus voluntatem tuam: auferit primum, ut sequens statuatur. In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Christi Iesu semel.

*Sacrificium & oblationes nolui, &c.* Ablata sunt signa promittentia, quia exhibitæ sunt veritas promissa. Idco ait, *Sacrificium & oblationes nolui.* hoc est, peccatum humani generis legalia sacrificia non potuerunt expiare. *Corpus autem apstisti mihi.* hoc ex persona dicitur eius qui corpus suscepit nostræ mortalitatis, ut pro nobis haberet quid offerret. *Tunc dixi, Ecce venio.* Dū tempus fuit ut ablata essent signa, & veritas promissæ veniret, tunc dixi, Ecce venio. Ablata hæc, illa oblata. Hæc impleta ubi sunt, sacrificia Iudæorum transierunt, & non sunt in Ecclesia Christi; quia venit ille qui figurabatur illis sacrificiis: de quo in capite siue in capitulo libri scriptum est. Cuius libri? utique Pfalterij, ubi dicitur, Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentia non sedit, sed in lege Domini voluntas eius. Qui Pfalmus capitulum libri totius dicitur à quibusdam. Ideo Apostolus hic dicit, *In capite libri scriptum est de me, ut faciam Deus voluntatem tuam.* Hoc est quod in Euangelio dicitur, Non veni facere voluntatem meam, sed voluntatem eius qui me misit. *Auferit primum, ut sequens statuatur.* Id est, primum testamentum quod Moyse datum est in monte Sinai, ut sequens statuatur, hoc est, Euangelium quod per Christum oblatum est, firmum statuatur. *In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Christi Iesu semel.* Hæc oblatio semel oblata est, sed semper potest abluere omnes credentes, & omnes optantes in ea mundari. Ideo plenius subiunxit, & plenè exponens idem beatus Paulus virtutem huius hostiæ.

Et omnis quidem sacerdos præsto est quotidie ministrans, & eandem sepius offerens hostias, que numquam possunt auferre peccata. Hic autem vnâ pro peccatis offerens hostiam, in sempiternum sedet ad dexteram Dei, de cætero expectans donec ponantur inimici eius scabellum pedum eius.

Priores quidem ostendit inutiles esse hostias ad integram mundationem: sed formam magis eas esse, & multo minus habere. Sed quia occorrebat ei hoc, id est, si formæ erant, quomodo veritate veniente non cessauerunt neque desierunt, sed adhuc celebrantur? Adhuc ergo de his ait, ostendens, quia non celebrantur, neque velut formæ. Non enim eas acceptabiles habet Deus, sed quod has soli habet qui sepe Spiritui sancto resisterit. Quapropter propheticum testimonium redarguit eos, dicens, Holocaustomata & pro peccato nolui. De nullo alio nisi de Christo

hoc dicitur. Et quid mirum, si nunc non est voluntas Dei in sanguine hircorum & taurorum, dum per prophetam Esaiam dicitur, Quis quaesuit hæc de manibus vestris? Dum hæc nolui, tunc dixi, Ecce venio. In qua voluntate sanctificati sumus. Quomodo sanctificati sumus? Id est, per oblationem corporis Iesu semel. *Et omnis quidem sacerdos præsto est quotidie ministrans.* Ministrare autem famulorum est, sedere verò dominorum. Vnde & dicit, *Sedet ad dexteram Dei.* Quapropter vnâ offerens hostiam quæ saluare potest in perpetuum, sedet ad dexteram patris, de cætero expectans donec ponantur inimici eius sub scabellum pedum eius. Qui sunt inimici eius? Iudæi scilicet, & omnes infideles, qui in die iudicij damnandi sunt ab eo. Et hic inimicitatem potentia significat. Non dicit, subiiciantur, sed ut ponantur sub pedibus eius. Non igitur efficiamur ex numero inimicorum. Non enim soli inimici, qui infideles sunt, sed etiam qui vita immunda pleni sunt. Prudentia autem carnis inimica est Deo: legi enim Dei non est subiecta, nec enim potest.

Vnica quippe oblatione perfecit in sempiternum sanctificatos. Contestatur autem nobis & Spiritus sanctus. Postquam enim dixit: Hoc autem est testamentum quod testabor ad illos post dies illos, dicit Dominus; dabo leges meas in cordibus eorum, & in mentibus eorum superscribam eas: & peccatorum & iniquitatum eorum non recordabor amplius. Vbi autem horum remissio, iam non est amplius oblatio pro peccato.

Vnica quippe oblatio corporis Christi perfectos facit sanctificatos, quæ remissionem integram facit peccatorum. Hoc autem & ex testimonio probat propheticum, dicens, *Contestatur autem nobis & Spiritus sanctus: postquam enim dixit, Hoc autem est testamentum quod testabor ad illos post dies illos, dicit Dominus: dabo leges meas in cordibus eorum.* Non ad tempus, & ut scripta lex in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus perpetualiter scribit illam. Quæ est ista lex quæ in cordibus singulorum scripta est? utique charitas, vt ea quæ nolimus nobis fieri, alteri non faciamus; sicut in Euangelio dicitur, Omnia quæcumque vultis vt faciant vobis homines, hæc eadem & vos facite illis: Hæc est quæ operit multitudinem peccatorum. Quapropter non est necesse quotidie sacrificiis quotidianis purgari, sicut in veteri lege.

Habentes itaque fratres, fiduciam ad introitum sanctorum in sanguine Christi: quam dedicauit nobis viam nouam & viuam per velamen, id est, carnem suam, & sacerdotem magnum super domum Dei, accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda.

Hic ostendit distantiam pontificis, & hostiarum, & tabernaculi, & testamenti, & repromissionis, & multam differentiam. Siquidem illa fuerunt temporalia, hæc autem æterna. Illa quidem ad horam

*Psal. 39.*

*Galat. 3.*

*Psal. 11.*

*Psal. 39.*

*Ioan. 6.*

*End. 20.*

*Psal. 109.*

*Hebr. 9.*

*Mat. 7.*

*Psal. 39.*

*Hebr. 9. De Consec. dist. 2. c. in Christo semel Lib. 4. sent. dist. 12. §. post hæc quæ sit. Hebr. 9.*

*Hebr. 7.*

*Luc. 22. 1. Cor. 11.*

*Psal. 39.*

*Esai. 1.*

*Luc. 17. Hebr. 7.*

*1. Cor. 15. Ioan. 3.*

*Rom. 8.*

*Hier. 31.*

*Hier. 31.*

*2. Cor. 3.*

*Matth. 7. 1. Petr. 4. Hebr. 9.*

*Hebr. 8. Hebr. 7.*

Hebr. 9.  
Hebr. 1.

parentia, hæc permanentia; Illa infirma, hæc perfecta, illa formæ, hæc veritas. Hoc autem testamentum nouum habens remissionem peccatorum, illud nihil huiusmodi. Illud quidem manufactum, hoc autem non manufactum. Illud quidem sanguinem hircorum habens, hoc autem Domini. Illud quidem stantem sacerdotem habet, hoc autem sedentem. Quoniam igitur cuncta illa minora sunt, hæc autem maiora, propterea inquit, *habentes igitur fratres fiduciam.* Vnde sicut enim confusionem faciunt peccata, sic fiduciam remissio peccatorum, & quod coheredes effecti sumus, & quod tanta dilectione fruimur. *In introitum* (inquit) *sanctorum.* Introitum cælum dixit, & accessum ad spiritualia. *Quam dedicauit,* hoc est, quæ construxit, & initiavit. Dedicatio quippe dicitur initium vtendi. *Quam præparauit ergo,* & per quam ipse perrexit viam nouam & viuam. *Per velamen, id est, carnem suam.* Hæc quippe caro primò penetrauit viam illam, & dedicauit illam, hac ratione, quoniam ipse in ea perrexit. Velamen autem merito vocauit. Cum enim eleuatus est in cælum, tunc apparuerunt cælestia. *Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda.* In quo accedamus? sanctitate, fide, & spiritali cultura, in veraci corde, sine simulatione, in plenitudine fidei, quia nihil est visibile horum, neque sacerdos, neque sacrificium, neque altare. Propterea inquit, *in plenitudine fidei:* sic oportet credere, quomodo certi sumus de visibili, & adhuc amplius. Hic enim aliquando carnis sensus errant in iis quæ videtur, illic autem nequaquam, quia spiritu spiritualia percipimus, & non licet hæsitare de eis. Ideo ait, *Aspersi corda à conscientia mala.* Ostendit quia non fides sola, sed etiam vita cum virtute quaeritur: quia fides sine operibus otiosa est. Illi autem corpora mundabant, nos conscientiam. *Et abluti* (inquit) *aqua munda.* Lauacrum baptismatis in hoc loco dicit. Baptisma enim corporis mundatio non est, sed animæ: si fides adest baptizato, siue parètum, siue sui ipsius, si ad rationabilem ætatem peruenerit.

Rom. 6.

1. Ioan. 2.

Ephef. 1.

Ioan. 4.

1. Cor. 2.

Jacob. 2.

Hebr. 9.

2. Pet. 3.

Hebr. 11.

Psalm. 75.

Rom. 12.

1. Cor. 13.

Teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem, (fidelis est enim qui repromisit,) & consideremus nos inuicem in prouocatione charitatis & bonorum operum: non deserentes collectionem nostram, sicut est consuetudinis quibusdam, sed consolantes inuicem: & tanto magis, quanto videritis appropinquantem diem.

*Teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem,* &c. Nihil scrutaris, nihil rationis expetas: fide opus habent hæc omnia: quia sine fide impossibile est placere Deo. Sicut Deus fidelis est in promissis suis, ita fideles vult nos in promissis nostris quæ vouimus, diabolo contradicere, & Christo obedire. *Et consideremus nos inuicem in prouocationem charitatis & bonorum operum, non deserentes collectionem nostram.* Quid est, consideremus nos inuicem? Si quis fuerit virtute præditus, hunc imitemur, in eum intendamus, vt diligamus & diligamur. Ex dilectione quippe bona opera fiunt. Magnum quippe bonum est collectio. Ipsa namque charitatem operatur feruentiorem, & ex ea cuncta opera bona generatur. Nihil namque boni est, quod

non per charitatem fit. Istam igitur confirmemus inuicem, quia plenitudo legis charitas est. Non enim laboribus opus habemus aut sudoribus, si dilexerimus inuicem, spontanea nobis via prosternitur, ducens ad virtutem & ad cælestia. *Sicut est consuetudinis quibusdam.* In hoc loco non solum admonuit, sed etiam culpauit & terruit vnitatem charitatis scindentes. *Sed consolantes inuicem: & tanto magis, quanto videritis appropinquantem diem.* Quem diem designat, nisi diem iudicij, in quo singulorum merita examinantur: vel etiam extremum diem vitæ nostræ; Dicit enim alio loco; Dominus propè est, nihil solliciti sitis, id est, de terrenis. Et itè, Nunc propior est salus nostra, quam cum credidimus. Tempus enim abbreviatum est.

Sponte namque peccantibus nobis post acceptam veritatis agnitionem, non relinquatur vltra pro peccatis hostia: terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, qui deuoraturus est aduersarios.

Sponte namque peccantibus nobis post acceptam, &c. Id est, sponte peccantibus nobis postquam accepimus veritatis agnitionem, vltra non relinquatur hostia pro peccatis, sicut in veteri lege donatum fuit hostias offerre sæpius pro peccato. Neque enim Christus ipse iterum immolatus est pro peccatis nostris: hoc enim semel factum est, & secundum non est opus, sed magis opus est post acceptam gratiam permanere in fide & veritate bonorum operum. Mûdatus es, liber es à criminibus, factus es filius Dei. Si ad primum vomitum reuersus fueris, aliud te expectat iudicium, nisi per penitentiam renouatus fueris. Ideo subsequenter ait, *Terribilis autem quædam expectatio iudicij, & ignis æmulatio, qui deuoraturus est aduersarios.* In hoc non penitentiam excludit Apostolus, neque propitiationem quæ fit per penitentiam; neque repellit & deicit per desperationem delinquentem: non enim ita est inimicus nostræ salutis. Sed quid? secundum excludit lauacrum baptismi. Non enim dixit, Non est vltra penitentiam; neque dixit, Vltra non est remissio; sed, *hostias,* inquit, *vltra non est,* hoc est, crux secunda vltra non est. Vnica namque oblatio perfectit in perpetuum eos qui sanctificantur; non sicut Iudaica: cautos nos volens efficere, ne vltra vel crucem Christi, vel hostias Iudaicas expectem pro peccatis. Et quicumque penitentiam medicamentum neglexerit, ignis æmulatio deuoret eum. Quapropter vnusquisque ad penitentiam, dum tempus habet, medicamentum confugiat, ne igni tradatur æterno.

Irrita quis faciens legem Moyfi, sine vlla miseratione sub duobus vel tribus testibus moritur. Quanto putatis maiora mereri supplicia qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ iniuriam fecerit?

*Sine vlla miseratione sub duobus vel tribus testibus moritur.* Terrorem inquit Christianis de pœnis eorum qui sub lege peccauerunt. *Sine miseratione,* inquit, vt nulla sit venia, nulla sit misericordia: quamquam Moyfi esset illa lex. Si duo vel tres, sicut ille disposuit, testificantur super reum, confestim iudices populi iudicant eum ad mortem, si legi contrarius fuit

Rom. 12.  
1. Ioan. 4.  
Rom. 15.

Math. 25.  
Philip. 4.  
Rom. 13.  
1. Cor. 7.

Hebr. 6.  
2. Pet. 2.  
Hebr. 7.  
1. Pet. 3.

A. F. 3.

Ephef. 4.

2. Pet. 3.  
Galat. 6.

Deut. 17.  
& 19.

Deut. 17.

fuit

Hebr. 3.  
1. Cor. 11.

Rom. 2.  
1. Cor. 6.  
1. Pet. 2.

1. Ioan. 8.  
Apo. 3.

Deut. 32.  
Ibid.

Math. 25.

Psalm. 61.  
Psalm. 94.

Act. 7.

1. Cor. 2.

Philip. 1.

fuit aut inobediens. Et si hoc est in veteri lege, vbi lex A Moyfi irrita fit: *Quanto putatis* (inquit Apostolus) *maiora mereri supplicia qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est & spiritui gratiæ iniuriam fecerit?* Quanto maior est Christus quam Moyfes, gratia quam lex: tanto maiora mereris supplicia, si filium Dei conculcaueris. Et quomodo conculcat quis filium Dei: quando eo indignè participatur per sacramenta, nonne grande peccatum committit? nonne illum conculcat? nonne ipsum contemnit? Sicut enim ea quæ cõculcamus, nullius momèti pendimus: sic & qui libere peccant absque timore & absque penitentia, Christum nullius momenti existimant, nec eum iudicem futurum formidant. Factus est per gratiam corpus Christi, & seipsum facit corpus diaboli: & sanguinem Christi pollutum, in eo quod mundatus est, & ad vomitum reuertitur pristinum: & seipsum per penitentiam iterum mundare neglexerit, spiritum gratiæ iniurians. Qui verò beneficium dantis grata mente non suscipit, iniuriam facit beneficianti. Ille facit te filium, tu verò vis fieri seruus peccati. Venit enim ad habitandum C apud te, tu verò non præparas ei domum dignam habitationis suæ; alium, id est diabolum, tibi habitatorem concilians.

Scimus enim cum qui dixit, Mihi vindictam, & ego retribuam. Et iterum, Iudicabit Dominus plebem suam. Horrendum est incidere in manus Dei viuentis.

*Mihi vindictam, & ego retribuam.* De inimicis hoc dixit, & de negligētibus per penitentiam se purgare, sed securi malè faciunt. *Iudicabit Dominus plebem suam.* Iudicare Deus dicitur plebem suam, separando de ipsa plebe sua bonos à malis, fideles ab infidelibus. *Horrendum est incidere in manus Dei viuentis.* Incidit quis in manus Dei in die iudicij, id est in potestatem eius iudicis, qui reddet vnique secundum merita sua. Qui non vult modò præuenire in confessione & penitentiâ faciem eius, dum tempus habet, si non penituerit de peccatis suis, incidit in horrendum iudicium omnipotentis Dei.

Rememoramini autem pristinos dies, in quibus illuminati magnum certamen sustinistis passionum.

Postquam Paulus conculcavit animos eorum, dicendo, Horrendum est incidere in manus Dei viuentis: fidem faciens quòd omnibus modis oportet perire iniuriantem gratiam Dei, & Spiritui sancto contumeliam facientem: & hoc ex lege Moyfi docuit; ne multo timore desperationem à tristitia & desperatione absorberi faceret; cõsolatur eos per laudes, & hortationes & æmulationem domesticam eis proferens. *Illuminati,* id est, confortati per gratiam diuinam. *Magnum certamen sustinistis passionum.* Nò dixit simpliciter, certamen, sed addidit, *magnum.* Nec dixit tentationes, sed, *certamen:* quod quidem multæ laudis est, & nostrarum prædicatio laudum, pro Christi nomine pati.

Et in altero quidem opprobriis & tribulationibus spectaculum facti, in altero autem

focij taliter conuersantium effecti. Nā & vinctis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscetes vos habere meliorem & manentem substantiam.

*Et in altero quidem opprobriis, &c.* Modò minutatim per partes prosequitur laudes eorum, dicens eos non solum viriliter sustinere passiones pro Christo, verum etiam & vinctis compassos eos esse annuntiat, & tribulationibus opprobriisque spectaculum factus. *Gratus quippe res est opprobrium, & idonea ad fortitudinem animæ subuertendam, & excæcandam mentem potens.* Quoniã valde appetens est gloria genū humanum, propterea etiam & opprobriis facile captiuatur. Et non simpliciter dixit *opprobriis,* sed etiã augmentum fecit, dicens: *spectaculum facti.* Cum enim quis secretè exprobratur, contristatur quidem: sed multo amplius cum coram omnibus. *Et rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis.* Mirabiliter laudat eos in fide: quia si fidem non haberent meliora recipere pro hac substantia abrepta, non cum gaudio suscepissent rapinam eius. Proinde subiungit fiduciã fidei, *Cognoscetes* (inquit) *vos habere meliorem & manentem substantiam.* Quasi diceret, Vestrâs futuras vidistis diuitias, sustinistis cum gaudio: quod necdum apparet, quasi præses apparet, cernebatis. Hoc enim totum apostolicum est opus dignum illis fortibus animabus, vt flagellis gauderent, lbant (sicut in actibus Apostolorum legitur,) à concilio gaudentes, quia digni habebantur pro nomine Iesu cõtumeliã pati. *Cognoscetes ergo vos habere meliorem & manentem substantiam,* prout diceret, firmam & stabilem, quæ perire non possit, sicut ista terrenaperit. Deinde adhortans eos dicit,

Nolite itaque amittere confidentiam vestrã, quæ magnã habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est: vt voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem. Adhuc enim modicum aliquantulumque, qui venturus est, veniet, & non tardabit.

*Nolite itaque amittere confidentiam vestram, &c.* Apparet autem quia in magna confidentia erant ad Deum, quam ne amitterent, instantissimè eos hortatur. Facilius enim integra conseruantur, quam amissa recuperantur. Nihil enim vobis necessariũ est, nisi vt stetis firmiter, & permaneat in fortitudine vestra, quæ magnam habet remunerationem. *Patientia enim vobis necessaria est: vt voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem.* O quãta magnitudo exhortationis istius & consolationis! Vno tantum opus habetis, id est, vt perseueretis in agone, donec recipiatis coronam condignam labori vestro: quia non qui ceperit coronabitur, sed qui perseuerauerit in certamine vsque in finem, hic saluus erit. In patientia vestra si quidẽ possidebitis, dicit Dominus, animas vestras. *Reportetis,* id est, accipiatis promissiones Dei. *Adhuc enim modicum aliquantulumque, qui venturus est, veniet, & non tardabit.* Non minima consolatio est laboris, citò sperare venturum iudicem, & remuneratorem, & cõsolatorem remuneraturum certaminis constantiam.

2. Cor. 1.

2. Cor. 4.

Hebr. 6.

Hebr. 6.

Hebr. 12.  
Act. 5.

Math. 6.

Abac. 2.

Coloss. 1.

1. Cor. 9.

2. Tim. 2.

Math. 10.

Luc. 21.

2. Pet. 3.



Abac. 2.

Iustus autem meus ex fide uiuit. Quod si subtraxerit se, non placebit animæ meæ. Nos autem non sumus subtractionis filij in perditionem, sed fidei in acquisitionem animæ.

Hoc propheticum intulit Apostolus testimoniū ad exhortationem fidei. Sicut displicebit qui dubi-

tat, ita qui crediderit, uiuet in fide sua recta. Quapropter credamus venire uelociter iudicem Christum, & præparemus nos obuiā in bonis actibus, ne simus subtractionis filij à luce sempiterna, sed acquisitionis in gloriam cum sanctis, in die magno, audientes uocem desiderabilem. Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod paratū est uobis ab origine mundi.

Iacob. 2.

Apoc. 19.

Matth. 25.

Reliqua in hanc epistolam desiderantur.

## CVTHERBERTI TONSTALLI

DVNELMENSIS EPISCOPI SVPER

APOCALYPSIN PRÆFATIO AD LECTOREM.

**V**M monasteria multa circuirem, & bibliothecas, quæ in nonnullis magna librorum copia referta celebres habebantur, excurre, puluerulētos & uetustissimos quosque libros euoluens, sicubi forte delitescens antiquus aliquis author occurreret, casu incidi in uetustum quendam librum, cui titulus præscriptus erat huiusmodi. Incipit expositio beati Ambrosij Episcopi super Apocalypsin. Itaque tituli nouitate inuitatus diligenter inuestigauit, si qua parte operis inuenire possem, cuiusnam ecclesie Episcopus is Ambrosius fuerat, qui hoc opus edidit, ac in fine operis itidem integrè adscriptū reperi. Explicit expositio beati Ambrosij Episcopi super Apocalypsin: nimirum ut libri finis cum principio consentiret. Deinde totum opus attentè perlegens, multā que eruditione plenum deprehendens, magnopere sum gauisus talem reperiisse thesaurum. Etenim hæc expositio nemini uel Græcorum uel Latinorum, quorum in Apocalypsin commentationes hæctenus in lucem prodierunt, non modo non cedit, sed longè superare uidetur. Et quanquam Ambrosium Mediolanensem styli similitudine, tum industria sedula referat, qui dum germanum literæ sensum instanter eruere pergit, digredi non solet, sed semper in id quod agit, incumbit, non tamen ausus sum amplius quidquam in titulo operis apponere, quàm quod illic scriptum erat, sed eruditi cuiusque lectoris iudicio relinquendū existimaui, donec alia exemplaria inuestigata consulerentur, & rem certius apperirent. Porro illud animaduertendum est, locum quendam apud hunc haberi, qui Gregorium Romanum Episcopum Ambrosio Mediolanensi uero seculo integro posteriorem, & uerbis & sensu penè referat. Verumtamen non ea re magnopere moueri quispiam debet, ne non Ambrosij Mediolanensis Episcopi opus esse existimetur. Cum Gregorius Ambrosij commentarios fortè legens studuerit ab illis, nec sensu nec uerbis dissentire, ut sæpe solent posteriper prætā maiorum transeuntes flosculum aliquem inde carpere. Accedit ad hæc, quod beati Ambrosij nomen adscriptum est in operis titulo. Et quis alius in ecclesia Dei Ambrosius, beati nomen assecutus est unquā, nisi magnus ille Ambrosius Mediolani Episcopus? Quem Imperator Theodosius ille senior supra uniuersos orbis Episcopos sic admiratus est, ut illum sua ætate supra ceteros nomine Episcopi maximè dignum censuerit, sicuti Ecclesiastica narrat historia. Quocirca summa cura quamprimum describendum opus curauit, non sinens ut quidquam mutaretur eorum, quæ in exemplo reperta sunt, aut quidquam his adderetur: quo fiet ut eruditus quisque lector suo iudicio non fraudetur, & ecclesie catholice iudicium, sibi saluum & integrum (ut par est) maneat. Tu uero Christiane lector, si quid ex huius operis lectione profeceris, iuua me quæso tuis ad Deum precibus, qui non mediocrem curam adhibui, ne hoc opus longo situ pene antiquatū interiret, sed ut ad profectum ecclesie Dei & legentium prodiret in lucem. Vale. Anno à Christo incarnato 1548.

## INCIPIIT EXPOSITIO BEATI

AMBROSII EPISCOPI SVPER

APOCALYPSIN.

Beatum Ioannem Apostolum & Euangelistam hunc librum Apocalypsin edidisse constat: quamuis extiterint aliqui qui non ab eo, sed ab alio dixerunt fuisse compositum. Sed eius fuisse sequentia manifestant.

CAPVT PRIMVM.



**A**POCALYPSIS Iesu Christi, quam dedit illi Deus palam facere seruis suis, quæ oportet fieri citò. Apocalypsis, reuelatio uel manifestatio interpretatur. Quod reuelationis donum & pater filio dedit, secundū quod homo erat, & filius sibimetipsi, diuinitas (sicut homini quem assumpsit. Palam facere seruis suis, quæ oportet fieri citò.) Cū hic liber nō solum futura, sed & præsentia, & præterita narret, cur hic sola futura Dominum nostrum Iesum Christū seruis suis manifestare dixit: Quia uidelicet præsentia uisū, præterita auditu facillè cognoscuntur: futura autem, non nisi aut per doctrinam diuinarum scripturarum, aut per reuelationem agnoscī queunt. Et significauit mittens per angelum suum seruo suo Ioanni. In hoc loco, talis mihi sensus esse uidetur, Dominus Iesus angelum suum misit, & per eundem angelum seruo suo Ioanni manifestauit, quæ oportet fieri citò. Qui testimonium perhibuit uerbo Dei. Hic locus aperte demonstrat, non ab alio Ioanne, sed ab illo qui Euangelium scripsit, hunc librum esse compositum. Qui & in cœna supra pectus Domini, in quo erant omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi, recubuit, de quo immensum fontem sapientiæ haurire meruit. Perhibuit ergo testimonium uerbo Dei, quando dixit: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud Deum, & Deus erat uerbum. Sed & in hoc quod sequitur, quæstio oritur. Et testimonium Iesu Christi in iis quæcunque uidit. Quomodo ergo testimonium perhibuit Iesu Christi in iis quæcunque uidit, cū ipse dicat in eodem Euangelio, Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Sed testimonium perhibuit eorum quæcunque uidit, prædicando uidelicet gentibus omnia quæ à Christo didicerat, miracula quæ uiderat narrando, ea tantummodo scribens, quæ postea amplius profutura esse præuiderat. Beati qui legunt, & qui audiunt uerba prophetiæ huius, & seruant ea, quæ in ea scripta sunt. Tres species beatitudinis posuit, sed duæ nihil sunt, si tertia defuerit. Nam nihil prodest legere & audire mandata Dei, si non seruant ea quæ legunt uel audiunt. Multi namque sunt qui mandata Dei aut audiunt aut legunt, sed nihil eos iuuat, quia cum corpore præsentibus sint, mente sunt absentes. Aut enim adquirendis rebus mens eorum dicitur, aut contra prælatum superbit, aut fingit se potentem futurum, aut cæteris uanissimis rebus distenditur. Potest talis

D. Ambr. tom. 3.

**A**bus conuenire quod ait Propheta: Aure audietis & non intelligetis, & uidentes uidebitis, & non perspicietis. Nonnulli uero sunt qui diuinas scripturas legunt & audiunt, id est mentem ad earum intelligentiam accommodant, sed ideò diuinas scripturas discunt, ut sapiētēs & egregij apud homines habeantur, & in seculi prosperitatibus floreat, non ut uitā reprobam corrigant. Sed beati non sunt, quia scripturam diuinam non pro amore Dei, sed pro amore seculi didicerunt. De talibus dicit Propheta: Sapiētēs ut faciant mala, bene autem facere nesciunt. Et Dominus in Euangelio in parabola seminantis loquitur dicens: Quod autem in spinis cecidit, ij sunt qui audierunt & à sollicitudinibus & uoluptatibus uitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum. Illi ergo soli beati sunt, qui ideò mandata Dei student discere, ut impleant, id est, in mente recondant: ideò in mente recondunt, ut opere impleant: ideò opere implent, ut æternam beatitudinem assequantur. Tempus enim prope est. Tempus uidelicet iudicij. Nam si tempus ab aduentu Domini usque ad finem mundi ante oculos ponas, longum inuenies, sed in comparatione priorum temporum, breue est. Ioannes septem ecclesiis que sunt in Asia: Gratia uobis & pax ab eo qui erat, & qui uenturus est. Per septem ecclesias, una ecclesia catholica regnatur, propter septem uidelicet dona Spiritus sancti, quibus illustrata in mundo resulget. Asia elata interpretatur, quia inter elatos huius seculi Christus multitudinem fidelium inuenit, ex quibus ecclesiā suam fabricauit. Et perpende quia totus hic liber in septenario numero consistit, sicut sunt septem Ecclesiæ, ad quas hæc scripta dirigitur. Sunt septem candelabra, septem stellæ, septem lampades, septem cornua agni, septem oculi, septem sigilla, septem angeli tubis canentes, septem tonitrua, septem itidem angeli phialas habentes. Nam & draco qui diaboli, & bestia quæ Antichristum designat, yterque septem capita habuisse uisus est. Similiter & bestia super quā mulier meretrix sedisse uisa est. Et si diligenter aduertas, totus hic liber in septem uisionibus distinctus est. Prima est, quæ septem epistolas ad septem Ecclesias destinatas continet, & cætera quæ ibi continentur. Secunda est, in qua sedē in figura ecclesie in cœlo positam uidit, & supra sedem, Christum sedentē. In tertia, agnus librū & sigilla eius aperuit. In quarta, septem angeli sunt uisi tubis canentes. In quinta, septem iterum angeli uisi sunt phialas habentes. In sexta, resurrectio describitur. In septima, gloria sanctorū in figura ciuitatis Hierusalē de cœlo descēditis demonstratur. Gratia uobis & pax ab eo, qui erat, & qui est, & qui uenturus est, et à septē spiritibus qui in cōspectu eius sunt, & ab Iesu Christo, qui est testis fidelis. Hic, tota Trinitas demonstratur. Per eum namque qui erat & qui est, & qui uenturus est, pater designatur. Erat nāque ante constitutionem mundi sine ullo initio, est modo post constitutionē mundi, regens omnia quæ

Isaie 6.

Hierem. 4.

Matth. 13.  
Luca 8.

Diuisio operis in septem uisiones.

L. L.

creavit & gubernans : venturus est post finem mudi cum filio & spiritu sancto, vt regnet cum sanctis in secula seculorum. Per septem autem spiritus, spiritus sanctus eo quod sit septiformis intelligitur. Et ab Iesu Christo qui est testis fidelis. Ille veraciter testis fidelis est, qui nescit mēiri. Qui quod electis suis misericorditer repromisit, sine dubio implebit. Quin eum qui calicem aque frigide egenti dederit, a mercede vacuum derelinquit. Cuius verba ita fixa permanent, vt facilius sit cœlum & terrā, in nihilum redigi, quā aliquid immutari ex omnibus quę facturum esse p̄dixit. *Primogenitus mortuorum, & princeps regum terre.* ] Quomodo Christus primogenitus mortuorum dicitur, cum ipse in fine temporū sit natus, aduētūque eius innumerabilis multitudo hominum p̄cesserit? Sed primogenitus propriē mortuorum ponitur : sicut primos in populo eos vocamus, qui non erant sed honore & dignitate ceteros antecesserunt. Mortui autē ipsi sunt, de quibus Apostolus loquitur dicens: Mortui estis & vita vestra abscondita est cū Christo in Deo. Primogenitus ergo mortuorū Christus est, quia ipse est primus, & caput omnium electorum suorū. Princeps regū terrā. Rex, a regendo dicitur. Per reges ergo, Apostoli & ceteri sancti designantur, qui semetipsos & alios regere nouerunt. Per terram autē, Ecclesia designatur. *Qui dilexit nos & lauit nos a peccatis nostris, in sanguine suo.* ] Ergo quia dilexit, lauit. Et quid ista lauitio nobis contulit, sequentia manifestant. *Et fecit nos regnum & sacerdotes, Deo & patri.* ] Regnū Dei, Ecclesia Dei dicitur. Regnum ergo Dei ex hominibus Christus fecit, quando eos tales constituit, in quibus ipse cū patre & spiritu sancto inhabitare & regnare dignaretur. Nam qui designantur per regnum, ipsi & per sacerdotes. Sacerdotes ergo Dei electi dicuntur, eo quod mēbra sint summi sacerdotis. De quo Psalmista loquitur dicens: Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Possunt & aliter electi Dei, sacerdotes Dei dici, eo quod semetipsos quotidie per cōpunctionē cordis & orationes ceteraque bona opera offerant Deo, sicut dicit Psalmista: Sacrificiū Deo spiritus contribulatus. Est & sacrificium laudis quod quotidie offerre Deo sancta ecclesia cōtineat, de quo idē propheta loquitur dicens: Immo la Deo sacrificiū laudis. Et iterum: Sacrificiū laudis honorificabit me. *Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt.* ] Veniet ad iudiciū Dominus cum nubibus, sicut dicit ipse in Euāgelio: Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cū potestate magna, & maiestate. Sed quomodo cū omnis oculus videbit cū scriptura dicat, Tollatur impius ne videat gloriam Dei? Videbunt eum impij ad sinistram in iudicio constituti, in ea forma qua in mūdo cōstitutus ab hominibus videri potuit, sed nō in ea qua Deus est. Iusti autem in ea claritate eum videbunt, quomodo in cœlestibus positi eum vidēt & visuri sunt post finem mundi in perpetuum. Sed & ipsi qui eum pupugerunt, velint, nolint, videre compellantur, impij videlicet Iudæi qui eum crucifixerunt, vt sciant quē irriterunt, sicut scriptū est in Euāgelio: Videbūt in quē transfixerūt. *Et plangent se super eum, omnes tribus terre.* ] Per omnes tribus terre, soli reprobi intelligūtur. Plāget autē se, cur p̄cepta Dei

Matth. 10.

Colo. 3.

Psal. 109.

Psal. 50. Psal. 49. Zach. 12.

Esa. 26.

Ioan. 19.

contēpserunt, cur propter breue gaudium perpetuā tristitiā acquisierunt. Aliter: Ecce venit cū nubibus. Possunt per nubes, apostoli ceterique p̄dicatores intelligi. Venit autē cum nubibus, quādo nomē eius per sanctos p̄dicatores vniuersis gentibus innotuit. Et videbit eum omnis oculus, quia omnes qui oculos habuerint, cum videbunt cum illis videlicet oculis, de quibus dicit ipse discipulis: Beati oculi qui vidēt, quę vos videris. Habebāt impij Iudæi oculos, sed eos oculus non habebant, quibus Deus videtur. *Et qui eum pupugerunt.* ] Id est, qui eum persecuti sunt, & membra eius, & postea ad fidem illius maxima ex parte cōuersi sunt, ex quibus fuit apostolus Paulus. *Et plangent se super eum omnes tribus terre.* ] Per omnes tribus terre, omnis multitudo gentium potest intelligi, quę ad Christum cōuersa est, quę quotidie in ecclesia Dei posita plāgit peccata sua, vt veniā a Deo cōsequi mereatur. *Etiam amē.* ] Cōfirmatio sermonis est. *Ego sum alpha & ω.* ] Quid sit alpha & ω, sequentia manifestant: id est, *Principium & finis.* ] Sicut ipse dixit Iudæis, Ego sum principū, qui & loquor vobis. Potest Saluator noster principium ideo dici, eō quod ipse sit principium, id est, creator generis humani, & auctor salutis. Finis autē potest dici quia ipse est finis legis, finis mortis, omnisque p̄uaricationis. *Qui est, et qui erat, et qui venturus est omnipotēs.* ] Est modō Dominus in mundo ecclesiam suam regens, erat ante constitutionē mudi æternaliter cū patre permanēs: v̄turus est ad iudiciū, vt iudicet mūdū. *Ego Ioānes frater vester, et soci in tribulatione, et regno, et patientia in Iesu.* ] Discipulos vocat fratres, quia vno Christi sanguine redēpti, & vna matre, Ecclesia scilicet, generati erāt. Sociū se corū in persecutione etiā dicit, quia omnes ecclesias, Domiciani persecutio turbauerat. Socium in regno, quia & se mēbrū ecclesie, sicut & ipsi erāt, quos Deo acquisierat, fatebatur. Sociū se eorum etiā in patientia testatus est, quia & ipsi æquanimitate aduersā tolerabant, sicut & ipse, qui pro amore Christi in Pathmos insula relegat⁹ tenebatur. *Fui autē in spiritu in dominica die.* ] In spiritu se fuisse dicit: quia tanta mysteria quę se quātū nō carnalib⁹, sed spiritualib⁹ oculis, videri poterāt. Animalis enim homo nō percipit ea, quę sunt spirit⁹ Dei. Dominica autē dies tēpus euāgelij designat. De quo tēpore, Apostol⁹ loquitur dicens, Ecce nūc tēpus acceptabile, ecce nunc dies salutis. In quo tēpore, Prophetæ mysteria diuina gētibus esse p̄dēda p̄dixerūt. *Et audiri post me vocē, tāquā tubę dicētis.* ] Quasi post nos est, quod ignoram⁹. Aliter: Vox Domini post nos est, quia nos quasi serui fugitiui sumus: Dominus autē post tergū nostrum clamat, vt nos reuocet. Post se ergo Ioānes vocē audiuit, quia mysteria quę tūc ei reuelata sunt, nō dū perfectē cognouerat. Quę vox similis tubę dicitur fuisse. De hac tuba, propheta loquitur dicens, Clama ne cesses, quasi tuba exalta vocē tuā, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorū. Tuba ad pugnādū milites prouocare solet. Similiter & nos sermo Dei ad pugnādū cōtra diabolum atque vincēdū incitare nō desinit. *Quod vides, scribe in libro, et mitte septē ecclesijs, Ephesum et Smyrnā, Pergamū et Thyatirā, Sardis et Philadelphiam, et Laodicēam.* ] Per has septem ecclesias, vna ecclesia catholica, sicut interpretatio nominū docet, designatur. Ephesus

Luca 10.

Persecutores Christi.

Ioan. 8.

1. Cor. 2.

2. Cor. 6.

Esa. 58.

namque voluntas, siue consilium interpretatur. A Smyrna, canticum eorum: Pergamus, diuisio cornu: Thyatira, illuminata: Sardis, principium pulchritudinis: Philadelphia, saluans hæreditatem Dei: Laodicea, tribus amabilis domini. Ephesus igitur quę primò ponitur, initium conuersionis vniuersiusque demonstrat. Interpretatur namque voluntas, siue consilium. Quod enim melius consilium quā voluntas bona, quę homini suadet abrenunciare diabolo & sequi Christum, relinquere vitia, & apprehendere virtutes. Et quia qui ad Deum conuertere voluit, necesse est vt Domini misericordiam implorent, vt perficere possint quod desiderant, Smyrna huic supponitur, quę canticum eorum interpretatur. Ille enim bene cantat, qui misericordiam conditoris sui corde contrito & humiliato spiritu deprecatur: de quo cātū, Apostolus loquitur dicens. Cātates & psallētes in cordibus vestris domino. Et quia qui a Deo exaudiri vult, necesse est vt vitia derelinquat, & ad bona opera agenda, in quantum virtus suppetit, semetipsum conuertat, Pergamus in ordine sequitur, quę diuisio cornu interpretatur. Duo cornua in hoc loco, malum & bonum significant. Cornua diuidimus, quando inter bonum & malum discernentes, malum a bonis repellimus: & bonum amplectimur. Et quia quamdiu in peccatis iacemus, in tenebris sumus: cum autem mala a nobis reiciimus, & bona operari incipimus, quasi a tenebris ad lucem progredimur, non inconueniēter post Pergamū Thyatira sequitur, quę illuminata interpretatur. Et quia ex operatione mandatorum Dei pulchritudo animæ accrescit, & quāto quis plus in operatione mandatorum Dei crescit, tantō ampliore pulchritudine animæ suę confert, non incongruē post Thyatiram, Sardis sequitur, quę principium pulchritudinis interpretatur. Principium pulchritudinis ideo dicitur, quia sanctorum pulchritudo in hac vita inchoatur, & in æterna beatitudine perficitur. Sequitur Philadelphia, quę saluans hæreditatem Dei dicitur. Quid est autem hæreditas Dei, nisi omnis multitudo electorum, sicut dicit Dominus ad Prophetam, Hæreditas autē mea Israel? Et in quo salus electorum consistit, nisi in operatione mandatorum Dei? Nam ille qui venit quærere & saluare quod perierat, illis salutem animarum largitur, qui mandata eius singuli secundum propriam virtutē custodiunt. Laodicea septima ponitur, quia tribus amabilis Domino interpretatur. Tribus autem amabilis Domino, est omnis multitudo electorum, quę est Ecclesia, quę per abrenunciationem vitiorum, & per virtutū operationem ad hoc peruenit, vt tribus amabilis Domino vocetur. *Et conuersus sum, vt viderem vocem eius qui loquebatur mecum.* ] Cur tam diu aduersus stetit? cur non ad primum iētum sermonis, aures eius percutientis, ad eum cōuersus est, qui a tergo loquebatur? Sed sciendum quod exemplum dedit nobis. Nam ad eum qui secum loquebatur, non prius conuersus est quā nomina ecclesiarum, ad quas scribere p̄cipiebatur, audiret. Et superius breuiter diximus per interpretationes nominum septem ecclesiarum, viam demonstrari, quę ducit ad vitam. Quisquis igitur per hanc viam ire ad Deum desiderat, aut legendo, aut ab alijs audiendo, qualiter per hanc

Ephes. 5.

Psal. 19. Luca 19.

viam gradi debeat, inuestigare debet: quia stultus viator est, qui ad locum optatum ire desiderat, & viā nescit, si non prius discere studuerit, quę sit longitudo vię, quę asperitas, qui anfractus, quę pericula, vt cum iter scandere cœperit, pericula p̄cognita facilius transeat. Multos enim vidimus seculum reliquisse, vt per contemplationis viam vitam æternam acquirerent, sed quia nescierunt asperitatem vię, subito cecidisse. Sed potest fieri, vt contra hæc, testimonium vobis de diuina scriptura aliquis obiiciat, quę dicit, Ne tardes conuertere ad Deū. Ad hæc ego respondeo, quia iam ad Deum conuertor, cū viam quę ad eum ducit, inuestigare non desino. Et quid est quod dicit, Et conuersus sum vt viderem vocem cū vox non oculis, sed auribus percipiatur? Sed sciendum quod Ioannes in spiritu positus, spiritalibus oculis ea quę sequuntur, videre promeruit. Neque opus erat ibi voces verborū perstreperere, vbi intus erat Deus qui docebat. Aliter: Ille competenter verba dei audit, qui quod audierit, oculis mentis intueri non desinit, nec ea opere impleat. *Et conuersus, vidi septem candelabra aurea, & in medio septem candelabrorum aureorum similem filio hominis.* ] Septem candelabra aurea septem ecclesias designant, sicut ipse exposuit: Et septem ecclesie vnā ecclesiam catholicam figurant. Quę candelabra aurea dicuntur, siue propter perfectiones quas sancti in seculo perferunt, siue propter sapiētiam qua illuminantur. In quorū medio Christus stare visus est, sicut ipse dicit in Euāgelio, Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi. Sequitur: *Vestitum podere, et p̄cinctum ad mammillas, zona aurea: caput eius et capilli erant candidi tanquam lana alba, et tanquam nix, et oculi eius tanquam flamma ignis, et pedes eius similes aurichalco, sicut in camino ardenti. Et vox eius sicut vox aquarum multarum. Et habebat in dextera sua septem stellas: et de ore eius gladius vtraque parte exibat et facies eius sicut sol lucet in virtute sua.* ] Si septem candelabra & septem stellas pro duobus ornamentis accipere volueris, decem ornamenta inuenies, ex quibus Domini corpus decoratum fuisse visum est. Sed quid duo ornamenta, id est, septem candelabra, & septem stellæ significarent, ipse per semetipsum exposuit. Quid autem octo quę restant significent, percutiendum nobis est. Sanctam namque ciuitatē Dei, quę ex omnibus electis constat, quę ab initio vsque ad finem tendit, si diligenter perspicias, in septem partes diuisam inuenies. Prima igitur pars eius, sunt electi, qui ab initio vsque ad diluuium fuerunt. Secunda, patriarchę & ceteri iusti, vsque ad legem datam. Tertia, hi qui sub lege fuerunt. Quarta, Prophetę. Quinta, Apostoli, & qui ex Iudæis crediderūt. Sexta verò pars, est gentium multitudo quę ad fidem venit. Septima electi, qui in fine mudi nascituri sunt & cōtra Antichristū pugnaturi. Per has igitur septē partes quod Dominus dederit, dicendo redeamus. De octauo, in sequētibus dicem⁹. Poderis igitur quę est talaris tunica, iustos qui ante diluuiū fuerūt, designat. Quę cuius coloris fuerit, nō dicitur, eo quod nullā aliā legē, nisi naturalē, habuerint. Naturalis autē lex est, creatorē suū diligere, & quod sibi quis nō vult fieri, alteri nō facere. Hęc legē nullus qui ratione suffult⁹ est, ignorare permittitur. Per zonā autem,

Eccles. 3.

patriarchæ, & cæteri iusti qui ante legem fuerunt, designantur. Quæ aurea fuisse dicitur, quia multis tribulationibus, sicut aurum in fornace probati esse noscuntur. Sicut Abraham qui de igne Chaldaeorum erutus est, sicut Loth quem Sodomitæ affligerunt, sicut Isaac qui cecitatem pertulit, sicut Iacob qui persecutione fratris atque foceri est afflictus, sicut Ioseph qui captiuitatem & carcerem sustinuit, sicut Iob qui amissionem rerum, diramque passionem pertulit. Eodem modo & de cæteris quos scriptura commemorat, debemus intelligere. Quæ zona mammillas constrinxisse legitur. Per mammillas nanque duo præcepta charitatis designantur, per quæ sanctos patres Deo placuisse certum est. Caput verò eius & capilli erant candidi tãquam lana alba, & tanquã nix. Per caput lex, per capillos verò qui ex capite nascuntur, multitudines eorum designantur, qui per legem salui facti sunt. Qui capilli tanquam lana alba, & tanquam nix esse dicuntur, quia videlicet ille populus à tenebris vitiorum, per legem est emundatus: oculi autem eius erant velut flamma ignis. Oculi, cuncta quæ circa se sunt, longè latè que perspiciunt. Per oculos igitur prophetæ designantur, qui ea quæ ventura erant, longè ante præuidere meruerunt. Qui sicut flamma ignis esse dicuntur, quia spiritu sancto illuminati mysteria cælestia contemplati sunt. *Et pedes eius similes aurichalco, sicut in camino ardenti.* Per pedes, Apostoli designantur, & cæteri qui ex Iudæis crediderunt. De istis pedibus, Propheta loquitur dicens, Quam pulchri super montes pedes euangelizantis pacem, annunciantis bonum, prædicantis salutem, dicentis Sion, regnabit Deus tuus: Qui similes aurichalco dicuntur. Aes nãque in fornacè quibusdam medicaminibus admixtis tandiu conflatur, vsque dum colorem auri accipiat, & dicitur aurichalcum. Per æs igitur quod sonorum est, & quod in nigredinem cito vertitur, Iudæi designantur, qui legem quidem secundum litteram sonare videbantur, sed velamine nigredinis mente obrecti, spiritalem intelligentiam, quæ in ea latebat, intelligere nequiverunt. Aes igitur in aurichalcum est conuersum, quando ex Iudæis Apostoli sunt electi. Per fornacem autem, siue mundus, in quo aliquantum Christus conuersatus est, siue tribulationes quas sustinuit, possunt designari. In hac ergo fornace per doctrinam euangelij splendorem auri accipere meruerunt. *Et vox eius, sicut vox aquarum multarum.* Per vocem aquarum multarum, multitudo gentium, quæ ad fidem Christi cucurrit, designatur. *Et habebat in dextera stellus septem.* Quid hoc significet, ipse in sequentibus exponit. *Et de ore eius, gladius ex utraque parte exibat.* Per gladium, electi qui in fine mundi nascituri sunt, atque contra Antichristum pugnaturi, designantur. Et quia maxima multitudo gentium culturã Christi derelinquens, Antichristum hominem impiissimum pro Deo adorabunt, non incongruè illi qui ad errores eorum concidendo progressuri sunt, per gladium designantur. Qui duo acumina habere visus est, quia ipsi doctores, duorum testamentorum doctrinis eruditi, facile hostes deuincēt. Nã quod de ore Domini, ipse gladius procedere visus est, illud significat quod ipse dixit in Euangelio: Non enim vos estis qui loquimini, sed

spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. In iis ergo septem ornamentis omnis electorum ecclesia, quæ à nobis in septem partes diuiditur comprehenditur. Sine iis ergo septem partibus, non mihi videtur huc librum, quenquam ordinatè posse intelligere. De octaua autem quæ restat, aliquid dicendum est. *Et facies eius, sicut Sol lucet in virtute sua.* Per faciem, ecclesia sicut post resurrectionem futura est, designatur. Et ideo per faciem ecclesia, quæ tunc Deum sicut dicit Apostolus, facie ad faciem videbit, designatur. Quæ sicut Sol lucere visa est, quia sicut dicit Dominus, Tunc iusti fulgebunt sicut Sol, in regno patris sui. Inueniuntur in scripturis quædam his septem partibus conuenientia, vt est illud quod in Iosue legitur vbi præcepit Dominus, vt circumiret arca Dei ciuitatem Iericho per septem dies semel in die, sacerdotibus eam portantibus, tubisque canentibus, ac populis sequentibus. Iericho nanque, omne corpus reproborum quod est ciuitas diaboli significat: per filios verò Israel, electi designantur: per sacerdotes, prædicatores: per tubas, doctrina prædicationis: per populum verò qui eos sequebatur, omnes iusti designantur, qui eorum doctrinã sequebantur, & actus imitabantur: per arcam autem quam ferebant, Christus intelligitur, qui in sanctis cordibus eorum habitans portabatur. De prædicatoribus autem qui post Christi aduentum fuerunt, nulli dubium, quod Christum non solum lingua prædicando, verum etiã corde diligendo portauerint. Illi autem qui aduentum eius præcesserunt, quomodo illum portauerunt: Portauerunt vtique & illi: Nam aliqui eorum eum verbis prædixerunt, aliqui factis præsignauerunt. Quærendum verò nobis est quid circuitus iste, qui per septem dies factus est, designet. Locum nanque quem circuitus, ingressum eius deuotamus. Nam cum per viam pergimus, si foueam aut limum profundum, aut aliquod periculum inuenimus, circumeundo si possumus, ingressum eius deuotamus, vt periculum euadamus. Iericho nanque circuitus, si iter vite presentis, secundum voluntatem Dei perficimus. Nam quãuis cum reprobis habitemus, Iericho circuitus, si ab eorum prauitatibus abstinemus. de hac circuitione dicit Psalmista, Circuiui & immolauit in tabernaculo eius, hostiam iubilationis. Circuiuit nanque & postea immolauit: quia facta reproborum prius spreuit, vt hostia iubilationis eius, acceptabilis Deo fieret. Multi enim sunt qui assidue laudant Deum, sed quia vitia à se repellere nolunt, eorum laudationis hostia, non est acceptabilis Deo. Prima igitur circuitio ad eos iustos, qui ante diluuium fuerunt pertinet, qui & filij Dei dicti sunt. Ciuitatè igitur Iericho tãdiu circuiuerunt, quãdiu à societate reproborum se sequestrauerunt. Postquã igitur arca Dei, & populi Iericho ciuitatè circumierunt, ad castra redierunt: quia vnusquisque iustus circuitiois suæ tẽpore expleto post mortem ad societatem electorum, quæ sunt castra sanctorum ducatur. Secundæ diei circuitus ad eos qui post diluuium vsque ad Moysen fuerunt pertinet. Qui & ipsi ciuitatem Iericho circumierunt, quia ab iniquitatibus reproborum se separauerunt. Nam & Abraham quamuis inter Amorrhæos habitaret, nõ solum vitia, sed etiam corporum societate in tantum horruit, vt filio suo ex filiabus eorum nollet accipere uxorem

1. Petr. 2.

uxorem. Et de Loth, qui apud Sodomitas habitabat, loquitur beatus Petrus, quia auditu & visu iustus erat habitans apud eos, qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabant. Eodẽ modo de cæteris intelligendũ. Tertius verò circuitus ad eos qui sub lege fuerunt, pertinet: qui quanta solitudine à societate iniquorum se secerne deberet, ipsa lex manifestat. Prophetas verò ad quos quartus circuitus pertinet, in tantum peccata principum hominum que impiorum spreuerunt atque reprehederunt, vt pro hoc quidam eorum lapidati, quidam interfecti, quidam verò in occisione gladij mortui sint. Apostoli verò & hi qui ex Iudæis crediderunt, ad quos quintus circuitus pertinet, quanto studio se ab infidelium Iudæorum concilio atque operibus segregauerint, Lucas in actibus Apostolorum narrat. Gentes verò, ad quos sextus circuitus pertinet, quanto ardore se à societate impiorum diiunxerint, martyres requisiti dicat. Septimus verò circuitus ad eos qui tẽporibus Antichristi futuri sunt, pertinet: sed & illi quomodo Antichristi ministrorum que eius defutabunt perfidiam, hic liber manifestat. Septimo ergo die circueuntibus sacerdotibus cum arca Iericho, atque vociferantibus, muri Iericho ceciderunt, omnisque populus cum rege suo interfectus est, quia prædicantibus in fine mundi prædicatoribus veritatis, finemque mundi annunciantibus, subito finis mundi adueniet, omnisque ciuitas diaboli destruetur, atque cum ipso capite suo diabolo perpetua morte damnabitur. Legimus etiam in libro Iudicum, Samsonem fortissimum habuisse septem crines. Samson, Christum significat: per capillos verò, omnes electi designantur. Et sicut capilli adherent capiti, ita & omnes iusti adherent Christo, qui caput est omnium electorum suorum. Et sicut capilli Samsonis in septem partes diuisi sunt, ita & omnis electorum numerus in septem partes pro temporum qualitatibus diuidi potest, sicut superius demonstrauimus. Sed & hoc quod in Salomone scriptum est, Sapientia edificauit sibi domum, excidit columnas septem, potest huic nostro intellectui conuenire. Sapientia nanque edificauit sibi domum quando dominus noster Iesus Christus ab initio mundi vsque ad finem eius, ex numerositate electorum ecclesiam sibi construxit & constituit. Excidit columnas septem, quando iis septem temporibus prædicatores, qui singulis temporibus conuenirent, in ecclesia sua statuit, qui & monitis salutaribus & bonorum operum exemplis eam sustentarent. Possimus quod idem Salomon in alio loco ponit dicens, Da partes septem, necnon & octo, huic nostræ expositionis operi coaptare. Primum igitur quærendum nobis est quid sit vnde partes facere præcipimur. Est nanque quoddam bonum, & ipsum est summum bonum: charitas videlicet, quæ nisi partiatur, perfectum bonum non erit. Partitur enim in dilectione Dei, & dilectione proximi. Quæ cum vna sit, habet tamen duo brachia quæ circumquaque extendens, & Deum hominibus, & homines Deo coniungit. Sunt & duæ vitæ, vna que actiua, altera que contemplatiua nuncupatur. Dilectio proximi ad actiuam, dilectio autem Dei, propriè ad contemplatiuam pertinet. Possimus igitur per septem, omnem electorum multitudinem, per octo

verò, dominum nostrum Iesum Christum intelligere, eo quod octaua die resurrexit. Sancti itaque Dei, partes septem dant amoris sui, cum in exercitiis vitæ actiua occupantur, videlicet cum curam proximis non solum carnalem, sed & spiritalem impendunt. Dant etiam partes octo, cum eos amor Dei ad contemplationem eius iterum reuocat. Aliiter. Partes septem damus, cum sanctis Dei debitam venerationem exhibemus. Partes octo damus, cum Deo creatori nostro debitum cultum impendimus. Sequitur. *Et cum vidissem eum, cecidi ad pedes eius, tanquã mortuus.* Ecce Ioannes qui sibi stare videbatur, viso Domino cecidit tanquam mortuus, quia vnusquisque vir sanctus quantum se ad contemplandam diuinitatem Dei altius erexerit, tanto apud se introrsus inferius cadit: quia in comparatione Dei eius magnitudo quàm parua sit, facile perspicit. Vnde & tanquam mortuus cecidit, quia in cõparatione Dei, se nihil esse perspexit. Ad pedes cecidit, quia incarnationis eius mysterium, quod per pedes figuratur, se nullo modo comprehendere posse perspexit. *Et posuit manum suam super me, dicens, Noli timere.* Sicut manus in corpore plurima habet officia, ita & manus Dei in diuinis scripturis plurimas significaciones. Iob namque flagellum Dei, manum Dei vocat: cum dicit, Manum tuã longè fac à me, & formido non me terreat. Et iterum amicus dicit, Misere-mini mei, misere-mini mei, saltè vos amici mei, quia manus Domini tetigit me. Nam & Ieremiam manu sapientiæ Dominus tetigit, sicut ipse dicit. Et misit Dominus manum suam, & tetigit os meum, & dixit mihi: Ecce dedi verba mea in ore tuo, & reliqua. Similiter & Daniel manu confortationis Dei tactus est, quando propter visionem Angelicam in terra prostratus iacens, manum ad se missam vidit, quæ eum confortauit, cui & dixit: Loquere Domine, quoniam confortasti me. Hac ergo confortationis manu idem Ioannes tactus est, quæ eum ne se vltromodum deiceret confortando crexit. *Ego sum primus & nouissimus.* Si primus, cur dixit Arius filium Dei initium habuisse? Si enim initium habuit, non ipse primus, sed ipse à quo initium sumpsit, fuit. Primus ergo & nouissimus ipse est, quia sicuti finem non habebit, sic nec initium habuit. *Et fui mortuus, & ecce sum viuens in secula seculorum.* Hoc manifestum est. *Et habeo clauas mortis & inferni.* Qui clauè alicuius domus habet, quem vult intrimit, & quæ vult ab ingressu domus repellit. Per clauè ergo potestas filij dei intelligitur. Claues igitur mortis & inferni ipse possidet, quia quos vult à dånatione mortis perpetua misericorditer liberat, & quos vult in eodem mortis periculo damnationis, iusto iudicio remanere sinit. *Scribe ergo quæ vidisti, & quæ sunt, et quæ oportet fieri post hæc.* Hic demonstrat non se de presentibus & futuris tantummodo, sed & de præteritis prophetiam texuisse. Scribe ergo quæ vidisti, id est, quæ de præteritis tibi ostensa sunt. Quæ sunt & quæ oportet fieri post hæc, id est præsentia & futura. *Mysterium septem stellarum quas vidisti in dextera mea, & septem candelabra aurea.* Subauditur quid significant. Quid autè significant, subdendo manifestat. *Septem inquit, stelle, angeli sunt septem ecclesiarum, et septem candelabra aurea, septem ecclesie sunt.* Septem igitur angelos, re-

Esaiæ 52.

Antichristi.

Esaiæ 10.

1. Cor. 13. Mat. 13.

Iosue 6.

Reprobi ciuitas diaboli.

Iudic. 16.

1. Pet. 2.

Esai. 26.

Gen. 26.



Et ores septem ecclesiarum debemus intelligere, eo quod angelus nunciatur interpretatur. Et qui verbu Dei populis annunciant, non inconuenienter angelu id est, nunciu vocantur. Et sicut per septem ecclesias, vna ecclesia catholica: ita & per septem rectores septem ecclesiarum, omnes rectores ecclesie catholice designantur.

CAPVT SECVNDVM.

**E**T angelo ecclesie Ephesi scribe. *Hec dicit qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum.* Per dexteram Dei, potestas Dei in hoc loco potest designari: per stellas, sancti predicatorum. Sancti igitur predicatorum manu Dei tenentur, quia ab ipso gubernantur & reguntur, & ipsi sunt copulati, sicut ipse dicit in Euangelio: Sicut palme non potest ferre fructum nisi manserit in vite, sic & vos nisi in me manseritis. In medio vero septem candelabroru aureorum Christus ambulat, sicut ipse dicit Prophetar: Inhabitabo inter illos, & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipsi erunt mihi populus. *Scio opera tua.* Ea videlicet que operabaris prius antequam refrigereret in te caritas, *Et laborem & patientiam tuam.* Id est, persecutiones, quas pro nomine meo patienter toleras. *Et non potest sustinere malos.* Cum scriptura diuina nobis precipiat, vt toleremus malos, cur hic laudatur quod non poterit sustinere malos? Sciendum est autem, quod de hereticis dictum est. Nam proximoru mala aliquando reprehendo corrigere debemus, tempore videlicet opportuno: aliquando patienter tolerare, vt quos correptio non emendat, patientia ad emendationem prouocet. Sunt namque nonnulli qui reprehendere proximos nesciunt, nisi irascantur: horum aliqui si non solum pro magna, verum etiam pro parua aliqua re contra proximum commotus fuerit, tandiu iram in corde gestat, donec in actibus proximi aliquid videat, quod reprehendere possit: & tunc letus efficitur, cum reprehensionis vindictam proximo intulerit. Quod si alicui viderit displicuisse, dicit se zelo Dei hoc fecisse. Ad te ergo loquor, qui talis es. Cur queris fallere eum, qui occulta cordium considerat? Si zelus Dei in te est, cur oculi tui per diuersa vagantur more diabolico, desiderans malum potius videre quam bonum? desideras in proximo videre malum quod reprehendas, non bonum vnde edificeris? Sunt etiam multi, qui eos a quibus aliquam iniuriam pertulerunt, etiam pro minimis delictis impatienter insectantur: eos vero quos diligunt, non solum non reprehendunt quauis grauius deliquerint, sed etiam tota virtute defendunt. O infelix amicitia, que illum quem diligit, tacendo & defendendo, diabolo tradit illum vero cui iratus est, reprehendendo a diabolo abstrahit. Corruptio ergo illa iusta est, que ex zelo Dei & amore fraterno descendit: que non propter iram vindicandam, sed propter animam proximi saluandam profertur. Verum quia hanc verbis paucis diximus, ad ea que coepimus, redeamus. Igitur hoc quod presuli ecclesie Ephesi a Domino dicitur, quia non potes sustinere malos, de hereticis debemus intelligere. Omnis enim qui pastor est ecclesie, societatem hereticorum quantum potest vitare debet, ne per occasionem familiaritatis, eorum

corda simplicium veneno sue malitie corrumpant. Sicut enim lupus quietus inter oves sine laceratione earundem ouium versari non potest, sic nec hereticus inter simplices. Sequitur. *Et tentasti eos qui se dicunt Apostolos esse, et non sunt, et inuenisti eos mendaces.* Quidam praua docentes temporibus Apostolorum, Apostolos se esse dicebant, vt per reuerentiam nominis facilius prauam doctrinam in cordibus audientium plantarent. Hos & Apostolus Paulus dicit. Et Dominus in Euangelio cauendos eos inuenit, cum dicit: Attendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Hos ergo iste falsos, coruque doctrinam falsam esse comprobauit. *Et patientiam habes et sustinisti propter me, et non defecisti.* Id est, in hoc apparuit patientia tua, quia in laboribus quos pro nomine meo sustinisti, non defecisti. Sed habeo aduersum te, quod charitatem tuam primam reliquisti. Multi enim sunt, qui in initio conuersionis sue in seruitio Dei feruenter existunt, sed processu temporis tepescunt. Quod huic presuli ecclesie Ephesi corrigisse manifestum est. *Memento ergo, vnde excideris.* Vnde excisus est? De charitate scilicet. Si de charitate excisus est, de Deo excisus est, quia Deus caritas est. *Et age penitentiam.* Videlicet eo quod per torporem & ignauiam tuam, a charitate disunctus es. *Et prima opera tua fac: sin autem, venio tibi cito, et mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi penitentiam egeris.* Si per candelabrum ecclesia Ephesi designatur: cur, propter peccatum pastoris, ecclesia locum suum perdet, cum scriptura dicat, Non morientur patres pro filiis, neque filij pro patribus suis, sed vnusquisque in peccato suo. Sed sciendum est quod per locum merces que illi pro pastorali cura debebatur, designatur, vt sit sensus: Nisi penitentiam egeris pro eo quod charitatem tuam primam reliquisti, & ad prima opera non redieris: vt quod ore predicas, opere impleas, mercedem que tibi pro pastorali cura debebatur subtraham. *Sed hoc habes.* Videlicet vt candelabrum non moueatur. *Quia odisti sancta Nicolaitarum, que et ego odi.* Pro eo quod illorum facta odisti, que & ego odiui, merces que tibi pro pastorali cura debebatur, adhuc tibi manet. Nicolaitae vero erant heretici, quos superius dixi, non posse eum sustinere. *Qui habet aures audiendi audiat, quid spiritus dicat ecclesie.* Quia cunctis aures habentibus dicit, qui habet aures audiendi audiat, aures procul dubio cordis requirit. *Vincenti dabo edere de ligno vite, quod est in paradiso Dei mei.* Duo ligna erant in medio paradisi. E quibus vnum lignum vite, alterum vero lignum scientie boni & mali vocabatur. Quorum virtus talis erat, vt si quis ex ligno vite comedisset, non moreretur in aeternum. Si quis vero ex ligno scientie boni & mali comederet, quauis esset immortalis, mortalis statim fieret. Paradisus igitur ecclesiam significat: lignum vero vite in medio paradisi, Christus est in medio ecclesie sue. Lignum autem scientie boni & mali, quod & ipsam in medio paradisi fuisse dicitur, diabolum significat, qui inter fideles discurrere non cessat, vt quoscunque potest decipiat. Lignum igitur vite ad electos, lignum vero scientie boni & mali, ad reprobos pertinet. Fructus ergo ligni vite electi comedunt, vt in aeternum viuunt

2. Cor. 10. 11. Mat. 7.

Hie. 31. Ezech. 18.

Matth. 5.

viuant cum Domino: fructus vero ligni scientie boni & mali, reprobis comedunt & moriuntur: quia suggestionibus diaboli, omnibusque vitis & voluptatibus pascuntur, vnde aeternam damnationem sibi adquirent. Et sicut mulieri delectabiliores fuerunt fructus ligni scientie boni & mali, quam fructus ligni vite, ita & reprobis delectabilior est gloria huius seculi, quam oculis corporis vident, quam gloria celestis patrie, que non nisi oculis spiritualibus videtur. Sed oritur questio, Cur lignum scientie boni & mali dicatur, cum primo homini, scientiam mali ministrauerit, non scientiam boni. Quae ita soluitur: Primus namque angelus quando creatus est, scientiam boni habuit non scientiam mali. Scientiam vero mali per semetipsum inuenit, ob quam causam de illa celesti gloria deiectus est. De ligno ergo scientie boni & mali primus homo comedit, quando illius suggestiones secutus est, qui scientiam boni & mali habebat. Neque enim lignum, scientiam mali docere potuit, sed diabolus preceptum Dei homini transgredi iussit. Dicit ergo, Vincenti dabo edere de ligno, quod est in paradiso Dei mei. Ille vincit, qui in bonis operibus vsque ad finem vite sue perseverat. Vincit ergo Christus edere de ligno vite dabit, quia precepta sua vsque ad finem vite seruauit, immortalitatis sue gloriam in celesti beatitudine secundabit, vt cum eo eternaliter viuat, cuius precepta in seculo positi seruare studuerunt. Quod autem patrem deum suum vocat, ad humanitatem pertinet. *Et angelo Smyrna ecclesia scribe. Hec dicit primus & nouissimus, qui fuit mortuus & viuus: Scio tribulationem tuam, & paupertatem tuam.* Potest fieri vt Smyrnaeorum ecclesia, eandem persecutionem a contumeliosis suis in rapina bonorum suorum pertulerit, quana & illa que apud Hierosolimam erat. Ideo que tribulatio & paupertas eius a Domino, quam pro ipso sustinuit, laudatur. Potest & hoc, voluntaria paupertas intelligi: de qua Dominus dicit in Euangelio: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum: Sed diues es: pauper videlicet rebus, diues virtutibus. *Et blasphemaris ab iis, qui se dicunt Iudeos esse & non sunt, sed sunt synagoga satanae.* Iudei, confidentes interpretantur. Iudei igitur Christum blasphemabant: non Iudei, id est confidentes, sed synagoga satanae non inconuenienter vocantur. Predicantur ei aduersa, vt venientia facilius tollerare posset. *Nihil horum timeas, quae passurus es. Ecce missurus est diabolus ex vobis in carcerem vt tentemini.* Id est quosdam ex vobis diabolus, id est ministri diaboli in carcerem missuri sunt, vt tentemini vtrum timore poenarum a fide cedere, an pro amore Christi, mori deliberetis. *Et habebitis tribulationem diebus decem.* Tempus quo haec persecutio crudelius sauitura esset, demonstrat. *Esto fidelis vsque ad mortem, et dabo tibi coronam vite.* Per coronam vite, gloriam sempiternam demonstrat. *Qui habet aures, audiat quid spiritus dicat ecclesie. Qui vicerit, non ledetur a morte secunda.* Quid sit mors secunda, in sequentibus demonstrabimus. *Et angelo Pergami ecclesia scribe. Hec dicit qui habet romphaeam, vtraque parte acutam.* Per romphaeam, iudiciaria domini potestas potest intelligi. Quae vtraque parte acuta dicitur, propter duo iudicia. Vnum quod factum est per aquam, alterum quod fiet per ignem. Sed excludimur ab hoc intellectu, eo quod illud iudicium

iam peractum, atque per misericordiam Dei abolitum sit. Tunc namque iudicij illius acumen deletum est quando Deus dixit ad Noe. Per memetipsum iuravi, quia non adiciam vltra aquas diluuij super terram. Videtur ergo mihi per romphaeam, diuinam scripturam debere intelligi: quae propter rescandanda vitia, acuta esse dicitur: & propter duo testamenta, vtraque parte acuta demonstratur: Nam & vetus & nouum testamentum hoc nobis indefinenter admonent, vt vitia relinquamus, & in bonis operibus nosmetipsos exerceamus, quatenus salutem animarum nostrarum inuenire possimus. *Scio vbi habitas, vbi sedes est satanae.* Id est, inter illos habitas, qui secessorem habent diabolum. *Et tenes nomen meum et non negasti fidem meam.* Id est, quamuis ab eis inter quos habitas, pro nomine meo assidue persecutiones perferas, tamen nomen meum tenes, & fidem meam non negasti. *Et in diebus illis Antipas testis meus, qui occisus est apud vos, vbi satanas habitat.* Et in diebus illis, id est: in diebus quibus persecutio apud vos amplius feruebat, Antipas testis meus, subauditur extitit, qui occisus est apud vos, vbi satanas habitat. Apud vos occisus est, & non a vobis, sed ab illis inter quos vos habitatis, in quibus habitat diabolus. *Sed habeo aduersum te pauca, quia habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israel, ita Num. 31. habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum.* Legimus in libro Numeri, quod Balac Rex Moabitarum, ad suggestionem Balaam posuerit speciosas mulieres in conspectu filiorum Israel, diis suis sacrificantes. Quorum pulchritudo non solum ad perpetranda libidinem eos accendit, sed etiam vt de sacrificiis eorum comederent, perduxit. Nicolaitae vero erant heretici nuptias detestantes, docentesque fideles, vt quibuscunque vellent miscerentur more bestiarum. Sicut ergo per doctrinam Balaam, filij Israel in fornicationis malum dilapsi sunt, propter quod multi eorum perierunt, ita & Nicolaitae quosdam ex fidelibus, qui apud Pergamum erant, sua praua doctrina in fornicationis malum deiecerunt: docentes eos vt nullo modo se vinculo coniugali irretirent, sed quibuscunque vellent miscerentur. Quod autem dicit, habeo aduersum te pauca, significat paucos ex fidelibus ab hereticis esse deceptos. *Similiter penitentiam age.* Hoc quod dicit similiter, videtur mihi ad angelum Ephesi ecclesie respicere, cui dicitur: Penitentiam age, eo quod charitatem tuam primam reliqueris. Quasi diceret: Sicut precepi angelo Ephesi, vt penitentiam ageret, eo quod charitatem primam reliquisset, similiter & tu penitentiam age, eo quod a charitate deuiaueris, vt aliquos tuorum per taciturnitatem amitteres. *Si quo minus, veni in tibi cito.* Solet per aduentum Domini, mors intelligi: vnique enim dominus tunc venit, quando per mortem, animam a corpore separat, partemque eius cum hypocritis ponet. Homo enim ex anima & corpore consistit. Diuidit Dominus hominem, cum animam a corpore separat. Partem eius cum hypocritis ponit, quando animam, quae secunda pars est in homine, pro iniquitatibus suis cum impiis cruciandam tradit. In hoc ergo quod dicit, Veniam tibi cito, talis mihi sensus esse videtur: Si penitentiam non egeris veniam tibi cito, vt te per mortem quam pra-

Gen. 9.

Num. 31. Iosephus Antiquit. lib. 4. cap. 5.

Nicolaitae, De his vide hist. Eccle. lib. 3. cap. 29.

Exod. 16.

Ioan. 6.

Mat. 11.  
Luc. 10.

Ioan. 1.

Ioan. 10.  
Ioan. 5.

uidere negligis, dissoluam. Sequitur. *Et pugnabo cum illis, in gladio oris mei.* Id est, alium in loco tuo ponam, & ponam gladium verborum meorum in ore eius, in quo deiiciam aduersarios veritatis. *Qui habet aures, audiat quid spiritus dicat ecclesie.* Vbi quæ hæc sententia ponitur, vel in Euangelio, vel in Apocalypsi, sciendum est mysticum esse quod dicitur, & ad intelligendum difficile. *Vincenti dabo manna absconditum.* Legimus in veteri testamento, quod populum Iudæorum per desertum gradientem, Dominus manna pavit, vsque dum venirent ad terram repromissionis. Per manna igitur sapientia, quæ Christus est, intelligi potest. Ipse est enim panis viuus, qui de cælo descendit. Hoc pane alitur omnes electi, in deserto atque in itinere huius seculi positi: vsque dum veniant ad terram repromissionis, id est, ad cælestem beatitudinem, quam repromisit Deus diligentibus se. Absconditum autem ideo dicitur, quia sapientia Dei superbis absconditur, & humilibus reuelatur, sicut ipse dicit in Euangelio: *Confiteor tibi pater, domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus, & reuelasti ea paruulis. Et dabo illi calculum candidum.* Per calculum, qui lapis parvus est, & a calcando sic dicitur, Euangelium possumus accipere. Quia sicut antiqui, horum lapidum multitudinem magnam sibi congregabant ad partiendos & diuidendos numeros: ita doctores ecclesiæ, multa verba Euangelij in cordibus suis congregant. Quorum obscuritates & spirituales intelligentias, & vtilitates dum auditoribus aperiant, quasi numeros suos diuidunt, & partiuntur. *Et in calculo nomen nouum scriptum, quod nemo scit, nisi qui accipit.* Quod est hoc nomen Christi, quod in calculo Euangelij scriptum esse dicitur: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & deus erat verbum. Et iterum. Ego & pater, vnum sumus. Et idem Euangelista in alio loco dicit: *Qui non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum, & equalē se facies Deo.* Si Christus æqualē se faciebat Deo, cur dicit Arrius minorē esse filiū patre? Hoc ergo nomen quod in calculo scriptum est, nullus scit, nisi qui accipit, quia omnipotentia, diuinitatem, æqualitatem filij cū patre, nullus scire præualet, nisi cui doctrina Euangelij data fuerit. Sed est aliud quod nos mouet: nam paulo superius dixit: *Vincenti dabo manna absconditum, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum, quod nemo scit, nisi qui accipit.* Si igitur solis illis qui diabolum vincunt, & manna, & calculus, & nomen Christi datur scientia, ergo impij qui diabolum non vincunt, sed ab eo vincuntur, quauis baptisma, quauis fidem Christi videantur habere, ab hoc tamen munere alieni existunt. Sed dicit aliquis, Quomodo literatus quisque, & in diuinis scripturis eruditus, mysterium nominis Christi nescit, quauis & seculum diligat, & voluptuose viuat? Huic ego duorum hominum similitudinem, mel multum possidentium opponam: ex quibus vnus ex eo edere solitus erat: alter verò ab eius esu, quadam necessitate cogente, omnibus modis abstinebat. Quis horum tibi videtur, saporem mellis satius cognouisse? Vti que respondebis mihi, quia is qui eius dulcedine perfrui solitus erat. Et tamen si interrogasses vtroque de melle, cuius esset saporis, vterque dulcissimū

esse fateretur. Sed diceret ille quod audiuit, iste quod expertus erat: illius lingua loqueretur quod fauces ignorabant, istius autem quod delectatio docuerat. Ille igitur qui mel non ad vtendum, sed ad lucra exaggerenda possidebat, eos significat, qui ex scientia diuinarum scripturarum gloriam temporalem plusquam æternam capeffunt. Ille verò qui mel ad hoc possidebat, vt eius dulcedine assidue frueretur, eos significat, qui mandata Dei non pro gloria temporali, sed pro amore Dei discere student, vt per eorum operationem, ad gloriam æternam peruenire mercantur. Illis mandata Dei quamuis ea prædicentur, dulcia nō sunt, quia non dulcedinem cælestis patriæ, sed dulcedinem terrenam, quæ amaritudinem generat, diligunt. Istis autem mandata Dei spes cælestis patriæ, dulcia facit: sicut dicit Psalmista: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua domine, super mel & fauum ori meo.* Illi ergo soli sciunt nomen Dei, qui custodiunt mandata Dei. Qui verò seculum diligunt, qui in quibusdam vitiis semetipsos deiiciunt, qui desideria carnis suæ perficiunt, nesciunt nomen Dei, quia timorem & amorem eius a mente sua abiiciunt. Aliter: Potest per calculum nomen que in eo scriptum, beatitudo cælestis patriæ designari, vt per calculum cælestis patriæ, per nomen verò in eo scriptum, beatitudo cælestis patriæ figuretur. Hoc ergo nomen nullus scit, nisi qui accipit calculum, quia quanta sit illa cælestis beatitudo, nullus scire præualet, nisi qui ad hæc peruenire meruit, sicut dicit Esaias propheta: *Oculus nō vidit Deum absque te, que præparasti expectatibus te. Et angelo Thyatiarum ecclesie scribe. Hæc dicit filius Dei, qui habet oculos vt flammam ignis, & pedes eius similes aurichalco.* Quid ista significet, superius dictum est. *Scio opera tua, & charitatem, & fidem, & ministerium, & patientiam tuam, et opera tua nouissima plura prioribus.* Hic per omnia laudatur: sed sicut frequentia manifestant, sola taciturnitatis culpa in eo redarguitur. *Sed habeo aduersum te, quia permittis mulierem Iezabel, que se dicit prophetam, docere & seducere seruos meos, fornicari, et manducare de idolothytis.* Hæc mulier quæ Iezabel impiissima comparatur, ideo se propheten mendaciter affirmat, vt facilius sub religionis nomine falsam doctrinam in populum Dei introduceret. Et sicut Iezabel populum Dei culturam Dei a cultura Dei, id est, a fide recta, conabatur per prauam doctrinam separare. Fornicator enim anima, quæcunque a Deo creatore suo recedit. Idolothytū vocat illud, quod idolis erat immolatum. Docebat enim hæc mulier, nihil nocere fidelibus si comederent carnes, quæ idolis immolabantur. *Et dedi illi tempus vt poenitentiam ageret, et non vult poenitere a fornicationibus suis.* Sicut & beatus Iob de impio dicit: *Dedit illi deus locum poenitentia, & ille abusus est eo in superbia. Ecce mitto eam in lectum, et qui mœchabantur cū ea, ferunt in tribulatione maxima, nisi poenitentiam egerint, et filios eius interficiam morte.* Ecce mulieri & filiis eius poenitentia locus nullus promittitur, eo quod poenitentia tempus a deo sibi indultum spreuerint: iis autem qui mœchabantur cum ea, adhuc locus poenitentia repromittitur. Videntur ergo mihi ij qui mœchabantur cum ea, eos designare, qui prauis eius assertionibus fauentes necdum ex toto in foueam

Psal. 118.  
Amicibum  
seculi Deum  
ignorant.

Esai. 64.

3. Reg. 19.

Iob 24.

Luc. 16.

Act. 15.

Act. 15.

Act. 5.

Psal. 2.

in foueam malitia eius demersi fuerant. Per filios eius eos designari, qui iam ex toto ab ea decepti medicamentum correctionis nullo modo recipere volebant. Per lectum autem in quo mulier mittenda erat, infernus designatur, in quo sepultus est & diues, de quo dicit Dominus in Euangelio: *Mortuus est autem diues, & sepultus est in inferno.* Per tribulationem verò maximam, in qua ponendi erant, qui mœchabantur cum ea, nisi poenitentiam agerent, & per mortem in qua filij eius interficiendi erant, eadē inferni poena designatur. *Et scient omnes ecclesie, quia ego sum scrutans renes & corda.* Per renes qui intra corpus continentur, & ex quibus libido procedere dicitur, peccata abscondita: per corda autem, cogitationes occultæ designantur. Et est sensus: Et scient, videlicet in die iudicij, quando & ipsa mulier, & omnes qui decepti sunt ab ea, damnabuntur: omnes ecclesie, id est, omnes qui Christiano nomine censentur, non solum electi, sed etiā reprobi, quia ego sum scrutans renes & corda. Id est, nō solum peccata quæ patent, verum etiam & quæ latent, sed & ipsas cogitationes intueor, & in illa die dabo vnicuique vestrum secundum opera vestra. *Vobis autem dico ceterisque, qui Thyatiarum estis, quicumque non habent doctrinam hanc, qui non cognouerunt altitudinem satana, quemadmodum illi dicunt, non mittam super vos aliud pondus.* Hoc quod dicit, videtur mihi non ad doctrinam mulieris, sed ad falsos apostolos pertinere, qui docebant eos qui ex gentibus crediderant, vt in legem & circumcisionem verterentur. Et quia Iudæi de legis obseruantia superbiebant: & post Euangelium datum, custodia legis secundum literam, nihil est aliud quæ feruitus diaboli. Possumus per altitudinem satana, ipsam legem, si carnaliter impletur, intelligere. Quod igitur dicit, tale est: *Vobis dico ceteris qui Thyatiarum estis: Videlicet qui in fide perstitistis, quicumque nō habent doctrinam hanc, id est, qui non receperunt doctrinam illius pessimæ mulieris: qui nō cognouerunt altitudinem satana, quemadmodum illi dicunt, id est qui legem non susceperunt, quemadmodum falsi apostoli dicunt, vt eam carnaliter impleant: receperunt quidem eam, vt spiritualiter impleant, nō receperunt autem eam, vt carnaliter custodiāt. Verbi gratia, Illi dicebant, quia nisi circumcidatis carnem præputij vestri, non potestis salui fieri: isti autem circumcisionem non carnaliter, sed spiritualiter intelligentes, circumcidebāt a cordibus & a carne sua omnia vitia. Illi autem dicebant vt seruarent sabbatum, nihil in eo facientes operis: isti verò omne tempus vitæ suæ pro sabbato accipientes, ab omni opere seruii, id est, a peccatis in quantum poterant, abstinere curabant. Non mittam super vos aliud pondus, id est, qui in fide perstitistis, qui falsos apostolos non receperunt. Non mittam super vos aliud pondus, nisi quod ab apostolis præceptum est vobis, vt abstineatis vos ab efcis, quæ idolis immolantur, & a suffocato & sanguine & fornicatione. *Veruntamen id quod habetis, tenete donec veniam.* Sic est, ac si diceret: *Quia paruuli estis, & lac vobis opus est, non solidus cibus, fidem quam didicistis, tenete, donec veniam, vt per aspirationis meæ gratiam ad altiora opera virtutum agenda vos prouocem. Et qui vicerit, & custodierit vs-**

que in finem opera mea, dabo ei potestatem super gentes & reges eas in virga ferrea, & tanquā vas figuli confringentur. sicut & ego accepi a patre meo. Per finem in hoc loco, mors intelligitur. Qui ergo vicerit mundum & concupiscentias eius, & perseuerauerit vsque in finem, dabitur ei potestas super gentes, & reges eas in virga ferrea. Sed & si per finem mors intelligitur, quomodo electi post mortem gentes dicuntur regere, cum in illa beata vita, nullus sit qui regatur in virga ferrea, vbi nihil distortum, nihilque prauum inuenitur? nisi forte eo sensu intelligamus, sicut est illud: qui fecit quæ futura sunt. Omnia enim quæ secundum dispositionem Dei fienda sunt, in prædestinatione eius iam quasi facta existunt: quia nō potest fieri vt immutetur aliquid ex omnibus, quæ statuit Deus vt fiant. Similiter & sanctos quos præsciuit Deus futuros iustos, & in bonis operibus perseueraturos, ante ortum illorum hos præsciuit, vt habeant potestatem super gentes, & regant eas in virga ferrea: sicut ad Hieremiam loquitur dicens: *Priusquam te formarem in vtero, noui te: & antequam exires de ventre sanctificaui te, & prophetam in gentibus dedi te.* In secundo psalmo scriptum est, quia dixit pater ad filium: *Postula a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam, terminos terræ. Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos.* Dedit pater filio potestatem, vt regat gentem in virga ferrea: dedit & filius potestatem Apostolis & ceteris prædicatoribus, vt regant & ipsi gentes in virga ferrea, & tanquam vas figuli conterant eas. Per virgam igitur ferream, Euangelium designatur, sicut & per virgam ligneam, lex. Nam virga lignea qua utebatur Moyses, ipsam legem quæ ab eo data est, prætendebat. Ipsa namque virga sicut in Exodo legimus, percussit bis silicem, & egressa sunt aquæ largissima, ita vt populus biberet & iumenta. Virga igitur est vetus testamentum. Bina percussio, legem & prophetas: petra autem Christum figurabat. Virga ergo bis silicem percussit, quando vetus testamentum per legem & prophetas, Christum ad redemptionem generis humani venturum esse prædixit. Et quia impossibile erat, vt ea quæ per legem & prophetas prædicabantur non impleantur, sicut Dominus dicit in Euangelio: *Facilius est cælum & terram transire, quā vnum iota, aut vnus apex prætereatur a lege qui nō impleatur.* Virga bis silicem percussit, quando vaticinia prophetarum atque legis quodammodo compulerunt, vt homo fieri Deus dignaretur. Percussa est igitur petra, & egressæ sunt aquæ largissimæ, quia Christus secundum hoc quod dictum erat veniens, fluente doctrinæ cælestis, id est, euangelij de se produxit. Bibit populus & iumenta, id est, Iudæi & gentes. Ipsa etiam virga in tabernaculo floruit, nucellæque produxit: quia in tabernaculo ecclesie postea vetus testamentum flores spiritualium sensuum protulit: ipsique flores, fructus bonorum operum ediderunt. Hoc totum ideo diximus, vt demonstrarem per ligneam virgam designatam fuisse legem. Et quia austeriora sunt præcepta noui testamenti quàm veteris, non incongruè per virgam ferream Euangelij, per ligneam autem, lex figuratur. In illa dicitur, *Comedatis & saturabimini, bibetis*

Hic. 11.

Psa. 1.

Exo. 17.  
Num. 20.

Leuit. 16.

Leuit. 26.

Luc. 21.  
Matth. 7.

2. Cor. 6.

Mat. 5.

Num. 24.

& inebriabimini, dormietis & nō erit qui exterreat: & iterum, Comeditis vetustissima veterum, & vetera nouis superuenientibus proicietis, & multa alia quæ ad delectationes carnales pertinent. Istis autem dicitur: Videte ne grauentur corda vestra in crapula & ebrietate & curis huius seculi: & iterum, Arcta & angusta via est, quæ ducit ad vitam. Et Paulus Apostolus dicit, In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in vigiliis, in ieiuniis, & alia innumerabilia, quæ in nouo testamento de maceracione carnis inueniuntur. Nam & Dominus in Euangelio quod austeriora sint sua præcepta præceptis legis, manifestat cum dicit: Audistis quia dictum est antiquis, Non occides. Qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis, quia omnis qui iracitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo Racha, reus erit consilio. Qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. Et iterum dictum est antiquis, Non mœchaberis. Ego autem dico vobis: quia qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Et iterum dictum est antiquis: Quicumque dimiserit uxorem suam, det illi libellum repudij. Ego autem dico vobis, Quicumque dimiserit uxorem suam, excepta causa fornicationis, mœchatur: & qui dimissam duxerit, mœchatur. Et iterum dictum est antiquis: Diliges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis, Diligite inimicos vestros, benefacite iis qui oderunt vos, & orate pro persequentibus & calumniantibus vos, vt sitis filij patris vestri qui in cœlis est. Hæc igitur verba domini quæ protulimus, aperte demonstrant per virgam ferream Euangelium: per ligneam autem, K fragilem & mollem legem figurari: per vasa autem figuli, corda Gentilium omnibus erroribus dæmonum repleta designantur, quæ à tactu virgæ ferreæ confraeta sunt. Quia veniente euangelij gratia, omnis error Gentilium destructus est: & quæ erant antea vasa fictilia, facta sunt vasa ferrea: contra omnia tentamenta dæmonum, & contra persecutiones hominum malorum fortissima. Et dabo illi stellam matutinam. Id est, meipsum dabo illi. Ipse est enim stella matutina, de quo dicit scriptura: Orietur stella ex Iacob, & exurget homo de Israel, & percutiet duces Moab. Moab dicitur ex patre. duces ergo Moab Dominus percussit, quando omnes fabricatores errorum exinanituit.

CAPVT TERTIVM.

**E**T angelo Sardis ecclesie scribe. Hæc dicit, qui habet septem spiritus Dei & septem stellas. Septem spiritus Dei, septem sunt dona spiritus sancti, quæ in Dominum descendisse Propheta Esaias ostendit, dicens: Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientie & intellectus: spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientie & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini. De his septem spiritibus, quod Dominus dederit, in sequentibus dicemus. Quid sint autem septem stellæ, superius dictum est. Sequitur: Scio opera tua, quia nomen habes quod vivas, & mortuus es. Nomen habet quod viveret, id est, nomen Christiana-

num: sed mortuus erat, quia fidei opera, quæ est charitas, non habuit. *Esto vigilans, & confirma cetera quæ moritura erant.* Vigilat, qui semper bona opera exercet. Præcipitur ergo huic vt vigilet, id est, vt in charitatis operibus semetipsum exerceat, ne parua bona quæ adhuc videbatur habere deperirent. Quia sicut corpus mortuum est sine anima, ita & nos si quælibet bona videamur habere, mortua sunt si charitas defuerit. *Non enim inuenio opera tua plena coram Deo meo.* Non erant plena, sed vacua, quia charitate non replebantur: vnde & quinque virgines fatuæ à contubernio sponsi cœlestis repulsæ sunt, quia oleum charitatis in vasis suis habere noluerunt. *In mente ergo habe qualiter acceperis & audieris, et serua: & poenitentiam age.* id est, recordare qualiter fidem Christi in baptismo perceperis: vbi promisisti renūciaturum te diabolo, & omnibus pōpis eius. Recordare etiā quid à doctoribus fidei Christianæ, qui te fidem Christi docuerunt, qualiter te viuere oporteret, audisti: & serua quod audisti: & poenitentiam age, eo quod à bonis operibus tū diu torpuidisti. *Si ergo non vigilaueris. Id est, ad bona opera agenda, temetipsū nō excitaueris. Veniā tanquam fur, et nescies qua hora veniam ad te.* Illi Dominus tanquam fur superuenit, vt eum per mortem ab hac mundana habitatione subtrahat, qui in prauitatibus suis requiescens, neque à vitiiis vult abstinerere, neque ipsam mortem ante oculos ponere, sicut Dominus dicit in Euangelio: Quia si sciret pater familias quā hora fur veniret, vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam. Per patrem familias, mentem debemus intelligere: quia sicut pater familias omnibus qui in domo sunt, principatur, ita & mens omnibus actibus corporis & cogitationibus præfertur. Pater igitur familias dormit, si quæ veniens domum eius perfodit, quando mens in delectationibus carnalibus requiescens, mors dum non præuidetur, superuenit, atque domum corporis perfodiens, animam abstrahit. Si autem vigilauerit, id est, in bonis operibus perseuerauerit, mortem nō vt furem, sed vt liberatricem perferet. *Sed habes pauca nomina in Sardis, qui non inquinauerunt vestimenta sua.* Ecce discipuli pastori negligenti præponuntur, vt saltem in eorum imitatione proficeret. Sed mirum cur pauca nomina habere dicatur, & non paucos homines. Sed hoc ad excellentiam magnam alicuius sancti pertinet: cum eum Deus nominatim scire dicitur, sicut Moyse perfecto viro dicitur: Noui te ex nomine. Et Dominus dicit in Euangelio: Et proprias oues vocat nominatim, & educit eas. Isti ergo pauci, qui voce Dei laudari merentur, non inquinauerunt vestimenta sua, id est, mundiciam quam in baptismo perceperunt, sordibus vitiorum non inquinauerunt. Et ambulabunt mecum in albis, quia digni sunt, id est, in bonis operibus. Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis, id est, qui per poenitentiam & lachrimas diabolum vicerit, & vitia omnia à se expulerit, eandem mundiciam quam baptizatus possidet, & ipse consequetur. Hæc ideo dicit, vt & pastorem Sardis ecclesie, & omnes etiam peccatores ad poenitentiam prouocet. *Et non delebo nomen eius de libro vite.* Si librum vite prædestinationem vocat quomodo de libro vite aliquis deleri potest, cum Apostolus dicit:

Vigilia Christianorum. Iacob. 2.

Mat. 25.

Mat. 24.

Exod. 3.

Joan. 10.

Rom. 8.

Deleri de libro vite.

1. Reg. 7.

Quos autem prædestinavit, hos & vocavit: & quos vocavit, hos & iustificauit: & quos iustificauit, ipsos & glorificauit: nisi forte ita intelligamus? Sunt multi qui ab hominibus iusti putantur, sed in conspectu Dei, iniusti existunt. Ergo homines qui eos iustos aestimant, iam in libro Dei eos scriptos esse putant. Sed in die iudicij, cum facta reprobatorum atque iustorum omnibus patebunt, hæc inscriptio atque fallax suspicio à mentibus eorum delebitur, cum eorum dānationem pro impietatibus suis conspexerint. *Et confitebor nomē eius coram patre meo, & coram angelis Dei.* Confessio ista tunc fiet nominum iustorum, quando secundum qualitatem meritorum, vnusquisque mercedem recipiet. *Et angelo Philadelphia ecclesie scribe: Hæc dicit sanctus & verus, qui habet clauem Dauid.* Legimus in libro Regū, quod dixerit Dominus ad Dauid: Et erit cum dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum quod egredietur ex te, & firmabo regnum eius in sempiternum. Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. Hoc de Christo esse dictum, nullus est nisi perfidus Iudeus, qui ambigat. Et in domum obferat: nullus nisi per clauem potest introire. Filius ergo Dei habet clauem Dauid, quia ipse hominem assumpsit ex genere Dauid, quem clauem Dauid vocat, per quem reserata sunt omnia, & quæ Deus ad Dauid, & quæ Dauid de Deo locutus est. *Qui aperit, & nemo claudit, claudit, & nemo aperit.* Aperuit dominus Iesus Christus vetus testamentum ad intelligenda diuina mysteria, quæ in ea latebant, quod nullus claudere poterit. Clausit verò obseruantiam literæ legalis superfluam, quam nullus aperire poterit. Aperuit etiam corda gentilium, ad percipiendam doctrinam fidei, quæ nullus persecutor claudere potuit. Clausit verò atque destruxit culturam idololorum, quam nullus persecutor aperire potuit. Aperiet etiā aditum regni cœlestis suis electis, quod nullavis dæmonum claudere potest: clausit verò eundem aditum reprobis, quod nullus eis aperire poterit. *Scio opera tua: Ecce, dedi coram te ostium apertum, quod nemo potest claudere: quia modicam habes virtutem, et seruasti verbum meum: et non negasti nomen meum.* Videtur quod iste angelus ecclesie Philadelphia non satis in diuinis scripturis fuerit eruditus: & ideo dixerit eum modicam habuisse virtutem, ad resutandos videlicet inimicos fidei veritatis. Et est sensus, Quia in persecutione cōstans fuisti, & seruasti verbum meum, id est, à prædicatione verbi mei non cessasti, & nomē meū nō negasti: ideo quia modicam habes virtutem: dedi coram te ostium apertum in diuinis scripturis, vt intelligas mysteria diuinarum scripturarum: Quod nemo poterit claudere, id est, sapientie quæ tibi dabitur, nullus poterit resistere inimicorum. *Ecce dabo de synagoga satanae qui dicunt se Iudeos esse et non sunt, sed mentiuntur.* Ecce, dabo de synagoga satanae qui tibi aduersabātur, & quorum infestationem assidue tollerabas, vt credāt per verba tua in me. Ecce, faciam illos vt veniant, & adorent ante pedes tuos, & sciens quia dilexi te, quoniam seruasti verbum sapientie meæ: id est, cum crediderint per verba tua in me, adorabunt ante pedes tuos deprecantes, vt per te vitam æternam consequantur. *Et ego te seruabo ab hora tentationis, quæ ventura est in vniversum orbem, tentare omnes qui inhabitant terram.* Hora tentationis, diem

A iudicij significat. Tentationem autem pro manifestatione posuit, quia singulorum facta omnibus manifestabuntur. A qua hora tentationis, nos & omnes electos suos Dominus saluabit. *Ecce venio cito: Tene quod habes, vt nemo accipiat coronam tuam.* Tene quod habes, id est, bonum quod habes vsque in finem vite tue tene. Vt nemo accipiat coronam tuam, id est, vt gloriam quæ tibi debetur, nullus sine te possideat. *Qui vicerit, faciam illum columnam in templo Dei mei, et foras nō egredietur amplius, et scribam super eum nomen Dei mei, et nomen ciuitatis Dei mei nouæ Hierusalem, quæ descendit de celo à Deo meo, et nomen meum nouum.* Potest per templum ecclesie designari: per columnas autem quæ sustentant templum, prædicatores. Nam & Paulus apostolus Petrum & Iacobum columnas ecclesie vocat, eo quod super ipsos ædificata sit ecclesia: sicut Dominus dixit Petro: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam. Sed videtur propter hoc quod sequitur: Et foras non egredietur amplius, non ad præsentem ecclesiam, sed ad cœlestem pertinere hanc sententiā. Nam multi fuerunt, qui columnæ ecclesie dicebantur: sed propter prauam doctrinam eorum ab ea exierunt sicut fuit Origenes, & multi alij. Per templum ergo, cœlestis habitatio: per columnam verò vnusquisque electus potest designari. Ergo qui vicerit omnia tentamenta diabólica, omnesque carnales voluptates, columna in templo Dei efficitur, id est, in cœlesti beatitudine. Et sicut columna in loco, in quo statuitur firmissimam stabilitatem à creatore consequitur, vt nunquam ab ea diuellatur, quemadmodum atullus est diabolus, qui de cœlesti beatitudine superbiendo cecidit. *Et scribam super eum nomen Dei mei.* Nomen hoc Dei, est æternū: Nomen ergo Dei quod est æternū, super vnumquemque iustum scribitur, quando æternitas ei cum Domino permanendi largitur. Et nomen ciuitatis Dei mei nouæ Hierusalem, quæ descendit de celo à Deo meo. Noua Hierusalem illa est cœlestis, quæ nō ex lapidibus sicut vetus, sed ex sanctis hominibus quotidie ædificatur. Hierusalem autem interpretatur visio pacis, id est, visio Dei. Nomen ergo Hierusalem, super vnumquemque electum scribitur, dum hoc vnicique conceditur, vt Deum sine fine videre mereatur. Aliter: Nomen Hierusalem super vnumquemque electum scribitur: eo quod sit ipse Hierusalem, in quo Deus regnare dignatur: in societate videlicet angelorum omniumque electorum, qui Hierusalem cœlestis vocantur. Sed mirum, cur Hierusalem de cœlis descendisse dicitur, cum sciamus electos omnes à terris ad cœlos conscendere quotidie, non de cœlestibus ad terram relabi. Sed domino de cœlis ad redemptionem generis humani descendente, simul etiam sancti descenderunt, qui iam per prædestinationis gratiam illi coniuncti erant, quos per misericordiam suam redimere veniebat. *Et nomen meum nouum videlicet vt vocetur filius Dei, sicut & ego sū filius Dei. Et angelo Laodiceæ ecclesie scribe: Hæc dicit, amē, testis fidelis et verus.* Amen verè, siue fideliter interpretatur. Quod est amen, hoc est, & testis fidelis & verus. *Qui est principium creature Dei.* Non ideo se principium creature Dei dicit, quod ipse sit creatura, sed quod ab ipso omnia sint creata, vt potè architectus fecit domū. Si inter-

Galat. 2.

Mat. 16.

Origenes.



*Psalm. 143.*

*Numerat 2.4. libros veter. testam. et 2.4. scripturas.*

*Orma ecclesie, s. verbum Dei.*

*Psalm. 143.*

valés, ipsum deū misericordiā suam vocavit dicens: Deus meus, misericordia mea. *Et in circuitu sedis, sedilia viginti quatuor. Et supra thronos viginti quatuor seniores circumamicti vestimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ.* Viginti quatuor seniores in hoc libro, aliquando patres veteris testamenti, aliquando novi, aliquando simul utroque significāt. Sed in hoc loco patres veteris testamenti designant, qui viginti quatuor sedilibus sedisse dicuntur. Quando sedemus, à labore quiescimus. Per sedilia igitur viginti quatuor, viginti quatuor libri veteris testamenti designantur. Super viginti quatuor igitur thronos, viginti quatuor seniores sedisse visi sunt, quia patres veteris testamenti, à laboribus & curis huius seculi, in lectione & meditatione diuinorum librorum, quodammodo quiescebant. Sed quærēdum nobis est cum sedes ecclesiam significet, cur in circuitu sedis, hæc sedilia disposita esse dicantur. Nimirum quia quisquis paterfamilias, qui domum suam tutam à latronibus & inimicis esse desiderat, hanc aut muro aut sepe aut pariete circumdat. Similiter ecclesia & contra hæreticos & contra paganos, qui fidem Christi in ea deiicere volunt, veteris testamenti libris munitur. Quia quādo ea quæ colit, longè ante aduentum Christi, fuisse prædicta probat, iacula inimicorum fidem Christi euertere cupientium, longè à se repellit. Qui senes circumamicti vestimentis albis fuisse dicuntur, & in capitibus eorum coronæ aureæ. Per alba vestimenta, vitæ puritas, per coronas aureas, opera bona designantur. *Et de throno, id est de ecclesia, procedunt fulgura & voces, & tonitrua.* Per fulgura miracula quæ per sanctos suos operatur Deus; per voces, prædicationis: per tonitrua verò, terrorem gehennæ ignis designatur. Quia sancti prædicatores eos quos amore cœlestis patriæ à vitis reuocare nequeunt, eis tormenta æterna, quæ impiis præparata sunt, opponunt: vt quos blanditiis nequeunt, factem terroribus à vitis compescant. *Et septem lampades ardentes ante thronum.* Quid sint septem lampades, ipse exponit cum dicit, quæ sunt septem spiritus Dei. Per septem spiritus Dei, septem dona spiritus sancti debemus intelligere, quæ in Dominum requieuisse propheta Elaias manifestat dicens: Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus cōsiliij & fortitudinis, spiritus sciētiae & pietatis: & replebit eum spiritus timoris Domini. Hæc igitur lampades septem, id est septem dona spiritus sancti, ante sedem, id est, ante conspectum ecclesiæ suæ ardere dicuntur: quia sine lumine harum virtutum, in nocte huius seculi positi, per vitæ viam ad cœlestem patriam gradi non possumus. Quod autem Christum hæc septem dona spiritus sancti accepisse dixit, ad humanitatis eius mysterium pertinet. Nam secundum diuinitatem, in nullo augeri potuit, sine quo nihil esse potest. Verum quæri potest, cur propheta cum hæc septem dona in Christum descensura esse diceret à maiorebus cœpit, & descēdendo ad minora peruenit. Sed non ab re esse factum videbitur, si diligenter inspicatur. Nam quia Dominus noster Iesus Christus de illa cœlesti beatitudine, in qua æqualis erat per

omnia patri ad terras descendere, & homo fieri dignatus est, & angelis minorari voluit, quos ipse creauerat: non inconuenienter hæc septem dona descendendo accepit, quia voluntatem patris descendendo & humiliando se vsque ad mortem adimpleuit, sicut dicit Apostolus: Humiliauit semetipsum vsque ad mortem, mortem autem crucis. Nos autem qui ab ipsa perditionis fouea, ad cœlestiabilem uiam, à minoribus incipimus, vt ad maiora crescendo perueniamus. Quomodo autem hæc septem dona super Christum descenderint, prout Dominus dederit, breuiter dicamus. Spiritus sapientiæ super hominem Christum requieuit, quando filius Dei secundum diuinitatem, qui sapientia patris dicitur, in eum descendit. Spiritus intelligentiæ in eum requieuit, quando omnibus virtutibus est ditatus, sicut in Euāgelio scriptum est: Iesus proficiebat sapientia & ætate, & gratia coram Deo, & hominibus. Post intellectum, consilium sequitur. Consilium à consulendo dicitur. Nam si aliquod periculum nobis imminet, cōsiliū à sapiente perquirimus qualiter periculum euadamus. Similiter & cum ad aliquā dignitatem seculi cōscendere cupimus, cōsiliū quærimus, qualiter ad id quod desideramus, peruenire valeamus. Christus igitur est consiliator noster, qui consilium dat, qualiter pericula æterna euadamus: & consilium quod dat ipse, perficit, cum à periculis æternis nos liberat. Similiter & consilium dat qualiter ad hæreditatem paradisi peruenire possimus, & ad ipsa gaudia ipse nos perducit. Spiritus itaque consilij in homine Christo descendit, dum à spiritu sancto percepit doctrinam Euangelij, in qua consilium consistit omnium hominum saluari cupientium, Spiritus etiam fortitudinis super Christum requieuit etiam ad debellandum hostem antiquum, fortis inter homines apparuit: de hac sua fortitudine ipse dixit in Euāgelio: Dum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt omnia quæ possidet. Si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius auferet, in quibus confidebat, & spolia eius distribuēt. Post fortitudinem sequitur scientia. Apud homines, multæ sciētiae sunt. Sunt namque diuersarum artium diuersæ scientiæ. Est scientia in literis, est in mūdānis legibus, est in augēdis rebus temporalibus, est etiam scientia in præcauēdis periculis. Sunt etiam multi, qui per subtilitatem sensus, quædam futura præuident. Sed has scientias aliquando boni, aliquando mali possident. Scientiam verò quæ in Christum descendit, nullus nisi bonus habere potest. Quæ tāta est, quanta nulla mens cōprehendere potest. In ipso enim sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Videtur itaque mihi per spiritum scientiæ, aliud factum eius nos debere intelligere. Præuidens namque saluator noster, si accessum hominum peccatorum deuitaret, multos sceleratos in desperationis foueam esse decidendos, peccatoribus per societatem corporis se conformari voluit: manducās videlicet & bibens cum eis, tactus etiam meretricum non respuens. Qui etiam & latroni in initio confessionis eius patrisimum repromisit, vt omnibus peccatoribus saluari

*Philip. 2.*

*Luc. 2.*

*Luc. 11.*

*Colos. 2.*

*Luc. 7.*

*Luc. 23.*

*uari*

*Matt. 6.*

*1. Pet. 2. Matt. 26.*

*Ioan. 6.*

*Psalm. 118.*

*Conuersio peccatoris ad Deum.*

*Eccles. 3. Luc. 11.*

*Daniel. 4.*

*Scientia sine pietate, stultitia. Vera sciētia.*

uari cupientibus, spem veniæ tribueret. Pharisei vero, spiritum scientiæ non habentes, reprehendebant eum, eo quod cum publicanis & peccatoribus mādudicaret. Sed ipse spiritum scientiæ possidēs, dixit eis: Non est opus sanis medico, sed malè habentibus: Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. De spiritu verò pietatis, non est necesse nobis quicquam dicere. Quid enim tam piū, quàm ille qui peccatum non fecit, nec inuētus est dolus in ore eius, & qui cum posset à morte sua potestate liberari, se pro salute generis humani, & teneri, & ligari, & cōspui, & alapis cædi, & flagellari, & crucifigi permisit: Spiritus verò timoris Domini, qui vltimus ponitur, ad passionem pertinet: nō quod timore coactus sit, vt pro salute generis humani moreretur, sed timorem pro obedientia accipere debemus, de qua ipse dicit: Nō veni facere volūtatē meā, sed voluntatem eius qui misit me patris. Nā & filium qui patri carnali est per omnia obediens patrem timere dicimus, cū illa obedientia non sit timoris, sed amoris. De quo timore Psalmista dicit: Timor Domini sanctus permanens in seculum seculi. Nō autem timor, sed charitas Dei in seculum seculi permanebit. Nūc qualiter hæc septem dona spiritus sancti, vnicuique fidelium conueniant, breuiter dicendū est. Et quia nos qui per primæ præuocationis culpā, in perditionis laqueo iacebamus, misericordia Dei ad superna reducimur ab inferioribus: id est à timore Dei incipimus, vt ad superiora, id est, ad sapientiā proficiendo crescāmus. Et quibus gradibus Christus humiliando se ad nos descendit, salutemque nostrā moriēdo perfecit, eisdem gradibus & nos ad eū cōscendere debemus: faciēdo videlicet præcepta eius, quæ in donis septē spiritus sancti cōtinentur. Spiritus igitur timoris Domini super vnumquēque peccatorē requiescit, cū cōsiderans peccata sua, iustumque iudicium Dei pertimescens, pœnitentiam lachrymāsq; conuertitur, & amarissimè flere incipit, quod delectabiliter gessit. Spiritus verò pietatis, super quēlibet peccatorū requiescit, dum audis scripturā dicentē: Sicut aqua extinguit ignē, ita elemosyna extinguit peccatū: & Dominum dicentē: Date elemosynā, & ecce omnia mūda sunt vobis: alere egētes, vestire nudos, & c. pietatis opera inceperit exercere, vt Deū aliquādo miserando pro pitium sibi faciat, quē peccādo offenderat. Vnde & Daniel propheta, Regem impiissimum, vt peccata sua elemosynis redimeret, & misericordiis pauperum, admonere studuit. A pietate, ad scientiæ spiritum descenditur. Nam quamuis videatur aliquis scientiam possidere, stultus est, si malè viuūt. Quid enim stultius quàm timorem Dei à mente abiicere, vitiis deseruire? Scientia verò maxima est, vitia deserere, atque ad Deū tota mente conuerti. Quicumque ergo per timoris spiritum, peccata sua plangere incipit, & per pietatis spiritum misericors erga indigent esse studet, vt Deum aliis miserando, misericordē sibi faciat, necesse est, vt per donū sancti spiritus, scientiæ spiritum possideat. Quicumque enim conuerti ad Deum desiderat, necesse est vt per doctrinam diuinarum scripturarum, siue per prædicationem sanctorū virorū, discat quæ sint genera vi-

torum: qualiter homines illa queant, & quibus modis extingui possint: quæ sint etiā deceptiones demonum, & qualiter cōtra eos pugnandum sit, hoc est scientiæ spiritum possidere. Et quia Salomon dicit: Quia qui addit scientiam, addit & laborem, à scientia ad fortitudinis spiritum conscenditur. Nā sicut quilibet præliator non contra eum qui est in vinculis pugnat, sed potius contra eum qui resistere ei vult: ita & diabolus non contra eum quem vinculis peccatorum confictum tenet, dimicat, sed potius contra eum qui peccare desistit, & ad Deum tota mente conuertitur. Quicumque ergo per pœnitentiam, pietatisque opera à diaboli vinculis absoluti meretur, atque contra eum per scientiæ spiritum bellū cupit instruere, necesse habet, vt à spiritu sancto fortitudinis donum accipiat: quo instructus, & interiores hostes, id est, vitia funditus possit extinguere, & exteriores, videlicet homines per patientiā superare, omniāque iacula demonū secuto à se repellere. A fortitudine ad consilium conscenditur, Consilium autem salutis nostræ, in præceptis consistit Euangelicis. Quisquis igitur vitia in se extinguere per fortitudinis spiritum potuit, necesse est vt ad mandata Euangelij perscrutanda, atque in corde suo recondenda, transeat: vbi consilium reperiet qualiter ad perfectionis culmen conscendere valeat. Et quia mādāta Euangelij sine virtutibus custodiri non possunt, à spiritu cōsiliij ad intellectū cōscenditur, in quo perfectio virtutum tota consistit. Intellectus verò dona à spiritu sancto fideles accipiunt, cū omnibus virtutibus ditari merentur. Ille verò verum intellectum possidet, qui fide illuminatur, qui pudicitia mundatur, patientia decoratur, qui humilitate munitur, qui charitate refulget, ceterisque virtutibus consummatur. Et quia per orationē virtutum, ad culmen perfectionis conscenditur, sapientia intellectui præponitur: in qua tota perfectio consistit. De hac perfectione Dominus dicit in Euāgelio: Si vis perfectus esse, vade & vde omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & veni, sequere me. Sunt nāque multi, qui ad perfectionis culmē subito cōscendere conātur, sed quia per gradus virtutum non cōscendunt, facillè corruūt. Quid enim prodest substantiā relinere, si iram, odium, ebrietatē, inuidiā, superbiam, vanā gloriā, ceteraque vitia, quæ occidit animā, à mente sua non abiiciat? Non enim prodest arborē conscendere, vt leonem euadat, si serpentem in sinu gestet, cuius veneno pereat. Nec dicit Dominus illum perfectum esse, qui substantiam tantummodo dimiserit, sed eū qui & substantiā dimiserit, & ipsum secutus fuerit. Sequimur autē illum, quando imitamur. Ad hoc igitur perfectionis culmen ille competenti gradu conscendit, qui prius vitiis abrenunciatis per actualem vitam, quæ virtutibus perficitur, ad contemplatiuam conscendit: in qua solī Christo coniungitur qui est sapientia patris, filiūque Dei, & cuius Hierusalem cœlestis efficitur. Nunc qualiter descensionem Christi per gradus septem donorum spiritus sancti ascensio fidelium cōueniat, breuiter demōstremus. Vltim⁹ descensionis Christi gradus est, timor Dei, per quē passionē & mortem eius diximus fuisse designatam, & pri-

*Eccles. 1. Pugnā diaboli cōtra bonos est: malos in vinculis tenet.*

*Prover. 5.*

*Ephes. 6.*

*Matt. 19.*

mas ascensionis, ad Deum conuertentium. Con-  
gruit autem mors Domini iis qui per spiritum vi-  
moris Domini, peccata sua desunt, quia in morte  
Domini, remissio consistit omnium peccatorum. Nec  
perfecta remissio peccatorum esse posset, si ille pro no-  
bis mortuus non fuisset. Sextus descensionis Chri-  
sti gradus est pietas, & secundus ascensionis poenitē-  
tiā. Cōgruit autem pietas fidelium cum pietate Do-  
mini, quia ille iis qui secundum animam erāt misē-  
ri, misericordiam suam impendit ab æterna morte,  
sua morte eos liberās: & isti his qui secundū corpus  
sunt, misericordiam impendunt, largiendo eis cor-  
porū necessaria, quibus in iudicio ipse dicturus est.  
Quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.  
Quintus descensionis Christi gradus est sciētia, &  
tertius ascensionis fidelium. Cōuenit autem spiritus  
sciētiæ, qui fidelibus datur, cū spiritu sciētiæ, qui  
homini Christo oblatas est: quia ille vt peccatores  
saluos faceret, semetipsum illis conformare non est  
dedignatus: & isti vt peccata euadant, ad eū per spi-  
ritum sciētiæ confugiunt, qui potestatem habet di-  
mittendi peccata. Quartus descensionis Christi gra-  
dus est fortitudo, & quartus similiter ascensionis fi-  
delium. Congruit hæc fortitudo fidelium fortitudinē  
Christi, quia ea fortitudine isti vincunt diabolum qua  
& Christus vicit, fortitudine videlicet Christi, non  
sua, sicut ipse dicit: Sine me nihil potestis facere.  
Tertius descensionis Christi gradus est spiritus cō-  
siliij, & quintus, ascensionis fidelium. Coniungitur  
autem cōsiliū fidelium cōsilio Christi, cum ad  
præcepta Euangelij seruanda se transferunt, in qui-  
bus perfectum cōsiliū consistit omnium sancto-  
rum. Secundus descensionis Christi gradus est in-  
tellectus, & sextus ascensionis fidelium. Congruit  
autē intellectus fidelium, intellectui Christi, cum  
eadem virtutes quas ipse à spiritu sancto percepit,  
eadem & sancti eius ab ipso percipere merētur. Pri-  
mus descensionis Christi gradus est sapientia: & se-  
ptimus, ascensionis fidelium: quia Christus est sa-  
pientia patris, & ab ipso omnis sapientia oritur. San-  
cti igitur qui per operationem virtutum Domino  
copulantur, ab ipso sapientiam, in qua totius boni-  
tatis summa consistit, percipiunt. Quibus ipse per  
Salomonem loquitur, dicens: Si quis diligit sapien-  
tiam, ad me declinet, & eam inueniet: & eam cum  
inuenierit, beatus est, si tenuerit eam. Sequitur: *Et in  
conspectu sedis tanquam mare vitreum, simili crystallo*]. In  
templo Salomonis, mare æneum fuisse legimus, in  
quo lauabantur sacerdotes antequam accederent  
ad altare, ad hostias offerendas: æris verò splendor  
quadam nigredine citò obnubilatur. Per mare ita-  
que æneum lex Moyfi designatur, quæ fulgorē spi-  
ritualis intelligentiæ, literæ nigredine obscurat. Et si-  
cut æs si lima teratur, splendor eius aperitur: ita &  
spiritualis intelligentia, quæ literæ superficie obscura-  
tur in lege, si à fidelibus viris diligenter discutiatur  
per gratiā Dei manifestatur. In hoc igitur mari sa-  
cerdotes lauabantur, quia per sacrificia & per qual-  
dā obseruationes legales, quæ dā peccata veteris po-  
puli, delebātur. Per mare ergo vitreū, atque crystal-  
lū, non inconueniēter nouū testamentum intelligen-  
tur. In hoc autē mari, tria inuenimus, mare, vitrum,  
atque crystallum. Per mare igitur, historica: per vi-

Mat. 25.

Historia no-  
stra Christus.  
1. Cor. 15.

1. Pet. 8.

1. Reg. 7.

trum, moralis intelligentia: per crystallum autē,  
spiritualis intelligentia designatur. Per vitrum ergo  
ex quo specula sunt, non incongruē moralis intelli-  
gētia accipitur. Quia sicut homo quicquid turpe in  
facie gerit in speculo deprehendere potest, ita &  
quicquid vitiosum in animabus hominum esse po-  
test, moralis intelligentia patefacit. Per crystallum  
autē, quæ clarior est omnibus gemmis, & quæ flam-  
mas splendoris, sæpe etiam & ignem de se emittere  
solet, spiritualis intelligentia exprimitur, quæ obscu-  
ra quæque in diuinis scripturis elucidat, mētes spi-  
ritualium hominum flammis illuminat, quosdam et-  
tiam in amorem Dei, amorēque ecclesiæ patriæ  
accendit. Sequitur. *Et in medio sedis, & in circuitu sedis,  
quatuor animalia plena oculis antè & retrò.* Hoc secun-  
dum historiam, stare non potest. Neque enim tam  
paruus numerus, & ambitū sedis, & medietatē ob-  
tinere poterat. Sed spiritaliter intelligēdū est. Qua-  
tuor igitur animalia, non solum quatuor Euange-  
listas, sed & omnes doctores ecclesiæ, qui eorū do-  
ctrinam sequuntur designant. In circuitu verò se-  
dis, quatuor animalia stant: quia doctores ecclesiæ  
populū sibi commissum, & à visibilibus, & ab inui-  
sibilibus hostibus, quāta virtute possunt defendūt.  
In medio sedis consistunt, quia vnumquēque eorū,  
vt in virtutibus, omnibūque bonis operibus profici-  
ant, admonere non desinunt. Quatuor ergo hæc  
animalia, antè & retrò oculos habuisse videntur:  
quia prædicatores sancti, & futura & præterita in-  
spiciunt. Antè oculos habent, quia diem iudicij, dā-  
nationēque impiorum gloriāque iustorum dū  
inspiciunt, auditoribus suis quid cauere, & quid ap-  
petere debeant, ostendunt. Retrò oculos habent,  
quia vitā præcedentiū patrum dum intuetur, & ipsi  
in eorum imitatione proficiunt, eorūque vitam  
atque doctrinā auditoribus suis anteponunt, vt &  
ipsi in eorum imitatione proficiant. *Et animal pri-  
mum simile leoni: & secundum animal simile vitulo: & ter-  
tium animal, habens faciem quasi hominis: & quartum ani-  
mal simile aquilæ volanti.* Figuras quatuor animalium,  
non omnes authores vno modo exposuerunt. Sed  
ab antiquioribus nobis traditum est, vt per leonem  
Marcum intelligeremus: per vitulum, Lucam: per  
hominem Mattheum, per aquilam verò, Ioannem.  
Eo quod Marcus à deserto incepit: Lucas, à sa-  
cerdotio Iudæorū: Mattheus, ab homine, id est, à  
Christi generatione: Ioannes verò, à diuinitate  
Christi. Quidam verò alium ordinem sequentes,  
per leonem, Mattheum: per vitulum Marcum: per  
hominem, Lucam: per aquilam verò, Ioannem  
designatum fuisse putant. Nam per leonem, qui  
rex est bestiarum, ideo Mattheum designatum fuisse  
dicunt, quod ipse Christum secundum huma-  
nam naturam, ex regia stirpe descendisse narrauit.  
Ipse etiam tempore natuitatis eius, stellam appa-  
ruisse dicit, quæ eum regem cæli & terræ, angelo-  
rum hominumque fuisse demonstrauit: Magos et-  
tiam veluti regem mundi ad adorandum eum ab  
Oriente perduxit. Sed & regem terræ, id est, Hero-  
dem, tempore natiuitatis eius, cum omnibus mi-  
nistris suis turbatum fuisse dicit, quia sicut quilibet  
rex qui parua potētia est alterū regem qui magnæ  
potentiæ est, contra se, vt regnum eius inuadat, ve-  
nire

Isidorus offi-  
cium.

Matth. 21.

nire cognouerit, contremiscit & conturbatur: ita  
& Christo in carne veniente, qui rex futurus erat mū-  
di, Herodes turbatus est, & omnis Hierosolyma cū  
illo. Nam & munera quæ Magis Christo obtulisse  
narrat, eum Regem & Dominū esse omnium crea-  
turarū demonstrant: Marcum verò propter simpli-  
citatē eloquij, per vitulum signatum fuisse di-  
cunt: Lucam per hominem, eo quod ipse genera-  
tionem Christi secundum humanitatem plenius  
quàm cæteri persecutus est. Nanque ab ipso qua-  
liter sit in præsepio positus, qualiter circumcisus,  
qualiter in templo præsentatus, qualiter vsque ad  
maturā ætatē crescēdo peruenerit, didicimus, Ioā-  
nē per aquilam designatū fuisse, nullus est qui neget.  
*Et quatuor animalia, singula eorum habebant senas alas  
& in circuitu, & intus plena sunt oculis.* Per senarium  
numerum qui perfectus est, perfectio sanctorum  
designatur, ad quam nullus nisi per doctrinam Euā-  
gelij, valet assurgere. Lex enim, nullū ad perfectū ad-  
duxit. Senas verò alas, quatuor animalium, si simul  
iunxeris, viginti quatuor inuenies. Videntur ergo  
mihi eadē significatiōne habere, quæ & viginti qua-  
tuor sedilia, quæ viginti quatuor libros veteris tes-  
tamenti significasse diximus. Sedilia hæc cum sem-  
per terræ hæreant, eos qui in eis requiescūt, ad terrā  
aliquantulū ineurant. Alæ verò, eos quibus innexæ  
sunt, ad excelsa subleuant. Libri igitur veteris testa-  
menti antiqvis patribus sedilia fuerunt, quia eos secu-  
dum literam intelligentes, nequaquam ad eorum  
intelligentiam spiritalem se erigere perfectē potue-  
runt. Sed hæc sedilia patribus noui testamenti in  
alas conuersa sunt: quia libros veteris testamenti spi-  
ritualiter intelligentes, per eorum doctrinam ad cœ-  
lestia quotidie subleuantur. Verum quia hic nume-  
rus, id est, viginti quatuor in hoc libro sæpe inueni-  
tur: placuit, vt de sacramentis huius numeri, pau-  
ca dicamus. Partes autem huius numeri, sunt: Vnū;  
duo, tres, quatuor, sex, octo, duodecim. Vnus qui in  
capite ponitur, vnū Deum significat: duo verò qui  
sequuntur, duo testamenta indicant. Tres ad trinita-  
tem pertinent. Post tres, non inconuenienter qua-  
tuor sequuntur, quia per doctrinam quatuor Euan-  
geliorum, fides nobis sanctæ trinitatis manifesta  
est. Post quatuor verò sex, qui perfectus est nume-  
rus, sequuntur: quia sine doctrina Euangelij nullus  
ad perfectionis culmen conscendere potuit, quia  
lex, sicut dicit Apostolus, nullum ad perfectum ad-  
duxit. Post sex, octo sequuntur, quia octo sunt virtu-  
tes quæ dimicant contra vitia, sine quarum opera-  
tione, nullus ad fastigium perfectionis valet conscē-  
dere. Post octo, sequuntur duodecim, quia per do-  
ctrinam Apostolorum ad fidem peruenuimus, quæ  
mater est omnium virtutum. Quatuor ergo anima-  
lia, in circuitu & intus plena esse oculis dicuntur.  
Per circuitum, totum corpus intelligere debemus.  
Nam Ezechiel cū de iis animalibus loqueretur,  
dicit totum corpus eorum plenum fuisse oculis. San-  
cti igitur retrò oculos habent, quando audientes  
comminationem Domini dicentis: Nemo mittens  
manum suam ad aratrum, & aspiciens retrò, aptus  
est regno Dei: tota virtute laborant, ne in malis quæ  
se aliquando egisse meminerunt, relabantur: quā-  
uis ea ante mentis oculos ad humilitatis suæ cū-  
nire

Hebræ. 7.

Hebræ. 7.

Fides, mater  
virtutum.

Eccl. 1.

Lucæ 9.

stodiam ponere non desunt. Ante se oculos ha-  
bēt, quando audiētes vocem Domini dicētis: Bea-  
tus ille seruus, quem cū venerit Dominus, in uene-  
rit vigilantem. Bona quæcunque possunt operari,  
non desinunt, vt tempore mortis suæ, Dominus ve-  
niente parati inueniantur. A sinistro oculos habent,  
cū omnia tentamenta dæmonum, scuto fidei à  
mentibus suis repellunt. A dextris oculos habent,  
cū sollicitè cauent, ne pro bonis operibus extollā-  
tur. Sive à dextris & à sinistris oculos habent, cum  
eos nec prospera erigere, nec aduersa possunt incli-  
nare. Inferius oculos habent, cū desideria carna-  
lia extinguendo calcant. Superius oculos habent,  
cū ad cœlestem patriam toto mētis desiderio an-  
helant. Intus oculos habent, dum corda sua à sordid-  
is cogitationibus custodiunt. *Et requiem non habe-  
bant animalia, die ac nocte dicentia: Sanctus, Sanctus, San-  
ctus, Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui  
uenturus est.* Quia requies reprobatorū, vita præsens  
est: sequitur eos tribulatio, quæ finē nō habet. Iusti  
autem in hoc seculo tribulantur, vt requiem æternā  
possideant, dicente Paulo apostolo: Per multas tri-  
bulationes oportet nos introire in regnum Dei. A-  
liter: Sancti requiem non habent, quia à laudibus  
Dei & orationibus non cessant, dicente Domino:  
Oportet semper orare, & non deficere. Et Paulus a-  
postolus loquitur, dicens, Sine intermissione orate,  
in omnibus gratias agite. Sed quærendam nobis  
est, quomodo sine intermissione orare possimus.  
Multi enim sunt, qui cū sint assidui in orationib⁹,  
in Psalmodijs, in missarum celebrationibus, & elec-  
mosynas multas largiantur: tamen superbia inflan-  
tur, auaritiæ artibus ardent, pecunias quæcunque  
arte possunt, congregant: In tātum etiam ipsos pau-  
peres, quorū misereri debuerant, quibusdā argu-  
mentis insectantur, vt ex eorum parta substantia  
opes suas augeant, dicentes: Hoc se legaliter facere,  
cū ista lex non sit Dei, sed strophæ diaboli. Sed  
& in monasterijs multi inueniuntur, qui in vigilijs,  
in psalmis, in orationibus, & missarū celebrationi-  
bus sunt dediti, & tamē ita se pessimē facile inflam-  
mātur. Quidā verò ebrietati & gulæ deseruiunt, qui  
dam etiā odium in corde, longo tēpore portāt. Qui  
dam in bonis quæ agere videntur, fauores & laudes  
hominum quærunt. Quidam inuidia, quidā detra-  
ctionibus, aut ceteris vitijs deprimuntur. Et quid plu-  
ra? Omnem sanctitatem quam sermonibus vsurpāt,  
indignis moribus deturpant, atque deuenustāt. Ad  
istorum ergo cecitatem demonstrandam, quandā  
similitudinē proponam. Homo quidam vsque ad  
collum defixus in limo tenebatur: cūque vidisset  
quandā prætercuntem, extendens manum, clama-  
bat dicēs: Miserere mei, & extraho me ab hoc luto.  
Cūque manū extendisset vt eum extraheret, iste  
manum quā extēderat, sub luto demerit. Cūque  
ille qui ad extrahendū venerat, recedere vellet, iste  
iterū vt erueretur postulabat. Cūque ille secūdō  
ad eruedū manū extēderet, iste sicut prius manum  
sub luto demerit. Cūque crebrius hoc faceret,  
ille iratus dixit: Cur petis vt eruaris, cū in tuo  
periculo persistere velis? Et quia interitum tuum  
diligis, posside quod elegisti. Similiter & isti  
Deum deprecantur assiduē, vt à vitijs eruantur, &  
M M iij

Matth. 24.

Ephes. 6.

Impiorum ve-  
lites, vitia

Matth. 14.

Lucæ 13.  
1. Thes. 5.

Contra illorū  
malitiā, qui  
quotidie orati-  
tes vitia non  
emendant.

tamen ipsa vitia ita amplectuntur, vt ab eis nullo modo ditelli possint. Ponamus ergo ante oculos, duos vnum doctum assidue orantē, pfallentē, mis-  
 1. Thes. 5. fias celebrantem, & tamen quibusdam vitiis subditum: Alterum verò indoctum, idiotā, attamē fidelem, Deum timentē atque amantē, proximū diligētem, patientem, humilē. Quis horū tibi videtur Apostoli sententiā magis seruasse, qua dicit, Sine intermissione orate: Iste qui assidue orat, & quibusdam vitiis subiacet, aut iste qui nescit orare, & tamen mūdus est à vitiis, & in operibus bonis deditus? Omnibus claret, istius innocentiam atq; bona opera magis exaudire Deum, quam istius voces, cuius vita quibusdam vitiis sordescit. Ille igitur sine intermissione orat, qui congruis temporibus mente & lingua Deum deprecatur, & in bonis operibus assiduus est. Qui quando dormit, aut aliquibus operibus humanæ vitæ necessitati occupatus, opera eius resurgunt in conspectu Dei, & ipsa sunt intercessores eius apud Deum, sicut ad Cornelium loquitur angelus dicens: Orationes tuæ & elemosynæ tuæ commemoratæ sunt in conspectu Dei. Quid hæc quatuor animalia indefinenter dicant, audiamus: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus, Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est.] Ter spiritu Domini vocantes, demonstrant patrem & filium & spiritum sanctum. Quod hæc animalia dicunt, Dominus Deus omnipotens, à pluralitate transeuntes ad singularitatem, ostendunt patrem, & filium & spiritum sanctum, vnus esse dominationis, vnus deitatis, vnus omnipotentia. Sed querendum nobis est, Si quatuor animalia non solum quatuor Euangelistas sed & omnes doctores ecclesiæ designant, cur sanctam trinitatem indefinenter inuocare dicantur, cum sancti Dei aliquando in orationibus, aliquando in lectione, aliquando in prædicatione, aut diuersis necessitatibus occupentur. Prædicatores ergo sancti dum fidem sanctæ trinitatis & mente retinēt, & ore profitentur, dum opera fidei adimplent, dum eandem fidem & opera fidei quibuscumque possunt prædicant, dum etiam in orationibus & in gratiarum actionibus ipsum qui est trinus & vnus Deus exorat & laudant, dum secundum Apostolum, siue manducant, siue bibunt, omnia in nomine Domini Iesu Christi faciunt, trinitatem sanctam indefinenter inuocant. Quod autem sequitur, Qui erat, & qui est, & qui venturus est. Iam superius dictum est. Et cum darent illa animalia gloriam & honorem, & benedictionem, sedenti super thronum viuenti in secula seculorum, procedebant viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viuentem in secula seculorum.] In hoc loco per quatuor animalia, quatuor libri Euangeliorum designantur. Per viginti quatuor seniores, patres noui testamenti accipi possunt. Quatuor ergo animalia gloriam & honorem & benedictionem sedenti super thronum viuenti in secula seculorum dant, quia doctrina Euangelij in vniuerso orbe legitur & prædicatur, per quā gloria & honor & benedictio patri & filio & spiritui sancto datur. Ad vocē igitur quatuor animalium, viginti quatuor seniores ceciderunt ante sedentem in throno, & adorauerunt viuentem in secula seculorum: quia sancti Dei per vniuersum orbē constituti, audientes doctrinam Euangelij, humiliant se in conspectu Dei, vt cū ipso viuāt in secula seculorum. Et mē-

tebunt coronas suas ante thronum.] Per coronas, opera bona fuisse designata superius diximus. Sancti ergo coronas suas ante thronum mittunt, dum quicquid boni agunt, Deo tribunt non sibi, secundum Apostoli præceptum, Qui gloriatur, in Domino gloriatur. Quid hæc animalia dicant, audiamus: Dignus es Domine Deus nos, accipere gloriam, & honorem & virtutem.] Superius dixit quatuor animalia gloriam & honorem & benedictionem à Deo accepisse, hic virtutem pro benedictione commutauit. Quid verò aliquis Deo dare potest, aut quid Deus ab aliquo accipere potest, cum ipse sit qui creauerit omnia, & sine quo nihil esse potest, & qui dicit in Euangelio, Sine me nihil potestis facere? Si enim sancti sine Deo nihil possunt facere, quid possunt dare illi? Igitur quia hominū talis est natura, vt nihil boni à se habere possint, nisi ab ipso accipiāt, qui est summus bonus, dat Deus actis suis vnde ipse eos remuneret. Regnū namque cælorum Deus promisit sanctis suis, attamē si pretiū bonorum operum pro eo dederint. Et quia electi hoc pretiū non habent, nisi ab ipso accipiant, ipse dat pretium, vnde ab ipso emanat vitam æternam. Dant itaque sancti gloriam Deo, quādo quicquid boni faciunt, eo studio faciunt, vt glorificent Deum patrem, sicut filius Dei dicit in Euangelio: Vt videat vestra bona opera, & glorificet patrem vestrum, qui in cælis est, nam & Ioannes Petrum dicit morte sua Deum glorificasse, Dant honorem quando in omnibus quæ agunt honorem Dei querunt, non suū. Superius benedictio tertio loco ponitur, hic virtus. Et quia sancti dum magna faciunt, benedicuntur ab hominibus, conuenit virtus cum benedictione. Sed quantum sancti pro magnis operibus quæ faciunt, laudes hominum detestantur, liber actuum Apostolorum nobis indicat. Nam Petrus & Ioannes cum claudum sanassent, & omnium oculi essent intendentes in eos, quasi sua virtute hoc facerent, Petrus oculorum benedictiones deuotans, dixit ad eos: Viri fratres quid nos intuemini, quasi in nostra virtute aut potestate fecerimus hunc ambulare? Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob suscitauit filium suum Iesum, in cuius nomine, hic stat coram vobis sanus. Similiter & Paulus & Barnabas, cum ægrotum in Lystris sanassent, & populi vellent eis sacrificare, sciderunt vestimenta sua, dicentes: Viri vt quid hæc facitis? Et nos homines sumus, similes vobis. Possumus & hoc de Christo intelligere, quem secundum humanitatem, & gloriam & honorem, & virtutem, accepisse manifestum est. Sequitur: Quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt.] Si erant, quomodo creata sunt: Omnes ergo creaturæ erant in potestate & voluntate Dei, antequam crearentur. Creata sunt verò eo tempore, quo disposuit Deus. Ipse igitur qui cuncta creauit ex nihilo, creare dignetur in nobis cor mundum, qui viuat & regnat Deus per omnia secula seculorum. Amen.

Explicit expositio visionis secundæ.  
 INCIPIT

INCIPIT EXPOSITIO VISIONIS TERTIÆ.

Non inconuenienter post descriptam ecclesiæ formam apertio libri ponitur, per quam apertio diuinarum scripturarum designatur: quia postquā à sanctis Apostolis, ceterisque prædicatoribus, ecclesiæ in gentibus est fundata: libri veteris ac noui testamenti secundum Apostolicam fidem, à sanctis doctoribus expositi sunt.

CAPVT QVINTVM.

**V**idi in dextera sedentis super thronum, librum scriptum intus & foris, signatū sigillis septē.] De dextera & sigillis, quod Dominus dederit in sequentibus dicemus. Liber verò scriptus intus & foris non solum vetus testamentum, sed & nouum significat. Qui intus scriptus est secundum allegoriam, foris secundum historiam. Hic igitur liber, vetus & nouum testamentum in se continet, quia spiritualis intelligentia in veteri testamento, nihil est aliud, quam nouum testamentum. Et vidit angelus fortem prædicantem voce magna.] Angelus fortis, patres veteris testamenti significat, voce magna prædicauerunt, quia Christum ad redemptionem generis humani venturum esse prædixerunt. Quis est dignus aperire librum, & solvere signacula eius? Interrogatio angeli desiderium sanctorum significat: desiderabant enim sancti videre Christum in carne, & audire sermones eius, eo quod dicitur et omnia mysteria veteris testamenti ab eo esse reuelata; sicut ipse dixit discipulis suis: Amē dico vobis, quia multi prophetæ & reges vouerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt, & audire quæ auditis, & non audierunt. Et nemo dignus inuentus est neque in cælo, neque in terra, neque sub terra, aperire librum & solvere signacula eius.] Nullus nanque angelus cælum inhabitans, nullus iustus in terra consistens, nullus etiam ex iis qui mortis debitum soluerant, in mundo vnquam apparuit, qui genus humanum de potestate diaboli redimeret, quæ redemptio, apertio est veteris testamenti. Et ego stibam multum, quoniam nemo dignus inuentus est aperire librum, nec videre eum.] Ioannes in hoc loco personam gerit eorum, de quibus modo diximus, id est patrum veteris testamenti. Flebāt enim sancti multum, eo quod mysteria scripturarum sibi abscondita, nullus esset qui eis manifestaret, nullusque esset qui genus humanum perditum, de potestate diaboli erueret. Sed querendum nobis est cur dicat, hunc librum à nullo posse videri, cum superius dicat, quod eum in dextera sedentis super thronum viderit. Videbāt nanque antiqui patres, quorum typum Ioannes in hoc loco tenet, veteris testamenti librum, & non videbāt secundum spiritalem intelligentiam. Et vnus de senioribus dixit mihi, Ne fleueris. Ecce leo sicut de tribu Iuda, radix David, aperire librum & solvere signacula eius.] Videtur mihi eandem significationem habere seniorē quam & Ioannem, quā etiā angelum fortem, significat enim patres veteris testamenti. Angelus nanque fortis, interrogat quis esset dignus aperire librum: Ioannes flet, eo quod nullus dignus esset aperire librum: senior verò dicit, quod per leonem id est Christum, aperiendus esset liber. Per angelum igitur fortem idē designantur, qui de-

siderantes aduentum Christi, interrogabant quo tempore venturus esset. Ioannes vero eos significat qui flebant, eo quod tanto tempore tardaret. Senior autē, prophetas designat, qui dixerunt quomodo & quo tempore venturus esset. Per leonem igitur de tribu Iuda, Christus intelligitur, qui ex tribu Iuda, & progenie David, ortus est. Leo autem propter fortitudinem vocatur, quia diaboli vicit, & electos suos ab eius potestate eripuit. Vicit ergo leo de tribu Iuda, radix David, diabolus, vt aperiret librum & septē signacula eius, quia liber non posset aperiri, nisi prius vinceretur diabolus, quæ victoria apertio fuit veteris testamenti. Quomodo septem signacula aperuerit in sequentibus dicemus. Et vidit in medio throni & quatuor animalium & seniorum, agnum stantem quasi occisum, habentem cornua septem, & oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei, missi in omnem terram.] Per thronum & quatuor animalia & seniores, vna ecclesiæ cum cunctis suis ordinibus designatur. Agnus verò non occisus, sed tanquam occisus visus est, quia mortem in transitu gustauit, & paulo post resurgens iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Qui cornua septē & oculos septē habuisse visus est. Quid sint autē septē oculi, ipse exponit cum subiungit: Qui sunt septē spiritus, missi in omnem terram. Per cornua verò, sæpe regna designantur. Videntur ergo mihi aliam significationem habere cornua, aliam oculi. Per septem namque cornua, omnes electi designantur, qui regnum Dei vocantur, quorum omnium multitudinem superius in septem partes diuisimus. Ad primum igitur cornu, electi qui ante diluuium fuerunt pertinent. Ad secundum verò, ij qui post diluuium vsque ad legem fuerunt. Ad tertium autē, ij qui sub lege erant. Ad quartum, prophetæ. Ad quintum, ij qui ex Iudeis crediderunt in Christum. Ad sextum, populus gentilis. Ad septimum verò, ij qui in fine mundi nascituri sunt, & cum Antichristo pugnatari. Et venit, & accepit librum de dextera sedentis super thronum.] Superius diximus per sedentem in throno, Christum designatum fuisse. Sed quia ipse dixit, Ego in patre & pater in me est, & qui videt me, videt & patrem, in hoc loco sedens in throno, patrem designat: dextera verò patris filius est. Agnus autem hominem, quæ Christus assumpsit, designat. Agnus ergo librum de dextera sedentis super thronum accepit: quia homo Christus à sua diuinitate accepit, vt sacramenta diuinarum scripturarum referret. Et cum aperuisset librum, quatuor animalia, & viginti quatuor seniores ceciderunt coram agno, habentes singuli citharas & phylas aureas plenas odorem, quæ sunt orationes sanctorum.] Querendum nobis est, quomodo ante refectionem sigillorum, liber aperiri potuerit. Sed spiritualiter intelligendum est. Prophetæ namque aduentum Christi, passionem & resurrectionem eius, aliquando per quasdam figuras, aliquando apertis vocibus prædixerunt. Sed patriarchæ in suis actibus, hæc omnia præfigurauerunt. Christus ergo quando ex virgine natus est, quando passus est, & resurrexit, & in cælum ascendit, librum veteris testamenti aperuit, quia quæ ibi significabatur, opere impleuit. Postea verò, ea quæ in veteri testamento obscura erant & in nouo, doctoribus ecclesiæ per inspirationem spiritus sancti aperuit. Quæ apertio, referatio est sigillorum. Quod autem sequitur, quod quatuor animalia & se-



niores ceciderunt coram agno, ad eosdem doctores ecclesie pertinet. Quoties enim natiuitate, passionem, & resurrectionem Domini ad memoriam reducant, & quibuscunque modis hæc à sanctis patribus præfigurata, & à Prophetis prædicta sunt, recollunt, quoties hæc quæ in Euangelio obscure posita sunt, inuestigare non desinunt, toties eis liber signatus aperitur. Cadunt verò coram agno, cum per meditationem diuinarum scripturarum, considerantes immensam clementiam Dei, humiliant se in conspectu creatoris sui: & quanto se per humilitatem deiiciunt, tanto amplius in amore eius exardescunt, quia humilitas quæ fit in conspectu Dei, nutrit amorem Dei. Per citharas autem quæ animalia & seniores habuisse dicuntur, mortificatio carnis designatur, sicut dicit Apostolus: Mortificate membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, auaritiam, & cætera. Phialæ verò aureæ, corda sunt sanctorum, spiritali sapientia repleta: quæ odoramentis plena fuisse dicuntur. Quid sint autem odoramenta, ipse exponit cum subiungit, Quæ sunt orationes sanctorum. Et ut hæc odoramenta, ad Deum ascendant, Psalmista precatur cum dicit, Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo Domine. Et cantabant canticum nouum. Populus nouus, canticum nouum cantat. Canticum nouum, canticum est Euangelij, Dignus es Domine Deus accipere librum, et aperire signacula eius. Hoc quod dicit, ad humanitatem eius pertinet. Nam secundum diuinitatem nihil accipere potuit, quia omnia semper habuit. Cur autem dignus fuerit accipere librum, & soluere signacula eius, subdedito manifestat, Quoniam occisus es, et redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni tribu, et populo et natione. Hic demonstrat, ex omnibus gentibus ecclesiam fuisse collectam. Nam fuerunt quidam hæretici, qui hoc negauerunt. Et fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes. Sunt quidam, qui se & alios optime regere nouerunt: qui etiam & sacerdotes dicuntur, quia semetipsum quotidie igne charitatis succēsi, per compunctionem cordis & lachrymas, Deo offerre consueverunt, sicut dicit Psalmista, Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Siue sacerdotes Dei dicuntur, eo quod membra sint summi sacerdotis, de quo dicit Psalmista: Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Et uidi & audiui uocē angelorum multorum in circuitu throni, & seniorū, & quatuor animalium, & erat numerus eorum millia millium, dicentium uoce magna: Dignus est agnus qui occisus est, accipere uirtutem & diuinitatem, & sapientiam & fortitudinem, & honorem & benedictionem. Per thronum & quatuor animalia & seniores, uniuersa ecclesia cum suis doctoribus designatur, Angeli uero qui thronum, id est, ecclesiam cingunt uisunt, angeli sunt qui ad custodiam ecclesie à Deo destinati sunt, sicut Paulus Apostolus loquitur dicens: Nonne omnes ministratores sunt spiritus in ministerium missi propter eos qui hereditatem capiunt salutis? Per maximum autem numerum, eorum multitudo innumerabilis designatur: qui agnum magna uoce benedicere dicuntur, quia ad quæcunque officia angeli explenda designantur, à laudibus Dei nunquam cessant. Et sicut hic liber in septenario numero totus consistit, utique septem

donas spiritus sancti Propheta in Christo requieuisse dicit: ita & septem benedictiones in hoc loco ponuntur, quibus assidue angeli Deum laudare dicuntur. Et omnem creaturam quæ in celo est, & quæ in terra, & quæ sub terra, & quæ sunt in mari, & quæ in eo sunt, aut diu dicentes sedenti in throno & agno. Per creaturam quæ in celo erat, angeli: per eam uero quæ erat in terra, homines: per eam autem quæ erat sub terra, ij qui iam debitum mortis soluerant, designantur. Quod uero dicit, & quæ sunt in mari, aquas maris intelligere possumus: per mare autem, locum in quo aquæ continentur. Quod uero subiungit, & quæ in eo sunt: pisces qui in aquis morantur intelligere debemus. Sed si per omnem creaturam quæ in terra est, omnes homines intelligere debemus, quomodo omnes homines Deum laudant, cum Pagani & Iudæi, blasphematores Dei potius dicendi sunt, quam laudatores? Inuenimus etiam & quosdam flagitiosos, qui Christiani uocantur, qui quamuis Deum laudare uideantur, Deum non laudant: quia sicut dicit scriptura, Non est speciosa laus in ore peccatoris. Et si per omnem creaturam quæ in terra est, omnes animas debemus intelligere, quorum corpora in terra requiescunt: quomodo ij qui apud inferos cruciantur, Deum laudare credendi sunt? Sed per omnem creaturam, quæ in terra, & quæ sub terra est, solos electos debemus intelligere, qui & in terra bonis operibus, & uerbis Deum laudare non desistunt, & in cælis cum Domino positi, à laudibus eius nunquam cessant. Per mare uero, ecclesiam: per aquas maris, multitudinem fidelium: per pisces qui in aquis comorantur, doctores ecclesie possumus intelligere. Sequitur benedictio, qua fideles Deum assidue benedicere dicuntur. Benedictio, honor, gloria & potestas Deo nostro in secula seculorum, amen. Benedicunt namque electi assidue Deum, cum uerbis bona opera coniungunt. Et quatuor animalia dicebant, Amen. Amen, confirmatio sermonis est. Quatuor igitur animalia dicunt, amen, cum sancti prædicatores optant assidue, ut auditores eorum in bonis operibus magis ac magis proficiant. Et uiginti quatuor seniores ceciderunt, et adorauerunt. Viginti quatuor seniores in hoc loco, eandem habent significationem, quæ & quatuor animalia. Seniores ergo cadunt & adorant, cum prædicatores sancti quanto amplius auditores suos uident in bonis operibus proficere, tanto magis se humiliant in conspectu Dei, sicut dicit scriptura: Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Sequitur sigillorum apertio, quæ non nisi ad perfectionem diuinarum scripturarum, pertinere credenda est. Nam & ea quæ sub sigillorum apertionibus facta esse dicuntur, ad perfectionem ueteris ac noui testamenti pertinent. Et sicut omne corpus electorum, ex septem partibus consistit: ita sunt & septem sigilla, quæ uniuersæ parti conueniunt, ad demonstranda ea, quæ in diuinis scripturis obscure posita sunt, uel quid sanctorum patrum facta significet. Apertio igitur primi sigilli, ad eam quæ ante diluuium facta sunt, pertinet: secundum uero sigillum, ad patriarchas: tertium, ad eos qui sub lege fuerunt: quartum autem, ad prophetas. Tres uero apertiones, quæ residuæ sunt, ad nouum testamentum pertinent. Quinta apertio pertinet ad martyres. Sexta, ad Iudæorum deiectionem, & ad Gentium uocationem

Colof. 3.

Psalm. 140

Hereticus negantes ecclesiam ex omni gente collectam. Psalm. 50. Psalm. 109.

Heb. 1.

1. Pet. 1.

Impij Deum non laudant. Eccle. 15.

Humilitas predicatoris Eccle. 3.

tionem. Septima, ad aduentum Christi pertinet. Et cur in septimo loco aduentus Domini ponatur, in sequentibus dicemus. Sed querendum nobis est, cur per uisionem quatuor equorum, apertio ueteris testamenti figuretur. Equus namque ex parte equi, irrationalis: ex parte uero præsidetis, rationalis esse dignoscitur. Similiter & quædam præcepta legalia, ex parte litera, irrationalia: ex parte autem allegorice ualde rationalia esse comprobantur.

CAPVT SEXTVM.

Et uidi cum aperuisset agnus unum de septem signaculis. Apertio primi signaculi, ut supra dictum est, ad ea quæ ante diluuium facta sunt, pertinet. Agnus igitur primum sigillum aperuit, quando ea quæ ante diluuium gesta sunt, doctoribus ecclesie qualiter spiritualiter intelligerentur, spiritus sancti gratia patefecit. Et ut quid sit apertio sigillorum plenius manifestemus, de apertione singulorum sigillorum pauca dicamus. In Genesi scriptum est, quod platurerat Deus paradysum uoluptatis, in quo posuit hominem quem formauerat. Qui diuersis arboribus confusus esse describitur. Per paradysum igitur, ecclesia: per arbores uero paradysi, uictus ecclesie, uictum uerborum diuinorum animabus fidelium in ecclesia constitutorum, præbere non desistunt. De ligno autem uitæ, & de ligno scientie boni & mali superius diximus. Fons uero qui egrediebatur de medio paradysi, Euangelium significabat, qui in medio sancte ecclesie exoritur. Qui inde in quatuor capita diuidebatur: quia doctrina Euangelij in quatuor libros diuiditur, & circuit omnes terminos terræ. Nam & Adam, Christum figurauit, Eua uero, ecclesiam. Et sicut Eua ex latere uiri dormientis facta est, ita & ecclesia ex latere Christi in cruce pendente fabricata est, quia eius sanguine redempta & mundata est à sordibus. Duo filij nati sunt ad Adam, Cain & Abel: Cain, populum Iudeorum: Abel uero, Christum significauit. Oblulit Cain de fructibus terræ munera, id est, primitias, decimas, sacrificia, & cætera quæ in lege iubebantur: Abel uero obrulit de primo genitis gregis sui, & de adipibus eorum. Primogenita gregis, sunt Apostoli, quos primos genuit ecclesia, & ex quibus ecclesia nata est. Adeps uero, fides est Apostolorum. Obrulit igitur Abel de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum: quia Christus Apostolos quos de mundo elegerat, fidemque illorum Deo patri obtulit. Cain inuidia ductus, eo quod respexisset Dominus ad Abel & ad munera eius, interfecit eum: similiter & Iudæi uidentes signa, quæ sua & patris uirtute Christus operabatur, interfecerunt eum, qui frater illorum erat secundum carnem. Maledixit Deus Cain, eo quod interfecisset Abel fratrem suum: dixitque ei, quod uagus & profugus esset super terram. Similiter & Iudæi non solum à Deo, sed à semetipsis maledicti sunt, quando dixerunt de Christo: Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Suntque uagi & profugi super terram, quia propriam sedem nullam habentes, per uniuersas gentes vagantur. De apertione igitur primi sigilli, tantum dixisse sufficiat. Deinde sequitur: Audiui unum ex quatuor animalibus dicens: Veni, & uide. Eandem significationem habet

Gen. 2.

Eua ex latere Adæ: Eccle. 3. ex latere Christi. Gen. 4.

Matth. 27. Iudæi à seipsis maledicti.

primum animal, quam & secundum, & tertium, & quartum: significat enim doctores ecclesie. Quod autem dicit, ueni & uide, ad intelligentiam spiritualis nos prouocat. Ac si diceret, ueni non passibus corporis, sed passibus mentis, & intellige spiritualiter ea quæ primo tempore historialiter facta legisti. Et ecce equus albus, & qui sedebat super eum, habebat arcum, & data est ei corona, & exiuit uincens ut uinceret. Equus albus iustos qui ante diluuium fuerunt designat, qui propter innocentiam albi dicuntur. Sessor uero equi, Dominus est, qui in sanctis suis æternaliter præsidet. Per arcum autem, qui procul sagittas à se mittit & vulnerat, uindicta Domini potest designari, qua & primos homines propter inobedientie culpam damnauit, & Cain propter fratricidium reatum, septuplum puniuit. Per coronam nihilominus, sicut & per equum album, iusti qui ante diluuium fuerunt, designantur. Exiuit uero uincens ut uinceret, quando statuit ut per aquas diluuij, omnis multitudo reproborum deleteretur. Et cum aperuisset sigillum secundum. Secundi sigilli apertio, ad arcæ fabricam, & ad iustos qui ante legem fuerunt, pertinet. Ad demonstrandam ergo secundum sigilli apertionem, pauca de his loquamur. In Genesi scriptum est, quia dixit Deus ad Noë: Fac tibi arcam de lignis læuigatis: māsunculas in arca facies, & bitumene linies intrinsecus & extrinsecus, & sic facies eam. Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ, quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorum altitudo illius. Arca ecclesiam, Noë uero fabricator arcæ, Christum fabricatorem ecclesie figurat. Quæ arca, ex lignis læuigatis facta fuisse describitur. Per ligna læuigata quæ & aquas prohibuerunt, & uitam omnibus animalibus intra se constitutis seruauerunt, doctores ecclesie designantur: qui & doctrina cum scriptis suis aquas diuersorum errorum ab ingressu ecclesie prohibent, & uitam iis qui intra ecclesiam sunt, sua doctrina & exemplis seruant: quæ læuigata esse dicuntur, id est ab omni asperitate uitorum emundata. Per māsunculas, quæ in arca fieri iussæ sunt, diuersi ordines in ecclesia designantur. Alius enim in coniugali ordine, alius in cōtinenti, alius, in monachico, alius in sacerdotali, dum Deo seruire studet, quasi in diuersis mansionibus habitant. Per bitumen autem quod limitata fuisse dicitur, diuina scriptura designatur. Tabulæ ergo ex quibus arca facta est, quas doctores ecclesie significasse diximus, bitumine intrinsecus & extrinsecus limitæ sunt: quia doctores ecclesie intrinsecus limitæ sunt per sapientiam, doctrinamque diuinarum scripturarum, & extrinsecus per opera uirtutum. Trecentorum autem cubitorum longitudo arcæ fuisse describitur, quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorum altitudo illius. Per longitudinem igitur arcæ, fides: per latitudinem, charitas: per altitudinem, spes figuratur. Longitudo ergo arcæ, in trecentos cubitos extenditur: quia fides nostra in confessione sancte trinitatis consistit: centenarius uero, perfectus est numerus. In trecentos ergo cubitos fides nostra præsignata est, quia æquā perfectionem habet pater & filius & spiritus sanctus, sicut scriptum est: Qualis pater, talis filius, talis spiritus sanctus. Latitudo nihilominus eius in quinquaginta cubitos dilatatur in latitudine, quia fides per dilectionem operatur:

Genes. 34.

Genes. 6.

Arca Noë significatio.

sed non inconuenienter per quinquaginta cubitos latitudinis charitas figuratur: Septies enim septē, quadraginta nouē faciūt. Quod si vni huic numero addideris, quinquaginta inuenies. Dilctio ergo proximi non inconuenienter in septenario numero cōprehenditur, quia sine septem virtutibus perfici non potest. In septem verō septenis, vnusquisque fidelis dilectionem proximi extendit, dum quibuscunque modis necessitates aut aduersitates, quæ proximis euenire possunt, eisdem modis & ipse ad subueniendum paratus existit: verbi gratia, dū esurienti, nudo, hospiti, egenti, in carcere posito, quæ sunt necessaria ministrat, dum dolentem consolatur, dum iracundum verbo temperat, dum odium in corde gerētē pacificat, discordantēque ad pacem reducit: dū eum qui in peccatis iacet, ad pœnitentiā prouocat, dum ad vitam æternam quocunque potest, secum trahere studet. Et vt breuiter dicam, quibus modis vult, vt ei salubriter ab alio subueniatur, eisdē & ipse quibuscunque potest subuenire, paratus est. Ad septē autē septenos si vni adiungas, quinquaginta fiunt. Similiter & ad dilectionem proximi, si vnus Dei dilectionē adiungas, tota charitas integra atque perfecta in te efficitur. Altitudo verō arcæ in triginta cubitos exaltata est, quia ille venialem spem possidet, quia fide sanctæ trinitatis, sicut nobis ab Apostolis tradita est, atque cæteris documētis, neque opere neque credulitate discordat. Qui enim spēs sine recta fide, de vita æterna possidēda sibi vsurpat, sine dubio semetipsū decipit, quia sine fide impossibile est placere Deo. Altitudo itaque arcæ, à magna longitudine & latitudine exoriebatur, & in cubito sursum cōsummabatur: quia charitas quæ ex fide nascitur, in magna latitudine erga proximorum curā semetipsam extendit. Sursum verō in cubito cōsumatur, quia omnis spes fidelis ad desiderium, ad vnus Dei visionem tendit. Quod autem Noë ad iussione Domini ex omnibus animantibus mundis & immundis introduxit in arcam, significat quod mali & boni in ecclesiam introducuntur. Sed de mundis septena & septena, de immundis verō bina & bina, masculus & fœmina in arcam introierunt. Per munda namque animalia electi, per immunda verō reprobi designantur. Munda itaque animalia in septimo numero ponuntur, quia illi soli electi sunt, qui per gratiam spiritus sancti, ab operatione donorum eiusdem spiritus sancti alieni non sunt. Reprobi verō in secundo numero ponuntur, quia cū solo corpore & anima in ecclesia cōsistunt: mente verō, extra ecclesiam sunt. In sequentibus quoque scriptū est, Quia aperiens Noë fenestram arcæ quā fecerat dimisit coruum, qui egrediebatur & non regrediebatur donec siccarentur aquæ super terrā. Per coruum autē nigerrimum, Iudæi infidelitate tenebrosi designantur. Noë igitur de arca coruū emisit, quia Dominus noster Iesus Christus à consortio sanctæ ecclesiæ populum Iudæorum separauit. Post coruū, emisit columbam, quæ cū non inuenisset vbi requiesceret pes eius, reuersa est ad eum in arcā. Secundō emisit columbam ex arca, quæ venit ad eum ad vesperam, portans ramum oliuæ virentibus foliis in ore suo. Tertiō emisit columbam, quæ non est reuersa vltra ad eum. Per columbam, sepe spiritus sã-

ctus figuratur, eo quod in columbæ specie super Dominum delectēderit. Sed querendum nobis est, quid significet trina emissio columbæ, & bina reuersio. Tres emissiones, tria tempora significant. Primum ante legem, secundum sub lege, tertium sub gratia. In hoc verō loco, Noë Deum, arca autem, ecclesiæ Dei habitationem designat. Noë primo columbā ex arca emisit: quia Deus omnipotens sanctis viris qui ante legem fuerunt, gratiam spiritus sancti dedit: & qui legē non habebant, diuina præcepta quæ postea data sunt, per donum spiritus sancti impieuerunt. Sed columba non inuenit vbi pes eius requiesceret, quia non solum cætera gentes, sed & ipsi Iudæi in Aegypto positi, in tantum culturam Dei reliquerunt, vt eo tempore quo Moyses natus est, penē nullus inueniretur, in quo spiritus sanctus habitare dignaretur. Et quodāmodo gratia spiritus sancti ad eū rediit à quo missa est, cum homines iniquos delectauit. Secundō emisit Noë columbam ex arca, quia Deus gratiā spiritus sancti hominibus legem puro corde seruantibus dedit. Vespere autem qua columba ad Noë rediit, tēpus quo Christus natus est designat. De hoc tempore Dominus dicit in Euangelio, Lex & prophetæ vsque ad Ioannem: quia postquam euangelium cœpit prædicari, circumcisio & multa obseruationes legales nihil profuerunt. Quam diu legis obseruatio Deo placuit, tandiu homines legem seruantes spiritus sancti gratia commutauit. Et sicut columba ad vesperam ad Noë rediit, ita & spiritus sancti gratia Iudæos infideles deserēs, quodāmodo ad eū à quo fuerat missa, reuersa est. Per ramū verō oliuæ, legem possumus intelligere, vel accipere: per folia autem virentia, eos qui per legem salui facti sunt. Columba igitur ramum oliuæ cum virentibus foliis in ore suo detulit cū spiritus sancti gratia eos quos per legē saluauerat quodāmodo obtulit. Tertiō Noë columbā ex arca emisit, quādo fidē Euāgelij seruantibus gratiā spiritus sancti dedit. Quæ non est reuersa vltra ad eū, quia fides Euāgelij tandiu cū electis manebit, vsque dū veniēte Domino ad iudiciū, electi qui in hoc mūdo inueniētur, rapientur corā Domino in aëra, & sic semper cū Domino erunt. Ad demonstrandā verō apertius secūdi sigilli apertionem, de tribus patriarchis pauca dicamus. In Genesi scriptum est, quia tentauit Deus Abraham, & dixit ad eum, Tolle filium tuum, quem diligis Isaac, & vade in terram visionis, & offeres eum ibi in holocaustum super vnum montium, quem dixero tibi. Abraham verō de nocte confurgens, strauit asinum suum, ducens secum duos iuuenes, & Isaac filium suum. Abraham Christum secūdu diuinitatē: Isaac autē hominem, quē Christus assumpsit, designat. Per asinum verō, Apostoli designantur. Abraham igitur de nocte surrexit, quia filius dei mūdo in tenebris ignorantie posito, ex Maria virgine nasci dignatus est. Strauit asinum suum, quando Apostolis suis mandata Euāgelij tradidit. duos verō iuuenes secum duxit, quia duo præcepta charitatis discipulis suis arctius & frequentius tradidit: duxit & filium suum, quia hominē quem assumpsit, ad moriendum pro genere humano tradidit, sicut ipse dixit in Euangelio discipulis suis: Ecce ascēdimus Hierosolymam, & consummabuntur omnia quæ

Anni Christi.

Mat. 26.

Mat. 28.

Mat. 11.

Mat. 10.

Gen. 22.

Oblatio Isai exponitur.

Luc. 18.

que scripta sūt per prophetas de filio hominis. Tra-

detur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur: & postquā flagellauerint, occidēt eum, & die tertia resurget: die autem tertia eleuatis oculis, vidit locum procul. Tres dies, tres decades annorū, tēque binos mēses designant. Quo spatio tēporū Christus in mūdo cōuersatus dicitur: locus verō, Hierusalē designabat, in qua passus est. Christus locum procul vidisse dixit, cū quotidie in tēplo prædicaret: quia quāuis Iudæi propē essent corpore, propter incredulitatē tamen longē ab illo recesserant. Dixitque Abraham pueris suis: Expectate hic cū asino: ego & puer illuc vsque properantes, post quā adorauerimus, reuertemur ad vos. Similiter & Christus expectare discipulos suos iussit, vsque dum resurgēs reuerteretur ad eos, cū diceret: Omnes vos scandalū patiemini in me in ista nocte. Postquā autē resurrexero, præcedam vos in Galilæā. Et cū comprehendere dicitur, dixit Iudæis: Si me queritis, finite hōs abire. Tulit igitur Abraham ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum: ipse verō portabat in manibus ignē & gladiū. Diximus superius, per ligna peccata nostra fuisse designata. Ligna ergo Isaac portauit, quia peccata nostra Christus pertulit in corpore suo super lignū, vt peccata mortuū, iustitiæ viuamus: per manus verō Abraham, potestas Domini nostri Iesu Christi intelligitur. In eius nāque potestate fuit vt moreretur, & vt non moreretur si vellet, sicut ipse ait: Potestatem habeo ponēdi animam meam, & potestatem habeo iterum sumēdi eam. Per ignem autem passio, per gladiū, eius mors intelligitur. Cū venisset ad locum, ædificauit altare, & desuper ligna composuit. Cūque colligasset Isaac filium suum, posuit eum super struem lignorum. Per altare, crux intelligitur. Crucem ergo filius Dei, in qua homo quem assumpsit, vt immolaretur, ædificauit, quia ipse permitte factum est. Super altare verō ligna composuit, & super ligna posuit Isaac filium suum colligatum. Illud namque quod suffocare volumus, nobismet ipsis supponimus, vt pondere nostro suffocetur, & pereat. Similiter & redemptor noster, ligna, id est, peccata nostra in cruce pendens, sibi supposuit, vt pondere suo atque virtute peccata nostra suffocaretur ac delerentur. Vincula autē Isaac, afflictionē Domini in cruce designauerunt. Ea verō quæ angelus ad Abraham locutus est, ad hanc expositionem non pertinent. Leuauit Abraham oculos, viditque arietem inter vepres hærentem cornibus, quem assumpsit obtulit pro filio. Aries Christum designauit. Per duo cornua, duo præcepta charitatis designantur: per vepres, Iudæi. Christus igitur inter vepres hærebat cornibus: quia Iudæos vt fratres diligens, & sciēs quia gentium vocatio, Iudæorū esset perditio, noluit primō fidem Euāgelij gentibus tradere: sed mittēs ad prædicandū discipulos suos, præcepit eis dicēs: In viā gentium ne abieritis, & in ciuitatem Samaritanorū ne intraueritis, sed ite potius ad oues perditas domus Israel. Et mulieri Cananæ dixit: Non sum missus nisi ad oues quæ perierūt domus Israel. Et iterum: Non est bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. Abraham autem à vepribus arietem abstraxit, atque in holocaustum pro

Mat. 10.

Mat. 15.

filio obtulit: quia pater filium, & ipse filius semetipsum ab amore impiorum Iudæorū separauit, atque hominem quem assumpsit, pro salute humani generis, in holocaustum obtulit. De eodē verō Isaac scriptum est, quia habuit duos filios, Esau & Iacob. Esau venator fuit, & homo agricola: Iacob verō simplex, habitabat in tabernaculis. Per Esau, populus Hebraicus: per Iacob verō, populus gentium designatur. Isaac autem vtriusque genitor, typum Domini tenuit, qui vtrunque populum, & illum per legē, & istum per fidem filios sibi fecit. Esau agricola erat quia Iudæorum populus pro terrenis commodis Deo seruebat. Non enim dictum est ad illos, Si pauperes fueritis spiritu, si mites, si pacifici, si misericordes, si persecutiones pro nomine meo sustineritis, beati eritis, & merces vestra copiosa erit in cœlis: sed dictum est ad illos, Si custodieritis mandata mea, & iudicia mea seraueritis, dabo vobis pluuiam temporibus suis, & terra proferet germen suum, & pomis arbores replebuntur, & cætera quæ ad delicias seculi pertinent. Fuit etiam venator, quia per effusionem sanguinum arietum, hircorum atque vitulorum, Deum placare consueuerat. Iacob autem simplex, habitabat in tabernaculis: quia electi ex gentibus soli, fide bonæque voluntate Deo placere studuerunt. Per tabernacula, siue diuersas ecclesias, in quibus per vniuersum orbem vna ecclesia catholica diuisa est siue diuersos ordines possumus intelligere. Isaac diligebat Esau, eo quod de venationibus illius vesceretur, sed Rebecca diligebat Iacob. Isaac sicut diximus in hoc loco, typum Domini tenet. Per Rebecca autem, præscientiā Dei possumus intelligere. Isaac igitur diligebat Esau, eo quod de venationibus illius vesceretur: quia Deus diligebat populū Iudæorum, eo quod assidue eorum oblationibus placaretur. Mater verō diligebat Iacob, quia sciens Deus populū gentium multo meliorem fore quā populū Iudæorum, per præscientiā suæ gratiam, multo amplius diligebat. Esau cum in venatione moraretur, vt de agrēstibus animalibus cibos patri exhiberet, quatenus ab illo benediceretur, mater Iacob ad percipiendā benedictionē patri applicuit, quia dum populus Iudæorum obseruationibus legalibus deditus esset, atque ad fidem Christi percipiendam tardus occurreret, mater, gratia scilicet, populū gentium, eo quod fidem Christi cum auiditate suscepisset, ad percipiendam benedictionem quæ Iudæis debebatur, Deo obtulit. Qualiter autem ipse populus gentium, hoc benedictionis donum promeruit, testantur opera Iacob per significationem, quæ pro benedictione percipienda egisse describitur. Dixit igitur Rebecca filio suo Iacob: Affer mihi duos hædos optimos, & faciam ex eis escas patri tuo quibus libenter vescetur, & benedicat tibi coram Domino, antequam moriatur. Abiit & attulit, deditque matri. Parauit illa cibos sicut nouerat velle patrem illius, & vestibus Esau, quas apud se habebat domi, induit eum, pelliculasque hædorum circumdedit manibus, & colli nuda protexit, deditque pulmentum, & panes quos coxerat, tradidit. Per duos hædos, cōfessionem peccatorum populi gentilis & pœnitentiā

Genes. 25.

Mysterij Iacob & Esau expositio.

Deum propter opera præsentia diligere sentit.

Genes. 27.

Opera charitatis.

Spes sine fide inanis. Hebr. 11.

Mali & boni in ecclesia induti.

Genes. 8.

intelligere debemus. Duos ergo hœdos optimos G Iacob matri obrulit: quia per confessionem peccatorum & pœnitentiam, quæ via est ad fidem euntibus, populus gentilis ad eandem fidem percipiendam properavit. Qui hœdi optimi dicuntur fuisse, quia valde acceptabilis Deo est pœnitentia peccatoris, cum abrenuntiatione vitiorum, sicut ipse Dominus noster dicit in Euangelio. Gaudium est in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonaginta novem iustis, qui non indigent pœnitentia. Per vnum peccatorem, populum gentium, per nonaginta verò iustos, Iudæos intelligi volens. Qui iusti ideo dicuntur, quia propter observationem legis, iustos se falsò putabant. Nam ad eosdem iustos, Dominus loquitur dicens: Væ vobis qui iustificatis vos coram hominibus, Deus autem novit corda vestra. Qui in imperfecto numero ponuntur, quia nullum ad perfectum adduxit lex. Per escas autem delectabiles, quæ Isaac ad sumendum ex duobus hœdis præparatæ sunt, pœnitentiæ opera debemus intelligere. De iis escis loquitur Ioannes Baptista dicens, Facite fructus dignos pœnitentiæ: Per vestes verò valde bonas, quas Esau id est, Iudæi domi reliquerant, optima præcepta legis debemus accipere, ut est illud: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mēte tua, & proximum tuum sicut teipsum: & multa alia, sine quibus nullus iustus esse potest. Hæ sunt optimæ vestes quas Iudæi domi, id est in veteri testamento reliquerant, eo quòd ea observare nolent: iis populus gentilis indutus & ornatus, ad Deum patrem cum cibus operum bonorum perrexit. Cum cibus autem, & panes detulit. Per panem sæpe verbum Dei designatur, quia ille congruenter ad Deum patrem cum cibus operum bonorum pergit, qui & alios quoscunque potest ad bona opera agenda admonere non desinit. Sed & illud nobis quærendum est, cur mater pellibus hœdinis, manus Iacob & colli nuda protexerit. Pellis namque cum ab hœdo subtrahitur, caro apparet, unde delectabiles cibi confici possunt. Similiter & ab vnoquoque peccatore cum vitia detrahuntur, bona natura cum ratione apparent, quæ si fide Deo coquatur, delectabiles cibi ex bono naturæ Deo præparantur. Per collum igitur, eo quòd in collo sæpe superbia appareat, possumus elationem mentis intelligere. Per manus verò, opera designantur. Collum ergo vnusquisque fidelis pellibus hœdinis circumdat, cum ad mentis elationem deponendam, ad humilitatis suæ custodiam, peccata præterita, ante oculos mentis reuocare non desinit. Manus circumdat, cum ne in bonis operibus extollarur, peccata præterita ante oculos mentis sæpe reducit. Postquàm Isaac cibum sumpsit, obtulit ei Iacob etiam vinum. Si per cibum actiue vitæ opera designantur, possumus per vinum, quod mentes hominum alienat, contemplatiuam vitam accipere, quæ ab amore seculi mentes quorundam electorum insensibiles reddit. Cibo igitur potuque sumpto, Isaac Iacob benedixit, quia illi benedictione cœlestis patriæ à Deo pereipiunt, qui cum vsque ad finem vitæ suæ, bonis operibus placare student. Idem verò Iacob cum fugeret Esau fratrem suum, venit ad quendam

Luc. 15.

Luc. 16.

Hebr. 7.

Matth. 3.

Deuter. 9.   
 Matth. 22.

Genes. 28.

locum. Cùmque supposuisset capiti suo lapidem, dormiuit illic: viditque in somnis scalam ad caput suum à terra vsque ad cœlum erectam, & Dominum innixum scalæ: angelos quoque Dei ascendentes & descendentes per eam. Per lapidem, Christus intelligitur: fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Caput igitur super lapidem ponimus, si ex bonis operibus, parietem nostrum super Christum edificamus. Concordat huic sensui, visio scalæ. Duo namque ligna scalæ maiora, quæ sunt ex vtraque parte, atque ab inferioribus ad superiora eriguntur, duo præcepta charitatis designant. Per gradus verò qui in transfuersum ex vtraque parte iis duobus lignis inferuntur, cæteræ virtutes designantur. Et sicut duo ligna nisi à gradibus, & gradus nisi à duobus lignis contineri non possunt: ita & charitas sine cæteris virtutibus, & cæteræ virtutes sine charitate esse non possunt. Et quemadmodum diuersi gradus, nisi in duobus lignis maioribus ex vtraque parte inserantur, ascensum hominibus præbere non possunt, sicut dicit Ioannes Apostolus: Qui enim non diligit fratrem suum quem videt, Deum quem non videt quomodo potest diligere? Et sicut scala ex vna parte terram, ex altera cœlum tangere visa est: ita & charitas ab inferioribus proximis, à superioribus verò, Deo coniungitur. Unde & angeli Dei per eam ascendentes & descendentes môstrati sunt: quia sanctos dei qui per angelos designantur, aliquando amor Dei per contemplationis gratiam ad excelsa subleuat, aliquando amor & cura proximorum, ad inferiora reducit: Dominum autem innixum scalæ vidit, quia quicumque per iter virtutum ad Dominum conscendere satagunt, postquam viam sui itineris finierint, Dominum omnium bonorum authorem, præmiorumque largitorem inueniunt, cum quo sine fine gaudebunt. Cùm verò idem Iacob reuerteretur de Mesopotamia Syriæ, venissetque ad Iordanem, transducis omnibus quæ ad se pertinebant, remansit solus. Et ecce vir luctabatur cum eo, vsque ad mane. Cùmque videret quòd eum superare non posset, tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit, dixitque ei, Dimitte me, iam enim ascendit aurora. At ille dixit: Non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Et ait illi, Quo vocaris nomine? Respondit ei, Iacob. At ille dixit: Non vocaberis vltra Iacob, sed Israel erit nomen tuum. Per Iacob in hoc loco, quilibet peccator & pœnitens designatur. Quòd verò angelus cū Iacob in figura luctabatur, illud significat quòd Dominus dicit in Euangelio: Regnum cœlorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Qui sunt autem violenti, nisi peccatores & pœnitentes? Qui cum se vident pro sceleribus suis, mortis perpetuæ esse reos, tandiu ianuam paradisi precibus pulsant, vsque dum eis aditus regni cœlestis aperiatur. Iacob ergo cum Domino luctatur, quomodo quilibet peccator pertimescens pœnas ignis æterni, tandiu in precibus persistit, vsque dum ei misericordia diuina succurrat, sicut sequentia manifestant. Qui cum videret quòd eum superare non posset, tetigit neruum femoris eius, & statim emarcuit. Et quia libido ex femore nascitur, per neruum femoris voluptates carnales

1. Cor. 3.

Scala Iacob   
 expositio mystica.

1. Ioan. 4.

Genes. 32.

Matth. 11.   
 Peccator oris   
 luctatur vs   
 Iacob.

Ies intelligi possunt. Neruum igitur femoris peccatoris Dominus tetigit, cum omnia desideria carnalia, ex quibus peccata oriuntur, extinxit: quia fieri nò potest, ut à peccatis abstinemus, quadiu in voluptatibus carnalibus resoluti iacemus. Dixit igitur angelus ei, videlicet ille, qui in persona Domini cū eo luctabatur: Dimitte me, iam enim ascendit aurora. Ac si dixisset, desine iam pro timore ignis æterni flere, quia ià tranquillitas vitæ extinctis redit, quæ te in perditionis foueam demerferant. Et quia non satis prodest mala deferere, nisi bona agere studemus, sequitur, Dixitque Iacob: Non dimittam te nisi benedixeris mihi: id est, à precibus non cessabo, nisi me virtutibus ditaueris. Ut qui vsque modo secundum carnem vixi, amodo secundum spiritum viuam. Dixitque ei. Non vocaberis vltra Iacob, sed Israel erit nomen tuum: id est, nò vocaberis vltra supplator vitiorum, sed vocaberis vir videns Deum. Et qui antè flebas ne in infernum demergereris, nunc flebis eo quòd aliquo tempore à visione omnipotentis Dei longeris, dicens cū Psalmista, Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Idem etiam Iacob post luctationem quam cum angelo gessit, vno pede claudicasse dicitur. Qui verò claudicat, super sanum pedem totus innititur, altero paulisper terram tangens. Duo igitur pedes, duorum alimentorum genera designant. Sunt namque alimenta corporis, sunt & animæ. Alimenta corporis, sunt cibi, potus, & vestimenta. Alimenta verò animæ sunt verbum Dei, opera bona. Vnusquisque igitur fidelis vno pede paulisper terram tangit, super alterum totus innititur: quia iis quæ sunt mundi, tantummodo ad necessitates corporis subleuandas vitur, sicut dicit Apostolus: Habetes autem victum & vestitum, iis contenti simus. In ea verò quæ ad salutem animæ pertinent totus incumbit, ne aliquando à via Dei, quæ salus animæ est, deuiet. Ad apertionem secundi sigilli demonstrandam, pauca de multis diximus, nunc ordinem persequamur. Sequitur, *Audiu secundum animal, dicens: Veni & vide*, id est intellige spiritualiter quæ à patriarchis facta cognouisti. *Et ecce equus rufus.* Hic color aureo coloti parumper appropinquat, veluti si aureo colori sanguineum admisceas. Nò incongruè sancti viri, qui ante legem fuerunt, huic colori comparantur: eo quòd & sapientia claruerint, quæ per aurum figuratur, & in persecutionibus & aduersis constantes fuerint, quæ per sanguinem figurantur. Sessor verò huius equi, Dominus est, qui in sanctis suis habitat. Huic sessori datum est, ut pacem sumeret de terra. Si pax bona est à Deo, de terra quomodo sumpta est? Sed est pax bona & est pax mala. Pacem malam filij Dei ante diluuium cū filiis hominum habuerunt, quado filias eorum acceperunt, & suas eis dederunt, idcoque cum illis aquis diluuij delati sunt. Sed & filiis Israel præcepit Dominus, vt scedus nò inirent cum Cananæis, neque filias eorum acciperent, nec filias suas illis darent. Nam de pace bona & mala Psalmista loquitur dicens: Cum electo electus eris, & cum peruerso peruerteris. Hanc ergo pacem Deus de terra sumpsit, quando iustos homines ab impijs separauit mente non corpore. *Et ut inimicem se interficiant.* A quibus pax ablata est, consequens est, ut alius ab alio interficiatur. Nam sæpe iusti iniustos, & iniusti iustos

Non satis declinare à malo, nisi & facias bonum.

Psalm. 119.

Alimenta anima.

1. Tim. 6.

De pace bona & mala.   
 Exod. 23.   
 Deut. 7.   
 Psalm. 17.

interficiunt, sicut Aran frater Abraham secundum traditionem Iudæorum in igne Chaldæorum, eo quòd ignem adorare noluerit, mortuus est: sicut Abraham quatuor reges pro suis impietatibus cum exercitibus interfecit: sicut filij Iacob qui pro stupro sororis omnes Sichimitas interfecerunt. Per gladium autem magnum, aquas diluuij accipere possumus, quibus omnis mundus deletus est. Possumus etiam per gladium magnum, exterminium quinque ciuitatum intelligere, quarum habitatores igne & sulphure perierunt, eorumque terram, quæ cum ipsis in abyssum demersa est. *Et cum aperuisset sigillum tertium.* Sigilli tertij apertio, ad legem & ad eos qui sub lege fuerunt pertinet. Ad demonstrandum ergo tertij sigilli apertionem, placuit vt pauca de Moyse & de iis quæ in lege irrationabilia esse videntur, dicamus. In Exodo scriptum est, quòd cum natus esset Moyses, absconditus est mensibus tribus à parentibus suis. Postea verò fecit ei mater fiscellam scirpeam, & liniuit eam bitumine ac pice, & posito intus infante, posuit eum in carecto ripæ fluminis. Moyses Christum figurabat, Per menses autem tres quibus absconditus est Moyses, tria tempora designantur. Vnum ante diluuium: secundum, post diluuium vsque ad Moysen: Tertium à Moyse vsque ad aduentum domini. In iis tribus temporibus, quomodo homines aduentus Christi secundum carnem latuit, à perfectis multis viris prædictum est. Per fiscellam verò scirpeam, beata virgo maria designata est. Mater ergo fiscellam scirpeam in qua Moyses ponebatur, præparauit, quia sapientia Dei, quæ est filius Dei, beatam Mariam virginem elegit, in cuius utero hominem cui per vnitatem personæ coniungeretur, formauit. Per bitumen verò quòd ab aquis solui non potest, virginitatem beatæ Mariæ, quæ nullo actu carnali violari potuit, intelligere possumus. Per picem autem, quæ custos est bituminis, humilitatem custodem cæterarum virtutum. De qua ipsa loquitur dicens: Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Per flumem verò, mundus. Per carectum in quo Moyses positus est, Iudæi designantur. Nam in sequentibus, in papyrione à filia Pharaonis, inuentus fuisse legitur. Eandem significationem habet carectum in hoc loco, quam & papyrus. Nam carectum, manus atrectantium vulnerare solet, ex papyro autem antiquitus libri conficiebantur. Per carectum ergo Iudæi designantur, qui prophetas medicos videlicet spirituales, qui vulnera eorum sanare cupiebant, interfecerunt. Idem etiam & per papyrum designantur, eo quòd in scripturis sibi à Deo traditis, gloriarentur, quas legebant & nò custodiebāt. Filia ergo Pharaonis Moysen à papyrione sustulit: quia ecclesia ex gentibus fidem Christi suscipiens, eundem Christum à Iudæis credere nolentibus, abstulit: filia verò Pharaonis, filia videlicet diaboli, populū ex gentibus figurauit. Postea cū idem Moyses, oues Iethro cognati sui pasceret, apparuit ei Dominus in igne flammæ rubi, videbaturque quòd rubus arderet, & nò combureretur. Possumus per rubum qui flammam ex se producebat, & nò comburebatur, beatam virginem Mariam intelligere, quæ filium Dei ex suo utero protulit, & virginitatem non amittit.

Traditio Iudæorum.   
 Gen. 14.   
 Gen. 34.   
 Gen. 7.   
 Gene. 19.

Exod. 2.

Historia de Moyse, mystice exponitur.

Beata virginis typus.

Luc. 1.

Exod. 2.

Iudæi medicos suos prophetas occiderunt.

Exod. 3.

Rubus ardens nec combustus, beata Virgo.



Alter.

In Athana. Symbolo. Exod. 3.

Moyſes inuitus ad poſto- ris munus trahitur.

I. Cor. 10.

Pulchra hū- militatis do- ctina pro pa- ſtoribus.

Exodi 4.

Virga in colubrum ver- ſa, quid ſigni- ficet.

ſit. Sed propter ea quæ ſequuntur per rubum, Chri- ſtum eſſe intelligendum exiſtimo, ſecundum quod homo eſt. Flamma verò rubi eius diuinitatem ſig- gurauit. Rubus ergo ardebat & non comburebatur, quia filius Dei hominem aſſumens, ſicut eius diu- nitas non eſt murata in humanitatem, vt admitte- ret quod erat: ſic nec eius humanitas per diuinitatē ardens, nō eſt abſumpta à diuinitate, vt admitteret humanitatem, ſed ex duabus ſubſtantiis humanita- tis atque deitatis, vnus Chriſtus permanſit & per- manet, ſicut ſcriptum eſt: Perfectus Deus, perfectus homo, ex anima rationali & humana carne ſubſi- ſtēs. Locutus eſt autē Dominus ad Moyſen de me- dio flammæ rubi: Ne appropinques huc, ſolue cal- ciamētum de pedibus tuis: locus enim in quo ſtas, ſanctus eſt. Videns vidi afflictionem populi mei qui eſt in Ægypto, & gemitum eius audiui, & deſcendi liberare eum. Sed veni mittam te ad Pharaonem, vt educaſ filios Iſrael de terra Ægypti. Poſt pauca, dixitque ad Dominum: Quis ego ſum, vt vadam ad Pharaonem, & educaſ filios Iſrael de Ægypto? Et in ſequentibus, Moyſes de filiis Iſrael loquitur ad Dominum dicens: Non audient vocem meam, ſed dicēt, Nō apparuit tibi Dominus. Et iterum: Obſe- cro Domine, mitte quē miſſurus es. Hæc verba de- monſtrant, Moyſen inuitum obediffe mādatis Do- mini, vt educeret filios Iſrael de terra Ægypti. Sed quærendum nobis eſt, cur tantus vir, Domini præ- ceptū inuitus executus ſit: verum hanc eius pertina- ciam ſpiritualiter intelligere debemus. Dicit enim Apoſtolus, Hæc autem omnia, in figura contingebant illis. Scripta ſunt autem ad correptionem no- ſtram, in quos fines ſeculorū deuenerūt. Per Moy- ſen igitur in hoc loco Apoſtoli deſignantur. In in- itio nāque prædicationis euangelicæ, Apoſtoli ſciēt- es electionē gētium, reprobationē eſſe Iudæorū, nolebant gentibus doctrinam euangelij tradere, vt de poteſtate diaboli eruerētur. Vnde & Dominus in viſione quadrupedū atque reptilū, Petrum ne gētes deſpiceret, docuit dicens: Quod Deus purificauit, tu cōmune ne dixeris. Ad hūc igitur ſenſum perti- net illud, quod Dominus dixit ad Moyſen, Ne ap- propinques huc. Solue calciamētum de pedibus tuis, & cætera. Ac ſi alicui ex magnis apoſtolis Do- minus dixiſſet: Quamuis mortuos ſuſcites, quamuis vmbra corporis tui ægrotos ſanes, in nullo tamen te mihi comparare audeas, quia magnū quod agis, nō eſt de te, ſed ego operor per te. Calciamēta au- tē pedes muniūt, ne terrā tangāt: per terrā verò, gē- tes deſignantur. Solue, inquit, calciamētū de pedi- bus tuis: id eſt, aufer odium & deſpectionem gen- tium de corde tuo. Locus enim in quo ſtas, terra ſancta eſt: id eſt, mundus in quo habitas meo ſan- guine redemptus eſt. Et in ſequentibus ſcriptū eſt, Dixitque Dominus ad Moyſen. Quid eſt quod te- nes in manu tua? At ille dixit, Virga. Ait illi, Proice eam in terrā. Quā cūm proieciſſet, verſa eſt in colu- brum, ita vt fugeret Moyſes: dixitque ei Dominus, apprehēde caudam eius. Quam cūm cōprehendiſ- ſet, verſa eſt in virgam. Per virgam Iudæi deſignan- tur. Moyſes virgam in manu tenebat, quia apoſtoli populum Iudæorum per amorem in corde tenebāt, totāque virtute laborant, vt eos per doctrinam ſan-

ctæ prædicationis ad ſalutem perducerent. Proie- cit Moyſes virgā de manu, quia apoſtoli vidētes Iu- dæos in Chriſtum nullo modo velle credere, amo- rē eorū à cordibus ſuis proiecerunt: per colubrum verò diabolus deſignatur. Verſa eſt igitur virga in colubrum, quia Iudæi ex prædicatione Apoſtolorū deteriores effecti, qui antē dicebantur populus Dei, facti ſunt filij & mēbra diaboli. Fugit Moyſes, quia Apoſtoli, relictis Iudæis, tranſierunt ad gētes. Per caudā verò, quæ finis eſt corporis: Iudæi qui in fine mundi naſciturū ſunt, deſignantur. Moyſes igitur caudam ſerpentis apprehēdit, atque in virgam verſa eſt, quia prædicatores ſancti in fine mundi Iu- dæos quodammo do apprehēdent, cūm per eorum doctrinā ad fidem Chriſti conuertentur, atque ex filiis diaboli, efficiuntur filij Dei. Nam & illud quod præcipiēte Domino Moyſes manum in ſinum mi- ſit, & leproſam retraxit, & iterum miſit, & ſana effe- cta eſt, eandem ſignificationem habet. Per manum nāque Moyſi, Iudæi deſignantur. Manum Moy- ſes in ſinum miſit, quia Apoſtoli Iudæorum ſalutē deſiderantes, eis doctrinam fidei prædicare nō ceſ- ſabant. Moyſes manum retraxit, & leproſam inue- nit: quia Iudæi ex prædicatione Apoſtolorū multo peiores effecti, in peſſimā lepram incredulitatis at- que blaſphemiæ delapſi ſunt. Moyſes iterū ma- num in ſinum miſit, & ſanam retraxit, quia prædi- catores ſancti in fine mundi, Iudæos in ſinum recipiētes, cūm eis fidem Chriſti prædicabant, cōſque ad ſanitatē, quam amiſerant, reduxerint. In ſequē- tibus quoque ſcriptū eſt, quod cū reuertetur Moy- ſes in Ægyptum, occurrit ei Dominus, & volebat interficere eum. Tulit illico Sephora acutiſſimam petram, & circūcidit carnem præputij filij ſui, teti- gitque pedes eius, & dixit, Sponſus ſanguinum tu mihi eſt. Et dimiſit eum poſtquam dixerat, ſponſus ſanguinum tu mihi eſt, ob circuncifionem. Si Do- minus occidere voluit Moyſē, quare nō fecit quod voluit, cūm Pſalmiſta dicat: Omnia quæcūque vo- luit, fecit: Sed volūtas ſæpe pro cōminatione poni- tur. Comminatus eſt igitur Dominus Moyſi mor- tē, eo quod in circuncifum filium ferret, ſicut ad A- brahā loquitur dicens: Omnis anima ex vobis quæ circuncifā nō fuerit, peribit de populis ſuis. Sed iſta prætermittentes, ad ſpiritalem intelligentiam re- curramus. Moyſes in hoc loco, eos qui ex gentibus crediderunt, deſignat. In initio nāque fidei Apo- ſtoli, & cæteri prædicatores, conſiderātes imbecil- litatem gentium Chriſti ſuſcipientium, no- luerūt eis auſteriora Chriſti præcepta primum tra- dere, ne fortē territi non auderent ad fidem Chriſti ſuſcipiendam accedere. Hæc ita eſſe apoſtoli Pau- lus demonſtrat, qui eis qui ex gētibus crediderant, per epiſtolam loquitur, dicens: tanquam paruulis in Chriſto, lac vobis potum dedi, & non eſcam. Non- dum enim poteratis, ſed nec adhuc ad hē poteratis. Adhuc enim eſtis carnales. Sed & Apoſtoli eis qui apud Antiochiā in Chriſtū crediderant, mādauē- runt dicētes: Placuit ſpiritu ſancto & nobis, nihil imponere vobis oneris, niſi vt abſtineatis vos ab eſcis quæ idolis immolantur, & à fornicatione & ſuffocato & ſanguine. Comminatus eſt igitur Do- minus Moyſi mortem, eo quod carnē præputij filij ſui

Manus Moſis leproſa quid ſignificet.

Exod. 4.

Pſalm. 115.

Voluntas pro cōminatione.

Genes. 17.

I. Corin. 3.

Acto. 15.

Matth. 7.

Matth. 10.

Circuncifio ſpiritualis.

Sponſus ſan- guinum Chri- ſti.

Exod. 14.

Baptiſmus.

Fides muris contra hoſtes inuiſibiles.

Exod. 15. Crux Chriſti legē ſuauem ſuit.

ſui circuncidere diſſimularet: quia credentibus ex gentibus, eo quod tepidi eſſent in charitate, Domi- nus mortem comminatus eſt, cūm eis præcepta Euangelij ſui antepoſuit, vbi ſcriptū eſt: Arcta & an- gulta via eſt, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui vadunt, vel qui intrant per eam. Et iterum, Qui nō baiulat crucem ſuam & ſequitur me, non eſt me di- gnus, & multa alia quæ de reſecatione vitiorum in Euangelio, & in dictis Apoſtolicis inueniuntur: per petram verò, Chriſtus intelligitur: acumen autē pe- træ, dura ſunt præcepta Euangelij. Tulit igitur Sephora acutiſſimam petram, & circūcidit carnē præ- putij filij ſui: quia eccleſia cernens filios ſuos nullo modo poſſe perfectam cōſequi ſalutem, niſi omnia deſideria carnalia ab eorum corporibus extirparet, tulit auſteriora præcepta Euāgelij, & amputauit à corporibus filiorum ſuorum omnia nutrimenta vi- tiorum: in pedibus verò ſanis eſt corporis. Sephora igitur poſt circūcifionem pedes filij ſui tetigit, quia ille circūcifionem ſalutiferā percipit, qui in bono quod cepit, vſque in finē vitæ perfeuerat. Poſtquam autē Sephora pedes filij ſui tetigit, iam nō filium, ſed ſponſum vocat: ſponſus verò eccleſiæ, Chriſtus eſt. Sed & ipſa eius ſponſa vocatur, ſicut dicit Ioannes Baptiſta: Qui habet ſponſam, ſpōſus eſt: quē & ſpō- ſum ſanguinū vocat, quia Chriſti ſanguine eſt redē- pta. Filij ergo eccleſiæ poſt circūcifionem vitiorū, & in bonis operibus conſumationē, iam nō filij, ſed ſponſi vocantur, quia illi cōiuncti ſunt in cœlis per copulationē mēbrorum, qui ſponſus eccleſiæ in ter- ra vocatur, & eſt. Et quoniā non poſſumus omnia, quæ per Moyſen in Ægypto geſta ſunt commemo- rare, pauca de iis quæ poſt egreſſionē Iſraēlitici po- puli ex Ægypto ab eis geſta ſunt, ponamus. Filij igitur Iſraēl vt Pharaonē & Ægyptios euaderent, per medium ſicci maris tranſierūt, & aquæ eis crāt qua- ſi pro muro à dextris & à ſiniſtris. Similiter & popu- lus gentiū, vt diabolū, omneſque eius ſatellites eua- derent, per aquam baptiſmatis tranſierunt. Et qui antea fuerunt filij diaboli, ex aqua & ſpiritu ſancto, qui per columnā ignis deſignabatur, renati, effecti ſunt filij Dei. Aqua ergo maris filios Iſraēl ſaluauit, Pharaonem verò cūm omnibus ſatellitibus ſuis necauit, quia aqua baptiſmatis, imaginem Dei ſaluatoris, peccata quibus ſeruierat, extinguit, diabo- lus autē vnicique extinguitur, qui cum fideliter cū omnibus pōpis eius abrenuntiat. Aquæ verò quæ pro muro eis erant à dextris & à ſiniſtris, fidem de- ſignabāt noſtram, quam in baptiſmate percepiſmus, quæ murus eſt noſter ex vtraque parte defendēs nos, & ab inuiſibilibus hoſtibus, & à viſibilibus. Poſt trā- ſitū maris rubri, venerūt in Marach, vbi aquas ama- ras inuenerūt, quas bibere non poterāt. Et oſtendit Dominus Moyſi lignū, quod cū miſiſſet in aquas, in dulcedinē verſæ ſunt. Per aquas amaras, lex Moy- ſi deſignatur: per lignū autem, paſſionem Chriſti, eo quod in ligno crucis cōpleta fuerit, debemus intel- ligere. Populus igitur qui ex Ægypto egreſſus eſt, aquas amaras inuenit, quia legem acceperunt quæ implere non potuerūt, ſed gentibus ad fidem Chri- ſti venientibus amaritudo legis per paſſionem & re- ſurrectionem Chriſti in dulcedinem verſa eſt, quæ ab eis ſpiritualiter non carnaliter intellecta eſt. Illud

etiam quod in Elym duodecim fontes repererunt, & caſtra metati ſunt iuxta aquas, eandem ſignifica- tionē habet. Per aquas nāque duodecim fontium, doctrina noui teſtamenti deſignatur, quæ à duode- cim fontibus, id eſt, à duodecim Apoſtolis per vni- uerſum mundum emanauit. Per ſeptuaginta autem palmas, vetus teſtamentum deſignatur, eo quod in- terpretatio ſeptuaginta interpretum, ad notitiam gētium vſque peruenerit. Iis nihilominus intermiſſis pauca de iis quæ in lege irrationabilia eſſe videntur, dicamus. Præcepit nāque Dominus filiis Iſraēl, Nō coques hœdum in lacte matris ſuæ. Et iterum, Non arabis ſimul in boue & aſino, & non induas veſtem, quæ ex lana linōque contexta eſt. Quid igitur pec- cat quis, ſi hœdum in lacte matris coquat? aut quid agricolæ delinquit, ſi cum bobus & aſinis, terram vomere ſcindat? aut quid offendit aliquis, ſi veſtem ex lana linōque contextam induat? Sed ſpiritualiter hæc omnia intelligenda ſunt. Per hœdum nāque, vnusquisque peccator deſignatur. Mater hæc no- ſtra, primi parentes fuerunt, ex quibus omnes pro- creati ſumus: lac verò matris, vitia ſunt, quæ de ori- ginali peccato proceſſerūt. Niſi enim originale pec- catū fuiſſet, vitium nullū eſſet. De hoc matris lacte Pſalmiſta loquitur dicens: Ecce enim in iniquitati- bus conceptus ſum, & in delictis peperit me mater mea. Hœdus igitur in lacte matris coquitur, dum quilibet peccator, igne vitiorum, vſque ad diē mor- tis ſuæ exurit. Præcepit ergo Dominus, ne coquat hœdus in lacte matris ſuæ, id eſt, vt peccator nō ſinat vſque in diem mortis ſuæ ſe in peccatis perma- nere: ſed ante diem mortis ſuæ, ad bona opera agen- da reuocetur, ne pereat. Nō arabis ſimul in boue & aſino, Per bouem, Apoſtolos, cæterōſque prædica- tores: per aſinum populum Iudæorū poſſumus in- telligere. Aramus verò quando ſecundum traditio- nem ſanctorū, noſmetipſos in bonis operibus exer- cemus. In boue igitur & aſino ſimul arat, quicūque doctrinam Apoſtolorum, traditionēſque Iudæo- rum ſimul ſeruare nititur. A qua doctrina Paulus a- poſtoli Galatas reuocare ſtudit, cūm diceret: O inſenſati Galatæ, quis vos ſalcinauit veritati non o- bedire? Dico enim vobis, quoniā ſi circūcidami- ni, Chriſtus vobis nihil prodeſt. Poſſumus etiā per bouem, quemlibet ſapientem prædicatorem: per aſi- num verò, ſtultum intelligere. Præcipitur ergo, vt non aretur ſimul in boue & aſino, id eſt, vt nō copu- letur ſtultus ſapienti in prædicationis officio. Hoc autem quod dicit, Non induas veſtem ex lana, linō- que contextam, ſecundum ſuperiorem ſenſum poſ- ſumus intelligere. Per lanam nāque, quæ veſtis eſt ouium, doctrinam Apoſtolorū: per linū verò, quod ex terra oritur, doctrinā Iudæorum poſſumus intel- ligere. Veſtē ergo induimus, cūm noſmetipſos bo- nis operibus circūdamus: ex lana autem linōque contexta vitur veſte, qui cum traditionibus A- poſtolorum, etiam traditiones Iudeorum vult obſer- uare. Præcepit etiam Dominus Moyſi, vt ſi quis le- proſus mūdatus eſſet, veniret ad ſacerdotem, & of- ferret duos paſſeres ſacerdoti. Ex quibus ille vnum immolans, decurrere faceret ſanguinem eius in aquam viuētē, & intingens paſſerem viuū in a- quas, in quib⁹ ſanguinē immolati paſſeris decurrere

70. Interpre- tes.

Laci nonnulli legis diffici- les, & quoru ratio facile non apparet, exponuntur. Exod. 23. Dent. 12.

Pſalm. 50.

Hœdus in lac- te matris.

Traditiones Iudæorum nō tenenda. Galat. 3.

Leuit. 14.

Leproſi mū- datio cum ce- remoniis an- nexis quid ſi- gnificet.

fecerat, cum lino cedrino, lana coccinea, & hyssopo aspergeret septies leprosum, & tunc ritè mundaretur. Per sacerdotem, Christus intelligitur: per duos verò passeres, duorum testamentorum doctores intelliguntur: per aquas autem viuentes, præcepta Euangelij designantur, de quibus Dominus dicit in Euangelio: Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Aquas viuas vocat, eo quòd vitam æternam præstet facientibus ea. Per passerem igitur immolatum, sicut diximus, doctores Iudæorum, sacerdotes videlicet, Scribæ & Pharisei designantur. Sanguis verò, qui vitam passeri præstabat, spiritualis est intelligentia, quæ in obseruationibus Iudæorum latebat. Et sicut passer sine sanguine mortuus efficitur, ita & multæ obseruationes Iudæorum, si spiritualis intelligentia defuisset, vanæ esse viderentur. Postquam ergo sanguis passeris apparuit, atque in aquas viuas decurrit, passer mortuus est: quia postquam spiritualis intelligentia, quæ in obseruationibus Iudæorum latebat, per gratiam Domini nostri Iesu Christi manifestata est, obseruationes legales nihil profuerunt: sed & ipsi qui propter custodiam legis fidem Christi spreuerunt, secundum animam mortui sunt. Sanguis igitur passeris, aquis viuentibus admixtus est: quia omnis scriptura, quæ ad nouum testamentum pertinet, spiritualibus intellectibus repleta est. Per lignum verò cedrinum pater: per hyssopum, filius: per lanam autem coccineam, quæ fulgorem ignis habet, spiritus sanctus designatur. Iis tribus qui ritè mundari volebat, aspergebatur: quia nullus per aquam baptismatis à lepra peccatorum mundari potest, nisi sub inuocatione patris & filij & spiritus sancti. Sed si per hæc tria, pater & filius & spiritus sanctus designantur, cur passer viuus quartus adiungitur? Per passerem namque viuum, prædicatores noui testamenti designatos fuisse diximus. Sacerdos ergo ligno cedrino, cocto, & hyssopo passerem viuum adiungebat: quia Dominus noster Iesus Christus in inuocatione sui nominis, & patris & spiritus sancti, adiungit ministerium sacerdotum, nosque à peccatis nostris, qui per leprosum designamur, per eorum inuocationem, & per aquam baptismatis abluit. Qui passer in aquis viuentibus intingi iubetur: quia qui alios docet in diuinis scripturis, doctum esse oportet. Nam si cæcus cæcum ducere tentauerit, ambo in foueam cadunt. Qui leprosus, septies aspergi præcipitur, quia nullius munditia sine donis septem spiritus sancti perfecta esse potest. Quis enim sine timore Dei, sine pietate, cæterisque virtutibus saluus esse potest? Sed cum vnusquisque à prædicatoribus fidei, qualiter viuere debeat, secundum mandata Dei docetur, septies aqua viua aspergitur. Post emundationem verò leprosi, passer viuus in agro auolare sinebatur: quia prædicatores sancti post expletum officium prædicationis suæ, in agro patriæ cælestis auolare promerentur. In alio quoque loco scriptum est, quia præcepit Dominus Moysi, vt offerrent filij Israël sacerdoti caprum emissarium, ponerétque sacerdos manum super caput eius, & confiteretur super eum peccata filiorum Israël, & mitteret eum per hominem paratum in desertum, vt portaret peccata filiorum

liorum Israël in desertum. Ille autem qui caprum emissarium in desertum ducebat, non permittebatur in castra ingredi, nisi prius lauaret vestimenta sua. Eandem significationem habet sacerdos, quàm & caper emissarius: significant enim Dominum nostrum Iesum Christum. Sacerdos igitur super caprum emissarium peccata filiorum Israël confessus est, quia filius Dei peccata generis humani super hominem què assumpsit posuit, vt pro eis ipse moreretur. Per desertum verò, cuius habitatione omnes delitiosi perhorrescunt, crux designatur, cunctis reis valde horribilis. Duxit ergo homo paratus caprum emissarium in desertum: quia Iudæi qui ad hoc scelus perpetrandum præstiti fuerant, Dominum nostrum Iesum Christum crucifixerunt. Illi autem qui caprum emissarium in desertum duxerat, præceptum est vt lauaret vestimenta sua, & sic ingrederetur in castra: quia Iudæi interfectores Christi in castra ecclesiam ingredi non potuerunt, nisi prius aqua baptismatis abluerentur. Et in Deuteronomio præcepit Moyses filiis Israël, dicens: Si transieris per agrum, & inueneris auem incubantem super pullos suos, ne teneas auem cum pullis suis, sed dimitte auolare auem in campum, & captos tene filios, vt longo viuas tempore, in terra quam Dominus Deus tuus dederit tibi. Nunquid dimissa auicula dies alienos augere poterat? Nō. Sed spiritaliter intelligendum est. Per auem vnaquæque sancta anima designatur: per pullos autem eius, bona opera intelliguntur. Nam sicut auis pullos suos sub alas congregat, vt eos fouendo nutriat: ita vnaquæque sancta anima, opera sua intra cordis secreta recondit, & ea semper augendo multiplicat & nutrit, vt ex iis mercedem plenissimam recipiat. Auem itaque cū pullis suis inuenimus, cum aliquem iustum pro suis bonis operibus amando amplectimur. Auem in agro auolare permittimus, cum eum què diligebamus, per mortè ad regna cælestia cōscendisse gaudemus. Filios verò eius captos tenemus, si eius bona opera in mente retinemus, atque in eorum imitatione proficimus. Et in hoc longitudinem vitæ nobis adquirimus, quæ non nisi in cælesti beatitudine constitutis datur. De apertione tertij sigilli, pauca de multis diximus, nunc ordinè prosequamur. Et audini tertium animal, dicens: Veni & vide. Id est, intellige spiritaliter scripturam legis. Et ecce equus niger, & qui sedebat super eum, habebat stateram in manu sua. Per equum nigrum, doctores legis possumus intelligere. Nigredo enim equi, siue obscuritatem legis quam docuerunt, siue duritiam designat. Nam & Moyses velamen habebat super faciè suam, eo quòd splendor vultus eius, id est, spiritualis intelligentia in lege, à lippientibus oculis non posset videri: sessor autè equi, Dominus est: statera verò, æquitatè iudicij legalis demonstrat, vt est istud: Animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, pedem pro pede, & quale infixit quis malum, tale & sustinere cogatur. Et audini in medio quatuor animalium, dicentem. potest per vocem quæ facta est in medio quatuor animalium vox ecclesie accipi, Domini misericordiam implorantis. Sequitur. Bilibris tritici denario, & tres bilibres ordei denario, & vinum & oleum, ne læseris. Magna sunt quæ proutulit,

1047. 4.

Baptismus.

Pastores erudituri esse debent.

Matth. 15.

Leuit. 16.

Deut. 22.

Bona opera.

Bonorum imitatio.

Exod. 34.

Exod. 21.

Scriptura panis anima.

Jacob. 1.

Matth. 11.

Bona opera.

Matth. 22. Vetus testamentum in 3. partes diuisum.

Hebr. 7.

Lex spiritaliter intelligitur.

Matth. 20.

tulit, & valde obscurat. Per triticum nanque, ex quo panis optimus conficitur, diuinam scripturam possumus accipere, quæ est panis animarum: duæ verò librae tritici, duo testamenta designant, quibus diuina scriptura diuiditur. Ex iis duabus libris tritici, magnam ciborum copiam nobis sancti patres præparauerunt, qui eam multipliciter exposuerunt: denarius autem Domini nostri Iesum Christum designat. Binæ ergo librae tritici denario copulantur: quia quod sancta scriptura loquitur, ad vnus Dei omnipotentiam, magnitudinè, bonitatem, atque seueritatem pertinet. Quicquid enim boni erga proximos agimus, de illo est, non de nobis. Per asperitatem verò ordei, opera sanctorum designantur. Quæ asperam quidem videntur per operationem, sed spes ea sua uia fecit, sicut dicit Dominus, Iugum meum suauis est & onus meum leue. Tres autem bilibres ordei sunt. Nō inconuenienter ergo per binarium numerum, qui perfectus est, opera sanctorum designantur: quia perfectio sanctorum ex bonis operibus accreuit. Tres bilibres ergo ordei, denario cōiunguntur: quia quicquid boni electi in hoc seculo operantur, quidquid aduersi patiuntur pro amore vnus Dei omnipotentis, agunt & patiuntur. Aliter. Per equum, ij qui per legem salui facti sunt, designantur. Per ascensionem eius, ipse dator legis, per stateram verò, æquitas iudicij eius. Consequens est igitur, vt per binas libras tritici, & per tres libras ordei vetus testamentum intelligamus. Per binas ergo libras tritici, duo præcepta charitatis, quæ in lege & prophetis specialiter commendantur designantur: sicut Dominus dicit in Euangelio, In iis duobus mandatis, tota lex pendet & prophetæ. Et per tres bilibres ordei, vetus testamentum possumus accipere, eo quòd in tres partes ab Hebræis diuidatur, in prophetas, in legem, in agiographa. Nec inconuenienter per ordeum, quòd asperum habet corticem, vetus testamentum designatur, propter asperitatem corticis sui. Medullam continet, ex qua panis conficitur, ita & infra literam veteris testamenti, spiritualis intelligentia continetur: ex qua à magistris ecclesie doctrinæ spiritualis conficitur, ad nutrimenta fidelium proficiens. Scribit enim Apostolus Paulus, quia nullum ad perfectum adduxit lex. Nullum scilicet eorum, qui eam carnaliter intelligunt, & operantur: eos verò qui eam spiritaliter intelligunt & operantur, ad perfectionis culmen sine dubio erigit. Tres ergo librae ordei duplicantur, vt ad senarium, qui perfectus est numerus, perueniant: cum vetus testamentum à doctoribus ecclesie, primo historialiter postea spiritaliter intelligitur, eiusque spiritualis intelligentia operibus impletur. Per denarium autem, æterna vita designatur, sicut Dominus dicit in Euangelio. Precatur igitur dominum ecclesia & dicit: Bilibris tritici denario, & tres bilibres ordei denario, id est, iis qui duo præcepta charitatis secundum doctrinam legis atque prophetarum, patribus videlicet veteris testamenti: similiter & eis qui vetus testamentum spiritaliter intelligunt & operantur, id est, fidelibus ecclesie denarium vitæ æternæ dignetur largiri. Per asperitatem verò vini, actiuam vitam: per pinguedinem olei, contemplatiuam possumus accipere. Quod ergo dicit, Vinum & oleum ne læseris, tale

est ac si diceret, eos qui tibi per actiuæ vitæ opera siue contemplatiuæ seruire studuerunt, ne læteris cum ad iudicium veneris. Sequitur: Et cum aperuisset sigillum quartum. Apertio sigilli quarti ad prophetas pertinet, qui aduentum Christi, passionem, & resurrectionem eius, vocationemque gètium & aperto sermone, & per varias figuras prædixerunt. Saluator igitur noster, quartum sigillum aperuit, quando intelligentiam prophetarum doctoribus ecclesie præbuit. Sed de dictis prophetarum, non est nobis necesse quicquam dicere, eo quòd ab eisdem doctoribus expositi sunt. Et quia nō solum quæ à prophetis scripta sunt, sed & quæ ab eis gesta sunt, spiritalem habent intelligentiam, pauca de iis quæ per Dauid, Heliam, & Helisæum gesta sunt, dicamus. In Regum volumine scriptum est, quia cum Dauid vellet pergere ad pugnam contra Philistæum, dicat ad Saul: Palsebat seruus tuus gregem patris sui, & veniebat leo vel vrsus, tollebat que arietem de medio gregis, & insequeretur percutiebantque eos, eruebantque eum de ore eorum. Et illi confurgebat aduersum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam, interficiebantque eos. Nam & leonem & vrsum interfeci ego seruus tuus. Dauid Christum significat. Per leonem autem & vrsum, persecutores ecclesie designantur. Per leonem, imperatores, & cæteri principes terræ. Per vrsum Iudæi designantur, qui ecclesiam Dei persecuti sunt. Per arietem verò, martyres designantur. Leo igitur & vrsus venit, atque arietem de medio gregis abstulit: quia persecutores, quosdā de ecclesia fideles rulerunt, atque pro Christi nomine interfecerunt. Et sicut Dauid leonem & vrsum insecutus percussit, atque arietem de ore eorum eruit: similiter & redemptor noster quosdā ex persecutoribus persecutus est, quando eis poenam quam merebantur, in præsentis seculo irrogauit, sicut primo Herodi, & iterum secundo, & tertio, & multis aliis. Percussit quippe, quando æterna morte dannauit. Arietem de ore eorum eruit, quia populum fidelium de laceratione eorum liberauit. Et iterum illi confurgebant aduersum Dauid, quia tēporibus persecutorum cum alij puniretur, alij contra Christum insurgent, vt eius nomen atque culturam funditus extinguerent. Sed Dauid apprehendebat mentum eorum, & suffocabat, interficiebantque eos. Per mentum quod ori eorum appropinquauit, blasphemie Iudæorum atque Paganorum designantur. Christus mentum persecutorum apprehendit, & suffocauit, interfecitque eos, quādo imperatoribus in Christum credentibus, omnis cultura & error gètilium ita suffocatus est, vt nullus persecutorum auderet os ad blasphemandum Christum aperire. Item, idem Dauid cum ad bellum cōtra Philistæum iret, baculum suum tulit secum, quem semper habebat in manibus, elegitque sibi quinque limpidiſsimos lapides de torrente, & misit eos in peram quam habebat secum, & fundam manu tulit, & processit contra Philistæum. Per baculum quo homo sustentatur, Apostoli designantur, qui Christum quasi sustinuerunt, cum opus propter quod in mundum venerat compleuerunt, sicut dicit Apostolus Paulus, Dei adiutores sumus. Per peram autem, eius humanitas designatur. Per quinque lapides, quinque libri Moysi, quos in

1. Reg. 17.

De his vide 1. f. de bello Iud. 11. ca. ult. & l. 13. cap. 10.

De morte ter. tij vide act. 1.

1. Reg. 17.

1. Cor. 3.

peram misit, quia scientia quinque librorum, homini quem assumpserat dedit: per fundam autem, eius lingua accipere possumus. Profectio vero David contra Philistaeum, duobus modis secundum allegoriam intelligi potest. Profectus namque Saluator noster contra Philistaeum, quando ductus est in desertum a spiritu sancto, ut tentaretur a diabolo, vinceretque diabolum. Quinque lapides David in peram misit, sed ex vno Goliath prostravit: quia Saluator noster scientiam quinque librorum equaliter possedit, sed ex vno, id est, Deuteronomio tria testimonia assumpsit, ex quibus tres tentationes diaboli devicit. Et sicut David funda lapidem iecit, & Goliath interfecit: ita & Dominus noster Iesus Christus lingua sanctae scripturae testimonia protulit, & diabolum superavit. Aliter: Perrexit David ad pugnam contra Philistaeum: similiter & Christus ut diabolum vinceret, ad passionem properavit: David lapide Goliath deiecit, similiter & Christus diabolum morte sua peremit. Cumque gladium non haberet in manu David, tulit gladium Philistaei, & caput illius amputavit. Iste est gladius de quo diabolus primum hominem, deinde genus humanum usque dum a Christo redimeretur interfecit. Hunc gladium incurrimus, cum peccamus. Sed hunc gladium Christus non habebat, quia peccatum non fecerat, nec inventus fuerat dolus in ore eius. Originali quoque peccato obnoxius non erat, quia in peccato ortus non fuerat. Christus itaque qui mortem ex debito non habebat, a diabolo qui author eius erat, mortem mutavit, & per eam eundem principem mortis interfecit. Per caput autem Philistaei, genus humanum in hoc loco designatur. Praecidit David caput Philistaei, quia Christus a corpore diaboli, electorum multitudinem separavit. Detulit illud in Hierusalem, quia multitudinem electorum in caelesti beatitudine, quae Hierusalem vocatur, collocavit. De Helia vero & Heliaso quamvis eorum facta plena sint spiritualibus sensibus, ea tantummodo proferamus, quae a domino in Evangelio commemorata sunt. Nam cum venisset Dominus in Nazareth, dixerunt ei concivici eius, Quanta audivimus facta in Capharnaum, fac & hic in patria tua. Dixitque eis: Amen dico vobis quia multae viduae erant in diebus Heliae in Israel, quando clausum est caelum, & ad nullam illarum missus est Helias, nisi in Sarepta Sidoniae ad mulierem viduam. Et multi leprosi erant in diebus Heliae in Israel, & nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus. In Regum volumine scriptum est quia cum coepisset Achab rex Israel Heliam persequi, praecipiente Domino abiit in desertum, & sedit iuxta torrentem Charib: corui quoque deferebant ei panes & carnes mane, & panes & carnes vespere, & bibebat de torrente. Helias Christum figurabat. Per torrentem autem Charib, legem debemus intelligere. Charib, interpretatur mendacium, non quod lex mendacium sit. Solent namque prudentes proponere auditoribus suis parabolas, ut apertius intelligantur ea quae dicere volunt, & introducunt bestias & aves loquentes. Quod si sola verba parabolarum attendas, mendacium esse perspicies: si vero sensum, veritatem probabis. Similiter & quaedam praeccepta legalia, si literam tantummodo, attendas inutilia tibi videbuntur, si spiritaliter intelligentiam,

Zach. 4.

1. Petr. 2.

Luc. 4.

3. Reg. 17.

4. Reg. 5.

3. Reg. 17.

Spiritualis intelligentia

veritas tibi magna in litera refulget. Quaedam igitur praeccepta legalia, Iudaeis mendacium sunt, quia ea carnaliter intelligunt, nobis autem veritas, quia ea spiritaliter intelligere curamus. Per coruos vero sacerdotes Iudaeorum designantur, velamine cordium suorum tenebrosi: per carnes iuge sacrificium quod mane & vespere offerebatur. Panes autem, panes propositionis demonstrant, quia assidue in conspectu domini ponebantur. Bibebat vero de torrente, quia in observationibus legalibus, Christus delectabatur. Post dies autem multos, siccatus est torrentis quia veniente Christo in carne & praedicante, observatio legalis cessavit, atque ab illo tempore nihil profuit, sicut dicit dominus: Lex & prophetae usque ad Ioannem, & caetera. Et iterum dicit ad Israel per prophetam: Ne offeratis ultra sacrificium frustra, incensum abominatio est mihi. Neomenias & sabbata vestra non feram, iniqui sunt coetus vestri. Sequitur: dixit dominus ad Heliam: Vade in Sareptam Sidoniorum, & manebis ibi: praecipi enim ibi mulieri viduae, ut pascat te. Qui confurgens, abiit in Sareptam. Helias in Sareptam abiit, quia Iudaeos perfidos Christus derelinquens, per Apostolos suos, pertransiit ad gentes. Sarepta enim, succensa interpretatur, vel angustia panis. Gentiles quippe qui erant civitas diaboli, & qui per Sareptam designantur, igne vitiorum succensi erant. De hoc igne scriptura dicit: Omnes vos accendentes ignem accincti flammis, ambulante in lumine ignis vestri, & in flammis, quas succendistis vobis. Illi namque flammis accincti sunt, qui igne vitiorum, undique exuruntur, qui & angustia panis vocantur: quia nullus praedicator unquam ad eos accesserat qui pabulum verbi dei eis impartiret. Cumque venisset ad portam civitatis, apparuit ei mulier vidua, colligans ligna. Eandem significationem habet mulier, quam & civitas. Significat enim ecclesiam ex gentibus congregatam. Vidua enim erat, quia deum virum suum peccatis suis exigentibus perdidit. Et vocavit eam, dixitque ei: Affer mihi paululum aquae in vase ut bibam. Minora petiit, ut ad maiora perveniret. Possumus namque per paululum aquae, quod animam sitientis refrigerat, voluntate audientium intelligere: quia sicut sitientis linguam aqua refrigerat, ita & praedicatorum mentes promptus animus auditorum. Cumque illa pergeret ut afferret, clamavit post tergum eius dicens: Affer mihi & buccellam panis in manu tua. Quasi post tergum nobis est, quod ignoramus. Helias ergo post tergum mulieris clamavit, quia praedicatorum sancti, gentibus deum quem ignorabant praedicaverunt. Unde & per buccellam panis, initium fidei possumus intelligere. Et quia illi competenter ad fidem veniunt, qui student prius peccata sua confiteri, recte subditur: Dixitque mulier, Vivit dominus deus tuus, quia non habeo panem, nisi quantum potest pugillum capere farinae in hydria, & paululum olei in Lechyto, vas erat in quo oleum servabatur. Possumus vero per farinam, rationem: per oleum autem, opera misericordiae intelligere. Gentilis ergo populus cognoscens se graviter errasse, confitebatur nihil in se boni esse, nisi tantummodo quod parum rationis, & parum ex operibus misericordiae videretur habere. Gentiles namque parum rationis habebant, quia ex parte

Num. 18. Exod. 25.

Matth. 11. Esa. 1.

1. Reg. 17. Gentes civitas diaboli. Esa. 50.

Iob. 4. 2.

praedicatoris merces.

Luc. 21.

4. Reg. 5.

Baptismus.

te rationabiles, ex maxima autem parte, irrationabiles erant. Quid enim irrationabilius, quam dicere ligno aut lapidi, Deus meus es tu? Habebant & parum misericordiae: quia ipsa natura, saepe eos ad hoc impellebat, ut miseris subveniret. Per vasa vero in quibus farina & oleum continebatur, eorum corda designantur. En colligo duo ligna ut ingrediar, & faciam illud mihi & filio meo, ut comedam, & moriamur. Ligna quae in civitate colliguntur, nihil utilitatis habent, nisi ut igni comburatur. Per ligna igitur, errores gentilium, diabolica fraude inveniunt, designantur. Mulier ligna duo colligebat, quia gentilis populus ex doctrina philosophorum atque poetarum diversos errores colligebat, pro quibus perpetuo incendium traderetur. Sed quid est quod dicit, ut comedamus & moriamur? Nos enim ideo comedimus, ut vitam in corpore servemus. Haec autem ideo se dicit comedere ut moriatur, quia doctrina gentilium mortem magis infert, quam vitam. Ad quam Helias: Vade & fac sicut dixisti. Veruntamen fac mihi ex ipsa farina subcineritium panem parvulum, & affer ad me, tibi autem & filio tuo facies postea. Per panem, fides: per cinerem vero saepe poenitentia designatur, sicut dicit beatus Iob ad Dominum: Idcirco ipse me reprehendo, & ago poenitentiam in favilla & cinere. Panis igitur cinere cooperitur, cum quilibet infidelis ad fidem veniens, primum studet deslere mala quae fecit, ut convenientius ad fidem Christi percipiendam, quae in baptismo datur, accedat. Helias itaque praecipit mulieri, ut ex farina panem faceret, sibi que deferret: quia praedicatorum sancti gentes hortabantur, ut ex rationis bono quod a Deo perceperat, cibum fidei Deo praepararent, sibi que deferret: fide namque unusquisque ad baptismum veniens, praedicatori defert, cum ad interrogationem sacerdotis qualiter credat, confitetur. Helias panem quem mulieri facere praecipit, comedit: quia profectus filiorum, merces est praedicatorum. Quapropter Helias mulieri praecipit, ut sibi primum, postea sibi & filio suo panem praepararet: quia conversio peccatoris, praedicatori primum imputatur. Postea vero conversus, panem sibi praepararet, cum in bonis operibus semetipsam exercens, ut haeres caelestis patriae fiat obtinet. Quod autem ait Helias, Hydria farinae non deficiet, nec lechyto olei minuetur, usque in diem in qua daturus est Dominus pluviam super terram, illud significat quod fides ab electorum cordibus bona opera non deficient, usque dum Dominus ad iudicium cum omnibus sanctis suis veniat. Similiter & Helias Christum figurabat: Naaman vero, populum gentium. Multi leprosi erant in Israel, & nemo eorum mundatus est, nisi Naama Syrus. Quia veniente Christo in carne, & Iudaei & gentes lepra peccatorum suorum circumdacti erant. Sed Iudaeis in iniquitate sua permanentibus, gentes a lepra peccatorum suorum mundatae sunt. Praecipit ergo Helias Naaman, dicens: Vade & laquare septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, atque mundaberis. Abiit & lauit in Iordane septies, & restituta est caro eius sicut caro pueri parvuli, & mundatus est a lepra. Aqua Iordanis baptismum figurabat, eo quod in ea Christus baptizatus sit. Naama aquis Iordanis ablutus est, & a lepra mundatus: quia populus gentium aqua sacri baptismatis a lepra pecca-

torum suorum est expurgatus. Septena vero eius lautio, septiformem spiritum sanctum figurabat, per cuius operationem, remissio peccatorum in baptismo datur. Quia sicut corpus visibiliter aquis baptismatis, ita anima invisibiliter per operationem spiritus sancti a peccatis omnibus emundatur, Giezi autem qui pretium sanitatis Naaman recepit lepraque eius hereditavit, eos designat qui doctrinam suae praedicationis hominibus vendunt, quos Dominus in Evangelio non pastores sed mercenarios vocat. Helias igitur sanitatem contulit, & Giezi pretium accepit: quia ab eis quos divina misericordia saluat, peruersi doctores pretium sanitatis exigunt. Et ideo haeredes lepra eorum efficiuntur, quia in malis quae isti per gratiam Dei contempserunt, permanentes, damnationem sibi perpetuam adquirent. De apertionibus quatuor sigillorum quae ad vetus testamentum pertinere certum est, pauca de multis diximus: ut demonstrarem nihil aliud esse sigillorum apertionem, nisi demonstrationem spiritalium sensuum in veteri testamento quae nobis per Christum facta est. Sequitur: Et ecce equus pallidus, & qui sedebat super eum, nomen illi mors, & infernus sequebatur eum. Videtur haec quae de equo quarto dicitur, ad Antichristum pertinere. Sed quia superiores tres equites in bona parte interpretati sumus, ut conveniret cum apertionibus trium sigillorum, ordinis reconditudo cogit, ut & istum in bona parte intelligamus, quatenus concordet cum apertione quarti sigilli, quae ad prophetas pertinere demonstravimus. Equus igitur pallidus, prophetas significat. Pallor vero, diversis modis accidit hominibus. Aliquando namque pauore, aliquando languore, aliquando morte, totum corpus occupate, multisque modis aliis pallefcunt homines. Propheta ergo qui populo peccati praedicabat quod in rapinam & gladium, & perditionem daretur, non inconuenienter color pallidum habuisse dicitur. Sessor huius equi, Dominus est, qui in prophetis suis inhabitavit. Sed valde durum videtur, quod nomen mortis habuisse dicitur. Ipse enim vita est omnium electorum suorum, sicut ipse dicit: Ego sum vita. Sed si diligenter scripturas divinas inspexerimus, inuenimus Dominum nostrum Iesum Christum, etiam mortem vocari. Nam sicut vita est omnium electorum, quibus quotidie vitam aeternam largitur, ita & mors dici potest reproborum, quos pro sceleribus suis quotidie morti tradit perpetua. Ipse enim habet potestatem, animam & corpus perdere in gehennam. Nomen ergo mortis habuisse dicitur, qui Israelitico populo peccanti mortem intulit, sicut in cantico Deuteronomij ipse manifeste demonstrat, cum dicit: Ignis succensus est in furore meo, & ardebit usque ad inferni nouissima, deuorabitque terram cum germine suo, & montium fundamenta comburet, & caetera. Hunc equitem infernus sequebatur, quia omnes qui comminationes prophetarum, quas ex ore Domini ad populum protulerant, contempserunt, infernus absorbit. Unde & sequitur: Et data est ei potestas in quatuor partibus terrae occidere in gladio, & fame, & morte, & bestiis terrae. Per quatuor partes terrae, omnis terra designatur. Qualiter autem in gladio, & fame, & morte, & bestiis terra consumpta fuerint, libri prophetarum atque regum aperte demonstrant. Quarendum vero nobis est, cur apertio quatuor sigillorum ad vetus testamentum,

Pastores Giezi.

Ioan. 14.

Matth. 10.

Dent. 23.



Novum testamētum

Matth. 5.

Luc. 21.

Matth. 6.

Amos 5.

trium vero ad novum pertineat. Quatuor namque sunt elementa, quibus secundum corpus subsistimus. Vetus igitur testamentum, in quaternario numero non inconvenerit ponitur, quia lex Moysi nihil aliud populo Hebraico, nisi ea quae ad quatuor elementa pertinent, repromittit. Novum vero testamentum in ternario numero ponitur, quia fides sanctae trinitatis, sine qua salvi esse non possumus, in eo specialiter commendatur. *Et cum aperuisset sigillum quintum.* Quinti sigilli apertio, sexti & septimi, sicut iam diximus, ad apertionem novi testamenti pertinet. Et quavis novum testamentum apertio sit veteris testamenti, tamen multa in eo obscure ponuntur, quae necesse est ut exponantur. Igitur sigillum sextum & septimum salvator aperuit, quando ea quae per parabolas ipse locutus est & figuratiter gessit, doctoribus ecclesiae patefecit. Sed de expositione novi testamenti, non est nobis necesse quicquam dicere, eo quod a sanctis patribus mirabiliter & multipliciter sit expositum. Quinti igitur sigilli apertio, ad martyres pertinet. Quintum vero sigillum tunc Christus aperuit, quando ea quae per parabolas & quasdam figuras de persecutione martyrum, & glorificatione eorum dixit, doctoribus ecclesiae manifestavit. Aperuit etiam quintum sigillum, quando eis caelestem gloriam quam promiserat, contulit, eosque in mundo apud homines clarificavit. *Vidi sub altare Dei animas intersectorum propter verbum Dei, & testimonium Iesu, quod habebant.* Altare Dei Christus est. Animae igitur sanctorum, sub altare quiescunt: quia sicut capiti supposita sunt membra, eique coherent, ita & animae sanctorum in caelesti gloria constitutae, Christo salvatori subiectae sunt, eique per conjunctionem membrorum nectuntur. *Et clamabant voce magna dicentes, usquequo Domine sanctus & verus, non iudicas & vindicas sanguinem nostrum de iis qui habitant in terra?* Cum scriptura praecipiat, malum pro malo non reddere, & Dominus dicat in Evangelio, Diligite inimicos vestros, & benefacite iis qui oderunt vos, quid est quod sancti in caelestibus constituti, violatione de inimicis suis expetunt? Sed scimus sanctos Dei diem ultimum desiderare, in quo & corpora & mercedem plenam laborum suorum a Domino percipient. Nam hunc diem Dominus desiderandum esse discipulis suis manifestavit, cum signa diei iudicij praediceret, dicens: Cum autem videbitis haec fieri, respicite & levate capita vestra, quoniam appropinquavit redemptio vestra. Et oratione dominica assidue petimus, ut Adueniat regnum tuum. Verum quia sanctorum resurrectio atque glorificatio in die iudicij fiet, & dies iudicij damnatio erit impiorum, sancti ultionem de inimicis suis postulant, quando petunt ut dies Domini veniat, quia eo die damnatione perpetua damnabuntur. Sed hic quaestio oritur, cur sancti Domini diem iudicij desiderent, cum propheta dicat, Vae desiderantibus diem Domini. Scimus namque diem Domini damnationem esse impiorum, sicut iam diximus. Et quid necesse fuit prophetae dicere, Vae desiderantibus diem Domini, cum nullus impius reperiatur, qui aut mortem suam, aut diem Domini desideret, eo quod in eo damnari metuit? Et quia verum est quod propheta dixit, inuestigandum nobis est quid significet. Damnatio quippe impiorum, sunt peccata. Quicumque ergo

cum scorto coire desiderat, damnationem suam desiderat. Qui equum aut bouem aut aliquid huic rei simile furari desiderat, damnationem suam desiderat. Qui damnum aliquod proximo inferre desiderat, damnationem suam desiderat. Igitur quia damnatio impiorum erit dies iudicij, quicumque ea scelera committere desiderat, pro quibus in die iudicij damnabitur, diem Domini, id est, damnationem suam desiderat. *Et datae sunt illis singulae stolas albae.* Stolas albae gloria est sanctorum animarum. Singulas stolas albas sancti Dei nunc possident: quia corporibus in terra quiescentibus, stolis animae beatitudinis aeternae perfuuntur. Binas stolas tunc percipient, cum post resurrectionem, animae cum corporibus gloriam caelestis patriae sine fine possidebunt. *Et dictum est illis, ut requiescerent tempus modicum, donec implerentur conservi eorum & fratres eorum qui interficiendi sunt, sicut & illi.* Tempus modicum, tempus est usque ad diem iudicij. Quod modicum idcirco dicitur quia in comparatione futuri temporis valde modicum est. Sancti ergo qui hoc desiderant, ut dies iudicij fiat, in qua & corpora & mercedem plenam laborum suorum recipiant, tempus modicum expectare iubentur, donec impleatur numerus fratrum eorum: quia dies iudicij non veniet, usque dum impleatur omnis numerus electorum. Sed quaerendum nobis est, cur solae animae pro Christi nomine intersectorum, sub altare Dei quiescunt, & stolas singulas accepisse legantur, cum omnes electorum animae sub hoc altari quiescant, eademque stolas & ipsae possideant. Per animas igitur intersectorum, non solum martyres, sed & omnes animae iustorum debemus accipere: eo quod & ipsi mundo sint mortui, ut Deo viverent, sicut dicit Apostolus: Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Et de semetipso dicit: Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Et omnes qui volunt pie vivere in Christo Iesu persecutionem patiuntur. Et iterum dicitur, Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Sed & Ioannes author huius libri, calicem Domini bibisse describitur, cum sine gladij preemptione quiescerit. *Et cum aperuisset sigillum sextum.* Sigilli sexti apertio ad Iudaeorum defectionem, sicut diximus, & ad gentium vocationem pertinet. Et quia Christus de Iudaeorum perditione, & de gentium electione, multa per parabolas locutus, quaedam etiam gessit, quae hoc designauerunt. Sextum igitur sigillum Dominus aperuit, quando doctoribus ecclesiae ea quae per figuras dixit & fecit, per inspirationis suae gratiam patefecit. Aperuit etiam sextum sigillum, quando ea quae praedixit, opere implevit. *Terramotus factus est magnus.* Per terram in hoc loco, Iudaei designantur. Terramotus factus est magnus, quando a Romanis haec gens est devastata. *Et factus est niger sol, sicut saccus cilicinus.* Per Solem idem Iudaeorum populus designatur. Sol igitur factus est niger tanquam saccus cilicinus, quia populus Iudaeorum qui propter cognitionem vnius Dei, & propter custodiam legis, velut Sol in mundo refulgebat, inter caeteras gentes factus est omnibus hominibus odiosus, propter iniquitates suas. Sacco namque poenitentes vestiuntur, ut indicet se esse peccatores. Sol ergo nigredinem facci habuit, quia omnibus gentibus facinora Iudaeorum

Colos. 3.

Galat. 6.

2. Tim. 3.

Act. 14.

Matth. 20.

De bello Iudaico, libro 6. c. 11. & deinceps.

Luc. 23.

Cur Iudaei delersi.

patuerunt. *Et luna facta est sicut sanguis.* Eandem significationem habet Luna, quam Sol. Significat namque synagogam. Luna ergo speciem sanguinis habuisse visa est, quia omnibus claruit Iudaeos propter effusionem sanguinis Christi, sanctorumque eius esse delictos. *Et stellae ceciderunt super terram: sicut ficus mittit grossos suos, cum a vento magno mouetur.* Per stellas, principes sacerdotum designantur, Scribae & Pharisei: per ficum autem, terram Iudaeorum possumus intelligere. Grossi vero eiusdem arboris fructus inutiles vocantur, qui cito labuntur, cum arbor eadem vento concutitur. Ficus igitur vento commota est, & inutiles fructus a se emisit: quia terra Iudaeorum a Romanis inuastata est, & gentem inutilem, & Deo odibilem a se expulit, ut habitatio fieret fidelium. Stellae itaque grossorum more in terram ceciderunt, quia eos qui per doctrinam legis velut stellae in populo refulgebant, eadem poena conclusit, quae & caeteram multitudinem. *Et caelum veceffit, sicut liber inuolutus.* Per caelum, vetus testamentum designatur: liber vero quando inuoluitur, eius scriptura ab oculis intuentium absconditur. Liber ergo Iudaeis inuolutus est, quia spiritalem intelligentiam in veteri testamento, quae Christum demonstrabat, intelligere noluerunt. Caelum itaque sicut liber inuolutus recessit, quia vetus testamentum Iudaeos dereliquit, & ad gentes transiuit. Et omnis mons & insula, de locis suis motae sunt. Et quia Iudaeorum terra montuosa est, possumus per montes eos qui in ciuitatibus: per insulas autem, eos qui in campestribus habitant, intelligere. Qui de locis suis moti sunt, quia omnes aut exterminati, aut in captiuitatem ducti sunt. *Et reges terrae, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, omnis seruus & liber absconderunt se in speluncis, & in petris montium.* Et dicunt montibus, Cadite super nos, & abscondite nos a facie sedentis super thronum, & ab ira agni, quoniam venit dies magnus irae ipsorum. *Et quis poterit stare?* Per reges terrae, principes & tribunos, eos qui hanc gentem regere videbantur, possumus intelligere, per diuites & fortes, seruos & liberos, caeteram multitudinem. Qualiter autem se in speluncis & petris montium absconderunt, Iosephus manifeste narrat, qui euersionem Hierusalem describit. Tanta enim fuit afflictio, ut cum fame diutina consumerentur, & ab hostibus exterius, & multo deterius a praedonibus intrinsecus affligerentur, absconderunt se in puteis & in cloacis, & in quibusdam terrae abditis locis cupientes mori, ut prolixam miseriam, mortis copendio terminaret. Qui etiam scientes se pro sceleribus suis ista pati, & post mortem se inferni poenas esse passuros, cupiebant ut montibus sub quibus delitescere opprimerentur, & absconderentur a facie Dei, & a facie Christi eius, quem grauiter nouerat se offendisse. Nam & Dominus cum ad passionem duceretur, hoc eos esse passuros mulieribus se lamentantibus praedixit, dicens: Filiae Hierusalem, nolite flere super me, sed super vos flete, & super filios vestros: quia ecce venit dies, quando dicent: Beatae steriles quae non genuerunt, & vbera quae non lactauerunt. Tunc incipietis dicere montibus, Cadite super nos & collibus cooperite nos. Quia si in viridi ligno haec faciunt, in arido quid fiet? Se viride lignum, illos vero, lignum aridum vocans. Ac

B

C

D

E

F

CAPVT SEPTIMUM.

Post haec vidi quatuor angelos stantes super quatuor angulos terrae. Iudaeorum deiectione praemissa, nunc qualiter ecclesia ex gentibus congregata fuerit, narrare inchoat. Per quatuor quippe angelos, quatuor regna designantur: Assyriorum scilicet, Persarum, Macedonum, atque Romanorum. Sed quia potestas quatuor regnorum ad solos Romanos transierat, per quatuor angelos, soli Romani intelliguntur: quia potestatem sibi quatuor regnorum vendicauerant. Per quatuor angulos vniuersae gentes, quae intra quatuor mundi plagas continentur, designantur, quas sibi Romani subiecerant. Tenentes quatuor ventos terrae, ne flarent super terram neque super mare, neque in ullam arborem. Per ventos qui nubes excitant, ut terram irrigantes facie eius hilarem reddant, ac fructiferam faciant, pax cunctis mortalibus optata designatur, quae & metes hominum lactificat, & ut propriis vtilitatibus deseruiant, facultatem tribuit. Per terram & mare, omnes gentes figurantur: per arbores autem, ij qui inter eos principatum tenebant. Quatuor ergo angeli, quatuor ventos tenebant, ne flarent super terram. Quia Romani qui per quatuor angelos designantur, omnem terram cordibus & rapinis, & mortalitatibus hominum replentes, non sinebant genus humanum pacatum esse ac quietum. *Et vidi alterum angelum descendentem ab ortu solis, habentem signum Dei viui.* Alter angelus Christus est, de quo scriptum est: Et vocabitur nomen eius magni consilij angelus. Ipse est sol de quo scriptum est: Vobis autem timentibus nomen meum, orietur sol iustitiae, & sanitas in pennis eius. Ab ortu solis Christus descendit, id est, a semetipso: quoniam non ex concubitu viri carnem assumpsit, sed a semetipso, qui utique sibi carnem immaculatam ex carne Virginis creauit. Signum autem Dei viui, est Christi diuinitas. Nam in carne positus, signum Dei viui habuit: quia ea opera gessit, quae demonstrabant eum vnicum esse filium Dei, sicut ipse dicit: Opera quae ego facio, ipsa testimonium perhibent de me. *Et clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terrae & mari, dicens: Nolite nocere terrae & mari, neque arboribus, quoad usque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum.* Clamasse Dei, fecisse dicitur: Etenim aduentu suo fecit, ut Romani ab infestatione generis humani cessarent, fieretque pax per vniuersum orbem, sicut dicit Psalmista: Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec semina fidei per vniuersas gen-

Matth. 21.

Pax omnibus optata.

Esai. 9.

Mal. 4.

Ioan. 10.

Psal. 71.

tes spargerentur, ac signaculo fidei ij qui præordinati erant ad vitam æternam, signarentur. *Et audiui numerum signatorum centum quadraginta quatuor milia signati, ex omni tribu filiorum Israel.* Per centum quadraginta quatuor milia præsentis ecclesiæ electi significuntur. Duodecies namque duodeni, sunt centum quadraginta quatuor. Omnes igitur qui fidem duodecim Apostolorum custodiunt, actusque initantur, in hoc numero consistunt. Sed quærendum nobis est, cur ex omni tribu filiorum Israel congregati esse dicantur, cum multo plures ex gentibus, quam ex Iudæis crediderint. Verum si interpretationes nominum attendimus, in nominibus duodecim tribuum omnes ad electos pertinent. *Ex tribu Iudæ, duodecim milia signati, & cætera.* Iudas prior ponitur, Benjamin verò, vltimus. Quod si interpretationes nominum inspicere voluerimus, Iudam inferiorem in pœnitentia: Benjamin verò, superiorem reperimus in patria. Nam qui ad Deum conscendere desiderat, à minoribus incipit, vt gradatim crescendo ad maiora perueniat, sicut dicit Psalmista: Ibunt sancti de virtute in virtutem. Et quia sancti ad Deum per iter virtutum conscendunt, subiungit, Videbitur Deus deorum in Sion. Iudas confessio interpretatur. Iudas ergo prior ponitur: quia quicumque post peccata ad Deum conuerti desiderat, necesse est vt primò confiteatur peccata sua, sicut dicit Iacobus apostolus: Confitemini alterutrum peccata vestra, orate & pro inuicem, vt saluemini: videlicet vt per confessionem peccatorum & pœnitentiam, Deum sibi placabilem faciat, quem offenderat. Et quia qui salubriter pœnitet, & deslet mala quæ fecit, K gaudium in cælo facit, oculos misericordiæ Dei ad se conuertit, sicut dicit Dominus: Conuertimini ad me, & ego reuertar ad vos. Ruben secundus ponitur, qui visionis filius interpretatur: quia per pœnitentiam, visionis factus est filius, qui erat antea filius perditionis. Post Ruben Gad sequitur, qui accinctus interpretatur: quia necesse est, vt qui pœnitentia se mala gessisse, & petit ne in eisdem relabatur, contra omnia vitia armetur, voluptatésque carnales à se præcidat: quia non potest fieri, vt à peccatis abstineat, qui in voluptatibus carnalibus requiescit. Et quia qui contra vitia pugnat viriliter, iam beatus esse incipit, Aser in ordine ponitur, qui beatitudo interpretatur. Sequitur Nephthali, qui dilatatio mea interpretatur. Omnis enim qui se Deum offendisse & vult vt ei misericordia diuina succurrat, debet & ipse misereri quibuscunque potest, & quomodo potest, sicut dicit Dominus: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequuntur. Illius quippe mens circunquaque dilatatur, qui per dilectionem quam proximis exhibere debet, omnibus quibuscunque potest, miseretur. Post Nephthali ponitur Manasses, qui oblitus interpretatur: quia expedit vt qui peccata sua deslet, qui elemosynas pauperibus largitur, vt peccata eius dimittantur, eadem peccata ita deslerat, quatenus ea penitus oblitus esse vi-

deatur. Et ideo Simeon sequitur, qui exauditio interpretatur. Ille enim pro malis quæ fecit, deprecans vt ei dimittantur, à Deo exauditur qui omnia vitia ex toto deserit. Deinde Leui sequitur, qui additus siue assumptus interpretatur. Quia qui de peccatis quæ fecit, iam pœnitentiam exercuit, qui contra vitia pugnavit, eaque deuicit, qui erga indigentes misericors extitit, atque iis operibus hoc promeruit, vt eius peccata dimitterentur, de venia iam securus, timorè ignis æterni à mente abiicit, atque in amorem Dei, ac cœlestis patriæ totus assumitur, iisque additur, qui filij Dei nuncupantur & sunt. Sequitur Isachar, qui merces interpretatur. Sed interpretationem huius nominis clarius videbimus, si ea quæ mater Lia, eo nascente dixit, ponamus. Ait enim, Reddidit Deus mercedem mihi, quia dedi ancillam meam viro meo. Et idcirco appellauit nomen eius Isachar, id est, merces. Caro nostra, ancilla nostra debet esse. Vir noster, Deus noster est. Ancillam verò nostram viro nostro damus, si carnem nostram dei seruitio mancipamus, si eam vigilare, ieiunare, & abstinere compellimus, atque voluptates eius edomamus. Isachar igitur Lia in mercedem datus est à Deo: quia iis qui carnem domant, qui vitia extinguunt, ea merces datur à Deo, vt virtutibus ditentur. Et ideo post Isachar, Zabulon ponitur, qui habitaculum fortitudinis interpretatur. Quis est fortis nisi Deus? de quo Psalmista dicit: Dominus fortis & potens, dominus potens in prælio. Et quid habitaculum fortitudinis, nisi habitatio dei? In illo enim habitat deus, in quo fides, patientia, castitas, humilitas, charitas, cæteræque virtutes commorantur. Et quia per operationem virtutum augentur præmia meritorum, Ioseph subsequitur, qui augmentum interpretatur. Benjamin vltimus imò & superior ponitur, qui filius dexteræ interpretatur. dextera namque patris, filius dei dicitur. Et Euangelium loquitur quia sancti dei ad dexteram dei ponentur. Electi itaque dei, filij dexteræ efficiuntur, cum ab hac vita subtracti, in cœlestibus sedibus collocantur, vbi nihil est sinistrum, sed totum dexterum. Igitur quia interpretationes nominum duodecim tribuum, vsque ad eum finem perduximus, quo in cœlestibus sedibus collocantur, congruum est vt ea quæ sequuntur ad glorificationem animarum sanctarum transferamus. *Post hæc vidi turbam magnam quam nemo dinumerare poterat ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum, & in conspectu agni. Et clamabant voce magna, dicentes: Salus Deo nostro, qui sedet super thronum & agno.* Per turbam superiorem quæ numero comprehenditur, electi qui in ecclesia dei singulis temporibus laborant, designantur, sicut iam diximus. Et quia multi sunt vocati, pauci verò electi, & in comparatione reproborum exigua est turba electorum, non immeritò, numero centum quadraginta quatuor milia, electi, qui singulis temporibus in ecclesia dei laborant, designantur. In cœlesti verò beatitudine vbi singulis temporibus

*Peccata deserenda.*  
*Peccator conuersus, paulatim à timore in amorem transfertur.*  
*1. Ioan. 3.*  
*Gen. 30.*  
*Psalm. 23.*  
*Matth. 25.*  
*Iob. 5.*  
*Matth. 5.*  
*Act. 14.*  
*Matth. 22.*  
*Electi.*

poribus ex omnibus gentibus, tribubus, & linguis congregantur, tanta eorum efficitur multitudo, vt nullo numero comprehendi possit. Per stolas autem albas, munditia animarum designantur. Palmæ verò in signum victoriæ ponuntur. Palmas igitur non solù sancti martyres, quibus victoria specialiter adferibitur, sed & omnes electi qui in hoc seculo positi contra visibiles & inuisibiles hostes fortiter dimicauerunt in cœlesti beatitudine possident. Palmæ autem, præmia sunt victoriæ sanctorum. Qui & voce magna clamare dicuntur: *Salus Deo nostro, qui sedet super thronum & agno.* Sancti Dei nunquam cessant à laude Dei, nec tamè laborat laudando Deum, quia sicut dulcise est sanctis visio Dei, sic & laus Dei. *Et oēs angeli stabant in circuitu throni & seniorum & quatuor animalium, & ceciderunt in medio throni in facies suas & adorauerunt Deum dicentes: Amen: Benedictio & claritas & sapientia, & gratiarum actio, honor & virtus, & fortitudo Deo nostro in secula seculorum, Amen.* Superius milia milium angelorù in circuitu throni Deum laudare dicuntur: hic autem nullo numero comprehenduntur, sed omnes in circuitu throni stare dicuntur. Possumus per superiores angelos, qui numero comprehenduntur, eos intelligere qui ad diuersa officia in mundo destinantur: Eos autem qui sine numero ponuntur, illos qui in cœlestibus cum Domino conuersantur. Sed & hic septem benedictiones ponuntur sicut superius, vt demonstraret eodem modo & istos benedicere Deum, qui mundum sua gubernatione tuentur, sicut & illos qui in cœlestibus cum Domino conuersantur. *Et respondens vnus de senioribus, dixit mihi, Tu qui amicti sunt stolis albis, qui sunt, & vnde venerunt? Dixi illi, Domine mi, tu scis.* Interrogabat, vt doceret. Per seniores namque doctores ecclesiæ: per Ioannem verò, auditores intelliguntur. Nā prædicatores sancti gloriam animarum sanctarum quibuscunque modis possunt, intimant auditoribus suis, vt mentes eorum ad amorem cœlestis patriæ accendant. *Et dixit mihi, Tu sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni.* Hic demonstrat non ad electos, qui in hac vita laborant, sed ad eos qui in cœlesti vita cum Domino requiescunt, hæc pertinere. Non enim sancti de magna tribulatione, sed ad magnas tribulationes perferendas in mundum veniunt, sicut dicit Salomon: Homo ad laborem nascitur, & auis ad volandum. Et Dominus dicit in Euangelio: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Et Paulus dicit: Per multas tribulationes, oportet nos intrare in regnum cœlorum: hic etenim tempus est tribulationis, illic tēpus pacis. Sancti itaque de magna tribulatione veniunt, qui ab hac vita subtracti vbi tempus tribulationis est, in æterna quiete collocantur. Lauerunt autem stolas suas, quia animas suas in hac vita positi ab omnibus sordibus peccatorum mundauerunt. Primò quidem per baptismum: postea verò per pœnitentiam & lachrymas ac misericordiæ opera, & in cæteris bonis operibus. Quæ etiam in sanguine agni, dealbatæ fuisse dicuntur, quia animæ electorum, quæ antea erant nigredine peccatorum inuolutæ, per redemptionem sanguinis Christi candorem mundiciæ assumpse-

runt. *Ideo sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die ac nocte in templo eius.* In conspectu namque Dei, sancti Dei assistunt, ac visione eius indefinenter perfruuntur. Templum verò Dei, cœlestem patriam, seruitium Dei, amorem Dei vocat. Quod enim seruitiū tā acceptabile Deo, quàm vt diligatur ex toto corde, totaque virtute: Et quis ita ardentè diligit Deum sicut illi, qui assidue contemplantur faciem eius? *Et qui sedet super thronum, habitat super illos.* Thronus dei, sancti Dei sunt, sicut superius diximus. Qui ergo designantur per thronum Dei, ipsi sunt super quos habitat Deus: habitat verò super sanctos suos Deus, cum eos suo lumine illuminat, circumdat, & tuetur. *Non esurient, neque sitient amplius.* Cum dominus dicit in Euangelio: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur, cur hinc sancti Dei nunquam esurire dicuntur? Sed sicut superius diximus, nō ad electos qui in hac vita sunt positi, loquitur. Qui videntes iniustitias hominum, esuriunt & sitiunt iustitiā, cupiētes oēs homines iustos esse, sicut ipsi sūt. Esuriunt etiā, vt sua iustitia quotidie crescat, esuriunt & sitiunt vitam æternam. Animæ verò sanctorum non esuriēt neque sitient amplius: quia esurierūt, iamque percipere vitam æternam meruerūt. *Et non cadet super eos sol neque vltus æstus.* Per solem, tentationes quas sancti ab hominibus perferunt, possumus intelligere: per æstum tentationes demonum, siue voluptates carnales. Et quia sancti in hac vita positi, persecutiones iniquorum hominum tolerando vicērūt, tentationes demonum superauerūt, desideria carnalia in se extinxerunt, in cœlesti beatitudine positi, nullum laborem in perpetuum sentient. *Quoniam agnus qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum.* Reget Deus sanctos suos, cum voluntates eorū ita disponit, vt nihil velle possint, nisi quod Deus vult. *Et deducet eos ad vitæ fontes aquarum.* Vitæ fons Christus est, qui dicit, Ego sum vita, Quod enim sine illo est, mortuum est. Quod verò cum illo est, vita est. Ad vitæ fontem Christus sanctos suos ducit, quia ad semetipsum eos ducit, vt sint vnus cum illo. Per aquas, eosdem sanctos possumus intelligere. Ipse est quippe & fons aquarum, quia ab ipso procedit omnis sanctitas electorum, sicut ipse dicit: Sine me nihil potestis facere. *Et absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.* Quia tempus flendi hic fuit, tempus ridendi in illa beatitudine erit, sicut dominus dicit. Beati qui nūc lugent, quoniam ipsi tunc consolabuntur.

CAPVT OCTAVVM.

**E**t cum apperisset sigillum septimum] Apertio septimi sigilli ad natiuitatem Christi pertinet. Sed quærendū nobis est, cur in septimo non in quinto loco ponatur. In Genesi scriptum est, quia sex diebus fecit Deus cuncta quæ ex cælo & terra originē sumpserunt, septimo autem requieuit, & idcirco vocauit diem septimum sabbatum, id est requiem. Quæ est autem requies nostra, nisi Christus? Nō inconuenienter ergo in septimi sigilli apertioe, natiuitas Christi ponitur, quia ipse est requies omnium sanctorū suorū, quæ per septimum diē figuratur, & quia ea quæ in natiuitate Christi gesta sunt, spirita-

*Act. 13.*  
*Semper in virtute promouendum.*  
*Psalm. 83.*  
*Confessio.*  
*Iac. 5.*  
*Iac. 15.*  
*Zach. 1.*  
*Matth. 5.*  
*Misericordia.*

*Matth. 5.*  
*Matth. 5.*  
*Ioan. 14.*  
*Matth. 5.*

Regnante Augusto pax per totum orbem.

Neronis persecutio.

Prover. 21.

Euangelium. \* videtur legitur esse euangelium ubi pro inuoluntate.

Luce 11.

Ecles. 3.

Matt. 6.

lem intelligentiam obtinent. Septimum sigillum G  
Christus aperuit, cum ea quæ per significatione gesta sunt, doctoribus ecclesiæ per inspirationem spiritus sancti manifestauit. Factum est silentium in celo, quasi media hora. ] Per silentium pax quæ ab Octauiano Augusto, Christo nascente per vniuersum orbem facta est, designatur. Media autem hora silentium factum est, quia pax quam ecclesia in initio fidei apud paganos habuit, pauco tempore mansit. Nam à Nerone Imperatore interrupta est, & Petro Pauloque interfectis, præcepit omnes Christianos persequi. Et vidi septem angelos stantes in conspectu Dei, & data sunt illis septem tubæ. ] Ordo istorum angelorum in sequentibus designatur. Nam sicut pax ante regem aut principem mittitur, qui eius aduentum annunciet, ita & Ioannes, quia magna erant quæ per angelos designabatur, eorum memoriâ facere voluit antequam ad eorum narrationem veniret. Et alius angelus venit & stetit ante altare, habens thuribulum aureum in manu sua: Et data sunt ei incensa multa, ut daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est ante thronum. ] Iste angelus Christum significat. Venit autem, quia per incarnationis mysterium in mundo apparuit. Per altare aureum, ecclesia designatur. Qui ante altare stetit dicitur. Iacebat namque Christus in incredulis, qui eum purum hominem æstimabant: Stabat verò cum fidelibus, qui eum Deum verum esse credebant. Ante altare ergo stetit, quia Apostolis & cæteris credentibus, ex quibus ecclesia tunc constabat, quod Deus esset manifestauit. Per thuribulum verò quod in manu tenebat, corda Apostolorum cæterorumque fidelium demonstrantur. Quod aureum fuisse dicitur, quia corda discipulorum per fidem purificata, & per sapientiam quam Christo didicerant erant inaurata. Qui etiam thuribulum in manu tenuisse dicitur, quia corda Apostolorum in manu Dei erant, sicut dicit Salomon: Cor regis in manu Dei, quocumque voluerit inclinabit illud. Nunquid cor istud Salomonis, in manu Dei erat, quando idola adorabat? Nunquid cor Antiochi aut Herodis, in manu Dei erat? Nunquid corda regum sanctorum Dei persequenti, in manu Dei erant? Non. Sed in manu diaboli erant, quia ad quæcunque volebat facinora, ea inclinabat. Corda vero regum spiritualium, id est sanctorum, in manu Dei sunt, & ideo ad quæcunque voluerit, inclinabit ea. Sequitur. Et data sunt ei incensa multa. ] Incensa multa, præcepta sunt Euangelij. Incensa enim in thuribulo ponuntur, vt calore ignis accepto, fragrantiam odoris sui circumquaque spargant. Similiter & Christus doctrinam Euangelij in cordibus discipulorum suorum posuit, qui igne charitatis succensi, odorem fidei suæ per omnes gentes sparserunt. Vnde & sequitur. Vt daret de orationibus sanctorum omnium super altare aureum, quod est in conspectu Dei. ] Genera orationum plura sunt. Orat namque fideles verbis Deum, deprecantes vt dimittantur eis omnia peccata eorum. Orant & eleemosynas largiendo, sicut dicit Dominus in Euangelio: Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Et in alio loco scriptum est: Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum. Orant etiam, dimittendo proximis quæ in eis deliquerunt, sicut Dominus dicit

in Euangelio. Si remiseritis hominibus peccata eorum, & pater vester celestis dimittet vobis peccata vestra. Orant nihilominus & præcepta charitatis seruando, quemadmodum scriptum est, quia vniuersa delicta operit charitas. Ille igitur salubriter orat Deum, qui seruat mandata Dei. Nihil enim prodest nobis clementiam Dei verbis implorare, & operibus irritare. Super altare ergo aureum de orationibus sanctorum dedit Deus, quando super corda credentium, fidem, doctrinam, actusque Apostolorum, cæterorumque prædicatorum posuit, vt haberent unde erudirentur, & quod imitarentur. Vnde & sequitur: Et ascendit fumus aromatum de orationibus sanctorum, de manu angeli in conspectu Dei. ] Per fumum aromatum, non solum orationes fidelium, sed & fragrantia bonorum operum designatur, quæ ab ecclesia indefinenter ascendit in conspectu Dei. Qui fumus de manu angeli conscendere dicitur, quia quicquid boni fideles faciunt, operante Deo faciunt, sicut dicit ipse: Sine me nihil potestis facere. Et accepit angelus thuribulum, & impleuit illud de igne altaris, & misit in terram, & facta sunt fulgura, voces & tonitrua, & terræ motus. ] Per ignem, spiritus sanctus designatur. Angelus itaque, id est, Christus, thuribulum, id est, corda discipulorum, de igne altaris, id est, de spiritu sancto impleuit: quando post ascensionem suam in celum, decimo die spiritu sancto misso de celo, corda discipulorum impleuit, ac scientiam omnium linguarum dedit. Et si per altare ecclesia designatur, cur spiritus sanctus antequam daretur, ignis altaris esse dicitur: sicut idem Ioannes dicit: Nondum erat spiritus datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Sed spiritus sanctus antequam daretur, ignis altaris erat, quia per remissionis gratiam, iam eum ecclesia possidebat. Nam Dominus ante passionem suam, promisit se spiritum sanctum daturum discipulis suis: & idem Ioannes cum verba Cayphæ posuisset dicentis. Expedi vobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat, intulit dicens: Hoc autem à semetipso non dixit, sed cum esset pontifex anni illius prophetauit, quia Iesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed vt filios Dei congregaret in vnum, qui dispersi erant. Nunquid ij qui in Christum credituri erant, qui per vniuersas gentes dispersi idolis seruiebant, filij Dei erant? Erant itaque iam filij Dei per prædestinationem, quia iam prædestinati erant ad vitam æternam. Congregati sunt verò postea in vnum, quando per fidem, quam in baptisate susceperunt, corpori ecclesiæ sunt sociati. Misit ergo angelus ignem, quem in thuribulo posuerat in terram, quia doctrinam fidei, quam in cordibus Apostolorum posuerat, per aduentum spiritus sancti in cordibus Iudæorum, qui per incredulitatem terra erant, per ora Apostolorum effudit. Facta sunt fulgura, voces & tonitrua, & terræ motus. ] Per fulgura, virtutes quæ per Apostolos fiebant: per voces prædicatio: per tonitrua autem, comminatio ignis æterni designatur: per terræ motus verò, conuersionem Iudæorum possumus intelligere. Cõuersi sunt namque ad pœnitentiam per prædicationem beati Petri, sicut liber Actuum Apostolorum narrat: Iis (inquit) auditis, compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum & ad reliquos Apostolos.

1. Pet. 4.

Deus bonorum quæ facimus auctor. Ioan. 15.

Act. 1.

Ioan. 7.

Ioan. 16.

Ioan. 11.

Mal. ante conversionem quomodo sunt filij Dei.

Act. 1.

Act. 2.

stolos. Viti fratres, quid faciemus: Ostendite nobis. Et in sequentibus scriptum est, quia ad primam Petri prædicationem, crediderunt ex Iudæis tria milia, postea verò innumerabiles. Hunc ignem, id est spiritum sanctum super nos qui terra fumus misericordia Domini nostri Iesu Christi effundere dignetur, vt ex carnalibus spirituales efficiamur, qui viuunt & regnant in secula seculorum, Amen.

Explicit expositio visionis tertie.

INCIPIT EXPOSITIO VISIONIS QUARTÆ.



Ratio domini nostri Iesu Christi largiente de apertionibus septem sigillorum pauca diximus, nunc de cantu tubarum septem angelorum quæ sequuntur aliqua proferamus. Per septem angelos, doctores qui ad erudiendum populum Dei à Deo missi sunt, & mittentur vsque in finem, designantur. Et quia sacramenta diuinarum scripturarum doctoribus ecclesiæ perspicacius Deo inspirante quam cæteris patuerunt, rationis ordo præcebat, vt post refectionem sigillorum, quæ apertionem diuinarum scripturarum significat, septem angeli ponerentur, per quos omnes doctores populi Dei designantur, qui scientiam diuinarum scripturarum locupletius perceperunt. Et sicut omne corpus electorum in septem partes diuisum, ita & septem angeli tubis cecinisse vili sunt. Per quos omnes doctores populi Dei designantur, quamuis ab eo ordine parum per discrepent. Nam superius per poderem, quæ talaris est tunica, & prior in ornamentis Domini ponitur, vt & in sequentibus per primum cornu agni, iustos qui ante diluuium fuerunt, diximus fuisse designatos: per zonam verò auream in corpore Christi, & per secundum cornu, patriarchas & cæteros qui ante legem fuerunt: hic autem per primum angelum, doctores qui ab initio mundi vsque ad legem fuerunt: per secundum doctores legis designantur. Et septem angeli parauerunt se vt tubis canerent. ] Per tubæ cantum prædicatio designatur. Prædicatores quippe sancti ad hoc semper parati existunt, vt quoscunque possunt, per doctrinam suæ prædicationis Deo acquirant. Et primus angelus tuba cecinit. ] Per primum angelum sicut iam diximus, prædicatores qui ante legem fuerunt, designantur. Primus ergo angelus tuba cecinit, quia sancti viri, qui ante legem fuerunt quamuis nullam legem haberent, nisi naturalem, hoc quibuscunque poterant suasisse conati sunt, vt Deum creatorem suum timerent atque diligerent, & quod quis pati non vellet, alteri non faceret. Et facta est grando & ignis mixta sanguine, & missum est in terram. ] Ea quæ septem angelis tubis canentibus facta fuisse visa sunt, in bonam partem, sicut mihi videtur, accipienda sunt, sicut e contrario effusio phialarum septem angelorum, quæ sequitur, in malam. Per grandinem igitur quæ percutit, verba sanctorum virorum, quæ corda prauorum hominum arguendo percutiebant, designantur. Quæ ignem & sanguinem permixtum habuisse describitur. Per ignem spiritus sanctus designatur, qui in sanctis in-

Superius cap. 1. i in sequentibus cap. 5.

Passoris minus.

Prædicatores ante legem.

habitans suis, minister verborum eorum extitit. Per sanguinem verò Christus intelligitur, qui & à patribus sæpe prædictus est, & eorum actibus præfiguratus. Terra autem, seculi homines peccato subditos demonstrat, Et tertia pars terræ combusta est, & omne fœnum viride combustum est. ] Per tertiam partem terræ, eos qui per doctrinam, & exempla bonorum hominum salui facti sunt, debemus intelligere: Qui igne timoris Dei, atque amoris quicquid prauum in se fuit combusserunt, atque deleuerunt. Arbores verò, qui principatum inter eos tenuerunt, significant. Ex quibus multi per doctrinam & exempla bonorum hominum salui facti sunt, sicut Abimelech per Abraham, & saluati per Iob, tres amici eius. Per fœnum autem viride, quod omne combustum est, ij designantur, qui & superius per tertiam partem terræ, & arborum quæ combusta est, id est, electi, qui eo tempore fuerunt. Fœnum namque viride difficile accenditur: aridum verò facile consumitur. Per fœnum verò viride, electi: per aridum autem, reprobi designantur, de hoc arido fœno. Propheta dicit: Verè fœnum est populus. Per fœnum igitur viride, ij qui fideles erant viri, designantur: qui omne quod in se reprobum fuit, igne charitatis combusserunt. Et secundus angelus tuba cecinit. ] Per secundum angelum, Moyses & cæteri legis doctores designantur. Et ecce tanquam mons magnus igne ardens, missus est in mare. ] Per montem magnum, lex Moyli designatur. Quæ propter grauitatem ponderis sui, monti assimilatur, & propter spiritalem intelligentiam quæ in lege referebat, igne ardere dicitur. Ipse verò Hebraicus populus, propter magnitudinem scelerum, per mare designatur. Et facta est tertia pars maris sanguis, et mortua est. ] Tertia pars creaturæ, quæ habebant animas, & tertia pars nauium interit. Omnis remissio in lege, sanguinis effusione atque asperione fiebat. Vnde & Moyses populum sanguine asperxit, dicens: Hic est sanguis testamenti, quod mandauit ad vos Deus. Sed & Aaron & filios eius, vt mundi efficerentur, ad offerendas hostias deo idem Moyses sanguine asperxit, nec sine sanguinis effusione remissio esse poterat. Per tertiam ergo partem maris, electi qui eo tempore fuerunt, designantur: per sanguinem verò, in hoc loco remissionem peccatorum possumus accipere. Tertia igitur pars maris in sanguinem versa est, quia electi qui eo tempore fuerunt, per obseruationem legis à peccatis suis mundari meruerunt. Tertia pars creaturæ, quæ habebant animas in mari, & mortua sunt, eandem significationem habet, quam & tertia pars maris, quæ in sanguinem versa est. Per mare autem, sicut iam diximus, multitudo peccatorum designatur: pisces verò cum ab aquis subtrahuntur, animas amittunt. Electi ergo quando in aquis vitiorum suorum versantur, animas marinas habent, peccatorum videlicet tenebris inuolutas: cum verò aut per baptismum, aut pœnitentiam ab aquis vitiorum extrahuntur, animas pristinas quasi amittunt, cum ex malis boni efficiuntur, moriunturque diabolo vt viuant deo. Tertia igitur pars piscium, animas amiserunt, quia electi qui eo tempore fuerunt, per obseruationem legis mortui sunt peccato, & ceperunt viuere deo. Per naues autem quæ aquas sub se habent, illique

Doctrina & exempla bonorum multum saluati.

Gene. 20. Iob. vltim.

Es. 40.

Exod. 17. Exod. 19. Hebr. 9.

Mori peccato & diabolo.



supereminent, principes gentis illius designantur. Tertia verò pars quæ interiit, eos designat, qui ex eis iusti fuerunt, iuxta illum sensum què diximus, eo quòd interiierint, & mortui sint peccato, & vixerit Deo. *Et tertius angelus tuba cecinit, & cecidit de celo stella ardens tanquam facula.* ] Eadem significationem habet stella quam & angelus, significat namque prophetas. Sed quærèdum nobis est, quomodo de cælo in terrâ cecidisse dicatur. Sancti in cælum quodâmmodo cõscèdunt, cum eos amor diuinus ad cælestia contèplâda eleuat. Cadunt in terrâ, cum eos amor proximorû ad imâ retrahit, vt prædicatione sua, peccantes ad viâ veritatis reducant: facula verò accèditur, vt tenebras noctis depellat. Verba igitur prophetarum faculæ fuerunt, quia tenebras peccatorum à mentibus hominû fugauerunt. Possimus etiam per ignem faculæ, spiritum sanctum intelligere, quo inflâmati prophetæ, & multos ab iniquitatibus correxerunt, & quæ vêtura erant, prædixerunt. *Et cecidit in tertiam partem fluminum, & in fontes aquarum.* ] Per flumina & fontes duodecim tribus cû suis familiis designantur: per tertiam verò partem, ii qui ex eis ad vitam æternam præscripti erât, figurantur. Cecidit ergo stella in tertiam partem fluminum, quia illi doctrinam prophetarum acceperunt, & in cordibus suis plantauerunt, qui ad vitam æternam prædestinati erant. *Et nomen stellæ dicitur absinthium.* ] Absinthium valde est amarum. Per absinthium igitur comminationes prophetarum designantur, quas populo peccanti ingerebant, prædicantes eis, quòd nisi poenitentiam agerent, in prædam & in captiuitatem hostibus suis darentur. Et quòd si nec sic poeniterent, morte perpetua damnarentur. *Et facta est tertia pars aquarum in absinthium.* ] Illi amaritudinem poenitentiae per comminationem prophetarum assumpserunt, quos superius per tertiam partem aquarum diximus fuisse designatos, id est, electi. *Et multi homines mortui sunt de aquis quia amara facta sunt.* ] Illis namque amaritudo poenitentiae mortem intulit, qui salui esse meruerunt. Mortui sunt enim secundum id quod mali erant, & vixerunt secundum id quod boni esse cœperunt. *Et quartus angelus tuba cecinit.* Quartus angelus, Christus & Apostolos eius significat. *Et percussa est tertia pars solis, tertia pars Luna, & tertia pars stellarum, vt obscuraretur tertia pars eorum, & diei non lucret tertia pars, & noctis similiter.* ] Sol, Luna, & stellæ, ad vnam rem pertinent. Nam per Solem, populus Iudæorû: per Lunam verò, synagoga: per stellâs autem, principes sacerdotum & Pharisei, designantur. Sed si obscuratiõ Solis & Lunæ, atque stellarû, ad eos qui in Christum noluerunt credere, transferre voluerimus, superior perturbabitur sensus. Superius enim cõbustionè terræ tertiæ partis, quæ sub cantu tubæ primi angeli facta est, conuersionem tertiæ partis maris in sanguinem, quæ sub cantu tubæ secundi angeli facta fuisse vîla est: conuersionem nihilominus tertiæ partis aquarum in absinthium, quæ sub cantu tubæ tertij angeli facta fuisse legitur, in bonam partem accipiendam esse demonstrauimus, idèoque ad electos pertinere. Consequens est ergo, vt percussionem Solis & Lunæ atque stellarum, in bonam partem interpretemur. Per tertiam itaque

*Amor proximi sanctos à contemplatio ne retrahit.*

*Sancti ab impijs obscuri habentur.*

partem Solis, quæ percussa obscurata est, ij qui ex populo Iudæorum in Christum crediderunt, designantur. Obscurati sunt namque impijs Iudæis, sed refulserunt in conspectu Dei: Similiter & per tertiam partem Lunæ atque stellarum quæ obscurata est, ij qui ex archisynagogis atque sacerdotibus & ex Phariseis in Christum crediderunt, designantur: quia & ipsi propter lumen verum, id est Christum, quæcunque perceperunt, obscurati sunt eis, quorum mētis oculos diabolus obæcauerat, ne in Christum crederet. Nā claritas Solis, lippietes oculos obæcat, magis quàm illuminat. Possimus verò per tertiam partem diei Apostolos: per tertiam autè partè noctis eos qui ex gentibus crediderunt intelligere. Obscurati sunt nāque eis Apostoli, qui eorum doctrinam non solum spreuerunt, sed etiam ipsos vsquequaque persecuti sunt. De hac eorû obscuratiõne, Dominus dicit: Trademini autem à parentibus, & fratribus & cognatis, & amicis, & mortè afficient ex vobis, &c. *Et vidi, & audiui vocem vnius aquilæ volantis per medium cælum, dicentis voce magna, Væ, væ, væ habitantibus terrâ, à vocibus trium angelorum, qui erant tubæ cantaturi.* ] Per cælum in hoc loco ecclesia designatur, aliqua verò, Christum & Apostolos eius demonstrat. Aquila ergo per medium cælum volabat & clamabat, quia Christus primû per Iudæam: Apostoli verò eius per vniuersas gentes Euāgelium prædicauerant. Quas etiam persecuciones ab aduersarijs ecclesie esset passura, multis modis prædixerunt. Ideoque triavæ, posuit, ex quibus primum ad hæreticos pertinet, qui ecclesiam Dei multis modis impugnaverunt conati sunt. Secundum ad Paganos, qui eandem ecclesiam Dei persecuti sunt, maximamque fidelium multitudinem interfecerunt. Tertium ad Antichristum, qui populum Dei in fine mundi debellaturus est. Nec putare debemus, quòd tria væ, ad electos pertineant, qui diuersas calamitates ab impijs pertrulerunt: sed potius ad eosdem impios, qui eadè calamitates intulerunt. Vnde & *Væ, væ, væ, habitantibus in terra, dicit.* Impij namque qui nihil aliud quàm terrâ quærunt, habitatores terræ iure vocantur: iusti autem qui cælestia semper desiderant, cæli habitatores rectè vocantur, sicut dicit apostolus Paulus: Nostra autem conuersatio in cælis est.

*Luc. 21.*

*Hostibus ecclesie vae qui sunt hæretici.*

*Paganis.*

*Antichristi.*

*Philip. 3.*

CAPVT NONVM.

**ET** quintus angelus tuba cecinit. ] Quintus angelus defensores ecclesie orthodoxæ fidei designat. Tuba cecinerunt quoniã pro defensione fidei omnibus modis laborauerunt. *Et vidi stellam de cælo cecidisse in terram.* ] Per stellam hæresiarchæ designantur: quia sicut stellæ in cælo refulgēt, ita & iusti antequàm caderēt, doctrina & sapietia refulgebāt in ecclesia. De cælo in terrâ cecidit, quia ab ecclesia præcisi, corpori reproborû, qui per terrâ designantur, sociati sunt. Sed quærèdum nobis est, cur primum hæreticos, qui per stellâ & locustas designati sunt, posuerit, & postea persecutores, qui designantur per equites loricanos: de quibus in sequentibus in cantu tubæ sexti angeli dicturus est. Quia antequàm imperatores Romanorum ecclesiam Dei persequi instituerunt

*Libertum arbitrium in malo.*

*1. Cor. 11.*

*Hæreticorum doctrina, per doctrinam patrum euanescit.*

*Matth. 5.*

*Dæmonis malicia in scorpione adumbrata.*

tuisent, hæretici esse cœperunt: sicut Nicolaus, qui temporibus Apostolorum extitit & multi alij. *Et data est illi clavis putei abyssi.* ] Per clauem, libertum arbitrium hæreticorum quod habuerunt in malo, designatur: per abyssum verò, corda eorum: per puteum autem, eorum ora designantur. Data est igitur hæreticis clavis putei abyssi, quia permisit Deus hæreticos esse, sicut dicit apostolus Paulus: Oportet hæreticos esse, vt qui probati sunt, manifesti fiât inter vos. *Et aperuit puteum abyssi.* ] Stella quæ de cælo cecidit, puteum abyssi aperuit: quia hæretici ad proferenda mala quæ in cordibus eorum latebant, ora sua aperuerunt. *Et ascendit fumus putei, sicut fumus formicis mægnæ.* ] Per fumum; doctrina hæreticorum designatur: quia sicut fumus vento impulsus citò euanescit, ita & doctrina hæreticorum; per doctrinam sanctorum patrum, velut fumus euaniuit: per fornacem verò, sæpe corda impiorum designantur: sicut dicit propheta, Velut cibus ardens, corda eorû. *Et obscuratus est sol & aer, de fumo putei.* ] Per Sole sæpe Christus intelligitur: in hoc autè loco, mēbra eius idè, id est, prædicatores sancti designati sunt: per aerem verò; populus fidelis, qui eis subiectus erat. Sed quomodo electi obscurati sunt quos prauitas erratica decipere nõ valuit: Sed obscurati sunt eis, quos hæretici decipere potuerunt: qui & in sequētibz per locustas designantur: verum claritas eorû cæteris fidelibus latere nõ potuit, sicut lucerna sub modio abscondi non potest. *Et de fumo exierunt locustæ in terram.* ] De fumo, id est, de doctrina eorum, qui hæresiarchæ appellati sunt, magna multitudo hæreticorum generata est. In terram exierunt, quia à societate electorum separati, eis qui terra vocantur, id est, infidelibus coniuncti sunt. *Et data est illis potestas, sicut habent potestatem scorpiones terræ.* ] Sæpe Deus dicitur dedisse, quod permittit. Permittit enim Deus impijs malè agere, vt ex eorum malis bona operetur: per scorpiones verò, possumus dæmones accipere. Quia sicut scorpiones dum non præuidentur, corpora hominum suo veneno inficiunt & extinguunt, ita & dæmones incautis hominibus venena malarum persuasionum ingerunt. Et dum ad perpetranda scelera pertrahunt, eorum animas veneno suæ malitiæ infectas occidunt. Potestas ergo locustarum, id est, hæreticorum: similis est potestati scorpionum: id est, dæmonû: quia sicut dæmones in hoc semper insistant, vt quoscunque possunt decipiant, ita & hæretici tota virtute laborant, vt quoscunque possunt, in foueam suæ perditionis demergant. *Et præceptum est illis, ne læderent fœnum terræ, neque omnè viride, neque omnem arborem.* ] Quod significat fœnum terræ, hoc & omne viride. Nā sicut superius sub cantu tubæ primi angeli, per omne fœnum viride quod cõbustum esse dicitur, electi qui primis tēporibus fuerunt, designantur: ita & hic per fœnum terræ, & omne viride, fidelis populus est designatus, per arbores verò, doctores ecclesie designantur. Prohibiti sunt ergo hæretici, ne læderent fœnum terræ, neque omne viride, neque omnem arborem, quia non permisit Deus, vt eos qui viriditatem fidei habebant, id est, qui fidem quam profitebantur, operibus implebant, neque sanctos prædicatores qui non erant spine vel tribuli,

A ex quibus neque vna, neque ficus colliguntur, sed potius arbores bonorum operum fructus ferentes, ex quibus fideles populi reficiebantur, hæretici deciperent. Vnde & sequitur. *Et homines qui non habent signum Dei in frontibus suis.* ] Quid est autem signum Dei nisi charitas? de qua idem Ioannes loquitur, dicens, deus charitas. Possimus verò per frontes quæ qualitates mentiuntur sapissimè demonstrant, corda reproborum intelligere. Illi verò facile ab hæreticis decipiebantur, qui signum Dei viui, id est, charitatem in cordibus suis non habebant. *Et præceptum est illis, ne occiderent eos.* ] Quod dicit præceptum est illis, videtur mihi ad dæmones pertinere. Tanta est enim nequitia dæmonum, vt si hoc Deus permisisset, statim vt homo mortale facinus admisisset, cum interficerent. Sed expectat Deus homines impios, vt aliquando poenitentia ad eum redeant & saluentur, siue vt iusti per eos probentur. Nam & Psalmista, cum de impijs loqueretur, precabatur, dicens: Ne occidas eos, ne quando obliuiscantur populi mei. Et in iudicium libro scriptum est: quia dimisit Deus Chananzos & Philisteos, vt in eis exacerberetur Israel, & habebant scientiam certandi cû hostibus. Præcepit ergo deus, id est, non permisit, vt exterminarentur, siue omnes hæretici, siue omnes impij; vt haberent iusti per quos probarentur, sicut aurum quod probatur per ignem, Vnde & sequitur: *Sed vt cruciarentur mensibus quinque.* ] Per menses quinque, omne tempus vitæ præsentis, quod in quinque statibus cõsistit, possumus intelligere. Prima nāque ætas est infãtia, secūda, pueritia, tertia, adolecētia: quarta, iuuetus: quinta, senectus. In quinque ergo mensibus, id est, in omni tempore vitæ præsentis, non solum hæretici, sed & omnes impij cruciantur. Nam velint nolint, cum ad memoriam, mortem, poenamque, quæ mortem sequitur, reducunt, quanuis de prosperitatibus seculi videantur exultare, cruciantur tamen inti infecus, eo quòd sciant se pro scelere suis æternaliter esse cruciandos. Contrario iusti, quamuis extrinsecus diuersis modis affligantur; intrinsecus tamen de spe cælestis gloriæ, ad quam se peruenturos credunt, exultant. Possimus etiam per quinque menses, omne tempus huius mundi intelligere. Primum nāque mēsis est ab origine mundi vsque ad diluuium. Secundus, à diluuiõ vsque ad Moysen. Tertius, à Moysè vsque ad Dauid. Quartus, à Dauid vsque ad Christum. Quintus, à Christo vsque ad consummationè seculi. In iis ergo quinque mēsisibus omnes fabricatores errorum cruciatur, siue eo modo quò superius diximus: siue quòd falsas adiuentiones suas, vident à veritate superari. *Et cruciatus eorum vt cruciatus scorpionis cum percutit hominè.* ] Diximus superius per scorpiones dæmones esse designatos. Nam sicut scorpiones dæmones esse designatos. Nam sicut scorpiones corpus aculeo vulnerat, vt per vulnus venenum intromittat, per quod hominem interficiat: ita & diabolus, aut ira, aut superbia, aut libidine, aut aliqua delectatione carnali mentem vulnerat, vt per hoc venenum suæ malitiæ infundat, animamque interficiat. Cruciatu ergo locustarum, similis esse cruciatu scorpionis dicitur: quia hæretici imitantes patrem suum diabolum per lenia verba atque cõposita, mentes hominum imperitorum vulnerabant.

*1. Ioan. 4. Charitas signum Dei.*

*Diabolus impios interfecit, si Deus permittet.*

*Psalm. 58. Mali ad bonum exercitium à Deo relicti.*

*Imperatores cruciati in hac vita.*

*Iustorum cõsolatio in præsentis vitæ malis.*

*Arma diaboli.*

Heretici quoniam patrem suum diabolum putantur. venenumque sui erroris infundentes, eorum animas necabant. Possimus quippe per cruciatum, animarum interfectionem intelligere. *Et in diebus illis quarent homines mortem, & non inuenient eam, et cupiet mori, & fugiet mors ab eis.* Hęc sctetia ad electos pertinet. In diebus illis, id est, in diebus quibus Euangelij gratia per vniuersum mundum refulget, quarent homines mortem. Querebat Paulus mortem persequendo ecclesiam Dei, & non inuenit eam: quia Christus qui est mutus impenetrabilis, se illi obiciens a morte quam querebat, eum retraxit, & ad vitam quod est ipse, violenter reduxit. Fuerunt & alij multi, qui querebant mortem, ecclesiam Dei persequendo, aut cetera mala exercendo: sed fugit mors ab ipsis, quia per prædicationem sanctorum ad vitam sunt reuocati. Nos etiam quosdam vidimus, qui quæserunt mortem & non inuenere eam, & cupierunt mori, & fugit mors ab eis. Scimus enim quosdam fuisse, qui amplius quam oportebat seculum diligentes, multo tempore, multisque modis laborasse, vt carnis suæ desideria perficerent. Sed cum ad id quod optabant, peruenire non possent: respicientes seculi falsa promissa, ad diuitias cœlestes acquirendas se contulerunt, atque ad earum perceptionem, sicut credimus, bonis operibus insistendo, peruenire meruerunt. Vidimus nihilominus quosdam monasteria reliquisse, & ad seculum transisse, & in seruitio quorundam hominum potentium se tradidisse, vt terrenas diuitias atque possessiones quas per se habere non poterant, eorum suffragiis obrinerent. Sed cum ad id quod desiderabant, peruenire non possent, seculum reliquisse, & ad monasteria sua rediisse, atque in bonis operibus vitam terminasse. Ij ergo quæserunt mortem & non inuenere eam, & cupiebant mori, & fugit mors ab eis. De talibus Dominus sub specie Hierusalem, ad Prophetam loquitur, dicens: Ecce ego sepiam viam tuam spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inueniet. Et sequetur amatores suos, & non apprehendet eos: quæret, & non inueniet eos. Amatores nostri, sunt desideria carnalia. Amatores nostros sequimur, quando in hoc laboramus, vt diuitiarum possessores efficiamur, vt habeamus vnde desideria carnalia expleamus. Amatores nostros sequimur, & non apprehendimus, quando misericordia Dei impediente, ad hoc quod inutiliter desideramus, peruenire non possumus. *Et similitudines locustarum, similes equis paratis in prælium.* Per equos sæpe prædicatores sancti designantur, sicut Abacuc propheta in cantico suo loquitur dicens: Viam fecisti Domine in mari equis tuis, in luto aquarum multarum. Viam fecit Deus in mari equis suis in luto aquarum multarum, quando initio fidei, pacem mundo largitus est: vt Apostoli Domini per vniuersas gentes, quæ per mare & lutum designatæ sunt, possent discurre, & semina fidei spargere. Equi ergo dei ad prælium parabantur, quando prædicatores sancti, & verbo & virtutibus ad hoc armabantur, vt genus humanum de potestate diaboli eruerent. Locustæ verò similes equis paratis in prælium esse dicuntur: quia sicut prædicatores sancti tota virtute laborant, vt quoscunque possunt de laqueis diaboli eripiant, ita & hæretici ad hoc sem-

per armantur, vt quoscunque possunt decipere, in baratrum suæ damnationis inuoluant. *Et super capita eorum, tanquam coronæ similes auro.* Sæpe per aurum sapientia designatur, sicut superius iam diximus. Per coronas locustarum, sapientia secularis ostenditur. Coronæ igitur locustarum aurum ipsa non erant, sed similitudinem auri habebant, quia sapientia secularis, in qua hæretici maxime cõfidebant, aurum non erat, id est sapientia, sed potius stultitia, sicut dicit Apostolus Paulus: Sapientia huius mundi, stultitia est apud Deum. *Et facies eorum, sicut facies hominum.* Homo rationale est animal. Per faciem verò hominum, diuinarum scripturarum scientiam intelligere possumus, quam hæretici habere studebant, vt per eam facilius simplices quosque deciperent. Locustæ igitur facies hominum habere videbantur, sed similitudo erat non veritas: quia hæretici videbantur quidem scientiam habere diuinarum scripturarum, sed procul à veritate distabant, quia eam non rectè intelligebant. *Et habebant capillos sicut capillos mulierum.* Per capillos qui sine sensu præciduntur, possumus maximam multitudinem infidelium intelligere. Qui ab hæreticis faciliè decipiebantur, quia sicut capilli abque iniuria præciduntur: ita & isti ab ecclesia, sine aliquo dispendio præcisi sunt. Per mulieres verò, diuersas ecclesias possumus intelligere. Habebat igitur locustæ capillos mulierum, quia sicut sancti ecclesiæ Dei habebant turmas suas, quæ certis temporibus ad diuina officia celebranda confluunt: ita & hæretici habebant populos insanos, qui in diuersis locis conueniebant, non ad ministeria diuina, sed ad diabolica officia celebranda. *Et dentes eorum, sicut leonum erant.* Officium dentium est, vt quicquid intra se ceperint terendo consumentes, in foueam ventris demergant. Possumus ergo per leones & dentes, persecutores ecclesiæ intelligere. Per leones quidem, principes: per dentes autem, eos qui eorum imperio sanctos Dei laniabant. dentes igitur hæreticorum sicut leonum erant, quia sicut pagani ecclesiam dei persequiebantur, & quoscunque poterant terroribus atque cruciatibus in perditionis voraginem implicabant: ita & hæretici quosdam potentes homines sibi sociantes, ecclesiam dei persecuti sunt, multosque more dentium, minis & impressionibus afflictos, in ventrem suæ malitiæ demerserunt. *Et vox alarum eorum, sicut vox equorum multorum currentium in bellum.* Possumus per alas, verba hereticorum intelligere. Quia sicut alæ à terra aues subleuant, ita hæretici suis eloquiis extollebantur. Per equos verò prædicatores designantur, sicut superius iam diximus. Vox igitur alarum locustarum, erat sicut vox equorum multorum currentium in bellum: quia sicut prædicatores sancti, voces prædicationum emittebant, cum pergerent ad bellum contra diabolum, vt genus humanum de potestate eius liberarent: ita & hæretici circunquaque discurrebant, falsam doctrinam spargendo, vt quoscunque possent deciperent, & diabolo subiugarent. *Et habebant caudas similes scorpionum, et aculei erant in caudis eorum.* Et Elias propheta dicit, quod propheta docens mendacium, cauda est. Hæretici ergo qui propter notitiam diuinarum scripturarum, prophetas se esse assumant, non inconuenien-

Heretici quoniam patrem suum diabolum putantur. Quomodo electi negato eis successu in malis a morte quam peccato quærebant, reuocantur. Of. 2. Abac. 3. Prædicatores dei milites sunt.

Sapientia secularis stultitia. 1. Corin. 3. Hæreticorum simulata scientia. Infideles ab ecclesia præcisi. Hæreticorum conuenticula. Persequutores ecclesiæ. Prædicatores sancti ammarum salutem querunt, sic hæretici perditionem. Esai. 9.

uenieter caudis scorpionum assimilantur, quia eorum doctrina falsa erat & venenosa: vnde & aculeos in caudis habuisse dicuntur. Per aculeos namque, blasphemias quas in diuinis scripturis intermiscerant, designantur. Et sicut scorpio innoxius esset, si aculeus deesset, ita & doctrina hæreticorum bona esset, si hanc blasphemiam non fecerant. *Potestas eorum nocere hominibus, mensibus quinque.* Quid sint mensibus quinque superior dictum est. *Et habebant super se remigem angelum abyssus cui nomen Hebraicè abaddon, Græcè aspholion, & Latine habes nomen exterminans.* Certum est omnibus, hæreticorum principem esse diabolum, sicut Dominus dicit ad Iob Ipse est rex super omnes filios superbiæ: vnde & exterminator vocatur, eo quod exterminator sit totius bonitatis. *Vt vnum abbit, & ecce veniunt adhuc duo. Et sextus angelus tuba cecinit.* Per sextum angelum martyres designantur. Sextus angelus tuba cecinit, quia martyres Christi doctrinam fidei infidelibus propinauerunt. *Et audiui vocem vnã ex cornibus altaris aurei, quod est in conspectu Domini, dicente sexto angelo.* Per altare aureum, sicut superius iam diximus, ecclesia designatur. Quatuor verò cornua altaris, quatuor Euangelistas demonstrant. Vocè ergo vnã ex quatuor cornibus altaris aurei, se audisse dicit: quia vna est fides, vna doctrina, quæ quatuor libri Euangeliorum docent. Quid autem hæc vox sexto angelo dicat, manifestat subdendo. *Vadè & solue quatuor angelos qui alligati sunt in flumen magnum Eufratem.* Primum dicamus quid sint quatuor angeli, quid vincula, quid Eufrates, & postea cur sexto angelo præcipiat Euangelium, vt soluat quatuor angelos, diligentius inuestigabimus. Nam sicut superius in apertione sexti sigilli, quatuor angeli super quatuor angulos terræ stetitisse visi sunt, tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent super terram, neque in vllam arborem: ita & hic sub cantu tubæ sexti angeli, quatuor angeli in flumen magnum Eufratè alligati esse referuntur. Eandem ergo significationem habet quatuor angeli isti, quam & illi. Significant enim quatuor regna, Assyriorum videlicet, Perfarum, Macedonum, atque Romanorum. Et quia potestas quatuor regnorum, sicut superius diximus, ad Romanos secesserat, per quatuor angelos in hoc loco Romani designantur. Per Eufratem hic mundus intelligitur. Quid sint ergo vincula quatuor angelorum, superior manifestatum est. Nam supra scriptum est, quia vidit Ioannes angelum descendisse de cœlo, habentem signum Dei viuui, & clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terræ & mari dicēs: Nolite nocere terræ & mari, neque arboribus quo adusque signemus seruos Dei nostri in frõtibus eorum. Per angelum qui habebat signum Dei viuui, Christum diximus fuisse designatum. Vincula igitur quatuor angelorum, verba sunt Domini: non quod Dominus præcepit persecutoribus vt à persecutione cessarent, donec semina fidei per omnes gētes spargerentur: sed quod potestate fecit, hoc dicitur verbis præcepisse. Romani namque qui ante aduentum Christi, cædibus & rapinis, atque ab effusione sanguinis generis humani manus cohibere non poterant, pace ligati sunt, atque ab effusione sanguinis prohibiti sunt.

Doctrina hereticorum simulata scientia. Princeps hereticorum diabolus. Iob. 14. Concors doctrina Euangelij. Quatuor regna. Cap. 7. Pacem fecit Deus per orbem, cum vellet semen fidei inter gentes disseminare. Romanorum seruitas coercita.

Præcepit ergo vox, quæ processit à quatuor cornibus altaris aurei sexto angelo, qui habebat tubam vt solueret quatuor angelos: quia doctrina Euangelij hoc præcepit prædicatores verbi Dei, vt nullis minis, nullis terroribus hominum impiorum terreatur, vt cessent ab officio prædicationis, sicut Dominus dicit in Euangelio: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Imperatores quippe Romanorum & ceteri principes terræ, cum viderent religionem Christianam quotidie augeri, & culturam idolorum euacuari interminati sunt mortem omnibus qui Christum colerent aut prædicarent. Sextus ergo angelus, id est martyres quatuor angelos, id est prædicatores suos quasi soluerunt: cum propter insuperabilem Euangelizandi constantiam, ad persequendos eos se armauerunt. Vnde & sequitur. *Et soluti sunt quatuor angeli, qui parati erant in horam & diem, & mensem, & annum, vt interficerent tertiam partem hominum.* Soluti sunt quatuor angeli: quia impij homines pace abiecta, manibusque solutis quas pax alligauerat, persecuti sunt populum Dei. Quod autem dicit: Parati erant, impiorum hominum voluntatem demonstrat: quia antequam tempus persecutionis veniret, voto parati erant vt populum Dei interficerent. Sanè tertia pars hominum, vt superius dictum est, electos significat. Porro quod in horam, & diem, & mensem, & annum, quatuor angeli vt interficeret tertiam partem hominum parati esse dicuntur, possumus ad omnes impios, qui ab initio mundi fuerunt, & erunt vsque in finem, referre. Per horam quippe, tempus ab initio mundi vsque ad diluuium: per diem autem, tempus diluuii vsque ad legem: per mensem verò, tempus sub lege: per annum autem, tempus sub gratia designatur. In iis ergo quatuor temporibus, semper reprobi persequuntur electos. *Et numerus equestris exercitus, vicies milies dena milia.* Qui designatur per quatuor angelos, ipsi & per equestrè exercitum, videlicet, persecutores ecclesiæ. Exercitum autem persecutorum equestris esse dicitur: quia sicut habet Deus equos suos, id est sanctos prædicatores, qui eum per vniuersum mundum deportauerunt: ita habet diabolus equos suos, id est omnes impios, super quos sedet, & ad perpetranda diuersa scelera impellit: qui vicies milies dena milia esse dicuntur. Per finitum namque numerum persecutorum, innumerabilis multitudo exprimitur. *Et ita vidi equos in visione, & qui sedebant super eos, habebant loricas igneas, & hyacinthinas, & sulphureas.* In hoc loco per equos, infanti populi: per fessores autem equorum, principes terræ designantur: per loricas verò, quæ ictus gladiorum à se repellunt, duritia cordium reproborum designatur, quæ ad corda eorum gladii spiritus, quod est verbum Dei, accedere non sinit. Quæ lorica ignea, hyacinthina, & sulphurea esse dicuntur. Per ignem planè crudelitas persecutorum mentis: per iacinthum qui cœli figuram habet, honor deitatis, quem diis suis referant, designatur. Per sulphur verò quod fetet, blasphemias quas in Christum proferebant designantur. Persecutores igitur loricas igneas, & hyacinthinas atque sulphureas habuisse dicuntur: quia partim propter credulitatē mentis, corda sua indurauerat, vt non lo-

Voluntas nocendi: in impijs. Malitiam quæ cessant bonas persequi. Impij sunt equi diaboli. Ephes. 6. OO iij

lūm in Christum nō crederent, sed etiā seruos eius G  
persequerentur: partim propter defensionem deo-  
rum falsorum: partim propter blasphemias quas in  
Christum ferebant, dicentes eum magum fuisse &  
seductorem. *Et capita equorum erant tanquam capita  
leonum.* ] Per capita equorum Imperatores Roma-  
norum designantur, quia capita esse videbantur  
omnium persecutorum, qui etiam propter insatia-  
bilem rabiem leonibus assimilantur. *Et de ore eorum  
procedit ignis, fumus & sulphur.* ] Per ignem, impia præ-  
cepta imperatorum designantur; quibus populus  
Dei interfici iubebatur: per fumum verò, honor  
deitatis, quem diis suis deferre iubebant. Et rectè  
per fumum, idololatriæ falsitas designatur: quia si-  
cut fumus à facie ventri euahescit, ita & cultura ido-  
lolorum in conspectu prædicationis Euangelicæ de-  
perit. Per sulphur autem sicut supra dictū est, blas-  
phemiarum quas Christo ingerebant designantur. *Ab  
iis tribus plagis interfecti est tertia pars hominum.* ] Id est,  
multitudo martyrum: per ignem videlicet, fumū ac  
sulfurem, quæ procedebant de ore ipsorum. Pro-  
cedebat quippe ignis de ore ipsorum, id est iusio  
impiissima quæ præcipiebat, vt sancti Dei martyres  
interficerentur. Procedebat & fumus, quia præci-  
piebant, vt honor deitatis ab omnibus hominibus,  
diis suis impenderetur. Procedebat & sulphur, id est  
blasphemiarum in Christum, præcipientes vt religio  
Christiana funditus de mundo extingueretur. *Po-  
testas igitur equorum in ore ipsorum est, & in caudis eo-  
rum.* ] Superius capita equorum vt leonum esse di-  
cuntur. In ore verò leonum dentes consistunt, qui-  
bus conterunt & dilaniant omnia quæ ceperint.  
Possumus itaque per dentes, carnifices intelligere  
qui in ore leonum, id est, in potestate persecutorum  
positi, eorum imperio diuersis cruciatibus corpo-  
ra sanctorum cruciabant. Corpora igitur sanctorum  
persecutores in ore, id est, in potestate habebant:  
sed animas non habebant, sicut Dominus dicit  
in Euangelio: Nolite timere eos qui occidunt  
corpus, animam autem non possunt occidere. Et  
ideo potestas persecutorum tantummodo in ore  
erat: quia corpora sanctorum in potestate habebant,  
sed animas non habebant. Occidere poterāt, quos  
vincere non valebāt. Per caudas verò, philosopho-  
rum atque poetarum doctrina designatur. *Nā cau-  
dæ eorum similes serpentibus habentes capita, & in iis no-  
cent.* Rectè doctrina philosophorū serpētibus assimi-  
latur quia plena erat mendaciis & fallaciis. Qui ser-  
pentes capita habere dicuntur, quia omnes errores  
gentiliū proprios habebant authores. Potestas ergo  
equorum in caudis eorū erat, quia persecutores ec-  
clesiæ per doctrinam philosophorum, volebant e-  
uertere religionem Christianam. *Et ceteri homines  
qui non sunt occisi in iis plagis, neque egerunt poenitentiam  
ab operibus manuum suarum, vt nō adorarent idola aurea & ar-  
gentea, quæ neque videre possunt, neque audire, neque am-  
bulare.* ] Subauditur perierūt. Tertia igitur pars, quæ  
interfecta est, salua facta est, id est, electi ex qui-  
bus multi pro Christi nomine interfecti sunt: reli-  
qui libentissimè occumberent, si necessitas exegisset.  
Cæteri verò, id est pagani qui in Christum cre-  
dere noluerunt vt agerent poenitentiam, ab iniqui-  
tatibus suis petierunt.

Idololatriæ.

Tyrannorū  
furor contra  
Christum &  
membra eius.

Philosophorū  
& poetarum  
doctrina mē-  
daciis plena.

**E**T vidi alium angelum fortem descendentem de caelo a-  
mictū nube, & iris in capite eius. ] Quia superius ad-  
uersitates ecclesiæ narrauerat, quæ ab hæreticis &  
paganis passa est, restat vt de prosperitate eius, qua-  
liter inter persecutiones creuerit, narret. Constat  
namque ecclesiam in persecutionibus creuisse, &  
quantò amplius opprimebatur, tantò amplius con-  
fortabatur, & crescebat: sicut de filiis Iacob in figu-  
ra eiusdem ecclesiæ scriptum legimus, qui quantò  
amplius ab Ægyptiis opprimebantur, tantò am-  
plius multiplicabantur. Angelus fortis Dominum  
nostrum Iesum Christum designat, de quo dicit  
Psalmista: Dominus fortis & potens: Dominus po-  
tens in prælio. Qui descendens de caelo amictus  
nube esse dicitur, quia Dominus noster veniens in  
mundum, carnem quæ per nubem designata est  
induit, vt per carnis assumptionem, se hominibus  
conformaret, quos redimere veniebat. Per irim  
verò eius misericordia designatur, sicut superius  
diximus, Per caput autem, eius diuinitas in hoc lo-  
co intelligitur. Irim in capite habebat, quia eius di-  
uinitas ante incarnationem suam tantam miseri-  
cordiam assumpserat, vt homo fieri pro hominibus  
non dedignaretur, & ad vltimum, pessima morte  
damnari. *Et facies eius erat sicut sol.* ] Sæpe per solem  
Dominus designatur, quia sol omnes creaturas vi-  
sibiles suo splendore atque pulchritudine antecedit.  
Sed quæ creatura, poterit cōparari suo creatori?  
Verum per figuras visibiles, sæpe inuisibilia de-  
monstrantur. In corde igitur electorum, Christus  
sol est, quem cernere per spem, nullo modo desi-  
stunt, & ad cuius pulchritudinem intuemdam, sem-  
per venturos esse credunt. *Et pedes eius tanquam co-  
lumna igni.* ] Per columnā ignis, ecclesiam Dei pos-  
sumus accipere, quia amore Dei atque proximi in-  
desinenter ardet. Per duos verò pedes, duos popu-  
los intelligere debemus. Ex duobus ergo pedibus,  
vna columna efficitur: quia ex duobus populis, ex  
Iudæis videlicet atque gentibus, vna ecclesia Dei  
fabricatur. Possumus etiam per duos pedes, duo te-  
stamenta intelligere, sicut in sequentibus plenius  
demonstrabimus. Nec discordat à sensu superiori,  
eo quòd vetus testamentum Iudæis, nouum autem,  
gentibus specialiter traditū sit. *Et habebat in manu sua  
libellum apertum.* ] Hic liber superius septem sigillis si-  
gnatus fuisse describitur. Sed de eius apertione,  
Domino largiente, aliqua superius diximus. Li-  
bellum igitur apertum, in manu sua Dominus no-  
ster Iesus Christus tenere visus est, quia sensus diui-  
narum scripturarum, doctoribus ecclesiæ ipse a-  
peruit. *Et posuit pedem suum dexterum super mare, sini-  
strum autem super terram.* ] Per pedem dextrum sicut  
diximus, nouum testamentum: per sinistrum, ve-  
tus designatur. Possumus autem per mare popu-  
lum gentium designare, propter profunditatem  
ignorantiæ atque errorum: per terram verò quæ  
excolitur vt fructum ferat, Iudæos qui excoleban-  
tur per disciplinam legis, & fructum ferebant cum  
præcepta legalia, quamuis carnaliter, implebant.  
Pedē ergo suū dextrū, Dominus super mare posuit,  
quando specialius gentibus doctrinam Euangelij,  
quam

Ecclesiā per  
secutionibus  
creuit.

Exod. 2.

Psalm. 23.

Spēs Christi  
semper intue-  
tur.

**A**po. 13. quā Iudæis tradidit: sicut Paulus eisdem Iudæis A  
loquitur dicens. Vobis oportebat primū loqui ver-  
bum Dei, sed quia repulistis illud, & indignos vos  
iudicatis aeternæ vitæ, ecce conuertimur ad gētes.  
Pedem sinistrum super terram posuit, quando legē  
Iudæis specialiter tradidit. Sed nullū moueat, quòd  
posteriora prius cōmemorauit, & priora posterioribus  
eo quòd in diuinis scripturis hoc sæpe contingat.  
Ad quod comprobandum, vnum tantūmodo exē-  
plum proferamus. In Psalmo centesimo quin-  
to, cum dixisset, Aperta est terra & deglutit Da-  
tham, & operuit super congregationem Abyron,  
exarsit ignis in synagoga eorum, flamma combus-  
sit peccatores: retū reuertitur, & dicit, Et fecerunt  
vitulum in Oreb, & adorauerūt sculprile. Nec incō-  
uenienter per dextrum pedem, nouum testamentū,  
per sinistrū autē vetus designatur: eo quòd vetus te-  
stamentum vmbra fuerit noui testamenti. *Et clama-  
uit quemadmodum cum leo rugit.* ] Clamauit Christus  
per legem, sed non quemadmodum cum leo rugit,  
quia in vna domo Israel vox eius tantummodo au-  
dita est. Clamauit postea per Euangelium, quemad-  
modū cum leo rugit, quia in omnem mūdum vox  
eius intonuit. Et cum clamasset, locuta sunt septem  
tonitrua voces suas. Per septē tonitrua, septem vir-  
tutes possumus accipere. Clamauit Christus per le-  
gē, sed septē tonitrua non sonuerunt. Clamauit per  
Euangelium, & locuta sunt septem tonitrua vo-  
ces suas. Nam illis quibus lex dicebat: Maledictus  
qui non reliquerit semen in Israel, è quibus ob hoc  
plures vxores atque concubinas habere licitum e-  
rat, pudicitia tonitruum necdum sonauerat. Simili-  
ter & illi quibus lex dicebat: Oculum pro oculo,  
dentem pro dente: & qualem inflixerit quis macu-  
lam, talem & sustinere cogatur, necdum tonitruū  
patientia audierant. Et illi tonitruum charitatis  
necdū perfectè audierant, quibus lex dicebat: Di-  
liges amicum tuum, & odio habebis inimicum tuū.  
Idem & de cæteris virtutibus intelligendum est.  
Septem ergo tonitrua locuta sunt, quando per do-  
ctrinam Euangelij, sublimitas virtutum cœpit de-  
monstrari. *Et audiui vocem de caelo dicentem mihi: Signa  
quæ locuta sunt septem tonitrua, noli ea scribere.* ] Vox de  
caelo, vox est de ecclesia: scribere verò, est prædica-  
re. Quia sicut scriptor atramento in volumine scri-  
bit, vnde legentes exercitētur, ita & quilibet doctōr,  
verba Dei scribit cum ea prædicando in cordibus  
audientium plantat. Cur ergo per vocem, quæ de  
caelo sonuit, prohibitum est, ne septem tonitrua  
scriberentur, in actibus Apostolorū, & in epistolis  
Pauli inuenire possumus. In initio namque fidei,  
prædicatores sancti videntes infirmitates gentium  
ad fidem venientium, non sunt ausi eis austeriora  
Christi præcepta committere, ne fortè duritia præ-  
ceptorū territi, nō auderent ad fidem Christi susci-  
piendā accedere: sicut Paulus apostolus discipulis  
suis scripsit, dicens: Tanquā paruulis in Christo, lac  
vobis dedi, non escam. Nondum enim poteratis,  
sed nec adhuc quidē potestis, adhuc enim estis car-  
nales. Sed & Apostoli, qui erant Hierosolimis, eis  
qui ex gentibus crederant mandauerunt, dicētes:  
Placuit spiritui sancto & nobis, nihil imponere vo-  
bis oneris, nisi vt abstineatis vos ab escis quæ idolis

Hysseron pro-  
teron in scri-  
pturis fami-  
liare.

Psalm. 75.

Exod. 21.

Leuit. 19.

Matt. 5.

Predicator  
scribit verbū  
Dei in cordi-  
bus hominū.

1. Cor. 3.

Apo. 15.

immolatur, & à fornicatione, & suffocato, & sangui-  
ne. Vox ergo de caelo Ioāni loquitur, ne septē toni-  
trua scriberet, quia Apostoli qui per cœlū designā-  
tur, primis prædicatoribus præceperūt, ne nouiter  
ad fidē veniētes, subito ad celsitudinē virtutū con-  
scendere cogerēt, donec in fide confortati, iam ad  
operationē virtutū trāsire possent. *Et angelus quē vidi  
stantē supra mare, & super terrā, cum leuasset manus suas,  
& iuraret per viuētē in æternū, qui creauit cœlū, & ea quæ  
in eo sunt: & terrā, & ea quæ in ea sunt, mare, & ea quæ in  
eo sunt: quia tēpus amplius non erit, sed in diebus septimi angē-  
li cum ceperit tuba canere, cōsummabitur mysteriū Dei, quod  
euangelizauit per seruos suos prophetas.* ] Nos quādo iura-  
mus, volumus vt firmū sit quod loquimur. Dixisse  
ergo Domini, iurasse est: quia fieri non potest, vt  
quod loquitur Deus, irritum fiat, sicut ipse dicit in  
Euangelio: Cœlum & terra transibunt, verba autem  
mea non transibunt. Cum igitur Christus per viu-  
entem in æternum, & per eum qui fecit omnes  
creaturas iurauit, per semetipsum iurauit: Quia om-  
nia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est ni-  
hil. Iurauit autem, non in quibusdam verbis semet-  
ipsum obligando, sed dicendo ea quæ vêtura erāt,  
Per semetipsum verò angelum, prædicatores qui in  
fine mundi futuri sunt, designantur: de quibus in se-  
quentibus dicemus. Iurauit ergo Christus, quòd in  
diebus septimi angeli cōsummabitur mysterium  
Dei, quod euangelizauit per suos prophetas, quia  
prædixit quod tūc veniret filius, cum omnis electo-  
rum numerus fuerit completus. *Et vocem quam audi-  
ui de caelo iterum loquentem mecum, & dicentem: Pade, &  
accipe librum de manu angeli, stantis supra mare & supra  
terram.* ] Vocem primam eam dicit, quando de caelo  
ei dictum est: Signa quæ locuta sunt septem toni-  
trua, noli ea scribere. Eandem quippe vocem se-  
iterum audisse dicit: quia eiusdem spiritus sancti vox  
fuit illa, cuius & ista. Per Ioannem in hoc loco om-  
nes Apostolos intelligere debemus. Vox ergo diui-  
na Ioanni locuta est, vt iret ad angelum, & acciperet  
ab eo librum: quia spiritus sancti gratia Apostolus  
inspirauit, vt relictiis omnibus Christum sequerentur,  
vt doctrinam Euangelij ab eo perciperent. *Et  
abij ad angelum, dicens ei, vt daret mihi librum.* ] Abie-  
runt Apostoli ad Christum, vt ab eo doctrina diui-  
narum scripturarum instruerentur. *Et dixit mihi: Ac-  
cipe, & deuora illū, & faciet amaricare ventrem tuum, sed  
in ore tuo erit dulce tanquam mel. Et cum deuorarem eum,  
amaricatus est venter meus.* ] Per os in quo saporis discer-  
nuntur, corda Apostolorū intelligere possumus: per  
ventrem autem, in quo omnes spurcitiæ commo-  
rantur corporis, memoriam peccatorum intelli-  
gere debemus. Liber igitur dum deuoratur, vt mel  
dulce fuisse dicitur: quia diuina scriptura dum in  
mente reuoluitur, vitamque æternam mandata  
Dei custodientibus repromittit, dulcis vt mel in  
corde efficitur, cum verò mentem à superioribus  
ad inferiora, id est, à contemplatione cœlestis pa-  
triæ, ad peccata sua intuenta deducit, poenāque  
quas impij pro peccatis suis passuri sunt, ostendit,  
quæ antea fuerat dulcis in demonstratione cœ-  
lestis gloriæ, amara efficitur in peccatorum ostēn-  
sione. Possumus etiam hoc de Ioanne proprie in-  
telligere, qui antequā Euangelij scriberet, Pathmos

Infirmi sup-  
portandi.

Lu. ca 21.

Ioan. 1.

De fine mun-  
di.

Matt. 4. 19.

Eccl. 3.

Verbi Dei ef-  
fectus in no-  
bis.



in exilium ductus est. Sed quia propter absentiam eius, haeretici ecclesiam Dei inuenerant, post reuersionem suam de exilio, ad eorum blasphemias destructionem compulsi sunt Euangelium scribere. Praecipit igitur vox diuina Ioanni, ut iret ad angelum, & acciperet ab eo librum: quia spiritus sanctus hoc Ioanni inspirando suavit, ut iret ad Christum non passibus corporis, sed passibus mentis ad considerandam diuinitatis eius potentiam, atque cum patre aequalitatem, ut de diuinitate eius libellum omnibus fidelibus salutiferum posset conscribere. Deuorauit uero Ioannes librum, cum scientiam Euangelij quod postea scripsit, plenissime accepit. Liber itaque dum deuoraretur, dulcedinem mellis ori exhibuit: quia diuina scriptura, quanto amplius in corde ruminatur, tanto salubriore dulcedinem menti exhibet. Possimus autem per ventrem, in quo esca putrescunt, carnem mortalem intelligere. Liber igitur qui in ore dulcis fuit amaritudinem ventri generauit: quia sancti viri quanto amplius in meditatione diuinarum scripturarum dediti sunt, quantoque eius meditatio dulcior fit in mente, tanto maiore amaritudinem carni suae exhibent, affligendo uidelicet eam ieiuniis, uigiliis, abstinentia uitiorum, caeterisque cruciatibus quibus caro atteritur. Et dixit mihi angelus: Oportet te prophetare iterum populis, & gentibus, & linguis, & regibus multis. Prædicatur ei quod ab exilio ad prædicandum reditus sit. Sed cum sancti patres tradant, quod post reuersionem suam de exilio tantummodo in Epheso, & circa adiacentia loca eius prædicauerit, ibique mortuus sit, & corpus eius requiescat: quomodo populis, & gentibus, & linguis, & regibus multis prophetasse dicitur: Sed prophetauit, id est, prædicauit per Euangelium suum quod postea scripsit omnibus gentibus, & linguis, & regibus multis: quia per omnes gentes dispersum est, & in meditatione eius, omnes terrarum populi, regesque multi proficiunt.

CAPVT VNDECIMVM.

ET datus est mihi calamus mensurae similis uirga, dicens: Surge & metire templum Dei, & altare, & adorantes in eo. Per calamum quo antiqui scribere solebant, Euangelium quod ei datum est à Domino, & quod postea scripsit, designatur: per uirgam uero, saepe disciplina accipitur. Calamus igitur qui Ioanni datus est, similitudinem uirga habuit, quia disciplina Christianorum est Euangelium. Unde & templum & altare & adorantes in eo, metiri præcipitur. Per templum namque, ecclesia: per altare, sancti & perfecti uiri designantur, qui in ecclesia consistunt: per adorantes autem in eo, caetera multitudo, quae eorum doctrina instruitur, designatur. Templum nēpe Dei & altare, atque adorantes in eo unusquisque prædicator metitur, dum unicuique secundum propriam capacitatem spiritualis gratiae doctrinam administrat, aliter Paganis, aliter Christianis, aliter haeticis, aliter Catholicis. Nam & Dominus dicit in Euangelio, quia paterfamilias peregrè proficiscens, uocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et uni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij uero commisit unum, unicuique secundum pro-

Discretio quae in pulvere requiritur.

Matth. 25.

priam uirtutem. Sequitur: *Atium autem quod est in foris templum, eice foras, & ne metiaris illud, quoniam datum est gentibus.* Si foris erat, quomodo foras eici poterat? Per atrium ergo, Iudaei designantur: Iudaei uero foris erant per incredulitatem: sed Ioannes & caeteri Apostoli adhuc eos per amorem in cordibus suis tenebant: sicut dicit apostolus Paulus. Optabam ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitae. Unde præcipitur ei, ne eum metiatur, id est, uerba praedicationis non eis ministret, sicut in euangelio ipse præcipit, dicens: Nolite mittere margaritas uestras ante porcos, ne conculcent eas pedibus suis, & conuersi elidant uos. Et ad prophetam Ezechielem Dominus loquitur, dicens: Ecce ergo adhærescere faciam linguam tuam palato tuo, & eris quasi uir obiurgans, quia domus exasperans est. Hocque atrium datum esse gentibus dicitur, quia Iudaei propter incredulitatem suam paganis gentibus erant coniuncti, siue traditi erant gentibus, id est, Romanis, ut ab eis deleterentur, atque exterminarentur. *Et ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus.* Subito saltum facit ad Heliam atque Enoch, qui temporibus Antichristi uenturi sunt. Et pulchro satis ordine uidelicet, ut qui Iudaeorum deiectionem per figuram atrij protulerat, eorum restorationem tacite subneckeret. Constat enim Iudaeos in fine mundi praedicatione Heliae & Enoch, ad fidem Christi esse reuertendos. Ciuitatem itaque sanctam, id est, ecclesiam, Antichristus & ministri eius calcabunt, id est, persequetur mensibus quadraginta duobus, qui faciunt tres annos & dimidium. *Et dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis.* Testes duos Dominus Heliam & Enoch, uocat, qui aduentum eius secundum praecurrent, sicut Ioannes praecurrit primū. *Et sunt duo oliuae, & duo candelabra in conspectu Domini terrae stantes.* Oliua oleum fert, quod super candelabrum postea ponitur, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Per oleum in hoc loco sapientiam spiritalem possumus accipere. Unusquisque enim oliua tunc est, quando apud se quiescens, per contemplationis gratiam, Deo deseruire studet: quando illud desiderat implere, quod Dominus dicit in Euangelio: Nesciat sinistra tua, quid faciat dextera tua, ut sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus qui uidet in abscondito, reddet tibi: candelabrum uero tunc fit, quando illud implet, quod Dominus dicit in Euangelio: Videant opera uestra bona, & glorificet patrem uestrum qui in caelis est. Duo igitur isti sancti modo oliuae sunt, cum in aliquo loco terrae positi, ubi eos maiestas diuina commorari praecipit, per contemplationis gratiam Deo deseruiunt. Candelabra tunc sicut, cum ad explendum praedicationis suae officium uenerint, quando omnibus uidelicet fidelibus & infidelibus uerbum Dei annunciant. De hoc candelabro Dominus dicit in Euangelio: Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Lucerna quippe super candelabrum ponitur, quando officium praedicationis sancto uero traditur, qui bonum quod praedicat, flammis bonorum

Exempl. Graeca quaedam quaedam habent. Reg. 9.

Matth. 7. Eccl. 3.

Iudaeorum conuersio & salus sine modo.

Antichristus.

Helias & Enoch.

Matth. 6.

Matth. 5.

Donum praedicandi non debet abscondi.

Matth. 5.

norum operum illustrat: lucerna uero sub modio ponitur, quando officium praedicationis alicui reprobo committitur, qui bonum quod praedicat, prauis operibus regit, ne lumen praebat eis qui in domo sunt, sicut scriptum est: Cuius uita despicitur, restat ut eius praedicationis contemnatur. Duæ ergo oliuae & duo candelabra in conspectu Domini stant: quia in terra positi, illud tempus praestolantur, quo officium praedicationis suae expleant, & mortis debitum soluunt, sicut sequentia manifestant. *Et si quis uoluerit eis nocere, ignis exiet de ore eorum, et deuorabit inimicos eorum. Et si quis uoluerit eos ledere, sic oportet eum occidi.* Quia igitur spiritus sanctus loquitur per ora sanctorum, sicut Dominus dicit in Euangelio: Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Non incongrue uerba sanctorum ignis uocatur, sicut Psalmista dicit de Domino: Ignitum eloquium tuum uehementer, & seruus tuus dilexit illud. Ignis igitur exiet de ore sanctorum istorum, & deuorabit inimicos eorum: quia doctrina eorum, ita errores Antichristi destruit, ut omnibus sanam mentem possidentibus, nihil uideatur esse quod asserere conabuntur Antichristus & ministri eius. Quod autem sequitur: *Et si quis uoluerit eos ledere, sic oportet eum occidi.* ad eandem rem pertinet. *Et habent potestatem claudendi caelum, ut non pluat diebus prophetiae eorum. Et habent potestatem super aquas conuertendi eas in sanguinem, & percussere terram omni plaga, quotiescumque uoluerint.* Legimus Heliam oratione clausisse caelum, & iterum aperuisse: sed & Moysen aquas in sanguinem conuertisse: Non ergo putandum est Heliam minorem uirtutem habere, cum ad explendum officium suae praedicationis uenerit, quam habuit eo tempore quo inter homines conuersatus est, sed potius. Possimus etiam per caelum ecclesiam, per pluuiam uerba sanctorum spiritaliter intelligere. Clauditur namque caelum impiis, cum Deus suo iudicio corda eorum ita obdurari sinat, ut nullo modo uerbi Dei aditum accedendi ad cor suum tribuat, ut saluentur. Nam & propheta Esaias caelum Iudaei clausit, cum ei à Domino dictum est: Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claudere, ne forte uideant oculis, & auribus audiāt, & corde suo intelligant, & conuertantur, & sanem eos. Clausit & caelum Hieremias amicis suis, cum dicebat ad Dominum: Ne propitius iniquitati eorum, & peccatum eorum à facie eorum non deleatur. Fiant corruentes in conspectu tuo, in tempore uisitationis tuae peribunt. Nunquid Moyses non habebat potestatem claudendi caelum, & aperiendi? Cui dicebat Dominus, cum populus peccasset: Dimitte me ut irascatur furor meus contra eos & deleam eos, faciamque te in gentem magnam. Sancti itaque illi quibusdā claudunt caelum, ut non descendat super eos imber misericordiae Dei, eis uidelicet: quos ab erroribus Antichristi reuocare non potuerint. Quibusdam uero aperient, eis uidelicet quos ab erroribus Antichristi reuocauerint. Imbrēque super eos pluent, quando suis precibus Deum illis propitium efficiunt. Per aquas quas in sanguinem conuertere dicuntur, populi designantur, sanguis autem uitionem diuinam demonstrat. Aquas igitur

Mala uita praedicationis lumen offuscatur.

Matth. 10.

Psalm. 118.

Confessio Antichristi.

3. Reg. 17. 18. Exodi 7.

Impiorum induratio.

Esai. 6.

Hierem. 18.

Exodi 32.

Caelum aperire & claudere quid.

in sanguinem conuertent, quando gentes quae à fide Christi discesserint, perpetua morte esse danandos suo iudicio decernent. *Et cum fuerint testimonium suum, bestia quae ascendit de abyso, faciet contra eos bellum, & uincet illos, & occidet eos.* Bestia hæc, Antichristum significat. Faciet contra eos bellum, quando persequetur: uincet uero illos, non superando uerbis, sed interficiendo. Unde & sequitur: *Et iacebunt corpora eorum in platea ciuitatis magnae, quae uocatur spiritaliter Sodoma & Aegyptus, ubi et Dominus eorum crucifixus est.* Si per ciuitatem magnam, Hierusalem terrestrem uoluerimus intelligere, propter hoc quod dicit: Ubi & Dominus eorum crucifixus est: à ueritate non aberrabimus: eo quod illa Hierusalem uelut ad solum destructa sit, & ista quae pro ea ædificata est, non in eo loco, sed in alio sita esse dicatur. Neque Sodoma & Aegyptus dicenda est, eo quod à Christianis incolatur. Simulque considerandum, quia ubique in hoc libro ciuitas magna ponitur, Babylonem quae est ciuitas diaboli, & ex omnibus reprobis constat, significat. Quod autem in platea ciuitatis magnae, corpora sanctorum proicienda esse dicuntur, possumus simpliciter intelligere, ut in quacunque platea, quae ad iussa alicuius reprobi pertineat, iaceant. Sed melius mihi uidetur, ut sicut per ciuitatem magnam, omnes reprobos intelligendos esse diximus, ita & per plateam corda reproborum intelligamus. Iacebunt itaque corpora sanctorum in platea ciuitatis magnae: quia sancti illis iacent à quibus nullius esse momenti existimantur: Eo contrario fidelibus stant, qui quanta sit eorum uirtus atque gloria, cordis oculis intuentur. Ciuitas uero diaboli non inconuenienter Sodoma & Aegyptus nominatur: eo quod Sodoma, caecitas, Aegyptus, tenebrae interpretentur. Quis enim deterior caecitate, atque tenebras patitur quam impij, qui praecipiti gradu ut in cloacam inferni demergantur, mala operando properare non desistunt: in platea uero ciuitatis magnae, ubi Dominus crucifixus est, corpora sanctorum proicienda esse describuntur: quia sicut à membris diaboli Christus crucifixus est, ita ab eisdem ij duo prophetae occidentur. *Et uidebunt de populis, & tribubus, & linguis, & gentibus corpora eorum, tribus diebus dimidium, & corpora eorum non sicut ponuntur in monumentis, & inhabitantes terram gaudebunt super eos, & iucundabuntur, & munera mittent inimicem, quoniam ij duo prophetae cruciauerunt eos qui habitant terram. Et post dies tres & dimidium, spiritus uiae à Deo intravit in eos & steterunt super pedes suos, & timor magnus cecidit super eos, qui uiderunt eos. Et audierunt uocem magnam de caelo, dicentem illis, Ascendite huc. Et ascenderunt in caelum nube, & uiderunt illos inimici eorum.* Hoc si secundum historiam impleatur, hominibus quidem incognitum, Deo autē nota sunt omnia. Possimus autem & nos huic historiae spiritalem intelligentiam adiungere. Sed temerarium uidetur, illam historiam quam intelligimus, spiritalibus sensibus uelle adornare. Nullam quippe domum extra positi, interius ornare ualemus. Sed ne omnino tacuisse uideamur, pauca dicamus. Possimus per tres dies & dimidium, tres annos & semis intelligere, quibus ij duo prophetae praedicaturi sunt: per monumenta uero, mentes reprobo-

Vide Hysto. Eccles. lib. 4. cap. 6.

Impij in cloacam inferni se praecipitant.

Viderunt legē dum, non intelligimus.

rum intelligere possumus. De iis monumentis Do-  
 minus loquitur, dicens: Væ vobis Scribæ & Phari-  
 sæi: quia estis sicut sepulchra dealbata, quæ foris qui-  
 dē vidētur cādida, intrinsecus autē plena sunt om-  
 ni immunditia & ossibus mortuorum. Sic & vos  
 quidem foris paretis hominibus iusti, intus autem  
 pleni estis rapina & iniquitate. In monumentis igitur  
 reprobi corpora sanctorum nō sinent poni; quia  
 doctrinam illorum à mentibus suis abiiciēt. Quod  
 autem post dies tres & dimidiū spiritus vitæ à Deo  
 intrare in eos dicitur, & stare super pedes suos, re-  
 surrectionis tempus accipere possumus, quod post  
 tria tempora & dimidium, quamvis non statim, in  
 proximo tamen fiet. Stabunt quippe super pedes  
 suos, quando post resurrectionis tempus, quanta  
 sit eorū virtus atque magnificentia, omnibus im-  
 piis manifestabitur. Timor verò magnus cadet su-  
 per inimicos eorum, cum viderint eos, quia in die  
 iudicij cum viderint eos, gloriamque illorum, tur-  
 babuntur timore horribili, dicentes: Ij sunt quos  
 aliquando habuimus in derisum, & in similitudinē  
 improprij. Nos insensati, vitam illorum æstimaba-  
 mus insaniam, & finem illorum sine honore. Quo-  
 modo computati sunt inter filios Dei, & inter san-  
 ctos fors illorum est? Et quia Malachias propheta, ex  
 persona Domini loquitur, dicens: Ecce ego mittam  
 vobis Heliam Thelbiten prophetam qui conuertat  
 corda patrum ad filios, & cætera quæ sequuntur,  
 credimus Iudæos per prædicationem Helix, sicut  
 superius demonstraui, ad fidem Christi conuer-  
 tendos. Possumus autem per duos testes, duorum  
 populorum prædicatores intelligere, Iudæorum vi-  
 delicet atque gentium. Qui diebus mille ducentis  
 sexaginta, prophetaturi esse dicuntur: quia omni tē-  
 pore quo Antichristi persecutio atque deceptio per  
 vniuersum orbē defueit, quoscūque possunt ad viā  
 veritatis adducere studebunt. Et in illa hora, factus  
 est terræ motus magnus. Nunc ad initium prædicationis  
 Helix & Enoch reuertitur. Terræ motus sicut  
 superius iam diximus, motionē cordium solet de-  
 signare. Terræ motus tunc fiet cum per prædicationem  
 Helix & Enoch, multi ad penitentiam, multi  
 ad fidem conuertentur. Et decima pars ciuitatis cecidit.  
 Non sanus sensus esse videtur, vt per ciuitatē, cuius  
 decima pars cecidit, ecclesiā intelligamus: eo quod  
 hic sermo ad ciuitatē magis diaboli, quam ad ci-  
 uitatem Dei respiciat. Illius ergo ciuitatis in hoc lo-  
 co decimam partem corruisse dicit, quam superius  
 ciuitatem magnam Sodomamque & Ægyptum  
 vocauit, & in cuius platea corpora sanctorum per  
 tres dies & dimidium, insepulta iacere dicuntur. Et  
 quia per denarium numerum sæpe lex designatur,  
 eo quod lex per decalogum sit accepta, possumus  
 per decimam partem quæ corruit, Iudæos obserua-  
 tores legis intelligere, qui per precationem Helix  
 fidem Christi suscipientes, à ciuitate diaboli cor-  
 ruent & præcidentur. Et occisa sunt terræ motu septem  
 milia hominum, & reliqui in timorem sunt missi, & de-  
 derunt gloriam Deo caeli. Sicut per denarium nume-  
 rum lex, ita & per septenarium, sæpe gratia Euan-  
 gelij accipitur. Ecce decima pars ciuitatis quam nō  
 ex lapidibus, sed ex hominibus constare docuimus,  
 cecidit, & non decem milia sed septem milia mor-  
 tua esse perhibentur. Denarius igitur numerus, in  
 septenarium commutatus est, quia Iudæi obserua-  
 tiones legales respicientes, doctrinam Euan-  
 gelij suscipient: quæ propter septem dona spiritus sancti,  
 per septenarium numerum designatur. Septem ergo  
 milia mortua esse describuntur, quia morientur  
 diabolo, vt viuāt Deo. Reliqui verò qui in timorem  
 sunt missi, electos designant, qui videntes conuer-  
 sionem Iudæorum, atque diuinam scripturam in il-  
 lis esse completam, in timore Dei, atque amore pro-  
 ficient, Deūque pro eorum conuersione, laudare  
 non desistunt. Væ secundum abiit, & ecce vae tertium,  
 venit cito. Væ tertium ad ea mala quæ per Antichri-  
 stum facturus est diabolus, & ad diem iudicij perti-  
 net. Et quia superius angelum quem vidit stare su-  
 pra mare & supra terram, iurasse dicit per viuentem  
 in æternum: quia in diebus septimi angeli cum  
 cœperit tuba canere, contumabitur mysterium  
 Dei quod Euangelizauit per seruos suos prophetas;  
 diem iudicij breuiter ponere voluit, & ad mala An-  
 tichristi postea narranda reuertitur. Quod si dilige-  
 ter inspicimus, videbimus eum hoc ordinatē fe-  
 cisse. Scimus namque quia prædicatores sancti, qui  
 in fine mūdi nascituri sunt, hoc prædicabunt, quod  
 dies domini in proximo sit, vt quos exortationibus  
 ad viam veritatis reducere non potuerint, saltē ter-  
 roribus ad penitentiam reuocent. Et quia ante perse-  
 cutiones Antichristi, dies iudicij incipiet prædica-  
 ri, eūdem diem iudicij Iohānes antea ponere voluit,  
 quam ad persecutiones ipsius Antichristi narrando  
 veniret. Et septimus angelus tuba cecinit. Per septimum  
 angelum sicut diximus, prædicatores sancti, qui in  
 fine mundi nascituri sunt, designantur. Tuba canēt,  
 cum verbum dei annūciabūt. Et facta sunt voces ma-  
 gnæ in celo, dicentes. Possumus per cælum ecclesiam:  
 per voces verò magnas, sanctorum verba intellige-  
 re, qui in aduentu domini, ad iudicium venientes  
 exultabunt, sicut dominus dicit in Euangelio: Res-  
 piciate & leuate capita vestra, quia appropinquat  
 redemptio vestra. Factum est regnum huius mundi Do-  
 mini & Christi eius, & regnabit in secula seculorum. Nū-  
 quid antea non erat Domini & Christi eius regnū  
 huius mundi? Sed regnum huius mundi homines  
 vocauit, in quorum mentibus aut regnat deus, aut  
 regnat diabolus. Regnat deus in sanctis eius. Re-  
 gnat diabolus in eis qui sunt ex parte eius. Ipse est  
 enim Rex super omnes filios superbiæ. Regnum igitur  
 huius mundi, domini & Christi eius tunc  
 fiet, cum diabolus cum omnibus quos decepit, in  
 infernum demersus fuerit, cum illud implebitur,  
 quod angelus ad danielem loquitur dicens: Regnū  
 autem & potestas quod est subter omne cælum,  
 tradentur populo sanctorum, qui & obtinebunt  
 illud, vsque in seculum, & in seculum seculorum. Et  
 viginti quatuor seniores, qui in conspectu Dei sedent, in se-  
 dibus suis ceciderunt in facies suas, et adorauerunt Deum  
 dicentes. Per viginti quatuor seniores in hoc loco,  
 animas sanctorum quæ in cœlesti beatitudine cum  
 Domino commorantur, possumus intelligere. Sedes  
 verò, requiem sempiternam designat. Viginti  
 igitur & quatuor seniores in conspectu dei sedent  
 in sedibus suis, quia sanctorum animæ, sine cor-  
 poribus in cœlesti beatitudine, modo cum domi-  
 no

no requiescunt. In facies suas ceciderunt & ado-  
 rauerunt, quia sancti Dei cum viderint iustissimum  
 Dei iudicium peragi, inenarrabilemque eius po-  
 tentiam, deiicit scilicet per humilitatis subiectionem  
 in conspectu creatoris sui, scientes nihil esse quic-  
 quid est, in comparatione illius qui Deus est. Gratias  
 agimus tibi Domine Deus omnipotens qui es, & qui eras  
 sanctus, et qui accepisti virtutem tuam magnam, et regnasti.  
 Et iratae sunt gentes, quia aduenit ira tua, et tempus mor-  
 tuorum, iudicare et reddere mercedem seruis tuis prophetis et  
 sanctis, et timentibus nomen tuum, pusillis et magnis, et exter-  
 minandi eos qui terram corruerunt. Est Christus mo-  
 do, postquam hominem assumpsit, eiusdem sancti-  
 tatis qua & pater, eiusdem æternitatis, eiusdem po-  
 tentiæ erat & antequam hominem assumeret, æ-  
 qualis per omnia patri. Accepit autem virtutem suā  
 magnam quādo per passionem suam, diabolū vic-  
 cit. Regnauit verò, quando genus humanum, sibi  
 subiecit. Iratae sunt gentes, quia impij homines ec-  
 clesiam Dei persecuti sunt, vt nomen Christi de  
 mundo extinguerent. Aduenit autem ira Dei, cum  
 dies iudicij aduenit. Aduenit tēpus mortuorū,  
 iudicari videlicet, vt mortui iudicentur. Illi scilicet  
 mortui, qui in hac vita positi, animas suas malē vi-  
 uendo interficere non timuerunt. Et reddere mercedē  
 seruis tuis prophetis & sanctis, & timentibus nomen tuum,  
 pusillis et magnis. Hoc tunc implebitur, quando in  
 die iudicij dicitur est: Venite benedicti patris mei,  
 percipite regnum, quod vobis paratum est ab origi-  
 ne mundi. Pusillos illos vocat, qui minoris sunt me-  
 riti, magnos qui maiorem gratiam obtinent apud  
 Deum. Et exterminandi eos qui corruerunt ter-  
 ram. Corruptores terræ, impios vocat, hoc tunc im-  
 plebitur quando dicit: Ite maledicti in ignem æter-  
 num, & cætera. Sed querendum nobis est quā terrā  
 corruerunt impij. Semetipsos vtique malē vitē  
 corruerunt, quando in luxuriis cæterisque vi-  
 tiis corpora sua enutrierunt. Corruerunt & alio-  
 rum terram, eorum videlicet quos & verbis & e-  
 xemplis ad mala opēra agēda pettraxerunt. Nunc  
 ad ea quæ prætermiserat, id est ad mala Antichristi  
 narranda reuertitur. Et vt commodius ad ea ex-  
 primenda perueniat, ab aduentu Christi incipit, at-  
 que mala quæ ecclesia à diabolo passa est commē-  
 morans, qualiter idem diabolus eandem ecclesiam  
 per Antichristum euertere conetur, annectit. Et a-  
 pertum est templum Dei in celo, et visa est arca testamenti  
 eius, in templo eius. Possumus per templum Dei, bea-  
 tam Mariam intelligere: per arcam verò testamen-  
 ti, Christum qui ex ea carnem assumpsit. Templum  
 autem Dei non ideo apertum dicitur, quod vterus  
 beatæ virginis Mariæ in pariendo dominum, apertus  
 sit, quæ fuit ante partum virgo, virgo in partu,  
 virgo post partum. Sed ideo apertum dicitur, quia  
 per ipsam visibilis nobis factus est dominus noster  
 Iesus Christus. Possumus etiam per templum, vetus  
 testamentum intelligere: per arcam, sacramenta  
 quæ de Christo in veteri testamento contineantur.  
 Veniente quippe Christo in carne, apertum est ve-  
 tus testamentum, atque spiritualis intelligentia quæ  
 in eo latebat fidelibus est reuelata. Et facta sunt fulgura,  
 et voces, et terræ motus, et grando magna. Per fulgura,  
 miracula quæ per Christum facta sunt: per voces

Resurrectiois tempus.

Sapient. 5.

Malac. 4.

Conuersio la-  
daorum.  
Roman. 11.

Luca. 21.

Regnum Do-  
 & regnum  
diaboli.  
Iob. 14.

Daniel. 7.

Anima san-  
ctorum sunt  
in gloria.

Humilitas. no requiescunt. In facies suas ceciderunt & ado-  
 rauerunt, quia sancti Dei cum viderint iustissimum  
 Dei iudicium peragi, inenarrabilemque eius po-  
 tentiam, deiicit scilicet per humilitatis subiectionem  
 in conspectu creatoris sui, scientes nihil esse quic-  
 quid est, in comparatione illius qui Deus est. Gratias  
 agimus tibi Domine Deus omnipotens qui es, & qui eras  
 sanctus, et qui accepisti virtutem tuam magnam, et regnasti.  
 Et iratae sunt gentes, quia aduenit ira tua, et tempus mor-  
 tuorum, iudicare et reddere mercedem seruis tuis prophetis et  
 sanctis, et timentibus nomen tuum, pusillis et magnis, et exter-  
 minandi eos qui terram corruerunt. Est Christus mo-  
 do, postquam hominem assumpsit, eiusdem sancti-  
 tatis qua & pater, eiusdem æternitatis, eiusdem po-  
 tentiæ erat & antequam hominem assumeret, æ-  
 qualis per omnia patri. Accepit autem virtutem suā  
 magnam quādo per passionem suam, diabolū vic-  
 cit. Regnauit verò, quando genus humanum, sibi  
 subiecit. Iratae sunt gentes, quia impij homines ec-  
 clesiam Dei persecuti sunt, vt nomen Christi de  
 mundo extinguerent. Aduenit autem ira Dei, cum  
 dies iudicij aduenit. Aduenit tēpus mortuorū,  
 iudicari videlicet, vt mortui iudicentur. Illi scilicet  
 mortui, qui in hac vita positi, animas suas malē vi-  
 uendo interficere non timuerunt. Et reddere mercedē  
 seruis tuis prophetis & sanctis, & timentibus nomen tuum,  
 pusillis et magnis. Hoc tunc implebitur, quando in  
 die iudicij dicitur est: Venite benedicti patris mei,  
 percipite regnum, quod vobis paratum est ab origi-  
 ne mundi. Pusillos illos vocat, qui minoris sunt me-  
 riti, magnos qui maiorem gratiam obtinent apud  
 Deum. Et exterminandi eos qui corruerunt ter-  
 ram. Corruptores terræ, impios vocat, hoc tunc im-  
 plebitur quando dicit: Ite maledicti in ignem æter-  
 num, & cætera. Sed querendum nobis est quā terrā  
 corruerunt impij. Semetipsos vtique malē vitē  
 corruerunt, quando in luxuriis cæterisque vi-  
 tiis corpora sua enutrierunt. Corruerunt & alio-  
 rum terram, eorum videlicet quos & verbis & e-  
 xemplis ad mala opēra agēda pettraxerunt. Nunc  
 ad ea quæ prætermiserat, id est ad mala Antichristi  
 narranda reuertitur. Et vt commodius ad ea ex-  
 primenda perueniat, ab aduentu Christi incipit, at-  
 que mala quæ ecclesia à diabolo passa est commē-  
 morans, qualiter idem diabolus eandem ecclesiam  
 per Antichristum euertere conetur, annectit. Et a-  
 pertum est templum Dei in celo, et visa est arca testamenti  
 eius, in templo eius. Possumus per templum Dei, bea-  
 tam Mariam intelligere: per arcam verò testamen-  
 ti, Christum qui ex ea carnem assumpsit. Templum  
 autem Dei non ideo apertum dicitur, quod vterus  
 beatæ virginis Mariæ in pariendo dominum, apertus  
 sit, quæ fuit ante partum virgo, virgo in partu,  
 virgo post partum. Sed ideo apertum dicitur, quia  
 per ipsam visibilis nobis factus est dominus noster  
 Iesus Christus. Possumus etiam per templum, vetus  
 testamentum intelligere: per arcam, sacramenta  
 quæ de Christo in veteri testamento contineantur.  
 Veniente quippe Christo in carne, apertum est ve-  
 tus testamentum, atque spiritualis intelligentia quæ  
 in eo latebat fidelibus est reuelata. Et facta sunt fulgura,  
 et voces, et terræ motus, et grando magna. Per fulgura,  
 miracula quæ per Christum facta sunt: per voces

Dies iudicij.

Mat. 25.

Impij terram  
corruerunt.

Beata virgo.

Apertio  
veteris testa-  
menti.

verò, eius prædicatio designatur. Terræ motus au-  
 tem motionem cordium designat. Moti sunt nam-  
 que multi per prædicationem Christi ad peniten-  
 tiam de peccatis suis peragendam: moti sunt per fi-  
 delitatem ab infidelitate: moti sunt de malo ad bo-  
 num, per bonam conuersionem. Et quia grādo ter-  
 ram solet percutere, possumus, per grādinem com-  
 minationes ignis æterni, quæ in Euāgelis, sæpe in-  
 ueniuntur, intelligere, quibus corda peccatorum per-  
 cutiuntur vt respiciant ab iniquitatibus suis.

CAPVT DVODECIMVM.

Et signum magnum apparuit in celo, mulier amicta sa-  
 lute, et luna sub pedibus eius, et in capite eius corona stel-  
 larum duodecim. Hæc mulier, ecclesiā designat. Con-  
 sequens quippe erat, vt post prædicationem Chri-  
 sti, eius forma describeretur, quā prædicatio Chri-  
 sti genuit. Possumus autem per cælum in hoc lo-  
 co, huc mundum intelligere: per signum magnum,  
 salutē magnā, quam aduentus & prædicatio  
 Christi mundo contulit. Per solem verò, Christum  
 designatur, sicut dicit propheta: Vobis autem ti-  
 mentibus nomen domini, orietur sol iustitiæ: &  
 sanitas sub pennis eius. Mulier itaque amicta erat  
 sole: quia fideles, ex quibus ecclesia constat, in ba-  
 ptismate Christum induunt, sicut Apostolus dicit:  
 Omnes qui in Christo baptizati estis, Christum in-  
 duistis. Per lunam verò quam sub pedibus suis ha-  
 buisse visa est, quæ crescit & decrescit, mundum is-  
 tum possumus intelligere, quem ecclesia despi-  
 ciendo calcatur, vt liberius ad cœlestia tendat. Sed  
 quia luna noctem illuminat, melius mihi videtur,  
 vt per lunam sacram scripturam intelligamus, sine  
 cuius lumine, in nocte huius seculi per vias recitū-  
 dinis incedere non valemus. De hoc lumine Psal-  
 mista dicit: Lucerna pedibus meis verbum tuum  
 domine, & lumen semitis meis. Mulier igitur lu-  
 nam sub pedibus suis habuisse visa est: quia eccle-  
 sia gressus mentis suæ in præceptis diuinarum scri-  
 pturarum figens, ad cœlestia quotidie nouit ten-  
 dere. Quæ etiam in capite suo coronam stellarum  
 duodecim habuisse visa est. Caput ecclesiæ, Chri-  
 stus est: duodecim verò stellæ, duodecim sunt A-  
 postoli. Possumus nihilominus per caput, mentes  
 fidelium intelligere. Mulier ergo in capite coro-  
 nam stellarum duodecim habuisse visa est, quia  
 mentes fidelium doctrina & actus Apostolorum  
 cum eos imitari satagunt, exornat. Et in vtero habens,  
 et clamabat in doloribus, et cruciabat, vt pareret. Quo-  
 modo infans in vtero coagulatur, humanamque  
 formam accipit atque spiramentum, similiter &  
 ecclesia infideles quosque, quos in vtero gestat,  
 dum eos prædicando tam diu nutrit, vsque dum  
 humanam formam accipiant, id est, vsque dum in  
 Christum credant, atque animam spiritalem acci-  
 piat, quæ in baptismo datur, cum efficiuntur dei  
 filij. Vnde & clamare in doloribus dicitur, & crucia-  
 ri vt pareret. Clamat namque ecclesia prædicando,  
 clamat etiam pro auditorum suorum salute, Deum  
 deprecādo. Cruciatur verò vt pariat, cum luget eos  
 quos in peccatis iacere conspiciat, sicut Paulus Apo-  
 stolus dicit: Quæ est ecclesia nisi pro peccato-  
 rum salute. Galat. 4.

Malac. 4.

Galat. 3.

Ecclesia munda  
sub pedi-  
bus calcatur.

Psalm. 118.

Ecclesia infi-  
deles enim do-  
lore parit.

Clamor eccle-  
siae pro pecca-  
torum salute.  
Galat. 4.

Act. 10.

Psal. 125.

Sapient. 2.

Iob. 41.

Septem capita diaboli. Genes. 6.

4. Reg. 24.

Infra ca. 17.

Matth. 2.

stolus infirmantibus discipulis loquitur dicens, Filii mei quos iterum parturio, donec formetur Christus in vobis. Et in Actibus Apostolorum. Ephesius loquitur dicens: Per triennium quotidie non cessavi cum lachrymis monens unumquemque vestrum. Et Psalmista de predicatoribus loquitur dicens: Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. Et visum est aliud signum in caelo. Et ecce draco magnus, rufus, habens capita septem, & cornua decem, & in capitibus suis septem diademata, & cauda eius trahebat tertiam partem stellarum caeli, & misit eas in terram. ] Draco iste diabolus significat. Rufus autem color talis est, ac si croceo colori sanguineum admisceas. Concordat verò pallidus color id est, croceus cum sanguineo. Quia sanguis dum effunditur, mortem adducit: palior autem, totum corpus morientis occupat. Rectè ergo diabolus habere dicitur colorem mortis, quia illius invidia mors intravit in orbem terrarum. Per septem verò capita, reprobi quibus diabolus ad decipiendum genus humanum usus est, designantur. Diademata regiam eius potestatem designant. Ipse est enim Rex, sicut dicit scriptura, super omnes filios superbiae. Nam sicut per septem cornua, oes electi designati sunt, quos in septem partes divisimus: ita & per septem capita draconis, reprobi qui eis in via Dei aduersati sunt, designantur. Primum namque caput draconis, fuerunt reprobi, qui ante diluuium fuerunt, quos scriptura filios hominum vocat, qui eis qui filij Dei vocabantur, in laqueum fuerunt. Secundum caput diaboli, fuerunt ij qui post diluuium vsque ad legem fuerunt, inuenciores scilicet idolorum, diuersorumque errorum, per quos genus humanum deceptum est. Tertium caput diaboli fuerunt ij, qui postquam lex data est populo Dei, idola colere suadebant. Quartum caput fuerunt falsi prophetae, regesque impij, à quibus populus Dei in tantum deceptus est, vt pro suis iniquitatibus in captiuitate duceretur. Quintum caput fuerunt impij Iudaei, qui & Dominum occiderunt, & Apostolos eius perlecuti sunt. Sextum caput fuerunt persecutores ecclesie. Septimum verò caput diaboli, erit Antichristus. Quid significant autè decem cornua in sequentibus dicemus, eo loco vbi mulier meretrix super bestiam coccineam sedisse visa est. Per caudam verò quae finis est corporis. Antichristus designatur. Tertià igitur partem stellarum caeli, cauda draconis traxisse visa est, quia Antichristus multos ex iis qui ab hominibus electi putabantur, & qui in ecclesia, velut stellae in caelo, scientia & intellectu resplendent, decipiet atque in perditionis foueam demerget. Et draco stetit ante mulierem quae paritura erat, vt cum peperisset, filium eius deuoraret. ] Possumus per mulierem in hoc loco, & beatam Mariam intelligere, eo quòd ipsa mater sit ecclesiae, quia cum peperit qui caput est ecclesiae, & filia sit ecclesiae, quia maximum membrum est ecclesiae. Draco igitur stetit ante mulierem, vt cum peperisset, filium eius deuoraret: quia in exordio natiuitatis Christi, cum per Herodè ministrum suum interficere voluit. Stat etià ante mulierem, id est ecclesiam, vt eos quos per baptismum Deo generat, malè suadendo perdat. Et peperit filium masculum. ] In quantum hoc ad dominum nostrum Iesum Christum pertinet, quid necesse fuit dicere,

filium masculum mulierem peperisse, cum omnes sciamus masculum esse Dominum nostrum Iesum Christum? In quantum verò ad ecclesiam, cur dicit masculum eam peperisse, cum ex utroque sexu filios & filias quotidie Deo generet? femineus quippe sexus, fragilis est. Femina igitur quae fortitudine animi assumpta, diabolus vincit, atque per bona opera Deo placere studet, non incongruè vir vocatur, quia quamuis corpore sit femina, virtute tamen animi, viris bonis coaequatur. Mulier itaque masculum peperit, quia eius membra quem beata Maria virgo peperit, quotidie ecclesia parit. Vnus ergo masculus est quem virgo Maria peperit: & ecclesia quotidie parit, quia Christus cum omnibus membris suis, vnus Christus est. Qui reclusus erit omnes gentes in vinya serua. ] Hoc superius expositum est. Et raptus est filius eius ad Deum, & ad thronum eius. Hoc tunc impletum est, quando quadragesimo die postquam resurrexit, ascendit in caelum. Rapiuntur quotidie filij ecclesiae, id est, membra Christi ad Deum & ad thronum eius, cum post mortem ad caelestia perducuntur. Et mulier fugit in solitudinem, vbi habet locum paratum à Deo, vt ibi pascat illam, diebus mille ducentis sexaginta. ] Solitudinem, Christum vocat. Solitudo quippe dicitur, eo quòd sola sit, deserta ab habitatoribus. Similiter & Christus desertus est à suis, sicut Euangelista loquitur, dicens: In propria venit, & sui eum non receperunt. Et per prophetam loquitur Dominus, dicè: Torcular calcavi solus, & de gentibus non est vir mecum. Mulier igitur fugit in solitudinem: quia Apostoli & ceteri discipuli, ex quibus constabat ecclesia, relicto diabolo, relictiisque omnibus quae possidebant, Christum secuti sunt. Per dies verò mille ducentos sexaginta, tempus quo Christus praedicauit, designatur. Pascitur ergo mulier, diebus mille ducentis sexaginta: quia Apostoli & ceteri discipuli, ex quibus sicut superius diximus, ecclesia tunc constabat per tres annos & dimidium, dapibus Euangelij à Domino pasci sunt. Et factum est praelium magnum in caelo, Michael et angeli eius praeliabantur cum dracone. ] Quia superius natiuitatem & praedicationem Christi breuiter comprehendit, consequens est vt qualiter per passionem suam diabolus vicit, subiungat. Michael qui interpretatur, quis vt deus, Christum significat. Praelium in caelo factum est, id est propter caelum, pro salute videlicet omnium electorum, praeliatus est Michael cum dracone: quia Christus praedicando, patiendo & moriendo, pro salute generis humani praeliatus est. Praeliati sunt angeli Michaelis, id est, Apostoli Christi cum dracone, praedicando videlicet, miracula faciendo, & ad vltimum pro Christi nomine moriendo. Et draco pugnat, et angeli eius. ] Pugnavit draco & angeli eius contra Michaelem, quando diabolus & cetera malorum demonum, Iudaeos contra Christum excitauerunt, vt eum interficerent. Pugnavit & contra angelos Michaelis, quando Apostolos Christi, & per Iudaeos, & per Paganos tantum persecutus fuit, vsque dum eos interficeret. Et non valuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in caelo. ] Non valuit diabolus, neque ministri eius vincere Christum, nec Apostolos eius: quia vnde putauerunt vincere vici sunt. Putauerunt

Ecclesia quotidie parit filios.

Ca. 2. in fine. Acto. 1.

Iohan. 1. Efa. 63.

Tempus praedicationis Christi.

Victoria Christi contra diabolum.

Diabolus per eam rationem vicit, quae vincere sperabat.

Diabolus serpens diabolus.

Diaboli amicitia qualis.

Luca. 15.

Hebr. 7.

Accusatio in conspectu Dei, quomodo fiat.

Putauerunt namque Christum se per mortem vicisse, sed ex morte eius, nomen illius claruit in mundo. Non valuerunt ergo, neque locus inuentus est eorum amplius in caelo: quia per praedicationem Apostolorum, ceterorumque sanctorum à cordibus electorum, qui per caelum designantur, expulsi sunt. Et proiectus est ille draco magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus et satanas, qui seducit vniuersum orbem: et proiectus est in terram, et angeli eius cum eo missi sunt. ] Rectè diabolus serpens vocatur, siue quod per serpentes, primum hominem deceperit, siue quòd veneno suae malitiae, genus humanum perdidit. Diabolus verò, interpretatur deorsum ruens. Ruit quippe primò per superbiam de caelo, ruit postea, cum ab electorum cordibus per Christum deiectus est, sicut praesens scriptura demonstrat: satanas autem interpretatur contrarius. Contrarius est enim Deo, omnibusque bonis hominibus. Vae illis quibus diabolus amicus est. Nam quanto amplius est cuilibet amicus, tanto ampliora ei tormenta ingerit. Infelix est enim amicitia diaboli. Quod autem dicit, qui seducit vniuersum orbem, praesens tempus pro praeterito posuit. Seduxerat enim genus humanum, quod per orbem designatur, sed ex magna parte, illud per Christum amiserat. Proiectus est ergo diabolus & angeli eius in terram, quia ab electis expulsus, solos reprobos, qui per terram designantur, possidet. Et audiui vocem magnam de caelo dicentem: Nunc facta est salus et virtus et regnum Deo nostro, et potestas Christi eius. ] Vox magna de caelo, vox est angelorum, pro salute generis humani gaudentium, deumque laudantium, sicut dicit dominus in Euangelio: Gaudium est in caelo super vno peccatore poenitentiam agente, quam super nonaginta iustis qui non indigent poenitentia. Possimus per vnum peccatorem, populum gentilem, per nonagintanovem iustos, Iudaeos intelligere. Qui ad centenarium numerum non perueniunt, quia neminem ad perfectum adduxit lex. Multò enim maius gaudium factum est in caelo de conuersione gentium, quam de Iudaeorum obseruationibus. In deiectione igitur diaboli, facta est salus credentibus. Acceperunt etiam virtutem vincendi diabolum à quo antea victi tenebantur. Factum est nihilominus regnum Dei nostri, quia in quibus diabolus regnabat, coepit regnare pater, & filius, & spiritus sanctus. Facta est & potestas Christi eius, cum eos quos diabolus possidebat, coepit Christum possidere. Quia proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte. ] Accusantur noxij homines apud iudices, cum eorum scelera eis manifestantur. In conspectu verò Dei, qui non solum facta, sed & cogitata considerat, quomodo diabolus aliquem accusare potest? Sed accusatur in conspectu Dei, cum peccamus. Accusat & diabolus, cum in peccatis malè suadendo deicit. Et ipsi vicerunt eum propter sanguinem agni vicerunt, quia redemptio sanguinis Christi hoc contulit sanctis, vt diabolus possent vincere. Vicerunt etiam propter verbum testimonij sui. ] Propter sanguinem agni vicerunt, quia redemptio sanguinis Christi hoc contulit sanctis, vt diabolus possent vincere. Vicerunt etiam propter verbum testimonij sui, fidem seruando quam professi sunt, eamque operibus implendo. Sed valde obscurus est S. Ambrosii tom. 3.

quod sequitur. Et non dilexerunt animas suas vsque ad mortem. ] Quomodo enim sancti animas suas non diligunt, pro quarum salute, ardua quaeque ac difficilia patiuntur? Quomodo animas suas non diligunt, pro quibus semetipsos vigilijs, ieiunijs, abstinentia macerant, atque ceteris virtutibus exercent? Quod si per animam, vitam praesentem intelligere voluerimus, quis sanctus vitam suam non diligit, in qua positus, illam caelestem gloriam sibi acquirit, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec vlla mens potest comprehendere? Aut quis ad illam sine ista vnquam peruenit? Lucrum enim magnum confert sanctis vita praesens sicut è contrario reprobis magnum detrimentum. Secundum tamen quendam modum, rectè dicuntur sancti vitam suam odio habere, eo quod propter amorem vitae aeternae, in fastidium eius vita praesens vertatur, sicut Psalmista deplorans dicebat: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Dominus quoque dicit in Euangelio: Qui amat animam suam perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. Amatores mundi animas suas amant secundum seculum: quia ab hac vita praesenti numquam vellent recedere, sed semper luxuriose hic viuere. Ille diues animam suam secundum seculum diligebat, qui dicebat: Anima habes multa bona posita in annos plurimos, epulare, iucundare, & satiare. Sancti verò qui nolunt conformari huic saeculo, sicut dicit Apostolus sed reformari in nouitate sensus spiritualis, qui non diligunt mundum, neque ea quae in mundo sunt: qui nolunt esse amici saeculi huius, ne inimici dei constituantur, odio habent animas suas in hoc mundo, id est, non diligunt eas secundum seculum, sed secundum Deum: pro cuius amore transitoria cuncta contemnunt, vt eas in vitam aeternam custodiant. Non dilexerunt igitur sancti animas suas vsque ad mortem, qui eas in praesenti vita seruare noluerunt, vt Christum negarent, sed pro Christi nomine mori potius elegerunt, vt eas in vitam aeternam inuenirent. Propterea latamini caeli, et qui habitatis in eis. ] Possumus per caelos & habitatores caelorum diuersas ecclesias intelligere, quae vna est. Praecipitur igitur filiis ecclesiae vt latentur, eo quòd à tam immani hoste liberari meruerunt per domini gratiam. Vae terra et mari, quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quòd modicum tempus habet. ] Possumus per terram, Iudaeos: per mare verò, Paganos ceterosque gentibus incredulis: quia propter iram quam habet diabolus, eo quòd maximam multitudinem amiserit, tam atrociter reprobis dominatur, & in tantis flagitijs deicit, vt nullo modo digni sint, quatenus ad vitae vias reuertantur, & sanentur. Dicit etiam diabolus scire quòd modicum tempus habeat: quia quanto appropinquare cernit diem iudicij, tanto callidior efficitur ad decipiendos homines. Et postquam vidit draco quòd proiectus est in terram, persecutus est mulierem, quae peperit masculum. ] Videns diabolus se maximam multitudinem electorum amisisse, & intra angustias cordium reproborum esse conclusum, persecutus est mulierem, id est ecclesiam. Cōcitauit

Esa. 64. 1. Cor. 2.

Psal. 119. Iohan. 12.

Amatores mundi.

Luca. 12. Rom. 12.

1. Iohan. 2. Iacobi. 4.

Sancti contemnunt mundum.

Mundi sine inueniente diabolo plus sanis.



enim imperatores Romanorum, omnemque multitudinem impiorum ad persequendum populum Dei. *Et data sunt mulieri duæ alæ aquilæ magnæ, ut volaret in desertum locum ubi alitur per tempus, & tempora et dimidium temporis à facie serpentis.* Per aquilam, Christum possumus intelligere: duæ verò alæ, duo sunt testamenta. Duæ igitur alæ datæ sunt mulieri: quia duo testamenta ecclesia accepit, ut eorum doctrina & diabolus euadat, & ad cœlestem patriam quotidie conscendat. Hanc namque patriam desertum vocat; quemadmodum & dominus dicit in Evangelio, cum se nonagintanovem oves in deserto dixit dimisisse, & vnã abisse querere, quæ errauerat. Hanc patriam locum ecclesiæ vocat, sicut in iudicio dicitur est. Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Per tempus verò, & tempora, & dimidium temporis à passione Christi vsque ad finem mundi designatur. In hoc ergo spatio temporum animæ sanctorum, id est, ecclesia, dapibus cœlestis patriæ, in cœlesti beatitudine pascuntur. *Et misit serpens ex ore suo post mulierem, aquam tanquam flumen, ut eam faceret trahi à flumine.* Flumē aquæ desideria sunt carnalia. Videns autem diabolus ecclesiam non posse deiici persecutionibus, sed potius crescere & roborari: multitudinem desideriorum carnalium ei immittere voluit, quibus decepta ad mala opera agenda traheretur. *Et adiunxit terra mulierem, et aperuit os suum, et suscepit flumen quod misit serpens ex ore suo.* Possimus per terram reprobos intelligere, qui susceptores fuerunt desideriorum carnalium, quibus diabolus fideles irretire voluit, & ad se pertrahere. Possimus etiam per eandem terram Christum intelligere. Et quia in sermonibus Domini magna potestas est: Dixit enim & facta sunt, mandauit & creata sunt: haud absurdè per os terræ potestas eius intelligi potest. Adiunxit ergo terra mulierem, id est, Christus ecclesiā, & aperuit os suum, & suscepit flumen quod misit serpens ex ore suo, id est, sinum misericordiæ suæ aperuit, flumēque vitiorum potestas eius funditus extinxit. *Et inuatus est draco in mulierem, et abiit prælium facere cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mandata Dei, & habent testimonium Iesu.* Reliqui de semine ecclesiæ electi sunt, qui in finem mundi nascituri sunt. Quemadmodum autem hoc prælium diabolus peragat, in sequentibus manifestatur. *Et stetit super arenam maris.* Per arenam maris, multitudines reproborum, qui eo tempore futuri sunt, designantur.

CAPVT DECIMVM TERTIVM.

**E**T vidi de mari bestiam ascendentem habentem capita septem, & cornua decem; & super cornua eius decem diademata. Hæc bestia, Antichristum significat. Qui verò designantur per arenam, ipsi & per mare, multitudo scilicet reproborum. De mari igitur bestia conscendere visa est, quia de societate reproborum Antichristus exurgit: quæ bestia, capita septem, & cornua decem habere describitur. Similiter & draco superius septem capita habuisse dictus est, & in capitibus, septem diademata: per quæ omnes re-

probos, quibus diabolus ad decipiendum genus humanum vsus est, diximus fuisse designatos. Hæc autem bestia, non in capitibus, sed in decem cornibus decem diademata habuisse describitur. Ideoque per decem cornua, gentes quas sibi Antichristus subiugaturus est, designantur: septem verò capita, septem vitia principalia designant. Et ut sequentia melius intelligamus, placuit mihi in enumeratione vitiorum prudentium sequi vestigia, qui de conflictu vitiorum atque virtutum, egregie differuerunt. Primum namque vitium posuerunt cultura idolorum, secundum libidinem, tertium iram, quartum superbiam, quintum luxuriam. Quamuis enim libido ita inserta sit luxuriæ, sicut aliquod membrorum corpori, pro qua re à pluribus pro libidine sæpe luxuria ponebatur: tamen inter libidinem & luxuriam distantia est. Sextum, posuit auaritiã: septimum, blasphemiam siue discordiam. Et quia eos qui iis vitiis subditi erunt, facile Antichristus decipiet, sibi que sociabit, rectè per septem capita, septem vitia designantur. De iis septem vitiis Dominus in Evangelio loquitur, dicens: Cum immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida, quærens requiem, & non inueniens dicit: Reuertar in domum meam vnde exiui. Et cum venerit, inuenit scopis mundatam & ornatam. Et tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi. Immundus spiritus exiit ab homine, quando diabolus exiit à Iudæis, cum legem acceperunt. Ambulat per loca arida, id est, per gentium nationes, quæ arida erant, quia viriditatem fidei non habebant. Non inuenit ibi requiem: quia veniente Christo in carne, gentes quas diu tenuerat, amissit. Rediit in domum suam vnde exiit: quia ad Iudæos possidendo reuersus est, eo quod in Christum credere noluerunt. Inuenit domum Iudæorum vacantem, quia Christum hospitem non habebant. Quarendum verò nobis est, cur eas mentes quæ Deum habitatorem non habebant, mundatas & ornatas dixerit. Sed mundatæ erant diabolo, non Deo. Quod enim mundum est in conspectu Dei, immundum videtur diabolo: & quod immundum est Deo, mundum est diabolo. Nam sicut mundus videtur sterces cuiilibet animanti, quàm quilibet cubus mundus atque delectabilis: ita & diabolus plus diligit ea corda quæ omnibus vitiis sunt repleta, quàm ea quæ cunctis virtutibus pollent. Scopæ autem sunt quæ domum à quisquiliis emundent. Habet igitur Deus scopas suas, habet & diabolus. Scopæ Dei sunt, quæ domum eius emundant, ut in ea ipse habitare possit, videlicet confessio peccatorum, pœnitentia, lachrimæ, & elemosynæ. Scopæ diaboli sunt, quæ secundum eum, domum ipsius euertunt: scilicet amor seculi, leuitas mentis, contemptus mandatorum Dei & multa alia. Septem verò spiritus quos diabolus secum assumpsit, septem sunt vitia principalia. Cum iis ergo septem satellitibus, diabolus Iudæos vsque modo possidet. Sed quæri potest, cur hæc septem vitia principalia diabolo esse deteriora dicantur. Verum nobis deteriora sunt vitia quàm

Duo testamēta alæ ecclesiæ.

Luc. 15. Matth. 25.

Psalm. 48.

Reprobi sub finem mundæ ut arena maris.

Septem peccata principalia.

Matth. 21.

Psalm. quibusdam animantibus.

Scopæ Dei.

Scopæ diaboli.

Vitia sunt nobis peiora diabolo.

quàm demones, quia illi foris nos impugnant: vitia autem intrinsecus, nos assidue debellant. Nā sicut lenius tolerantur hostes, qui extrinsecus urbem oppugnant, eo quod muros habeant obiectos, quàm ij qui intrinsecus positi in ciuitate depopulantur: ita facilius tolerantur demones qui exterius, quàm vitia quæ intus nos indefinenter deuastant. *Et super capita eius, nomina blasphemiarum.* Blasphemia Antichristi plura nomina habebit, quia multis modis Christum blasphemabit. *Et bestia quæ vidi similis erat pardus, et pedes eius sicut ursi, et os eius sicut os leonis erat.* Per pardum qui fertur diuersos colores habere, hypocritis Antichristi designatur. Qui cum futurus sit homo nequissimus, variis virtutibus se decolorabit, ut facilius stultos quosque decipiat. Per ursum verò, qui calidissimum est animal, eius astutia ad decipiendos homines demonstrari potest. Per leonem nihilominus eius crudelitas, ad dilacerandū populum Dei designatur. *Et dedit illi draco virtutem suam, & potestatem magnam.* Virtutem suam diabolus, quæ tota mala est, Antichristo dabit: quia in illo habitabit, & per eum quicquid nequitia diaboli excogitare potest, operabitur. Sed cum scriptura dicat, Non est potestas nisi à Deo, Quomodo diabolus potestatem magnam Antichristo dabit? Deus dabit Antichristo potestatem, sed ipsam potestatem in tanto permutabit in malum, ut tota diabolica esse credatur, & sit. *Et vidi vnum de capitibus eius quasi occisum in morte, & plaga mortis eius curata est.* Diximus superius per septem capita Antichristi, septem vitia principalia esse designata. Per caput ergo quod non occisum, sed quasi occisum visum est, blasphemia designatur. Quarendū itaque nobis est, quomodo blasphemia quasi occisa esse dicatur. Primis namque temporibus Evangelij fuerunt multi hæretici, qui fidem ecclesiæ suis erroribus labefactare conati sunt. Sed omnipotens Deus defensores ecclesiæ orthodoxos patres, ex filiis ipsius ecclesiæ elegit, quos flumine sapientiæ suæ replens, per eorum doctrinam omnes hæreses ab ecclesia sua extirpauit. Qui etiam maximam copiam librorum ediderunt, quibus omnes hæreses quæ fuerunt, & quæ esse poterant, destructæ sunt. Blasphemia ergo quasi occisa est modo: quia quamuis sint multi qui multas blasphemias mente concipiunt, malum quod mente conceperint, non audent proferre, ne per istorum doctrinam turpiter conuincantur. Hoc igitur caput, id est, blasphemia, temporibus Antichristi mortuū esse videbitur, sed à diabolo in Antichristum resuscitabitur, quem ad blasphemandum Christum in tantum accendet ut omnes blasphematores in suis blasphemias antecedat. *Et admirata est vniuersa terra post bestiam.* Per terram, peccatores homines designatur. *Et adorauerunt bestiam dicentes: Quis similis bestiæ, et quis poterit pugnare cum ea.* Quomodo draconem, id est, diabolum adorabunt quem non videbunt? Sed adorabunt Antichristum illi qui per terram designantur, & in Antichristo diabolus, dicentes nullum esse Antichristo similem, nec esse qui eius fortitudini possit coæquare. *Et datum est illi os loquens magna, et blasphemias.* Datum est, id est, permissum est à Deo, ut loquatur magna

Hypocritis.

Astutia. Crudelitas. Antichristi.

Rom. 13. Questio. Responso.

Hæreses extirpandas curat Deus.

Antichristus adorabitur.

de semetipso, dicens se esse filium Dei, & ut loquatur blasphemias de Deo. *Et data est illi potestas facere menses quadraginta duos.* Difficile videtur, ut in tam paruisimo tempore, id est, in tribus annis & dimidio, omnes gentes sibi subiicere, & ad suam culturam genus humanū præter paucos electos possit adducere. Erunt enim multi electi, sed in comparatione infidelium valde paucissimi. Verū potest fieri ut primò omnes gentes suæ ditioni subiiciat, postea verò in superbiam elatus, se pro Deo coli instituat. Nam sicut mihi videtur, in tribus annis, & dimidio, persecutionis tempus tantummodo comprehenditur, in quo & per se, & per discipulos suos, & per ostensionem signorum mirabilium totus laborabit, ut culturam deitatis omnes homines sibi impendant. Eos autem qui contradicere voluerint, diuersis & inauditis tormentis affliget, ut coacti faciant quod voluntariè facere detrahebant. *Et aperuit os suum in blasphemias ad Deum blasphemare nomen eius, et tabernaculum eius, et eos qui in cœlo habitant.* Aperiet autem os suum ad blasphemandum Deum, patrem videlicet, & filium, & spiritum sanctum. Blasphemabit & nomen Dei, dicens, Christum non esse Deum. Blasphemabit etiam tabernaculum Dei, id est, ecclesiam Dei dicens, nihil prodesse fidelibus religionem Christianam, sed interitum magis afferre quàm salutem. Blasphemabit & eos qui in cœlo habitant, id est, martyres & cæteros sanctos, dicens nihil prodesse eos posse cuiquam, falsumque esse quicquid de eis à fidelibus asseritur. *Et datum est illi bellum facere cum sanctis, et vincere illos.* Faciet bellum cum sanctis, quosdam blandiendo, quosdam terrendo, & ad vltimum eis pessima tormenta inferendo, ut eos in erroribus suis inducat: sed fieri non potest, ut in errorem inducantur electi. Vincet autem illos, non superando, sed interficiendo. *Et data est ei potestas in omnem tribum, et populum, et linguam, et gentem, et adorauerunt eum omnes, qui habitant terram.* Hoc secundum literam implebitur. Nam dicent, cur talia deus fieri sinat, ut Antichristus genus humanum tam pessimè decipiat. Verum duabus causis existentibus talia permittet. Nā sicut ipse dicit in Evangelio: in illis diebus refrigescet charitas multorum: & abundabit iniquitas eorum: in tantum quippe malitia hominum excrescet, & ita deum pro suis sceleribus ad iracundiam prouocabunt, ut digni sint quatenus tam pessimo homini subiiciantur, atque ab eo decipiantur testante scriptura: Qui regnare facit hominem hypocritam, propter peruersitatem populi. Tradet enim illos deus, sicut dicit Apostolus, in reprobum sensum, ut faciāt quæ nõ cōueniunt, & quibus nihil peius erit, tātū vt quicquid mali cogitauerint expleant, iustissima dei permissione fiet, vt ab Antichristo decepti deterius pereant. Permittet etiam hoc deus fieri, propter probationem electorum suorum, vt sicut aurum probatur per ignem, ita & illi in persecutionibus Antichristi probentur & examinentur, sicut in Daniele de illis scriptum est: Eligentur & dealbabuntur plurimi. Sequitur: *Quorū non sunt scripta nomina in libro vitæ agni, qui occisus est ab origine mundi.* Liber vitæ prædestinatio est dei omnipotentis, Reprobi non sunt scripti in libro vitæ, quia

Superbia Antichristi.

Blasphemia Antichristi, in quibus multos videtur habere præces fores.

Per errores suos.

Cur Deus pro Antichristo tantam hominum multitudinem decipi permittat.

Iob. 34. Rom. 1.

Iob. 23. Sap. 3.

Daniel. 12.

non sunt prædestinati ad vitam æternam. Sed quærendum nobis est, quomodo agnus id est, Christus, ab origine mundi occisus esse dicatur. *Nam illud quod sequitur: Si quis habet aures audiendi, audiatur.* Vbiunque in diuinis scripturis ponitur obscurum esse quod præcessit demonstrat. Aures quippe cordis atque intelligentiæ requirit. Agnus igitur ab origine mundi occisus est, quia eius mors ab exordio generis humani in sanctis patribus præfigurata est. In primo namque homine præfigurata est, quando eo dormiente, Eua de costa eius facta est. Similiter & in Abel præfigurata est, qui à fratre Cain peremptus est. Præfigurata est & per Isaac quem pater in holocaustum obtulit Domino: Similiter & per Ioseph, quem fratres vendiderunt. Præfigurata est etiam mors eius in diuersis sacrificiorum ritibus. Quoties ergo mors Christi à sanctis patribus aut præfigurata aut prædicata est, quasi toties agnus occisus est. Quâuis hoc simpliciter possit intelligi, vt non dicat agnum occisum ab origine mundi, sed nomina sanctorum scripta ab origine mundi in libro agni, qui pro eorum salute occisus est. *Qui in captiuitate duxerit, in captiuitate vadit. Qui in gladio occiderit, oportet eum gladio occidi.* Antichristus qui populum Christianum à creatore suo captiuabit, ipse à præsentis vita captiuabitur, & in infernum detrudetur. Et qui gladio militiæ suæ multorum animas perempturus est, gladioque corporali iustorum corpora occisurus, ipse gladio mortis perpetuæ damnabitur. Hic est patientia & fides sanctorum, id est, patientia & fides sanctorum in persecutionibus Antichristi comprobabitur, *Et vidi aliam bestiam ascendentem de terra, habentem cornua duo similia agni, & loquebatur sicut draco.* Hæc bestia aut vnum ex discipulis Antichristi designat, deteriorem cæteris, aut multos, qui eum prædicaturi sunt. Quæ de terra ascendisse visa est, quia de societate reproborum exurgit. Duoque cornua similia agni habuisse visa est. Superius diximus, per septem cornua agni, omnes electos esse designatos, quos in septem partes diuisimus. Per quintum autem cornu, diximus Iudæos qui in Christum crediderunt, fuisse designatos. Per sextum verò, gentes quæ in Christum similiter crediderunt. Bestia itaque cornua duo similia agni habebit, quia Iudæos & gentes decipiendo possidebit. Quia quâuis multi credant ex Iudæis per prædicationem Heliæ in Christum, maxima tamen pars eorum Antichristum secutura est, sicut dicit Dominus in Euangelio: Ego veni in nomine patris mei, & non recepistis me: alius veniet & in nomine suo illum recipietis. Loquebatur ergo hæc bestia vt draco, quia eius verba diabolica erant. Nam diabolus qui loquetur per Antichristum, ipse loquetur & per discipulos eius, & omnem potestatem prioris bestie faciet in conspectu eius. Quod dicit in conspectu eius, significat in nomine eius. Non enim præsens poterit Antichristus in omnibus locis, vbi fuerit prædicatus à suis: faciet namque miracula Antichristus arte diabolica, facient & discipuli eius: sed eorum miracula falsa erunt & non vera, sicut dicit Apostolus: Cuius aduentus erit secundum operationem satanæ, in omnibus virtutibus & signis, & prodigiis mendacibus. Non enim credibile est, vt eos quos deus excæcauerat aut de-

Figura mor-  
tis Christi.  
Genes. 2.  
Genes. 4.  
Genes. 22.  
Genes. 37.

Ioan. 5.

Miracula fal-  
sa Antichri-  
sti.  
2. Tes. 2.

bilitauerat, sanitati possint restituere, sed eos tantummodo quos ipsi laferint, laedentes in occulto, sanantes in aperto. Sed ipse Antichristus in tanta claritate se hominibus demonstrabit, vt ab insipientibus credatur deus, sicut dicit Apostolus, ita vt in templo sedebat, ostendens se tanquam sit deus. *Et fecit terram & inhabitantes in ea adorare bestiam primam cuius curata est plaga mortis. Et fecit signa magna, ita vt etiam ignem faceret de caelo descendere in terram, in conspectu hominum.* Legimus in libro Iob, diabolum ex permissione Dei ignem fecisse de caelo descendere, & oues Iob puerosque consumpsisse. Quod ergo illic per semetipsum fecit, hoc per Antichristum & sequaces eius extremo tempore faciet. *Et seduxit habitantes terram propter signa quæ data sunt illi facere in conspectu bestie.* Nihil est quod sic seducat simplices quosque, quemadmodum signorum demonstratio. Ideoque ministri Antichristi propter signorum operationem, facile stultorum multitudinem decipient. Sequitur: *Dicens habitantibus in terra, vt faciant imaginem bestie, quæ habet plagam gladij, & vixit.* Videlicet vt in imaginibus Antichristus adoretur. Quod autem bestiam plagam gladij habuisse dixit, & vixisse, potest fieri vt arte diabolica fingat se Antichristum mori & surgere, vt hoc facto facilius homines decipiat. Quod Simon magus fecisse dicitur. *Et daturus est illi, vt daret spiritum imagini bestie, et vt loquatur imago bestie.* Sed & hoc quosdam magos fecisse audiuius: faciebant quippe per necromanticam artem, vt statuæ viderentur moueri, & loqui. Possimus hoc aliter intelligere. Imago speciem habet hominis, sed non est homo. Similiter & Antichristus propter operationem virtutum atque signorum, putabitur esse deus, sed hoc falsissimum erit. Non enim potest fieri, vt homo impiissimus aliquid deitatis in se habeat. Imaginè ergo Antichristi faciet, qui eam deum existimabunt. Ministri verò Antichristi, spiritum imagini bestie dabunt, cum eos qui crediderint in Antichristum, Christum blasphemare compellent, & faciet vt quicumque nõ adorauerint imaginem bestie, occidantur: fideles autem qui Antichristum adorare noluerint, diuersis pœnis macerati interficientur. Erit namque talis tribulatio, sicut dixit dominus in Euangelio, qualis non fuit ab initio, seculi, neque fiet, ita vt in errorem inducantur electi, si fieri potest. *Et faciet omnes pusillos, & magnos, & diuites & pauperes, & liberos & seruos, habere characterem in dextera manu, aut in frontibus suis.* Potest fieri vt sicut nos habemus characterem Christi, id est, crucem qua signamur, ita habeat Antichristus proprium characterem quo signentur ij qui in eum crediderint. Possimus & hoc aliter intelligere, discipuli Antichristi, laudatores erunt vitiorum: docebunt enim ideo creatum vitium ceteraque diuitias, vt homines iis abundanter & efficienter vterentur. Cum autem istam nefandam doctrinam virtutibus affirmauerint, terrenos homines qui proueniunt ad malum magis quam ad bonum, facile decipient. Sæpe verò per manus, opera intelliguntur. Characterem ergo Antichristi in dextera manu habebunt: quia opera maligna doctrinæ Antichristi congruentia exercebunt: habebunt & in fronte, per quam mens sæpe discernitur: quia ex prauis operibus

2. Tes. 2.

Iob. 1.

Simon magus

Necromantia

Matth. 24.

Signum crucis Christi.

operibus, quas pessimas mentes gerant, dignoscetur. *Et ne quis possit vendere, aut emere, nisi qui habuerit characterem nominis bestie, aut numerum nominis eius.* Scimus humanam vitam non posse subsistere, nisi aut vendant aliquando homines, aut emant. Eò itaque Antichristi persecutio erga fideles crudelius grassabitur, quò eis hoc interdum fuerit, sine quo viuere non potuerunt. Faciant autem hoc ministri Antichristi, vt in tempore necessitatis, eos qui Christianitatis fidem occultè seruare voluerint, deprehendant. *Hic sapientia est. Qui habet intellectum, computet numerum bestie. Numerus enim hominis est, & numerus eius est, sexcenti sexaginta sex.* De hoc numero multi multa dixerunt. Pluraque nomina repererunt in quorum literis hic numerus inuenitur. Tamen si aliquid ex iis nominibus Antichristus possideat, præuidere non potuerunt. Sed de re tam incerta, nihil audeo definire. Quis enim scit, si nomen quod ei à parentibus imponetur hunc numerum contineat?

CAPVT XIII.

**E**T vidi, & ecce agnus stabat supra montem Sion. Si diligenter textum lectionis sequentis inspiciamus, hæc quæ de centum quadraginta quatuor milia dicuntur, ad electos potius, quorum animæ in cœlesti beatitudine cū Domino exultant, quam ad eos qui in hac vita laborant, videbimus pertinere. Agnus itaque, Christum demonstrat. Sion autem, speculatio interpretatur. Per montem verò Sion, cœlestem patriam intelligere debemus. In monte igitur Sion agnus visus est, quia in cœlesti beatitudine, cum sanctis suis Christus consistit. *Et cum illo centum quadraginta quatuor milia, ex duodecim tribubus electi, & signo dei signati fuisse dicuntur.* Illa ergo centum quadraginta quatuor milia, sicut expositio nominum duodecim tribuum demonstrat, ad electos qui in hac vita laborant, pertinet. Ista verò centum quadraginta quatuor milia, electos qui in cœlesti gloria cū Domino lætatur significat, sicut textus præsentis lectionis manifestè indicat. Sed cur nomen patris & filij tantummodo in frontibus suis eos scriptum habere dicit, & de spiritu sancto reticuit? Quia videlicet vbiunque patrem & filium legimus, intelligere debemus spiritum sanctum. Possimus autem per frontes, corda sanctorum intelligere: nomen itaque patris & filij & spiritus sancti in frontibus suis habeat scriptum, quia à mentibus eorum amor Dei nunquam auelli poterit, sicut auulsus est à cordibus quorundam angelorum, qui propter superbiam de caelo ceciderunt. *Et audini vocem de caelo tanquam vocem aquarum multarum, & tanquam vocem tonitruum magni.* Sæpe per Ioannem, præsentis vitæ fideles demonstrantur. Per aquas verò, populi designantur. Et quia de omnibus gentibus quotidie colliguntur electi, & in cœlesti beatitudine, sancti Dei in terra constituti, qui per Ioannem designantur, vocem aquarum multarum assidue audiunt, quia doctrinam sanctorum in cœlis consistentium, & cordis auribus sentiunt, & virtute qua possunt, eorum actus imitantur. Vnde & eadem vox tanquam tonitruum esse dicitur, quòd corda audientium tertere solet. Terrentur enim, cum ad eorum perfectio-

Spiritus sanctus.

nem se ascendere non posse considerant. *Et vox quæ audiui, sicut citharætorum citharæantium in citharis suis.* Vox citharætorum, valde est dulcis audientibus. Et quid dulcius fidelibus, quam memoria sanctorum in cœlis commorantium, dum quanta sit eorum gloria mente pertractant, atque vt adhuc quâdo que perueniât, suppliciter exorant? *Et cantabant quasi canticum nouum, ante sedem & ante quatuor animalia, & seniores, & nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor milia, qui empti sunt de terra.* Hic magna obscuritas est: dicit quippe centum quadraginta quatuor milia non fuisse coinquinatos cum mulieribus, virginisque esse, & ideo canticum nouum cantare, quod nemo potest dicere nisi illi soli. Scimus autem quosdam ex Apostolis atque martyribus vxores habuisse. Nunquid ij qui virginitatem corporis seruare studuerunt, laudes deo decantant, & isti in laudibus dei muti existunt? Maxime cum sciamus ex vtroque sexu, parui meriti homines virginitatē corporis vsque ad mortē seruasse, sicut sūt infantes & pueri, quos ætas virginitatem amittere non permittit. Vidimus etiam quosdam aliquibus peccatis obnoxios, virginitatē corporis vsque ad mortem seruasse, quos credimus per ignem purgatoriu esse purgandos, vt in iustorum numero quando que ascribi mereantur. Nunquid istos tales Apostolis & martyribus, quos vxores habuisse scriptura non tacet, præferre audebimus, vt illud canticum suauissimum deo offerant à quo Petrus eiusque similes, alieni existant? Nam sicut est dulcis sanctis visio dei, sic & laus dei. Et quemadmodum saturari nequeunt visione dei, ita nec satiari laudibus dei. Et quâto proximiores sunt secundum meritorum qualitates Domino deo, tantò & feruentiores in laudibus dei. Quis verò dignè considerare potest, quod magna pars gloriæ sanctis detrahatur, si à laudibus dei expertes habeantur? Nec ideo hoc diximus vt virginitati derogemus, quæ magna est virtus sociæque angelorum, si tamen eam vitia non scædauerint. Quis enim perpendere potest, quod magnum bonum est integritatem corporis & animæ possidere? Igitur quia hæc quæ superius de virginibus dicta sunt: de iis solummodo qui virginitatem corporis seruauerunt intelligere nõ possumus, necesse est vt indagemus qui sint virginēs, & illi qui canticum virginum dicere non poterunt. Nam si superficiem lectionis diligenter attendimus, inueniemus non de folis virginibus, sed de omnibus sanctis animabus, hæc esse dicta. Diximus superius per centum quadraginta quatuor milia, sanctorum animas esse designatas, quæ in cœlesti beatitudine deum assidue laudare non desinunt. Per sedem verò, quatuor animalia, & seniores, ante quos canticum nouum cantare dicuntur, fideles in hac vita positi, ex quibus ecclesia constat, designantur, sicut in secunda visione diximus. Ante sedem ergo & quatuor animalia, & seniores centum quadraginta quatuor milia canticum nouum cantasse dicuntur. Nouum namque testamentum, canticum nouum dicitur, sicut dicit Propheta: Cantate domino canticum nouum, laus eius ab extremis terre. Nouum autē testamentum dicitur, eo quòd præcedat aliud quod vetus vocatur siue pro eo quòd novos populos faciat, cum ex filiis diaboli facit filios dei. Habent & fideles in hac vita positi

Ignis purgatorius.

Esai. 42.

Cantica fidelium.

cantica sua, sed in iis canticis sepe confessio sit peccatorum, sepe pro peccatis deprecatio, sepe commemoratio tormentorum aeternorum: ideoque in fletu sepe cantantes excitant, sepe in laudibus Dei orare solent, sepe ad spem coelestis patriæ, mentes fidelium eleuat. In illo verò catico spiritu coelestiu nihil triste, nihil quod mentē perturbet, resonat. Et quanto amplius depromitur, tanto ampliore vel amplius gaudium & lætitiā mentibus cantantium infundit. Sicut igitur nouum testamentum dicitur, quia præcessit vetus: ita & aliud canticum spirituum coelestium, nouum canticum dicitur, quia præcessit quod vetus est, illis qui ad coelestem beatitudinem quotidie transeunt, & nouum est ad quod perueniunt. Et hoc canticum ante sedem, id est, in conspectu sedis, cantasse dicuntur. Quod enim in conspectu nostro est, indefinenter aspiciamus. In conspectu ergo fidelium, qui per sedem & quatuor animalia & seniores designantur, animæ fidelium canticum nouum cantasse dicuntur: quia sancti viri in hac terra positi, gloriam sanctorum in cœlis commemorant, oculis mentis assidue conspiciunt, atque vt ad eorum societatem quandoque perueniāt tota virtute laborant. *Et nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadraginta quatuor milia, qui empti sunt de terra.* Id est, nemo illorum qui per sedem & quatuor animalia, & seniores designantur. Vident namque modo fideles viri in terra positi, quasi per speculum & in ænigmate gloriam sanctorum in cœlis consilientium, illudque canticum quia ardentē desiderant, quali audiunt, sed dicere non possunt, quia oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se. Qui de terra empti esse dicuntur. Empti sunt quippe in terra positi, precioso sanguine Christi. Sed melius est vt per emptionem assumptionem intelligamus. Assumpti sunt enim de terra, & in coelesti beatitudine collocati. *Li sunt qui cum mulieribus non sunt coquinati, virgines enim sunt.* Hic rursus oritur quæstio. Nam si in illa beatitudine diuersi ordines sunt vt sunt Apostoli, martyres, confessores, & virgines, quomodo omnes sanctorum animæ virgines esse dicuntur, & in tantum virgines, vt cū mulieribus coquinati non fuisse dicantur? Et si verum est quod dicit, imò verum est, quia non potest fieri vt Deus mentiatur, Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mœchatur eam in corde suo, quomodo omnes sanctorum animæ in toto spacio vitæ præsentis, ab iniquatione mulierum mundi esse potuerunt? Quærendum ergo nobis est quomodo hoc intelligendū sit. Multi quippe fuerunt ante baptismum adulteri & fornicatores, sed in Christum credentes, atque de peccatis suis penitentiam agentes, fontemque baptismatis expetentes, quicquid in eis sordidum fuit per spiritum sancti gratiam aquis baptismatis deletum est. Qui in bono quod in eodem baptisate promiserunt, vsque in finem perseverantes, veniente Domino, vt eos per mortem ab hac terrena habitatione subtraheret, eorum animæ, virgines, id est, integræ & ab omni corruptione vitiorum mundæ inuentæ sunt. Istorum ergo animæ, iure virgines vocantur: quia eorum omnis corruptio aquis baptismatis bo-

Fideles adhuc in terra positi, mente in celo versantur.

1. Cor. 13.

Eps. 64. 1. Cor. 2.

Matth. 5.

Animæ sanctorum spiritus sancti gratia lauat, virgines dicitur.

nisque operibus deleta est. Fuerunt etiam multi qui post baptismum multa scelera commiserunt, sed cum per penitentiam & lachrymas atque misericordiam, cæterisque bonis operibus malum quod gesserunt delere studuerunt, & in bono proposito perseverauerunt, Domino veniente, eorum animæ virgines repertæ sunt. Quicquid enim in eis fuit reprobum, charitatis remediis est purgatum. Fuerunt & coniugati qui Deum tota virtute dilexerunt, atque in virtutibus vitam ducere studuerunt. Istorum igitur animæ, rectè virgines vocantur quia si quas sordes ex coniunctione foeminarum traxerunt, bonis operibus deletum est. Similiter de cæteris sordibus intelligendum est. Possumus etiā per mulieres, corpora sanctorum intelligere: per viros autem, animas: quia sicut vir & mulier vna caro vocatur, ita corpus & anima, vnus homo. Et quæ admodum foemina inferior est viro, ideoque necesse est, vt à viro regatur eiusque dominationem perferat: ita corpus multo inferior est quàm anima, & ideo necesse est, vt à spiritu regatur atque dometur, eiusque desideria frangantur. Quod quia sancti facere studuerunt, non sunt coquinati cum mulieribus: quia ex coniunctione corporum, nullas sordes traxerunt, ex quibus Deum nimis offenderent. *Li sequuntur agnum quocumque ierit.* Quo vadit qui omnia implet, & totus vbique est? Sed quem admodum vadat. Apostolus docet, dicens: Cui vult miseretur, & quæ vult indurat. Vadit itaque Deus miserando quibuslibet, & à quibusdam misericordiam suā auferendo. Sequuntur verò sancti quia quibus ille misericordiā suam largitur, largiuntur & illi, & à quibus abscindit, abscindunt & illi. Hoc de electis in terra positis intelligere non possumus: sepe enim illi miseretur quibus Deus non miseretur, sicut Samuel qui iugebat Saul, quæ Deus proiecerat à facie sua. Quosdam etiam sancti damnare volunt, quibus Deus miseretur, sicut Ionas qui cupiebat vt Ninivitæ dederentur, quos Deus saluare decreuerat *Li empti sunt ex omnibus primitiæ Deo & agno.* In lege præceptum est, vt primitiæ frugum offerrentur Deo. Per primitias frugum, electi designantur. Nam sicut ex multitudine fructuum paruæ primitiæ Deo offerrebatur, ita & ex multitudine populorum, paruus numerus electorum eligitur, qui ab angelis Deo in templo gloriæ coelestis offertur, sicut Dominus dicit in Euangelio: Multi enim sunt vocati, pauci verò electi. Sancti ergo primitiarum more, ex hominibus sunt assumpti, & in coelesti beatitudine collocati. *Et in ore eorum non est inuentum mendacium.* Valde difficile esse videtur quod dicitur. Sunt quippe quædam mendacia valde graua, sunt alia quæ inter leuia peccata deputanda sunt, à quibus nostris temporibus, nescio si aliquis omni tempore vitæ suæ abstinere possit, nisi fuerit infans qui loqui ignorat. Non itaque de omnibus mendaciis hoc dictum esse mihi videtur: sed est mendacium valde grauisimum, cum mentimur ea quæ in baptisate promissimus. Hoc ergo mendacium in ore sanctorum non est inuentum: quia hoc quod in baptisate promiserunt, vsque in finem vitæ seruare studuerunt. Et si fuerunt aliqui qui post baptismum multa peccata commiserunt, tamen in ore eorum non est inuentum men-

Genes. 2.

Rom. 9.

Sancti in hoc mundo sepe miserentur, quibus Deus non miseretur & damnant quibus Deus miseretur. 1. Reg. 15. 16. Iona 4. Exod. 22. Electorum numerus paruus.

Matth. 22.

Mendacium grauisimum.

mendacium: quia per penitentiam charitatisque opera malum quod gesserunt, ante mortem delere statuerunt. *Sine macula enim sunt.* Et hic satis aperte demonstrat ea quæ in hac lectione continentur, non ad fideles, qui in hac vita laborant, sed ad eos qui in coelestibus sedibus requiescunt. Quis enim in hac vita positus sine macula esse potest: cum idē Ioannes dicat: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est. Animæ verò sanctorum sine macula sunt: quia si quas sordes ex mundana habitatione contraxerunt, aut per penitentiam & lachrymas, charitatisque opera, aut per flagella, aut certè post mortem igne purgatorio deletæ sunt. Dixi quod sensi. Quod si quis textum huius lectionis ad præsentem ecclesiā transferre voluerit, & per viginti quatuor milia, aut prædicatores, aut cæteros iustos, in hac adhuc vita degentes, per nouum verò canticum, quod nemo nisi ipsi soli dicere poterant, Euangelium designatum esse censuerit, perpendat sanctum Euangelium non solum ab electis, verum & à reprobis sepe prædicari, de quibus Dominus in Euangelio dixisse credimus: Multi dicent mihi in illa die, Domine Domine, nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo demonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, Amen dico vobis, nescio vos, discedite à me omnes operarij iniquitatis. De talibus apostolus Paulus loquitur dicens: Sunt qui per contentionem Christum annunciant non sincere, existimantes se pressuram suscitare vinculis meis. Si quis autem seriem lectionis huius ad præsentis temporis virgines pertinere sanxerit, ad eos videlicet quos amor Dei ad integritatis custodiam, adiunctis cæteris bonis operibus quotidie impellit, sanum mihi in hoc videtur possidere sensum: sed animaduertere debet, non posse huic sensui conuenire, vt per canticum nouum in hoc loco Euangelium intelligat, sed potius gaudium spirituale, quod eis ex custodia virginitatis accrescit. Nullus igitur canticum nouum dicere potest, nisi illi soli: quia gaudium virginitatis nullus habere præualet, nisi illi soli qui hanc cæteris bonis operibus exornatam quotidie Deo offerre consueverunt. Similiter & qui hanc sententiam eis aptare voluerit, qui cum virginitatis palma ad coelestia regna iam conscendere meruerunt: à recto intellectu non discrepant. Sed sciat non conuenire huic sensui, vt per nouum canticum, aliquod canticum quod voce, lingua, labiis componi potest, intelligat: sed potius virginitatis præmium, quod à Domino æternaliter percipere merentur. Hocque canticum nullus nisi illi soli dicere potest: quia virginitatis præmium nullus percipit, nisi qui hanc in seculo positi, intemerata mente pro Christi amore seruare studuerint. De quibus propheta Esaias loquitur dicens: Hæc dicit Dominus eunuchis, Qui custodierint sabbata mea, & elegerint quæ volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filiis & filiabus, nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit. *Et vidi alterum angelum volantem per medium cœlum, habentem Euangelium æternum, vt euangelizet sedentibus super terram & super omnem gentem, & tribum, & linguam, & populum, dicentem*

Nemo sine macula in hac vita. 1. Ioan. 1.

Reprobi nonnumquam proficiunt Euangelium. Matth. 7.

Philipp. 1.

Virginitas.

Virginitatis præmium.

Esai. 56.

*voce magna.* Iterum vniuersa breuiter comprehendit. Nam sicut superius cum mala Antichristi narrare vellet, ab aduentu Christi inchoauit, persecutionesque quas ecclesia à diabolo passa est prius narrans, ad Antichristum peruenit: ita & hic diem iudicij describere cupiens, ab aduentu Christi inchoat, atque sub specie trium angelorum cuncta comprehendens, ad diem iudicij peruenit. Iste quippe angelus, Christum & Apostolos eius, cæterosque Christi prædicatores significat. Qui Euangelium æternū habuisse dicitur, quia doctrina Euangelij à Christo Apostolis, cæterisque prædicatoribus data est, quæ gentibus prædicarent. Quod Euangelium æternum esse dicitur, quia æternitatem præstat omnibus facientibus illud. Quod etiam super terram sedentibus prædicatum esse dicitur. Gentes namque quibus Euangelium prædicatum est, nihil aliud quàm terræ quærebant, totamque requiem suam in terram posuerant. Quid autem iste angelus prædicet, audiamus. *Timeate Dominum, & date illi honorem: quia venit hora iudicij eius, & adorare eum qui fecit cælum & terram, mare & fontes aquarum.* Conuenienter timorē Domini primò posuit, & postea honorem. Timor enim Domini ad penitentiam impellit hominem: penitentia verò, ad bona opera agenda eum prouocat. Honorē itaque Deo deferimus, cum bona opera agimus, sicut ipse Dominus dicit: Videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrū qui in cœlis est. Hora verò iudicij ex tunc incipit, ex quo Euangelium prædicari cœpit. Illi igitur acriter in die iudicij iudicabuntur: qui verbum Euangelij audientes, illudque spernentes, fidem Christi suscipere noluerunt. Similiter & illi qui susceperunt fidem Christi, sed eam operibus implere noluerunt. Cui enim plus committitur, plus ab eo exigetur. Ne illis autem, qui verbum Dei non audierunt, Dominus dicit in Euangelio: Qui non credit, iam iudicatus est. *Et adorare eum qui fecit cælum & terram, mare, & fontes aquarum.* Id est, relinquit idola surda, & adorare eum qui cuncta fecit ex nihilo. *Et alius angelus profectus est, dicens.* Alius angelus, doctores ecclesiæ qui finitis persecutionibus ecclesiam Dei gubernauerunt, designat. *Cecidit, cecidit Babylon magna.* Per Babylonē, sicut superius diximus, ciuitas diabolici designatur, quæ ex omnibus impijs constat: ceciderat autem, quia omnis cultura demonum per fidem Christi deleta fuerat. Et bis cecidisse dicitur, quia ex parte persecutorum, & ex parte culturæ diabolicæ ceciderat. *Quæ à vino iræ suæ potauit omnes gentes.* Vinum iræ, errores sunt gentilium, quibus Deum ad iracundiam prouocauerunt. Sed eum Babylon nihil sit aliud, quàm omnes gentes, id est, omnes reprobi, quomodo omnes gentes à vino iræ suæ potauit? Verum cum vnus alterum docuit, & ille tertium, & tertius quartum, & ita omnes homines, error diabolicus transit, vtique Babylon omnes gentes vino iræ Dei potauit. *Et angelus tertius secutus est illos, dicens voce magna: Si quis adorauerit bestiam & imaginem eius, & acceperit characterem eius in fronte sua, aut in manu sua, & hic habet de vino iræ Dei qui mixtus est mero, in calice ipsius.* Angelus tertius, prædicatores sunt qui temporibus Antichristi futuri sunt. Prædicabunt enim vt nullus Antichristū adoret, neque ad eius pessimam

Euangelium.

Matth. 5.

Dies iudicij.

Luc. 19.

1. Cor. 13.

Cap. 11.

Ciuitas diabolici.

Errores gentilium.



doctrinam aures cordis accommodet, neque opera eius imiteretur. Quod si quis fecerit, perpetua poena eum esse damnandum testabuntur. Per vinum irae Dei, damnatio vltima quae in die iudicij impiis irrogabitur, designatur: merum autem, purum dicimus. Per merum igitur, iustitia Dei designatur: per calicem verò, iudicium Dei accipere possumus. Vinum itaque mixtum est mero in calice Dei: quia damnatio vltima qua impij damnabuntur, mixta erit cum iustitia in calice Dei, id est, in iudicio, quia iustissimo Dei iudicio perficietur. Bibent igitur impij vinum irae Dei, cum illis dicetur: Ite maledicti in ignem aeternum, &c. *Et cruciabitur igne, & sulphure in conspectu angelorum sanctorum, & in conspectu agni, & fumus tormentorum eorum, in secula seculorum ascendet.* Ignis exurit, sulphur autem foetorem pessimum de se emittit. Igne autem corporaliter cruciabantur, qui ignem vitiorum in se extinguerè noluerunt: foetore sulphuris torquebuntur, quibus dulcis fuit foetor luxuriae. In conspectu angelorum sanctorum cruciabantur, & in conspectu agni, videlicet vt in eorum conspectu crucientur, in quorum conspectu non timuerunt mala perpetrare. *Nec habebunt requiem die ac nocte qui adorauerint bestiam & imaginem eius, & si qui acceperint characterem nominis eius.* Cur neque in die neque in nocte reprobos habere dicit requiem, cum electi aeternum diem possessuri sint, reprobi verò perpetuam noctem? Sed more humano locutus est. Haec est patientia sanctorum, qui custodiunt mandata Dei & fidem Iesu. Id est, talis est patientia sanctorum, & talem fructum affert, qualis in sequentibus demonstratur. *Et audivi vocem de caelo, dicentem mihi: Scribe, Beati mortui, qui in domino moriuntur.* Talis est igitur patientia sanctorum, qui custodiunt mandata Dei, & fidem Iesu, vt sint beati in perpetuum. Sed quid est quod dicit: Beati mortui qui in Domino moriuntur? Quis mortuus mori potest? Nullus proculdubio mortuus mori potest, nisi prius animam recipiat, vt iterum mori possit. Sed illi sunt beati, & illi in Domino moriuntur, qui prius moriuntur seculo, postea carne: qui prius veterem hominem, id est, omnes nequitias spirituales & carnales in se extingunt, vt possint dicere cum Apostolo: Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Illi naque in Domino moriuntur, de quibus Dominus dicit in Euangelio: Qui autem perseverauerit vsque in finem, hic saluus erit. *A modo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis.* A modo, id est, à tempore mortis suae requiescènt sancti à laboribus suis. *Opera enim illorum sequuntur illos.* Quomodo sequuntur? Nonne Cornelium opera sua praecesserant, cui ab angelo dictum est, Orationes tuae & elemosynae tuae commemoratae sunt in conspectu Dei: Sed sequi, pro comitari posuit. Nam & exercitus qui regem comitatur, eum sequi dicitur, cum alij praecedant, alij sequantur, alij ad dexteram, siue sinistram incedant. Opera igitur sanctorum sequuntur illos, quia merces operum illorum comitatur illos in perpetuum. Possumus & hoc de illis spiritaliter intelligere, qui temporibus Antichristi pro nomine Domini nostri Iesu Christi interficiendi sunt. Beati quippe erunt illi, & in Domino morientur, qui pro fide Domini nostri Iesu Christi morientur. Nunc quia poenam illorum qui

in Antichristum credituri sunt narrauit, beatitudinemque illorum qui in fide Christi perseverauerint vsque in finem breuiter comprehendit: consequens est, vt diem iudicij describat, in quo haec cuncta complebuntur. *Et vidi, & ecce nubes candida, & super nubem sedentem similem filio hominis, habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua falcem acutam.* Et alter angelus exiit de templo, clamans voce magna ad sedentem super nubem, dicens: *Mitte falcem tuam & mete, quia venit hora vt metatur, quoniam aruit messis terrae.* Et misit qui sedebat super nubem, falcem suam super terram, & messuit terram. Vterque namque iste Angelus, Christum significat, similiter & duae falces, vnam significationem habet: designant enim illum ignem, quo vniuersus mundus delendus est. Quia sicut primo tempore mundus per aquam deletus est: ita & in fine temporum, per ignem delebitur. Sed quare edum nobis est, cur vnus Christus per duos angelos, & vna exterminatio per duas figuratur. Primus quippe angelus super nubem candidam sedisse, & coronam auream habuisse visus est: secundus verò: neque coronam auream habuisse, neque super nubem candidam sedisse dicitur. Et primus, messem terrae: secundus verò, botros vineae terrae praecidisse dictus est. Sed primus quo loco messem terrae posuerit non dicitur: secundus autem botros vineae terrae in lacum irae Dei magnum misisse dictus est. Videtur itaque mihi per messem terrae electos, per botros autem ex quibus vinum oritur, quod mentes hominum alienat, reprobos esse designatos. Ista est messis, de qua Dominus dicit in Euangelio: In tempore messis, dicam messoribus: Colligite primum zizania, & ligate ea in fasciculos ad comburendum: triticum verò recondite in horreis meis. Qui enim illic per triticum, ipsi in hoc loco per messem designantur. Et qui illic per zizania, ipsi in hoc loco per botros vineae terrae figurantur. Et quia Christus aliter apparebit iustis, & aliter iniustis, non inconuenièter per duos angelos figuratur. Iusti namque in eadem claritate eum videbunt, quomodo ab angelis & sanctis spiritibus, in caelesti beatitudine cernitur. Impij autem in ea specie eum videbunt, qua ab hominibus in terra positus videbatur, sicut scriptum est, Tolle tur impius, ne videat gloriam Dei. Blandus itaque iustis, terribilis apparebit iniustis. Vnde & primus super nubem candidam sedisse, & coronam auream habuisse in capite describitur. Per nubem namque candidam, corpus eius immaculatum designatur: per coronam verò auream, multitudo angelorum atque sanctorum, qui cum ad iudicium venientem comitabuntur, exprimitur. Similiter & vna exterminatio per duas falces designatur: quia aliter exterminabuntur iusti, aliter iniusti. Iustorum exterminatio, redemptio potius dicenda est, sicut Dominus dicit: Respicite, & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Redemptio iure vocatur, eo quod à malis temporalibus liberet, & ad gaudia aeterna perducatur. Impiorum autem exterminatio, & hic grauis erit, & post mortem grauior: damnatio enim luciferae perpetuus eis permanebit. Iusti de spe retributionis aeternae mortem laetè excipiet: impij verò de damnatione perpetua timidi, tristissima morte plebentur. Alter angelus qui exiit de templo, & clamauit

Mat. 25.

Impij in peccando presentiam Dei non timent.

Mundo morientes beati. Galat. 6.

Mat. 24.

Act. 10.

Merces operum.

Mundus per ignem delendus.

Mat. 13.

Christus aliter à iustis, aliter ab iniustis in iudicio videbitur. Esa. 26.

Luc. 21. Bonorum & malorum spes diuersa.

1. Ioan. 5.

Mat. 6.

sancti quotidie orant pro die iudicij.

Mat. 25.

Mat. 7.

mauit vocem magna ad eum, qui sedebat super nubem, dicens, *Mitte falcem tuam, & mete.* Electos qui in hac terra laborant, designat: per templum autem vnde exiit visus est, ecclesia designatur. Clamauit ergo ad eum qui sedebat super nubem, vt mitteret falcem suam in terram & meteret: quia sancti viri videntes mundum in maligno positum, eiusque misérias horrentes, deprecantur quotidie vt regnum Dei veniat, in quo ab omnibus angustiis liberati, corpora propria recipient, & in aeternum cum Domino exultabunt: ariditas verò messis maturitatem eius indicat. Nam sicut messis crescit ad maturitatem quando arida efficitur: ita & numerus electorum vsque ad finem mundi crescet, eorumque maturitas tunc perficietur, cum eorum fuerit numerus completus. Similiter & quartus angelus qui exiit de altari, qui habebat potestatem super ignem, eandem significationem habet quam & secundus, qui de templo exiisse visus est: significat namque electos in hac vita laborantes. Altare namque ecclesiam significat, sicut & templum: per ignem verò, charitatem possumus intelligere, quam in cordibus sanctorum spiritalibus fomentis spiritus sanctus enutrit. Super hunc ignem sancti habere potestatem ideo dicitur: quia & ipsi possident charitatem, & possidentur ab ea. Iste ergo angelus clamauit ad tertium angelum, secundam falcem gerentem, quem Christum significasse diximus, vt vindemiarèt botros vineae terrae. Per quos impij designantur: quia viri sancti videtes quotidie genus humanum à daemonibus decipi: videntes etiam impios florere, mundumque semper ad deteriora delabi, orant vt dies iudicij veniat, in quo & nequitia daemonum cum ipsis authoribus pereat, & omnis prauaricatio cum ipsis prauaricatoribus accipiat finem, & adducatur iustitia sempiterna, quae nullo sine terminabitur. Vineae quippe mundum significat, quae omnem impiorum multitudinem genuit & nutriuit: lacus verò, quem infernum vocamus, ideo lacus irae Dei dicitur, quia vindicta irae Dei in eo consummabitur. *Et calcatus est lacus extra ciuitatem.* Per calcationem, demersionem in infernum possumus intelligere: per ciuitatem autè, caelestem Hierusalem quae ex omnibus electis constat. Extra hanc ergo ciuitatem lacus calcabitur, quia à consortio iustorum impij separabuntur, & in infernum detrudentur, sicut Dominus dicit in Euangelio. Exibunt angeli, & separabunt malos de medio iustorum, &c. *Et exiit sanguis de lacu vsque ad frenos equorum per stadia sexaginta.* Per sanguinem, poena impiorum designatur. Per spaciū verò mille sexcentorum stadiorum, quod sanguis de lacu exiens occupauit, falsi Christiani designantur. Qui numerus quamuis à quaternario numero deriuetur, circumquaque tamen eundem numerum spargens spargitur, finisque eius minimè transiit. Similiter & falsi Christiani fidem Christi, quae in quatuor libris Euangelij consistit, in baptismo suscipiunt, sed arctam & angustam viam, quae intra angustias quaternarij numeri concluditur relinquentes, quae ducit ad vitam, per latam & spaciosam viam quae ducit ad mortem, incedunt. Veruntamen à quaternario numero non recedunt, quia quamuis opera Christianitatis non habeant, nomen tamen Christianitatis non amittunt.

A Sanguis ergo de lacu exiuit, & mille sexaginta stadia occupauit: quia ea poena quae daemones & omnes incredulos absorbebit, etiam falsos Christianos qui fidem vili sunt habuisse, sed opera fidei non habuerunt, illaqueabit. Per equos vero, falsi pastores ecclesiae designantur, qui officium regiminis non pro amore Dei, sed pro amore seculi suscipiunt. Per frenos quibus equi reguntur, eorum falsa doctrina designatur. Habent quidem falsi pastores doctrinam in ore, ne ab officio funditus alieni videantur, sed Phariseorum exemplum sequentes, dicunt & non faciunt. Et quia aliud non possunt docere nisi quod Euangelium loquitur, & in praedicatione sua annunciant peccatoribus quas poenas patientur, nisi corrigantur, vsque equorum frenos sanguis peruenit: quia poenas quas peccatoribus minati sunt nisi corrigerentur, ipsi quia vitia sua deserere noluerunt, experientur.

CAPVT DECIMUM QVINTVM.

**E**T vidi aliud signum in caelo, magnum et mirabile. *Angeli septem habentes septem plagas nouissimas, quoniam in illis consummata est ira Dei.* Sicut superius antequam ad narrationem septem angelorum tubis conueniam veniret eorum mentionem facere studuit, ita & hic antequam ad septem angelorum phialas habetium narrationem veniat, eorum mentionem facit, vt indicet magna mysteria in eorum visione contineri. Sed de iis in sequentibus quod dominus dederit dicemus. *Et vidi tanquam mare vitreum mixtum igni, et eos qui vicerunt, bestiam et imaginem eius, et numerum nominis eius, stantes super mare vitreum, habentes citharas Dei, et cantantes canticum Moysi serui Dei, et canticum agni dicentes.* Quid significet mare vitreum superius in visione secunda diximus. Sed illic tanquam crystallum esse dicitur, hic autem mixtum igne. Et quia crystallus eximiae claritatis est, ignemque de se cum calorem solis acceperit solet emittere, eandem significationem habet illic crystallus, quam hic ignis: significat namque spiritalem intelligentiam quae in diuinis scripturis inuenitur. Mare igitur vitreum mixtum est igni, quia diuina scriptura mixta est spiritalibus intellectibus. Super mare itaque vitreum ij qui bestiam vicerunt stare visi sunt: quia sancti Dei qui contra Antichristum pugnaturi sunt, in praecipis diuinarum scripturarum gressus figent, nullaque impulsione vitiorum à sua fide moueri poterunt. Per citharas verò quas habebat, mortificatio carnis designatur. Canticum autem Moysi, vetus testamentum, canticum agni, nouum demonstrat. Canticum ergo Moysi & canticum agni cantabant, quia & vetus & nouum testamentum sancti praedicabant. Quod canticum quale sit, audiamus. *Magna et mirabilia opera tua domine Deus omnipotens: Iuste et verae viae tuae rex seculorum. Quis non timebit te Domine, et non magnificabit nomen tuum, quia tu solus pius es: quoniam omnes gentes venient et adorabunt in conspectu tuo: quoniam iudicia tua manifesta sunt.* Concordat hoc canticum, cum veteri & nouo testamento. Nam septem benedictiones ibi inueniuntur, quae septem partibus, de quibus superius diximus, coaptari possunt. Prima quippe benedictio est: *Magna et mirabilia opera tua Domine Deus omni-*

Falsi Christiani. Observa pastor qui operas non gregis saluare queris. Mat. 23.

Supra cap. 4.

1. Ier. 10.

Psal. 85.

potens.] Quæ primo tempore convenire potest, in quo factum est coelum & terra omnique creaturæ, quæ valde sunt mirabilia. Secunda est, *Iusta & vera via rex seculorum.* Quæ congruit parti secundæ, in quo omnes creaturæ quæ habebant spiritum vite, iustissimo Dei iudicio aquis diluuii deletæ sunt. Tertia est: *Quis non timebit te Domine?* Quæ tertiæ parti, iis videlicet quibus lex data est congruit, qui timore potius quam amore legis mandata exercebant. Quarta est, *Et magnificabit nomen tuum.* Quam prophetis convenire manifestum est, qui nomen Dei & prædicationibus & scriptis magnificaverunt. Quinta est, *Quia tu solus pius es.* In quinta parte, aduentum Christi apposuit, in qua Dominus noster Iesus Christus, qui solus pius est, & homo fieri pro salute generis humani, & pati & mori, dignatus est. Sexta est, *Quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conspectu tuo.* Manifestum est, post ascensionem Domini omnes gentes ad fidem venisse Christi, quas in sexto loco posuimus. Septima est, *Quoniam iudicia tua manifestata sunt.* Quam ad diem iudicii pertinere manifestum est, in quo iudicia Dei iusta & vera esse manifestabuntur. A cuius iudicii damnatione, nos misericordia & pietas Domini & redemptoris nostri Iesu Christi liberare dignetur, qui cum patre & spiritu sancto vivit & regnat Deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Explicit expositio visionis quartæ.

INCIPIT EXPOSITIO VISIONIS QUINTÆ.



**E**t post hæc vidi, & ecce apertum est templum tabernaculi testimonij in celo, & terra. ] Visio quinta, ad cuius sensus elucidandos Domino iuvante pervenimus, ex maxima parte visioni superiori concordat, de cuius intelligentia, usque modo quod Domini gratia largiri dignata est, diximus. Nam sicut illic septem angeli visi sunt, quibus datæ sunt septem tubæ, ita & hæc septem angelis septem phialæ datæ fuisse memorantur. Et sicut in cantu tubæ primi angeli, grandis magna terram percussit: ita & in effusione phialæ primi angeli, homines, qui per terram sæpe designantur, pessimis vulneribus percussi esse dicuntur. Et quemadmodum in cantu tubæ secundi angeli, tertia pars maris in sanguinem versa est: similiter & in effusione phialæ secundi angeli, totum mare in sanguinem versum fuisse describitur. Sed qualiter isti cum superioribus concordant, in sequentibus dicemus, eundem sensum secuturi. Eandem ergo significationem habent isti, quam & illi. Significavit quippe prædicatores qui fuerunt ab initio, usque ad finem. Sed ideo bis ponuntur, quia sicut superius demonstravimus, ea quæ sub cantu tubæ primi angeli, secundi, tertij, atque quarti gesta fuisse visa sunt, ad electos pertinent. Porro quæ sub cantu tubæ quinti, sexti, atque septimi angeli facta fuisse referuntur, quibus & tria vix, coniunguntur: in quibus persecutiones ecclesie quas ab hæreticis & a paganis passa est, & ab Antichristo in fine mundi passura est describuntur, ex vna parte ad reprobos, ex al-

Quomodo conveniat hæc visio cum superioribus.

Melius est iniuriam pati quam inferre.

Gera ad electos pertinent: quia impij ex malo quod pijs ingerit, pœnam perpetuam, iusti verò ex malo quod perferunt, gloriam sempiternam sibi adquirent. Omnia itaque quæ sub effusione phialarum septem angelorum describuntur, ad reprobos pertinent. Unde & primi, tubis quibus exercitus Dei ad pugnam provocabatur, cecinisse dicuntur. Sequentes autem, phialas plenas iracundiæ Dei, super impios effudisse referuntur. *Post hæc vidi, & ecce apertum est templum tabernaculi testimonij in celo.* ] In Exodo scriptum est, *quod fecerat Moyses tabernaculum in deserto, postea verò à Salomone iam populo in terra repromissionis degente, templum ædificatum est.* Per desertum igitur, hoc seculum: per tabernaculum quod de loco ad locum transfertur, præfens ecclesia designatur, quæ de deserto huius seculi quotidie ad celestem beatitudinem transit, pergitque de virtute in virtutem, ut videat Deum deorum in Sion. Unde & cortinæ tabernaculi, quæ diversis coloribus depictæ erant, pellibus tegebantur & cilicijs, ut demonstrarent mortificationem carnis atque humilitatē, custodiam esse virtutum. Quid autem per terram repromissionis nisi celestis patria designatur; quam repromisit Deus diligentibus se? Et quid per templum, quod ex optimis lapidibus ædificatum fuit, figuratur, nisi celestis Hierusalem, quæ ex vivis lapidibus quotidie ædificatur. Quid igitur dicit, *aperit templum ecclesie?* Templum verò ecclesie quid est aliud nisi celestis patria? In hoc templo Psalmista habitare desiderabat, cum dicebat: *Vnam petij à Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.* Hoc itaque templum per Christum apertum est, quia aditus regni celestis per eum omnibus fidelibus patefactus est. *Et exierunt septem angeli habentes septem plagas de templo, vestiti lapide mundo candido, & præcincti circa pectora zonis aureis.* ] Si per templum celestis patria, & per septem angelos, prædicatores designantur, quomodo de templo exisse dicuntur? Numquid sancti de illa celestis patria, ad prædicandum descendunt? Sed sancti prædicatores quasi de celestis patria exeunt, cum ab illo mittuntur, qui est gloria sanctorum, & à quo omnis doctrina eorum procedit. Qui etiam septem plagas habuisse dicuntur. Et superius septem plagas habuisse dicti sunt, eo quod in illis consummata sit ira Dei. Si septem plagas iracundiæ Dei habuerunt, quomodo sancti facti fuerunt? Sed habuerunt sancti Dei plagas septem in potestatem, non in pœnam suam. Dominus namque dicit in Evangelio: *In regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis sue, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israël.* Per septem autem plagas, septem vitia principalia, ex quibus omnia mala oriuntur, designantur. Septem igitur plagas, septem angeli habuisse visi sunt: quia prædicatores sancti in die iudicii septem vitia principalia, id est, omnes operatores malorum ita in potestate habebunt, ut eorum iudicio perpetua pœna plebatur. Consummata est verò in sanctis prædicatoribus ira Dei, id est, per illos, quia eorum iudicio ira Dei perficietur. Possimus septem plagas aliter intelligere. Superius omne corpus impiorum in septem partes divisum. Septem ergo plagæ sunt peccata, quæ

Exod. 35. 36. 3. Reg. 5.

Psalm. 83. Mortificatio carnis & humilitas custodia virtutis.

1. Cor. 2.

Ecclesia. Psalm. 136.

Prædicatores à Deo mittuntur.

Matth. 19.

Septem vitia principalia.

quæ vnicuique parti aptius conveniunt. Aliter enim iudicabuntur ij qui ante diluuium fuerunt, populumque Dei coniunctione foeminarum deceperunt: Aliter ij qui post diluuium idololatriam diversisque errores inveniunt, per quæ genus humanum deceptum est: Aliter ij qui sub lege fuerunt, & mandata Dei non custodierunt: Aliter pseudopropheta, qui populum Dei deceperunt: Aliter impij Iudæi, qui Deum interfecerunt, & apostolos eius persecuti sunt: Aliter persecutores ecclesie qui fidem Christi extinguere conati sunt: Aliter ministri Antichristi, qui Christum deserturi, & antichristum secuturi. Has itaque plagas sancti Dei in potestate habebunt, quæ singuli eos qui suis temporibus fuerunt, eorumque monita contempserunt, suo iudicio perpetua pœna damnabunt. Per lapidem verò mundum atque candidum, quo septem angeli vestiti fuisse visi sunt, Christus designatur: de quo dicit Apostolus Omnes qui in Christo baptizati estis, Christum induistis. Per zonas autem aureas, quibus circa pectora præcincti narrantur, prædicatores sapientia intimatorum: quæ corda sanctorum intra se ita concludit, ut extra ipsam per diversos errores euagari non sinat. *Et unus è quatuor animalibus dedit septem angelis septem phialas aureas plenas iracundiæ Dei viventes in secula seculorum.* ] Quatuor animalia quamvis quatuor Evangelistas significant, tamen & simul, & sigillatim Christum significant. Sed quia brevitatis non permittit, ut dicamus quæ admodum vnum quodque Christum significat, per istud vnum animal, Christum intelligamus. Phialæ verò corda sunt sanctorum, quæ propter sapientiam, aurea rectè vocantur. Unus ergo ex quatuor animalibus dedit septem angelis septem phialas aureas, quia Christus corda sanctorum suorum sapientia replevit. Verum si sapientia repleta sunt, quomodo iracundiæ Dei plena esse dicuntur? Dominus in Evangelio dicit: *Si non venissem & locutus eis fuisset, peccatum non haberent.* Numquid Iudæi ante aduentum Christi, peccatum non habebant? Erant itaque antea peccatores, sed peccatum incredulitatis, peccatum blasphemie, quo eum Belzebul vocaverunt, peccatum homicidij quo eum crucifixerunt, & multa alia scelera quæ ex aduentu eius traxerunt, non habebant. In phiala autem Christi, in qua vita mundi continebatur, Iudæi suis culpis exigebitis, mortem inveniunt. Phialæ igitur septem angelorum plenæ fuerunt iracundiæ Dei, quia quantum ad reprobos pertinet, prædicatio sanctorum iram Dei in se continuit: quia pro eo quod eorum prædicatione contempserunt, iram Dei incurrerunt. *Et impletum est templum fumo à maiestate Dei, & de virtute eius.* ] Diximus superius per templum, celestem patriam designari: fumus verò si intra domum fuerit, oculos à foris perspicentium obscurat, ut non perfecte possint videre ea quæ in domo geruntur. Templum igitur celestis patriæ, modo fumo est plenum: quia electi in hac vita positi, dum oculos mentis suæ ad contemplanda celestia attolunt, obscurantur quadam caligine, quam transire non possunt, quam obscuritatem, fumum vocat: hanc caliginem Paulus patiebatur, cum dicebat: *Vidimus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.* Et iterum: *Nunc autem cognosco ex parte, tunc verò*

Galat. 3. Prædicatores sapientia corda contra errores munit.

Joan. 15.

Matth. 10. 11.

Prædicationis vox impijs propinat iram Dei.

Tenebræ præsentis vite.

1. Cor. 13.

cognoscam, sicut & cognitus sum. Et notandum quia hanc hebetationem, electi quoadiu in hac vita positi sunt, patiuntur: cum autem ad illam celestem beatitudinem transferint, ab oculis mentis eorum alleuetur. Unde & sequitur: *Et nemo poterat introire in templum, donec consumaretur septem plagis septem angelorum.* ] Numquid in illa celesti beatitudine, quotidie iusti non introeunt? Sed de ingressione corporum hoc dictum esse intelligamus. In illa quippe celesti beatitudine iusti non ingredientur cum corporibus suis, usque dum septem plagas septem angelorum compleantur. De septem plagis superius diximus: ultima verò plagam erit, cum Antichristus suis erroribus genus humanum interficiet. Finitis autem septem plagis, pro quibus examinandis dies iudicii fiet, sancti corpora sua recipient, atque in templo patriæ celestis sine fine cum domino habitabunt. De hac habitatione dicit Psalmista: *Beati qui habitant in domo tua domine, in secula seculorum laudabunt te.*

CAPVT DECIMUMSEXTVM.

**E**t audivi vocem magnam de templo, dicentem angelis septem: *Ite & effundite septem phialas iracundiæ Dei in terram.* ] Vox de templo, vox domini est præcipiens prædicatores, ut verbum Dei non solum electis, sed etiam reprobis annuncient, quatenus habeant isti unde corrigantur, & illi unde deterius dantur. Per terram verò, peccatores designantur. Prædicatores itaque phialas suas super terram effundunt, cum verbum dei peccatoribus annunciant. *Et abiit primum primus, & effudit phialam suam in terram, & factum est vulnus sanuum ac pessimum in hominibus, qui habebant characterem bestie, & eos qui adoraverunt imaginem eius.* ] Primus angelus prædicatores qui antequam legem fuerunt designat sicut & ille qui in præcedenti visione tuba primus cecinisse visus est. Sed ibi per tertiam partem terræ quæ combusta est, electi designantur: hic autem per eos qui vulnus sanuum ac pessimum passi sunt, reprobi. Effudit igitur angelus phialam suam in terram, quia sancti viri qui antequam legem fuerunt, admonitionis verba impius impenderunt, ut eos corrigerent. Sed vulnus sanuum ac pessimum in eos factum est, quia ex prædicatione sanctorum deteriores effecti mandata Dei contempserunt. Vulnus namque sanuum ac pessimum est, contemptus mandatorum Dei. Verum si vulnus sanuum ac pessimum, tantummodo ad reprobos pertinet, & illi tantummodo hoc passi sunt qui characterem bestie habuerunt, querendum nobis est quid sit character bestie. Quod si per characterem bestie, superbiam voluerimus intelligere, eo quod diabolus de cælo ceciderit, advertere debemus, multos electos superbiam vulnus habuisse, sed medicamento humilitatis sanatos esse. Est autem aliud vitium pessimum, quod medicamentum penitentiae, à se semper excludit. Scimus diabolum esse irrevocabilem, ut nullo modo ab iniquitatibus suis corrigi possit. Ideoque qui irrevocabilis est, medicamentum penitentiae non requirit: sicut & diabolus ab hoc medicamento alienus existit. Ergo qui per doctrinam sanctorum patrum à sceleribus suis reuocari non potuerunt, characterem diaboli habuerunt, qui incorrigibiles

Psalm. 83.

Verbum Dei etiam reprobis annunciant.

Prædicatore graviter vulnerantur qui verba eius contemnunt: Superbia.

& impoenitēs perſeuerat. Sed quia hoc vitio noſtro tempore multi laborant, neceſſe eſt vt de magnitudine eius aliqua dicamus. Nam ſunt nonnulli ita irreuocabiles, vt quamuis ſciant prauam eſſe aſſertionem ſuam, nullo modo ab ea reuocari poſſint, timētes vinci ab hominibus: & ne vincantur, mendaciis & periurijs atque ſtamantibus contētionibus falſitatem ſuam defendere conantur, dūmque timēt vinci ab hominibus, à diabolo vincuntur. Cetera verò vitia, medicamento pœnitentiæ ſanātur: iſtud autem ſolum eſt, quod à ſe ſalubre medicamentum excludit, ne ſcilicet per confeſſionem & pœnitentiam victi eſſe videantur. Et quia malum ſuum vt viciffe videantur laudant, completur in illis illud Propheticum: Vx qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. Fertur auis quædam eſſe quæ ſerpentem vincit & comedit, ſed poſt paululum veneno illam perimit. Similiter & iſti gaudent ſe viciffe proximis, ſed talis victoria interfectrix eſt animarum illorum. Quicumque ergo tales ſunt, characterem portant diaboli. Per imaginē verò beſtiæ, vitia poſſumus intelligere: eo quod iſta, id eſt, diabolus, ſit author omnium malorum. Imaginem itaque beſtiæ adorat, quicumque vitiijs ſeruit. Nam & Paulus dicit, quod venter Deus eſſet falſorum prædicatorum, inquit: Quorum Deus venter eſt, & gloria in confuſione ipſorum qui terrena ſapiunt. Similiter & auaritiā, ſeruitutem vocauit idolorum. Et ſecundus angelus effudit phialam ſuam in mare, & factus eſt ſanguis tanquam mortui, & omnis anima viuens, mortua eſt in mari. ] Iſte angelus doctores legis ſignificat, ſicut & ille qui in præcedenti viſione ſecidus tuba ceciniſſe viſus eſt. Sed ibi tertia pars maris in ſanguinem verſa fuiſſe dicitur: per quæ electos designatos fuiſſe diximus, hic autem totum mare in ſanguinem verſum eſſe legitur. Vindicta criminalium ſcelerum ſecundum legem, erat ſanguinis effuſio. Per mare igitur, præuaricatores legis designatur. Quod in ſanguinem verſum eſt, quia vindictam perpetuam pro contemptu mandatorum Dei receperunt. Omnis verò anima viuens, mortua eſt in mari: quia multi ex iis qui in mari erant, id eſt, ex numero reproborum, qui per mare designantur, & qui ante perceptionem legis viui, id eſt, iuſti videbantur, accepta lege quod iniuſti fuerint ex præuaricatione legis comprobatum eſt. Sunt etiam modò multi in eccleſia, qui antequā ad honores eccleſiaſticos, ſiue ſeculares conſcendant, ſancti & iuſti videntur: verum acceptis honoribus, dum donum Dei in malum peruertunt, quod mortui & non viui fuerint, omnibus patet. Et tertius angelus effudit phialam ſuam ſuper flumina, & ſuper fontes aquarum, & factus eſt ſanguis. ] Iſte angelus prophetas designat: per flumina verò fontesque aquarū, duodecim tribus cum ſuis famulis designantur. Nam & in præcedenti viſione, per tertium angelum tuba canentem, prophetas diximus fuiſſe designatos. Sed ibi pars fluminum atque fontium verſa eſſe legitur in aſinthium: per quam eos qui per doctrinam prophetarum amaritudinem pœnitentiæ aſſumpſerunt, atque per eam ſalui eſſe meruerunt, diximus fuiſſe designatos. Hic autem in effuſione phialæ tertij angeli, flumina & fontes in ſanguinem conuerſa

fuiſſe leguntur. Angelus igitur phialam ſuam ſuper flumina & fontes aquarum effudit, quando prophetæ ſancti impio populo verbum Dei annunciauerunt. Sed illi ex prædicatione ſanctorum, multò deteriores effecti, non ſolum mandata Dei contempſerunt, ſed & ipſos verbi Dei miniſtros occiderunt. In ſanguinem verò verſi ſunt: quia ipſi ſibi metipſis mortem perpetuam intulerunt. Et audini angelum quartum, dicentem: Iuſtus es, qui es, et qui eras, et ſanctus: quia hæc indicavi, quia ſanguinem ſanctorum fuderunt, et prophetarum, et ſanguinem eis dediſti bibere, quod digni ſunt. ] Poſſumus per angelum quartum, angelum illius populi intelligere, qui videns iuſto Dei iudicio populum iniquum eſſe damnatum, laudat ſententiam iuſtiſſimam Dei omnipotentis. Et quia ſanguinem ſanctorum & prophetarum fuderunt, ſanguinem biberunt: quia pro morte temporali, quam iuſtis intulerunt, mortem perpetuam receperunt. Et audini vocem de altari dicentem: Domine Deus omnipotens, vera et iuſta iudicia tua. ] Poſſumus per altare ſanctos viros qui eo tempore fuerunt intelligere, qui laudauerunt iuſtum iudicium Dei, eo quod impio populo iuſtiſſimam damnationem intulerit: ſicut legitur Daniele, & tres pueros feciſſe. Et quartus angelus phialam ſuam effudit in ſolem, & datum eſt illi aſſicere homines, & igni. Et aſtuauerunt homines aſtu magno, & blaſphemauerunt nomen Dei habentis poteſtatem ſuper has plagas, neque egerunt pœnitentiā, vt darent illi gloriam. ] Quartus angelus Chriſtum & Apoſtolos eius, ceteroque prædicatores ſignificat, vt quartum angelum in ſuperiori viſione ſignificaffe diximus. Sed ibi per ſolem, populum Iudæorum: per tertiam partem ſolis & lunæ atque ſtellarum, fideles qui ex illo populo in Chriſtum crediderunt, designatur. Quartus igitur angelus phialam ſuam in ſolem effudit: quia Chriſtus & Apoſtoli eius, quod impij Iudæi à Romanis delendi eſſent, apertis vocibus prædixerunt. Nam ſicut quilibet ſeruus accipit à domino ſuo gladium, non vnde ipſe iuguletur, ſed vnde reſi iugulet: ita & Romani effuſionem phialæ in qua ira dei continebatur, non ad hoc ſuſceperunt vt ipſi in ea perirent, ſed ad vindicandum Chriſti ſanguinem in Iudæos effunderent, vnde & ſequitur, Quia datum eſt illi aſtu aſſicere homines & igni. ] Poſſumus per aſtū, obſidionem: per ignem autem, famem & gladium, quibus Iudæi penè omnes conſumpti ſunt, intelligere. datū eſt ergo ſoli aſſicere homines aſtu & ignis quia Romanis datum eſt à deo, vt impios Iudæos diuerſis calamitatibus aſſictos, quosdam occiderent, quosdam à ſua terra euellerēt. Et aſtuauerunt homines aſtu magno. ] Quam magnus fuerit ille aſtus, quo Romani Iudæos aſſixerunt, qui vult ſcire, Ioſephus legat, & inueniet nullam gentem in omnibus regnis terrarum atrocius periſſe. Et blaſphemauerunt nomen Domini, habentis poteſtatem ſuper has plagas. ] Tam impia fuit gens Iudæorum, vt cum ſe viderent pro ſceleribus ſuis inaudita mala perpeti, non ſolum à blaſphemijs Chriſti non ceſſauerunt, ſed etiam multò deteriores blaſphemias in ſuis aſſictionibus contra deum euomuerunt. Vnde & ſequitur: Neque egerunt pœnitentiā, vt darent illi gloriam. ] parent namque deo gloriam, ſi ex ſuis iniquitatibus pœnitentiam agentes, in Chriſtū credidiſſent, cuiſque mandata

Diaboli character, impoenitentia.  
Impiū perti nacia in malis Impij ne ab hominibus vincantur, diabo lo ſe ſubdit  
Eſa. 5.  
ſimilitudo.  
Adoratores diaboli. Philip. 3. Coloff. 3.  
Magiſtratus vitia probat.

\* Pro quartū, videtur legē dum, aquarū  
Homicidij ſi pendium.  
Dan. 3.  
\* vel, affligere re.  
Luc. 21.  
Romani vindices mortis Chriſti.  
Vide ſextum libr. de bello Iudaico.  
Iudæi in aſſiſtione peiores emadunt.

data cuſtodirent. Et quintus angelus effudit phialam ſuam ſuper ſedem beſtiæ, & factum eſt regnum eius tenebroſum, & commandauerunt linguas ſuas præ doloribus, & blaſphemauerunt Deum cœli præ doloribus, & vulneribus ſuis, & non egerunt pœnitentiā ex operibus ſuis. ] Quintus igitur angelus orthodoxos patres, qui contra hæreticos dimicauerunt, ſignificat: quemadmodum & illum diximus ſignificaffe, qui in ſuperiori viſione quintus tuba cecinit. Et ſicut illic per locuſtas hæretici designati ſunt, ita & hic per ſedem beſtiæ hæretici designantur: beſtia autem diabolus ſignificat. Iure igitur hæretici ſedes beſtiæ dicuntur, quia in eorum cordibus diabolus inhabitat. Quintus igitur angelus phialam ſuam ſuper ſedem beſtiæ effudit: quia ſancti viri errores hæreticorum detegentes, quæ pœna illis inſtaret, manifeſtare ſtuderunt. Factū eſt verò regnum eius tenebroſum, quia illis quibus doctrina hæreticorū fulgida videbatur, per doctrinam ſanctorum patrum, quod miſera & tenebroſa eſſet, demonſtratum eſt. Commandauerunt linguas ſuas præ doloribus, quia ſinguli ſingulorū errores reprehendebant. Qui etiam Deum præ doloribus & vulneribus ſuis blaſphemaffe dicuntur. Dolebant quippe hæretici, eo quod à catholicis viris ſemper conuincerentur: vulnera verò eorum erant errores ſingulorum. Blaſphemabant verò hæretici Deum præ doloribus ſuis: quia quāto amplius à catholicis viris ſeparabantur, tantò ampliores blaſphemias ad eos reuincendos inueniebant, impellebantque eos ad Deum blaſphemandum proprijs errores quos proſtebātur: qui etiam ſine pœnitentia fuiſſe dicuntur. Vix namque aliquem ex inuentoribus hæreſe inuenies, qui pœnitentiā egerit ex ſuis erroribus. Et ſextus angelus effudit phialam ſuam ſuper flumen magnum Eufraten, & ſiccavit aquam eius, vt præpararetur via regibus ab ortu ſolis. ] Sextus iſte angelus eandem ſignificationem habet, quam & ille qui ſexta tuba ceciniſſe viſus eſt: ſignificat enim martyres ſanctos. Et qui designantur illic per equites, à quibus tertia pars hominum occiſa fuiſſe deſcribitur, ipſi & in hoc loco per flumen magnum Eufratē perſecutores videlicet eccleſiæ Dei. Effudit ergo angelus phialam ſuam ſuper flumen Eufraten: quia quæ damnatio perſecutoribus eccleſiæ inſtaret, ipſis perſecutoribus ſine aliqua trepidatione prædixerunt: per aquā verò, ipſa perſecutio designatur. Siccauit aquam eius, quia tandiu in prædicatione verbi Dei ſancti martyres perſiſterunt, vſque dum omnis perſecutio finem acciperet, quibuſdā ex perſecutoribus in infernū demerſis, quibuſdā fidei Chriſtianæ ſemetipſos ſubiicientibus. Per reges multitudinem gentium, quæ ad fidē Chriſti confluxit, poſſumus intelligere. Via itaque regibus ſiccata aqua præparata eſt: quia finitis perſecutionibus, libera facultas data eſt omnibus gentibus ad fidē Chriſti venientibus. Sed quomodo ab ortu ſolis veniſſe dicuntur, id eſt à Chriſto, qui per ſolem designatur, cum non à Chriſto, ſed ad Chriſtū, diabolū relinquentes venerint: niſi fortè per ſolē diabolū intelligamus, vt ab ipſo ad Chriſtū venerint. Sed melius eſt, vt per ſolē Chriſtū intelligamus, propter illud propheti-cū: Vobis autem timentibus nomen meum, oriētur ſol iuſtitie. Ab ortu ergo ſolis, id eſt à Chriſto, ve-

niunt: quia ipſo inſpirante, & impellente ad eum veniunt. Ipſius eſt donū, & velle & perſicere quæ bona ſunt: ſicut ipſe dixit, Sine me nihil poteſtis facere. A Chriſto itaque veniunt quicūque ad Chriſtum veniūt, quia ipſe dat vt veniāt, & ipſe ſuſcipit venientes. Et vidi de ore draconis, & de ore beſtiæ, & de ore pseudo prophetarum, tres ſpiritus immundos in modum ranarum. ] Sūt itaque ſpiritus dæmoniorum facientes ſigna: ſpiritus verò tres immundi, diſcipulos designant Antichriſti, qui cum per vniuerſum orbem prædicaturi ſunt. Qui quamvis homines ſint futuri, ſpiritus immundi, & ſpiritus dæmoniorum vocantur: quia dæmones in ipſis habitabunt, & per ora eorum loquentur. Qui de ore Antichriſti, & de ore pseudo prophetarum eius exiſſe viſi ſunt: quia per eorū doctrinam, filij diaboli efficiuntur. Qui etiā de ore draconis exiſſe viſi ſunt, quia per os Antichriſti diabolus loquetur. Ranis nihilominus quæ ſunt reptilia immūda, & in luto viuentia, rectè aſſimilantur: quia ſicut ranæ in fordibus aquis immorātur, ita & diſcipuli Antichriſti eos facile decipient, qui diuerſis vitiijs & ſceleribus non timuerunt ſordidari. Nam & ranarum vox rauca & turpis, inpiſſimam eorū prædicationem blaſphemias plenam designat. Et præcedent ad reges totius terræ congregare illos in prælium, ad diem magnum omnipotentis Dei. ] Per reges terræ, nō ſolum reges, ſed & populi designantur. Congregabunt autem illos diſcipuli Antichriſti in prælium ad diem magnum omnipotentis Dei, non quod contra Deū audeant in die iudicij, à quo tam terribiliter iudicabuntur, ſed congregabunt eos in prælium ad perſequendam eccleſiam, vt in die magno Dei omnipotentis, perpetua pœna damnentur. Et quia ſignata perſecutione Antichriſti, Dominus ad iudicium in proximo veniet, ſubdit: Et ecce venio ſicut fur. ] Dies Domini, ſicut dicit Apoſtolus, ſicut fur, ita in nocte veniet. Cum enim dixerit pax & ſecuritas, tunc repentinus eis ſuperueniet interitus. Beatus qui vigilat, & cuſtodit veſtimenta ſua, ne nudus ambulet, vt videant turpitudinem eius. ] Impij qui in voluptatibus ſuæ carnis, veluti in quadam mollitie lectuli requieſcunt, & qui nolunt præuidere mala quæ ſequuntur, non inconuenienter dormire dicuntur. Quos Apoſtolus admonet, dicens: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Iuſti verò qui mala quæ ſequuntur præuidere ſtudent, qui voluptates carnales in ſe extingunt, qui armis virtutum ſe muniunt, vt contra viſibiles & inuiſibiles hoſtes indefinenter dimicare valeāt, nō in cōgruē vigilare dicuntur, ideoque beati ſunt. Veſtimēta autem noſtrarum animarum, ſunt opera bona. Cuſtodia veſtium, cuſtodia eſt mandatorum Dei. Veſtimēta noſtra cuſtodimus, ſi ea quæ præcepit Deus, operando implemus. Nudus verò eſt, qui à bonis operibus alienus exiſtit. Nudi impij ambulat cum ad diem iudicij à bonis operibus vacui deducuntur. Et ideo turpitudinem illorum videbitur: quia & angelis & hominibus eorum ſclera manifeſtabuntur. Et congregabit eos in locum qui vocatur Hebraicè Ermagedon. ] mōs globofus, ſiue conſurrectio in priora, interpretatur. Quæ vtraque interpretatio, diei iudicij coaptari poteſt. Mons quippe globofus rectè vocatur, eo quod globus flammarum,

Hæretici ſedes diaboli.  
Hæretici ſeminicē coſutāt.  
Pauci ex hæreſe pœnitentiam agunt.  
Malat. 4.

Philip. 2. iuan. 15.  
Diabolus loquitur in mōtibus ſuis.  
1. Theſſ. 5.  
Impij in peccatis dormiūt  
Ephes. 5.  
Iuſtorum vigilia.



vniversus mundus tunc deleatur. Similiter & con-  
surrectio in priora recte dicitur: eo quod omnes ho-  
mines, in priorē statum, resurgendo reparentur. *Et*  
*septimus angelus effudit phialam suam in aërem.* ] per se-  
ptimum istum angelum, prædicatores sancti, qui tē-  
poribus Antichristi futuri sunt, designantur, sicut &  
illum significasse diximus, qui superius septimā tuba  
cecinit legitur: per aërem verò, vani homines desi-  
gnantur. Angelus igitur phialam suam in aërem ef-  
fundit: quia prædicatores sancti, vani & impiis ho-  
minibus, quod perpetua morte sint damnandi, de-  
nunciabunt. *Et exiit vox magna de templo, à throno, di-  
cens.* ] Vox magna, vox est prædicatorū sanctorum.  
Per templum, ecclesia designatur. A templo ergo  
vox exiit, quia ab ecclesia vox sanctæ prædicationis  
procedit. Quæ etiā & à throno exiisse dicitur, quia  
ecclesia Dei, thronus est dei, & in illa sedens requie-  
scit. *Quid autem hæc vox dicat, subdendo manife-  
stat: Factum est.* ] Id est, finis mūdi instat, in quo om-  
nia quæ prædicta sunt à Domino & à sanctis com-  
plebuntur. *Et facta sunt fulgura & voces, & tonitrua, et*  
*terremotus factus est magnus, qualis numquam fuit ex quo*  
*homines fuerunt super terram.* ] Per fulgura miracula,  
quæ per sanctos suos facturus est Deus, designatur.  
Legimus namque in superioribus Heliam & Enoch  
plurima signa esse facturos. Per voces, prædicationis  
sanctorum: per tonitrua autem, terror ignis æterni  
exprimitur: terræ motus verò, motionem cordium  
sæpe designat. Mousbuntur enim quidam de malo  
ad bonum, sicut Iudæi qui in Christū credituri sunt.  
Mouebuntur alij de bono ad malum, qui fidē Chris-  
ti relicti sunt, & errores Antichristi secuturi. *Et*  
*facta est ciuitas magna in tres partes, & ciuitates gentium ce-  
ciderunt.* ] Ciuitas magna, ciuitas est diaboli, id est,  
omnis multitudo reproborum. Per tres partes in  
quibus diuisa est, Iudæi qui in Christum credere  
noluerint, & Pagani atque falsi Christiani designan-  
tur. Quod autem dicit, & ciuitates gentium cecide-  
runt, ad diem iudicij pertinet. Ciuitates gentiū tunc  
cadent, cum eo igne qui faciem Domini ad iudiciū  
venientis præcedet, omnes gentes delebuntur, sicut  
dicit Psalmista: Ignis ante ipsum præcedet, & infā-  
mabit in circuitu inimicos eius. *Et Babylon magna*  
*venit in memoriam ante Deum, dare ei calicem vini indi-  
gnationis iræ eius.* ] Quomodo Babylon in memoriam  
ante Deum venisse dicitur, ad cuius memoriam ni-  
hil accedere, nihil recedere potest, in cuius conspe-  
ctu sicut præsentia, ita præterita & futura consistit:  
sed memoriam pro tempore posuit. Babylon igitur  
in memoriam ante Deum venit, quando illud tem-  
pus veniet, in quo statuet iudicare mundum, & red-  
dere vnicuique secundum opus eius. Vinum verò  
indignationis iræ dei, pœna perpetua est, quia pera-  
cto iudicio omnes impij cū authore iniquitatis dia-  
bolo damnabuntur. *Et omnis insula fugit, & montes*  
*non sunt inuenti.* ] Eandem significationem habent  
montes & insulae, quam ciuitates gentium, quæ pau-  
lò superius dicitur cecidisse. Per insulas nāque gē-  
tes, per mōtes verò, earum principes designantur. Fu-  
gere autem dicuntur, cum ab igne in die iudicij de-  
lebuntur. *Et grandis magna, sicut talentum descendit de*  
*cælo in homines.* ] In Euāgelio scriptum est, quod qui-  
dam paterfamilias peregrè proficiscens, dedit vni ser-

Ecclesia thronus Dei.

Cap. 11.

Psalm. 96.

Matt. 25.

Guorum suorum quinque talenta, alij duo: alij verò,  
vnum. Sed primus & secundus negociando, talenta  
quæ à Domino acceperunt, duplicarunt: tertius fodit  
in terram, & abscondit pecuniam domini sui.  
Quæcunque ergo temporalia aut quascunque artes  
à Domino accepimus, pro talentorum acceptione,  
nobis reputabuntur. Iusti igitur qui per primum &  
secundum seruum designantur, talenta sua duplicat,  
cū bona temporalia quæ à Domino accipiunt, in  
bonis operibus expendunt, atque ad bona agenda  
quoscunque possunt prouocant. Impij verò qui per  
seruum tertium designantur, talenta sua in terra ab-  
scondunt, quia ex bonis tēporalibus quæ à Domino  
acceperunt, vitia potius quàm virtutes enutriunt.  
Per grandinem, quæ ea quæ ex terra nascuntur con-  
terit & delet, vindicta omnipotētis Dei designatur,  
quæ impios conteret, & in infernū demerget. Quæ  
sicut talentum esse dicitur, quia vnumquemque se-  
cundum talenti sui qualitatem punit: & quanto am-  
plius quis deliquit, tanto ampliora tormenta susti-  
nere cogetur. Sed obscurum est valde quod sequi-  
tur: *Et blasphemauerunt homines Deum, propter plagam*  
*grandinis, quoniam magna facta est vehementer.* ] Quis e-  
nim in illo tam districto iustorum iudicio, blasphe-  
mare Deum audebit? Sed blasphemare dicuntur,  
quia blasphemie reproborum, quas modò in corde  
tegent, cunctis manifestabuntur.

CAPVT DECIMUMSEPTIMUM.

**E**T venit vnus de septem angelis qui habebant septē phia-  
las, & locutus est mecum, dicens. ] Sicut superius sub  
cantu tubæ septimi angeli, diem iudicij breuiter cō-  
prehendens, ad ea quæ prætermiserat, rediit, atque  
sanctam ecclesiam describens, passiones quas à dia-  
bolo pertulit, & quas ab Antichristo in fine mundi  
passura est, annexit: ita & hic sub effusione phialæ se-  
ptimi angeli, diem iudicij summam perstringens,  
ad ea quæ prætermisit reuertitur, atque sub specie  
mulieris meretricis ciuitatem diaboli describens,  
quas pœnas pro sceleribus suis passura sit, in sequen-  
tibus manifestat. Angelus verò phialam habēs, præ-  
dicatores sanctos designat. Ioannes autem tyrum  
tenet omnium fidelium, vnde & subditur: *Veni ostē-  
dam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super a-  
quas multas, cum qua fornicati sunt reges terræ, & inebriati*  
*sunt omnes qui habitant terram, de vino prostitutionis eius.* ]  
Meretrix ista in aliquibus locis, Romam specialiter,  
quæ tunc ecclesiam Dei persequebatur: in quibus-  
dam verò generaliter, ciuitatem diaboli, id est, om-  
ne reproborum corpus, demōstrat. Angelus igitur  
Ioanni ostendit damnationem meretricis magnæ,  
quia prædicatores sancti & verbis & scriptis fide-  
libus ostendunt, quas pœnas impij pro sceleribus suis  
patiantur, vt eorum pœnis territi, à peccatis absti-  
neant. Quæ super aquas multas sedere dicitur, quia  
ex multitudine gentium, quæ per aquas designatur,  
ciuitas diaboli construitur. Cum qua reges terræ  
fornicati esse dicuntur, quia scelera Babylonis au-  
xerunt potius, quàm destruxerunt. *Et inebriati sunt*  
*qui habitant terram, de vino prostitutionis eius.* ] Vi-  
num prostitutionis, diuersi errores, diuersa sunt  
scelera impiæ ciuitatis. Nam sicut meretrix pro-  
stituitur omnibus secum fornicari volentibus,

Ciuitas dia-  
boli.

Esa. 51.

Ebrietas pro  
omni malitia

Iob 15.

Potestas secu-  
laris quibus  
mortifera.

Doctrina phi-  
losophorū er-  
roribus & me-  
daciis plena.

vt eorum immunditiis polluantur: ita & omnes impij  
subiiciuntur dæmonibus, cū eorum prauis sugge-  
stionibus sceleribus se deiciunt, sicut Propheta ad  
Hierusalem loquitur, dicens: Et posuisti vt terræ cor-  
pus tuum, & quasi viam transeuntibus. Terræ autem  
habitatores, omnes reprobos vocat. Ebrietas verò,  
malitia est Babylonis, quia sicut ebriosus tam diu  
impletur vino, vsque dum à mente sua alienus effi-  
ciatur: ita & reprobi tam diu omni malitia semetip-  
sos replent, vsque dum à mente sua alieni effecti, tim-  
orem Dei omnemque bonitatem à semetipsis ab-  
iciant, sicut dicit beatus Iob, quia bibūt sicut aquā  
iniquitatem. *Et abstulit me in desertum in spiritu, & vi-  
di mulierem sedentem super bestiam coccineam, plenam no-  
minibus blasphemie, habentem capita septem, & cornua de-  
cem.* ] Per desertum, omnis impiorum multitudo de-  
signatur, eo quod ipsi deseruerint Deum, & ideo de-  
relicti sunt à Deo. In deserto igitur mulier meretrix  
inuenta est, quia ex multitudine iniquorum, ciuitas  
diaboli constat. Bestia verò sicut ipse in sequētib;  
exponit, diabolus significat. Coccus autem colo-  
rem sanguinis habet, & per sanguinem sæpe mors  
designatur. Diabolus itaque sanguineus est, quia au-  
thor est mortis omnis perditionis. Quæ bestia plena  
nominibus blasphemie esse dicitur, eo quod ipse  
diabolus author sit omnium blasphemiarum. Quid  
sint autem capita septem, & cornua decem, angelus  
in sequentibus exponit. *Et mulier erat circumdata pur-  
pura, & cocco, & inaurata auro, et lapide precioso, et mar-  
garitis: habens poculum aureum in manu sua, plenum abo-  
minationibus, et immunditie fornicationis eius.* ] Purpura  
sanguine tingitur, coccus verò sanguinis habet co-  
lorem, suntque vestimenta regalia, per quæ potestas  
secularis designatur. Purpura igitur & coccus, san-  
guinis speciem habent, quia potestas secularis mor-  
tifera est, & periculum sempiternum affert iis qui eā  
amplius quā cœlestem gloriam amplectuntur. Possu-  
mus etiā per vestimēta sanguinea, opera impiorum  
intelligere, pro quibus morte perpetua damnabun-  
tur. Quodque sequitur, *Et aurata auro: per aurū sæ-  
pe sapientia designatur.* Mulier igitur inaurata erat  
auro, quia sapientiam huius seculi possidebat, quæ  
stultitia est apud Deum. Per gemmas verò & mar-  
garitas, eloquentia secularis designatur. Per pocu-  
lum aureum, quod manu tenuisse dicitur, philoso-  
phorum & poetarum doctrina designatur: quod  
plenum abominationum & immunditiæ fornicati-  
onis dicitur: quia doctrina philosophorum plena  
erat mendaciis omnibusque erroribus, ad decipiend-  
um genus humanum compositis. *Et in fronte eius*  
*nomen scriptum, mysterium, Babylon magna, mater fornicati-  
onum, & abominationum terræ.* ] Per frontem itaque  
atque faciem, opera impiorum designantur, quia ex  
operibus suis intelliguntur quod sint filij diaboli, ei-  
usque impiæ ciuitatis. *Et mulierem vidi ebriam de*  
*sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum Iesu.* ] Num-  
quid babylon, sanguinem sanctorum biberat? Non.  
Sed ebria erat, id est, ab omni spiritali ratione alic-  
na. Ebria erat, quia vltio sanguinis sanctorum, ita eā  
damnabilem fecerat, & à misericordia dei alienam  
vt non esset digna, quod aliquo modo suæ saluti  
posset consulere. *Et miratus sum cum vidissem illam, ad-  
miratione magna.* ] Mirantur fideles, cū vident re-

probos tantum à timore Dei alienos, vt sine aliqua  
trepidatione, & innocentibus plurima mala inge-  
rant, & in omnibus flagitiis semetipfos demergant,  
scientes Deum nullum scelus impunitum relinque-  
re, nisi prius poenitentia cæterisque medicaminibus  
quibus peccata sanantur, fuerit deletum. *Et dixit mi-  
hi angelus: Quare miraris? Ego dicam tibi sacramentum mul-  
ieris & bestie quæ portat eam, quæ habet capita septem, et*  
*cornua decem.* ] Eandem significationem habet bestia  
in hoc loco, quam & superius diximus draconem  
habuisse: significat namque diabolus. Quid sint  
autem capita septem, & cornua decem, ipse, vt dixi-  
mus, in sequentibus exponit. *Bestia quam vidisti, fuit*  
*& non est, et ascensura est de abyssu, et in interitum ibit.* ]  
Bestia, id est, diabolus, fuit ante aduentum Christi,  
possidens genus humanum. Non est modò, id est,  
non possidet genus humanum, sicut antea: quia per  
Christum ab electorū cordibus expulsus est. Ascen-  
sura est de abyssu, quia temporibus Antichristi, sol-  
uetur satanas de carcere suo, & exibit & seducet  
gentes, sicut sequentia plenius manifestant. Et in  
interitū ibit, quia cum omnibus reprobis quos de-  
ceperit, & cum omnibus satellitibus suis æterna  
pœna damnabitur. *Et mirabuntur inhabitantes terram,*  
*quorum non sunt scripta nomina in libro vite à constitutio-  
ne mundi, videntes bestiam quæ fuerat, et non est.* ] Inhabi-  
tantes terram eos debemus intelligere, qui amato-  
res terræ erunt magis quàm Dei, quos Antichristus  
facile decipiet. Mirabuntur ergo reprobi quorum  
non sunt scripta nomina in libro vite id est, qui non  
sunt prædestinati ad vitam æternam: videntes be-  
stiam, id est, diabolus per Antichristum signa fa-  
cientem, & in Antichristo, diabolus adorantes.  
*Et hic est sensus qui habet sapientiam.* ] Id est, in hoc  
quod sequitur magna obscuritas est, & sensus ad ea  
intelligenda valde acendus est. Et nos rogemus.  
Dominum, vt hanc obscuritatem nobis aperiat.  
*Septem capita, septem montes sunt, super quos mulier sedet,*  
*et reges septem sunt. Quinque ceciderunt, vnus est, alius non-  
dum venit. Et cum venerit, oportet illum breue tempus ma-  
nere.* ] Diximus superius per septem capita draconis,  
illos reprobos esse designatos, per quos diabolus  
genus humanum decipit: quos etiam in partes se-  
ptem diuisimus, sicut & cæteram multitudinem re-  
proborum. Et quia eandem significationem habet  
hæc bestia de qua loquimur, quam & draconem dixi-  
mus habuisse, designant namque diabolus: eandem  
significationem habent etiam septem capita  
bestiæ, quam & septem capita draconis diximus ha-  
buisse. Quæ & montes dicuntur, quia altiores fue-  
runt illi in sceleribus qui cæteros deceperunt, quā  
illi qui ab eis decepti sunt: sicut in sequentibus de  
Babylone dicit, *Quia venerunt peccata eius vsque*  
*ad cælum: vocantur nihilominus & septem reges,*  
*eo quod cæteris ad perditionem euntibus, ducatū*  
*præbuerint. Super hos ergo montes meretrix sedere*  
*dicta est, quia ab iis ciuitas diaboli in omnib⁹ er-  
roribus atque sceleribus informata est.* Nam sicut  
Apostoli fundamēta dicuntur ecclesiæ, ita è diuer-  
so inuentores errorum, fundamēta sunt ciuitatis  
diaboli. Ex iis igitur capitibus siue montibus vel  
regibus, quinque ceciderunt, vnus erat, alius verò  
nōdū venerat. Primū caput diaboli ceciderat, quia

Satanas solue-  
tur.

Amatores ter-  
culi.

Sup. ca. 12.

Doctores erro-  
riū in impieta-  
te cæteros om-  
nes excellent.

Infra. ca. 18.

Mali doctores  
fundamētum  
ciuitatis dia-  
boli.

Tales fuerunt  
per omnes ætas  
res.

illi qui ante diluuium fuerunt, per quos ij qui filij Dei G  
 vocabantur, decepti sunt, in cloacā inferni descen-  
 derant. Similiter qui post diluuium vsque ad legem  
 fuerunt, in eadem perditionis fouea demersi tene-  
 bantur. Ceciderant & tertij, qui populo Dei, qui-  
 bus lex data est, idola colere suadebant. Similiter &  
 falsi prophetæ qui in quarto loco ponuntur, iam ce-  
 ciderant in interitum suæ perditionis, eo quod de-  
 ceptores fuerint populo Dei. Iniqui verò Iudæi qui  
 Dominum interfecerunt, & Apostolos eius perse-  
 cuti sunt, qui in quinto ponuntur loco, eo tempore  
 quo hæc visio Ioanni demonstrata est, iam à Roma-  
 nis deuastati fuerant. **Q**uinq; ergo capita bestia  
 iam ceciderant, quæ montes regesque nominan-  
 tur, quia omnes præcedentes & impij Iudæi, qui in  
 quinto loco ponuntur, iam perditionis suæ pœnas  
 luebant. Vnus erat, quia pagani illi videlicet qui ec-  
 clesiam Dei persecuti sunt, qui & in sexto loco po-  
 nuntur, tunc ecclesiam Dei persequebantur. Ob  
 quam causam, & iste Ioannes in Pathmos insulam  
 relegatus tenebatur. Alius nondum venerat, quia  
 Antichristus qui in septimo loco ponitur, nondum  
 venit. Et cum venerit, oportet illum breue tempus  
 manere: quia Dominus Iesus interficiet eum spiritu  
 oris sui, & destruet illustratione aduentus sui, sicut  
 ipse dicit in Euangelio: Et nisi Dominus breuiasset  
 dies illos, id est persequutionis Antichristi, non  
 fieret salua omnis caro: per omnem carnem solos  
 electos designans. *Et bestia quæ est, erat & non est, &  
 ipsa octaua est, & de septem est, & in interitum vadit.* Be-  
 stia id est diabolus, qui ante aduentum Christi do-  
 minabatur humano generi, & non modò ita illud  
 tenet obnoxium, quemadmodum tunc faciebat,  
 ipsa scilicet bestia octaua est. Septem namque par-  
 tes sunt omnium reproborum. Octaua verò pars  
 eorum est diabolus cum cæteris dæmonibus: de se-  
 ptem est, quia de societate reproborum dæmones  
 existunt. Et sicut fuerunt authores perditionis eorū,  
 ita erunt & focij tormentorum. Vnde & sequitur,  
 & in interitum vadit. Hæc quæ sequuntur vsque  
 ad eum locum vbi angelus de cælo descendisse vi-  
 sus est, ad destructionem Romani imperij propriè  
 pertinent. *Et decem cornua quæ vidisti, decem reges sunt,  
 qui regnum nondum acceperunt, sed potestatem tanquam  
 reges, vna hora accipient post bestiam.* Quatuor bestia  
 Danieli in visione demonstrata sunt, per quas qua-  
 tuor regna figurantur. Quarta autem bestia, quæ  
 erat fortis atque terribilis, per quam Romani desi-  
 gnati sunt, decem cornua habuisse describitur. Per  
 quæ ea regna quæ Romanum imperium destruxe-  
 runt designata sunt, sicut beatus Hieronymus quo-  
 rundam assertionem sequens, exponit. Eandem si-  
 gnificationem habent decem cornua in hoc loco,  
 quam & illa habuisse dicuntur. Significat quippe  
 ea regna, per quæ Romanum imperium destructum  
 est. Partem nam Asia per se primitus abstulerunt: M  
 postea verò Sarraceni totam subegerunt. Vandali,  
 Affricam sibi vendicauerunt. Gothi, Hispaniam.  
 Longobardi, Italiam. Burgundiones, Galliam. Fræ-  
 ci, Germaniam. Huni, Pannoniam. Alani autem &  
 Sueui, multa loca depopulati sunt, quæ eorum sub-  
 iacebant ditioni. Hæc ergo regna eo tempore quo  
 visio ista Ioanni demonstrata est, potestatem nondum

acceperant. Sed vna hora tamquam reges potestati  
 acceperunt, quia singularum istarum gentium pote-  
 stas paucis tempore permansit. Post bestiam regnum  
 acceperunt, quia destructo regno diaboli per Chri-  
 stum, hæc gentes in propriam potestatem accepe-  
 runt. *Et unum consilium habebunt, id est vnam volunta-  
 tem, in malo. Virtutem suam & potestatem bestia tradide-  
 runt.* Quia eorum virtus atque potestas diabolica  
 fuit. *Et cum agno pugnant, & agnus vincet illos.* Cum  
 agno pugnauerunt, quia ecclesiā Dei persecuti sunt,  
 populūque dei interfecerunt. Agnus vincet illos,  
 quia scimus has gentes præter paucas, iugum fidei  
 Christi iam suscepisse. *Quoniam rex regum est, & Do-  
 minus dominantium, & qui cum illo sunt vocati, electi &  
 fideles.* Qui sunt reges & dominantes, ipsi sunt ele-  
 cti & fideles. Christus igitur rex regū est, & Domi-  
 nantium: quia ipse est rex, & Dominus omnium  
 sanctorum, & qui cum illo sunt vocati, electi & fide-  
 les sunt, id est sancti, qui ad hoc vocati sunt, vt cum  
 illo in æternum permaneant, electi & fideles iure vo-  
 cantur. Vocantur etiam & reprobi, sicut Dominus  
 dicit: Multi sunt vocati, pauci verò electi. Sed repro-  
 bi ad hoc vocantur, vt inexcusabiles sint: electi ve-  
 rò, vt cum ipso in æternum perseuerent. *Et decem cor-  
 nua quæ vidisti in bestia, ij odient fornicariam.* Fornica-  
 riam Romam vocat, quæ pro defensione falorum  
 deorum, Deum creatorem suum persequebatur.  
 Decem itaque cornua, odio habebunt fornicariā,  
 quando gentes quæ per decem cornua designatæ  
 sunt, ad destruendum Romanum imperiū arma sum-  
 pserunt. *Et desolatam illam fecerunt et nudam.* quando  
 omnes gentes potestati eius ademerunt. *Et carnes  
 eius manducauerunt.* Quia verò delicia carnem nu-  
 trunt, possumus per carnem, diuitias omnium gen-  
 tium intelligere. Carnem eius māducauerunt, quā-  
 do opes omnium gentium, quæ Romæ defereban-  
 tur, acceperunt & in suos vsus redegerunt. *Et ipsam  
 igni concremabunt.* Scimus plurimas ciuitates, vicos  
 & castella, quæ Romano imperio subiaccebant, ab  
 iis gentibus fuisse cōcrematas. *Deus enim dedit in cor-  
 da eorum, vt faciant quod illi beneplacitum est, vt dent re-  
 gnum suum bestia donec consummentur verba Dei.* Deus  
 dedit in corda eorum, id est permisit vt faciāt quod  
 illi beneplacitū est, & quod prædictum est à prophe-  
 tis eius & Apostolis, qui prædixerūt quod potestas  
 Romani imperij ab iis gētibus esset destruenda. Re-  
 gnum autem suū bestia dederūt, donec cōsumma-  
 rentur verba Dei, quia secundum iustissimi Dei per-  
 missionem, tādū suggestiones diaboli in sceleribus  
 perpetrandis secuti sunt, quandiu consummarētur  
 verba Dei, id est impletētur ea quæ à Deo & sanctis  
 eius prædicta sunt. *Aquas quæ vidisti vbi meretrix se-  
 det, populi sunt, & tribus & lingue.* Per aquas, omnes  
 gentes quas sibi Romani subiecerant designantur.  
*Et mulier quam vidisti est ciuitas magna, quæ habet potesta-  
 tem super cunctos reges terræ.* Hoc manifestum est.  
 Scimus enim Romanos eo tempore cunctis regibus  
 terræ dominari. Sed dicit aliquis: Quomodo per  
 mulierem meretricem, Romani designantur, cum  
 illis temporibus, quando hæc gentes diuersas elades  
 generi humano intulerunt, Romani Christiani ex-  
 titerunt? Ad quod nos respondemus, quia per mu-  
 lierem meretricem, nō electi qui ex eadē gente fue-  
 runt,

2. Thes. 2.

Matth. 24.

Romani im-  
perij ruina,  
Daniel. 7.

Cum Christo  
pugnant qui  
ecclesiam per-  
sequuntur.

Matth. 22.  
Reprobi cur  
vocantur.

Romam ante  
conuersionem,  
meretricem  
vocat.  
† Vel habue-  
runt.

Babylonis rui-  
na duplex.

Per lucē Euā-  
gelij regnum  
tenebrarum  
innotescit.

Dæmones cur  
custodes im-  
porum dicit.

Ecles. 10.

Roma cur me-  
retrix dicit.

Impiorum la-  
ber & studiū  
Hier. 9.

runt, intelligūtur, quique mundi gloriam, pro amo-  
 re gloriæ cælestis contempserunt: sed reprobi siue  
 pagani, siue falsi Christiani fuerint. Illorum ergo  
 potestas ab iis gentibus destructa est, quia impia do-  
 minatione, genus humanum premebant.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

**P**ost hæc vidi alium angelum ascendentem de celo, habentem  
 potestatem magnam, et terra illuminata est à gloria  
 eius. Hæc quæ sequuntur, generaliter ad impiam  
 ciuitatem, id est, ad omnes reprobos pertinent. Et  
 vt plenius euersionem Babylonis demonstret, ad  
 primam eius ruinam quæ per Christum euerfa est,  
 reuertitur. Angelus namque iste, Christum signifi-  
 cat, qui de cælo ad terram descendere dignatus est,  
 vt nos ad cælestia subleuaret. Qui potestatem ma-  
 gnam habere dicitur, quia eandem potestatem ha-  
 bet quam & pater, eo quod æqualis sit per omnia  
 patri. Terra illuminata est à gloria eius, quia per do-  
 ctrinā fidei eius, genus humanum à tenebris igno-  
 rantia atque incredulitatis est ereptum. *Et clamauit  
 in forti voce, dicens.* Vox Christi, doctrina est Euā-  
 gelij. Quid autem hæc vox clamauerit, subdendo  
 manifestat. *Cecidit Babylon magna.* Dixisse Dei,  
 fecisse est. Dixit enim cecidisse Babylonem, quia ipse  
 fecit vt caderet. Quæ bis cecidisse dicitur, quia ce-  
 cidit primò, cum per doctrinam Euangelij, maximā  
 multitudinē electorum amisit, qui ab ea per fidem  
 Christi præcisi, ciues sanctæ ciuitatis, id est sanctæ  
 ecclesiæ facti sunt. Caderet secundo, cum in vltimo  
 die, morte perpetua, quæ in hoc libro mors secun-  
 da vocatur, punietur. *Et facta est habitatio demonum.*  
 Numquid ante aduentum Christi dæmones in Ba-  
 bylone nō habitabāt? Habitabant quidem, sed eo-  
 rum habitatio ignorabatur. Quando autem multi-  
 tudo electorum ad fidem conuersa est, Babylon ha-  
 bitatio dæmoniorum facta est: quia illi qui fidem  
 Christi susceperunt, quod habitatio dæmoniorum  
 in Babylone semper fuerit, veraciter cognouerunt.  
*Et custodia omnis spiritus immundi, et custodia omnis volu-  
 cris immundi, et odibilis.* Qui sunt dæmones, ipsi sunt  
 spiritus immundi & volucres immundi: volucres  
 quippe nominantur, eo quod per aërem istum mo-  
 re ventorum indefinētē discurrant. Custodes Ba-  
 byloniæ ideo vocantur, quia sicut angeli electos  
 Dei custodiunt, ne tam pessimè peccent vt pereant:  
 ita & dæmones impios obseruant, ne aliquando ab  
 iniquitatibus suis resipiscant & saluentur. *Quia de vi-  
 no ira eius biberunt omnes gentes, et reges terræ cum illa for-  
 nicati sunt, & mercatores terræ de virtute deliciarum eius  
 diuites facti sunt.* Quid sit vinum iræ, & quid forni-  
 catio regum cum Babylone, superius diximus. Per  
 mercatores terræ, amatores seculi possumus intelli-  
 gere, qui animas suas pro acquisitione pecuniarum,  
 perditioni tradunt. De huiusmodi mercatoribus  
 Iesus filius Sirach, loquitur dicens: Hic animam suam  
 venalem habuit, quoniam in vita suā proiecit intima  
 sua. Animam suam venalem habuit, quia eam  
 pro acquisitione pecuniarū dæmonibus traderet quā  
 timuit. Delicias virtutem Babylonis vocat, quia sicut  
 electi tota virtute laborant, vt diuitias cælestes  
 adquirant: ita & reprobi totis nisibus insistant, vt di-

uitias perituras sibi accumulēt. De talibus dicit Pro-  
 pheta: Vt inique agerent laborauerunt. *Et audiuisti aliam  
 vocem de celo dicentem.* Per cælum in hoc loco, ec-  
 clesia designatur. Vox de cælo, vox est prædicato-  
 rum de ecclesia procedens. Sed quid dicit vox ista?  
*Exite de illa, popule meus.* Dominus per prædicato-  
 res suos suadet electis, vt exeāt à Babylone, nō cor-  
 pore, sed mente. Quemadmodum à Babylone exire  
 debeant, in sequentibus docet, dicens: *Et ne partici-  
 pes sitis delictorum eius.* Illi à Babylone conueniēter  
 exeunt, qui malis operibus eius se alienos reddunt:  
 sicut Psalmista de semetipso loquitur, dicens: Non  
 sedi in cōsilio vanitatis, & cū iniqua querentibus nō  
 introibo. *Et de plagis eius non accipietis.* Quid sunt pla-  
 gæ Babylonis, nisi vitia quæ animas interficiūt? Pos-  
 sumus etiam per plagas Bylonis, pœnas quæ impiis  
 præparatæ sunt intelligere, vt sit sensus: Si à sceleri-  
 bus Babylonis abstineritis, à pœnis quas in æternū  
 patietur, alieni eritis. *Quoniam peruenerunt peccata  
 eius vsque ad cælum, et recordatus est Deus iniquitatum  
 eius.* Iniquitates Babylonis omnipotēs Deus sem-  
 per intuetur: sed cum vindictam non exerit, vide-  
 tur non videre quod videt. Per hoc quod dicit,  
 aliam vocem, illud designat tempus in quo omnes  
 impij perpetua pœna plectentur. *Reddite illi sicut ipsa  
 reddidit vobis.* Præcipitur electis, vt reddant Baby-  
 loni, sicut illa ipsis reddidit, siue pro eo quod sancti  
 Dei impios iudicabunt, sicut dicit Dominus in  
 Euangelio: In regeneratione cum sederit filius ho-  
 minis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super  
 sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel:  
 siue pro eo quod ipsi membra sunt eius, cui iudican-  
 di potestas à patre tradita est. Reddent itaque iusti  
 impiis mala, quæ ab eis passi sunt, cum Christus  
 qui caput illorum est, & cuius membra ipsi sunt,  
 eos perpetua pœna damnabit. *Et duplicite supplicia  
 secundum opera eius.* Dupliciter Babylon electos Dei  
 persecuta est, quando corporibus & animabus eo-  
 rum multa mala ingessit. Dupliciter pœnas ipsa  
 recipiet, quia cū animabus, corpora cruciabantur:  
 ipsaque duplicia duplicabuntur, quia pro pœnis  
 tēporalibus atque breuib; quibus iustos afflixit,  
 pœnas æternas excipiet. *In poculo quo miscuit vobis,  
 miscete ei duplum.* Per poculum, tribulationes quas  
 ab iniquis sancti passi sunt, possumus intelligere.  
**Q**uantum glorificauit se, et in delitiis fuit, tantum date illi  
 tormentum et luctum. Quantum glorificauit se, id  
 est, in superbiam exerit, & in omnibus vitis se im-  
 plicauit, tanta & ampliora tormēta excipiet. *Quia in  
 corde suo dicit: Sedeo regina, et vidua non sum, et luctum  
 non videbo.* Reginam se Babylon vocat quodam  
 modo, cum se in prosperis huius mundi extollit. Vi-  
 duam non se esse dicit, quia à bonis temporalibus  
 quibus coniueta est, & ex quibus luxuriam suam enu-  
 trit, non se posse disungi confidit. Luctum non  
 se esse visuram dicit: quia impij quamuis sciant se  
 pro sceleribus suis esse puniendos, fingunt se non  
 videre quod vident, memoriāque mortis à men-  
 te reiciunt, ne tristis cogitatio lætitiā cordis eo-  
 rum perturbet. Ideo in vna die venient plagæ eius,  
 mors, & luctus, & fames. In die iudicij mors  
 perpetua illi veniet, quæ in hoc libro mors secunda  
 vocatur. Luctus illi veniet, sicut Dominus dicit in

De impiorum  
ciuitate, non  
corpore sed a-  
nima excedit.

Esai. 27.

Dysmulat  
Deus peccata  
hominum.

Matth. 19.

Impij mem-  
oriam mortis  
& pœne eter-  
ne à mēte re-  
iciunt.

Supra. ca. 2.  
Infra. 21.  
Matth. 24.

Et angelo: Ibi erit fletus, & stridor dentium. Fames illi veniet, id est, fames requiri: desiderabunt enim a pœnis requiescere, quas patientur, ad quam requie nullo modo pervenient. Et igni comburetur. Id est, igne æterno. *Quoniam fortis est Dominus, qui iudicabit illam. Et flebunt, & plangent se super illam reges terræ, qui cum illa fornicati sunt, & in delictis vixerunt, cum viderint fumum incendij eius longè stantes, propter timorem tormentorum eius, dicentes: Væ, væ civitas illa Babylon, civitas illa fortis, quia in una hora venit iudicium tuum.* Quid sit fornicatio regum cum Babylone, superius diximus. Sed mirum valde est, quod longè stare dicantur, cum in eisdem pœnis & ipsi sint demergendi, in quibus & ceteri reprobi, qui per Babylonem designantur. Stabant igitur longè mente & voluntate, non corpore, horrentes scelera sua, quibus æternaliter cruciabuntur. Stabant longè, per desiderium, aliud desiderantes id est, requiem, & aliud patientes, id est, tormenta æterna. *Et negotiatores terræ flebunt & lugebunt super illam, quoniam mercedes eorum nemo emet amplius.* Quia superius per mercatores terræ, amatores seculi diximus esse designatos, possumus in hoc loco per negotiatores eos accipere, qui bonum quod facere videntur, vendunt. Sunt namque multi, quibus legum secularium scientia data est, qui causas pauperum in iudiciis portant. Sed quia non pro amore Dei, sed pro præmiorum acceptionibus hoc faciunt, mercedem à Deo non recipiunt: In tantum verò hæc miseria conualuit, ut non inuenias aliquem, ex iis qui locum habent apud principes, qui aliquid verbum ad proximi pauperem necessitatem sustentandam proferat sine præmij acceptione. Possumus & per negotiatores terræ, eos intelligere, qui ex bono quod faciunt, laudes ab hominibus requirunt. Possumus etiam & per eosdem illos, qui gradus ecclesiasticos vendunt intelligere, quod diuina scriptura valde condemnat. Et quamvis multi ex episcopis ab hoc scelere videantur immunes, ministri tamen eorum in hoc sæpe polluuntur. Sed ad magistros respicit quicquid à discipulis delinquitur. Est & aliud scelus valde pessimum, quod ab iis qui archidiaconi appellantur, committitur. Nam ab adulteris presbyteris pretium accipiunt, & tacendo nialium consentiunt, quod per autoritatem quam ab episcopis acceperunt, emendare possent. Sunt etiam alij ex huiusmodi presbyteris, qui timentes se damnari pro sceleribus suis, in seruitiis archidiaconorum plus sunt affidui, quam ceteri. Contra quos si quis aliquid verbum contrarium profere voluerit, defenduntur ab eis, & fingunt se nescire quod sciunt, condemnanturque illa prophetica sententia quæ dicit: Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum, ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras. Ad te ergo loquor qui talis es. Ecce animam sacerdotis diabolo vendidisti. Quis enim suavitatis presbytero ut fornicaretur, nisi diabolus? Qui ergo suavitatis ut fornicaretur, ipse suavitatis ut pretium tibi daret, quatenus hoc scelus sine timore perpetrare posses. Per manum ergo presbyteri, pretium perditionis animæ ipsius tibi diabolus dedit. Ecce pretium accepisti, & animam fratris Christi sanguine redemptam, eidem diabolo à quo redempta est tradidisti. In lege scriptum est, quod si quis hominem

Penitentia se-  
ra.

Est hoc  
dolor,  
nimis verum  
in nostra a-  
tate simonia.

Archidiaconi  
qui mun-  
eribus corrupti  
autuleros in-  
fificant.

Esa. 5.

Commissarij  
vendunt dia-  
bolo fornicato-  
ris animas.

Exod. 21.

qui frater eius esset, vendidisset, morte moreretur. Si igitur reus est ille qui hominem homini vendit, quanto magis tu reus existis, qui hominem Christi sanguine redemptum, non homini, sed quod perniciosius est, diabolo vendidisti. Tales itaque negotiatores flebunt, & lugebunt in inferno, quoniam mercedes eorum nemo emet amplius. Amittet enim quod tenere videbantur, & incident in malum, quod prævidere neglexerunt. Mercedem auri & argenti, & lapidis preciosi, & margaritæ, & byssi, & purpuræ, et ferici, et cocci, et omne lignum thymum, et omnia vasa ebore, et omnia vasa de lapide precioso, et aramento, et ferro, marmore et cinnamomo, et odoramentorum, et unguenti et thuris, et vini, et olei, et similia, et tritici, et iumentorum, et ovium, et equorum, et rhedarum, et mancipiorum, et animarum hominum, et poma desiderabilia animæ tuæ discesserunt à te, et omnia pingua et præclava perierunt à te, et amplius non inueniuntur mercatores horum. In omnibus quæ enumerata sunt, auaritia Babylonis atque luxuria condemnat. Nam & in iudicio Dominus non dicit reprobis: Ito maledicti in ignem æternum: homicidæ fuistis, superbi, fornicatores, adulteri, sed dicit: Esturi, & non dedistis mihi manducare. Sitiui, & non dedistis mihi bibere, & cetera misericordiarum opera, quibus auaritia retrahit reprobos, ne misericordes sint erga pauperes. Auaritia quippe nutritrix est luxuriæ: nutrimenta autem luxuriæ, in hoc loco descripta sunt, quibus ab auaritia nutritur. Et si diligenter inspicere voluerimus, inueniemus omnia quæ in hoc loco ad auaritiam siue luxuriam Babylonis demonstrandam enumerata sunt, ad quinque corporis sensus pertinere. Quinq; enim sunt corporis sensus, id est, visus, auditus, gustus, odoratus, & tactus, quos Deus hominibus & animalibus dedit. Animalibus ad vitam suam tantummodo tuendam: hominibus autem & ad vitam tuendam, ut per eos ratio animam, quæ illi commissa est, per viam rectitudinis posset ducere. Iusti itaque qui per hos quinque corporis sensus, secundum rationis rectitudinem incedere studuerunt, amicitiam sibi Dei omnipotentis acquisierunt: Impij verò qui rationis bonum in malum peruertentes, hõsque corporis sensus luxuriæ, & cæteris vitiis seruire coegerunt, itam nihilominus iusti iudicis incurrerunt. Igitur si ea quæ in sequentibus scripta sunt, vocem scilicet citharæ, & muscorum, & tibia canentium, & tuba, cum iis coniungere volueris, inuenies omnes diuitias Babylonis; quæ hic descriptæ sunt, ad quinque corporis sensus, ut supra diximus, pertinere. Aurum namque & argentum, & lapides preciosi, & margaritæ ad visum: byssus, & purpura, & coccus, ad tactum: cinnamomum & odoramenta, & vnguenta, & thus, ad odoratum: vinum, oleum, similia, triticum & cetera, ad gustum: vox citharæ, & muscorum, & tibia canentium, ad auditum pertinent. Damnatio ergo Babylonis, sicut hæc scriptura demonstrat, maxime in diuitiis consistit: eo quod diuitiæ nutrimenta sint vitiorum, & ex quibus auaritia, quæ modò regina mundi dici potest, luxuriam suam alit. *Qui diuites facti sunt, ab ea longè stabunt propter timorem tormentorum eius, flentes, & lugentes, & dicentes: Væ, væ civitas illa magna, quæ amittet erat bysso, et purpura, & cocco, & inaurata auro, & lapide*

Matt. 15.

Auaritia nutritrix luxuriæ.

Luxuria per quinque sensus sese exercet.

Obiecta quinque sensuum quibus impij abutuntur.

lapide precioso, & margaritis, quoniam in una hora destruxit sunt tanta diuitia. Quod diuites Babylonis longè stare dicuntur, secundum sensum superiorè, quem de regibus diximus, intelligendum est. Et omnes gubernatores, & omnes qui à longè nauigant, & nauis qui in mari operantur, longè steterunt, & clamauerunt videntes locum incendij eius, dicentes: Quæ similis civitati huic magnæ? Et miserunt puluerem super capita sua, flentes, & lugentes, & dicentes: Væ, væ civitas magna, in qua diuites facti sunt omnes qui habent naues in mari de precus eius, quoniam una hora desolata est. Possumus per mare, hoc seculum: per gubernatores verò principes iniquos intelligere. Per eos autem qui de loco ad locum nauigant, & per nautas qui in mari operantur, eos qui diuersa officia ad depradationes pauperum, & ad peccata sua quotidie augenda in mundo exercent. Isti ergo flebunt & lugebunt, videntes locum incendij Babylonis. Ipsi namque erunt Babyloni, & ipsi lugebunt & flebunt. Videbunt autem incendia Babylonis: quia sua incendia perferendo videbunt, quæ mente in seculo positi, conspiciere neglexerunt, ut se corrigerent. Qui etiã cinerè super capita sua misisse dicuntur. Nã sæpe per caput, mens; per cineres peccata designantur. Cinerè itaque super capita sua ponent, quia memoria peccatorum à mentibus eorum numquã recedet. *Exulta super eam cœlum, & sancti Apostoli, & propheta: quia iudicauit Deus iudicium vestrum de illa.* Possumus per cœlum, angelos: per Apostolos, noui testamenti patres: per prophetas autem, patres veteris testamenti intelligere. Exultabunt igitur, eum destruxit fuerit omnis caterua impiorum, cū ipsis demonibus authoribus iniquitatum. Exultabunt etiam, eo quod tunc finem acceptionis sit omnis malitia, & adducuntur iusti ad gaudia sempiterna. *Et sustulit vnus angelus fortis lapidem, quasi molarem magnum, & misit in mare, dicens: Hoc impetu mittetur Babylon magna, & ultra non inuenietur.* Iste angelus Christum significat. Qui fortis esse dicitur: quia fortitudinẽ Christi quanta sit, humana mens comprehendere non potest: per lapidem verò molarem magnum, omnis multitudo impiorum designatur: mare autem infernum designat, in quo omnes impij demergentur. Angelus igitur lapidem molarem in mare misit: quia Dominus noster Iesus Christus in die iudicij omnem impiorum multitudinem suo iusto iudicio in infernum demerget. *Et vox citharæ, & muscorum, & tibia canentium, & tuba non audietur in te amplius.* Hoc superius expositum est. Et omnis artifex, et omnis ars non inuenietur in ea amplius, & vox molaris non audietur in te amplius, & vox sponsi & sponsæ inter scelera Babylonis cõputet, cū ista omnia sine culpa exerceri possint, & sine istis vita humana subsistere nõ possit. Spiritualiter itaque ista omnia intelligenda sũt. Possumus ergo per artes, sapientiã huius seculi, quæ stultitia est apud Deum intelligere. Quas artifices maligni & filij Babylonis ad hoc dicunt, ut in malitia Babylonis possint proficere. Sapientes enim sunt vt faciant mala, bene autem facere nesciunt. Mola autem quicquid sit se accepit, conterit, & comminuit. Possumus igitur per molam, iudices impios intelligere vel accipere. Vocem ergo molam mittit, eum iudices impij iudicia iniusta ad cõ-

Contra principes iniquos & depradatores pauperum.

infernus.

1. Cor. 3.

Hierem.

Iudices impij.

terendos innocentes proferunt: per lumen verò lucernæ, huius seculi gloria designatur. De hac lucerna dicit scriptura. Lucerna impiorum extinguetur. Lucerna quippe impiorum extinguitur, eum ab hac vita subtracti, gaudium temporale amittunt, & æternam tristitiam incurrunt. Possumus nihilominus per sponsum, amatores seculi: per sponsam verò, terram intelligere. Quia sicut amor sponsum & sponsam ligat, vt vna caro efficiantur, ita & amor seculi amatores suos sic terræ coniungit, vt vnum cum ea efficiantur, à qua si fieri posset, in perpetuum segregari nollent. Tales ergo artifices in Babylone non audientur amplius, quia cum ea in perpetuum damnabuntur. *Quia mercatores tui erant principes terræ.* Habent ecclesiæ mercatores suos, habet & Babylon. Mercatores ecclesiarum, thesauros suos in cœlo reconducunt, vbi fures non effodiunt nec furantur: mercatores verò Babylonis, thesauros suos in terra reconducunt, vbi fures offodiunt & furantur. *Et in veneficiis tuis errauerunt omnes gentes.* Veneficia Babylonis sunt diuersi errores, per quos genus humanum deceptum est. *Et in ea sanguis prophetarum & sanctorum inuentus est, omnium qui interfecisti sunt in terra.* Sanguis sanctorum in ea inuentus est, id est, scelus interfectionis sanctorum: sicut Dominus dicit impijs Iudæis sub intellectu omnium reproborum: Veniet, inquit, super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est super terram. *Matt. 23.*

Prover. 24.

seculi amatores.

Matt. 23.

CAPVT XIX.

Et audiui quasi vocem magnam tubarum multarum in cœlo, dicentium alleluia. Salus, & gloria, et virtus Deo nostro est, quia vera et iusta iudicia eius sunt: quia iudicauit de meretrice magna, quæ corripuit terram in prostitutione sua, et vindicauit sanguinem sanctorum suorum de manu eius. Et iterum dixerunt alleluia, et fumus eius ascendit in secula seculorum. Et viginti quatuor seniores ceciderunt in facies suas, et quatuor animalia, dicentes amen, alleluia. Et vox magna exiit de throno, dicens: Laudate dicite Deo nostro omnes sancti eius, et qui timetis Deum, pusilli et magni. Et audiui quasi vocem tubæ magnæ, et quasi vocem aquarum multarum, et quæ tonitruorum magnorum, dicentium alleluia. Quoniam regnauit Dominus Deus noster omnipotens, gaudeamus et exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se, & datum est ei ut operet se bisino splendente candido. Bisinum enim iustificationis sunt sanctorum. Totam sententiam posui, vt vndique circumspecta, eius subtilitas facilius indagari possit. A septẽ naq; vocib; quinquies alleluia decãtata esse legitur. Primo & secundo, à voce tubarum multarum: tertio, à viginti quatuor senioribus & quatuor animalibus: quarto, à voce quæ de throno exiit, nõ iã alleluia, sed eius interpretatio decãtata est, id est, laudate dicite Deo nostro omnes sancti eius. Alleluia quippe, laudate veu sonat. Quinto verò à tribus vocibus semel decãtata est, id est, à voce tubæ magnæ, & à voce aquarum multarum, & à voce tonitruorum magnorum. Scriptura libri huius sæpe demonstrat omnem electorum multitudinem in septẽ partes esse diuisam, si eius subtilitas, vel intelligentia perscrutetur. Iusti itaque qui ante diluuiũ fuerunt, ad primã partem: Illi vero qui post diluuium vsque quo lex data est, ad secundam pertinent, sicut sæpe iã diximus. Nullamque aliã legẽ habue-

Lex in corde scripta.



runt, nisi naturalem, id est, dilectionem dei & proximi. Scit enim vnusquisque se debere timere, & super omnia diligere eum, à quo creatus est, & à quo ei vita & vitæ subsidia ministrantur, & nulli se debere facere, quod non vult ab alio pati. Hanc legem nullus qui sanæ mentis est, ignorare permittitur. Per tubas igitur multas, electi qui ante diluuiū fuerunt, & qui post diluuium vsque ad illud tempus quo lex data est, designantur. Vocem emiserunt, quia per prædicationis suæ doctrinam, quoscumque potuerunt à suis erroribus reuocauerunt. Alleluia decantauerunt, quia secundū naturalis legis notitiā, per bona opera deo placere studuerunt. Secundò alleluia dixerunt, quia hi qui post diluuium fuerunt, secundum eandem legem viuentes, creatori suo iuste viuendo adhæserunt. Sed quærendum nobis est, cur in pronuntiatione secūda, alleluia, fumus Babylonis in secula seculorū ascendisse dicatur. Potest per fumū fama designari. Scimus quia in secūda parte, Noë & filij eius primi ponuntur, quorum temporibus, aquis diluuij humanum genus deletum est. Postea verò Sodoma & Gomorra, & cæteræ ciuitates quæ eis adhærebāt, cœlesti igne consumptæ sunt. Fumus ergo Babylonis in secula seculorum ascendit: quia hæc fama ab ore fidelium numquam recedet. At verò per viginti quatuor seniores, patres qui sub lege fuerint, designantur. Quibus coniunguntur quatuor animalia, per quæ nouum testamentum figuratur: quia in veteri testamento si spiritaliter intelligatur, nouum continetur. Alleluia decantauerunt, quia mandata legalia obseruantes, per bona opera Deo placere studuerunt: per thronum autem prophetæ designantur, eo quòd sedes Dei fuerunt, & per eos, sua iudicia disposuerit. A throno vox exiit, quia à prophætis prædicatio sancta processit. Laudē Deo decantauerunt, quia ei tota virtute seruire studuerunt. Tuba verò magna, Christū significat. Vox tubæ, prædicatio est Euangelij. Per vocem autem aquarum multarum, multitudo gentium Christum confitentium designatur. Per vocē verò tonitruorū magnorum, electi qui in fine mundi nascituri sunt intelliguntur. Et iure per tonitrua, quia terrorem dei iudicij annunciabūt. Tres ergo voces semel alleluia decantauerunt, quia fidem sanctæ trinitatis doctrinamque Euāgelij, quæ à magna tuba, id est, à Christo processit seruauerunt, & seruabunt vsque in finē. Duæ igitur partes, id est, prima & secunda, ad legem quam naturalem esse diximus pertinent. Duæ verò quæ sequuntur, id est, tertia & quarta, ad legem quæ per Moysen data est. Tres autem quæ restant, id est, quinta & sexta & septima ad legem Euangelij, vt indicēt eos infide sanctæ trinitatis vsque ad finē mundi permanere debere. Quid autē istæ tres partes decantent, audiamus. Alleluia quoniam regnauit Dominus Deus noster omnipotens. Id est, laudemus Dominum, eo quòd destructo regno diaboli perditoris nostri, ipse in nobis regnare dignatur, qui est Dominus & saluator noster. Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei, quia venerit nuptia agni & vxor eius præparauit se. Ideo gaudeamus, ideo exultemus, eo quòd misericordia conditoris nostri, ecclesiam suam qui nos ita sibi coniungere sit dignatus vt sponsa coniungitur sponso suo, quatenus simus cum ipso vna caro, sicut

Mat. 7.

Genes. 7. Gen. 19.

Fama diluuij & incendij inter fideles semper manet

Ioan. 1.

Genes. 2. Ephes. 5.

G dicit scriptura, Erunt duo in carne vna: quod Apollolus de Christo & ecclesia intelligendum esse docuit. Vxor eius præparauit se, id est, ecclesia quæ vxor agni dicitur, variis virtutibus semetipsam ornauit. Et datus est illi vt operiat se bisso splendēte candido. Quid bisso significet, ipse exponit. Bissum enim iustificationes sunt sactorum. Et dixit mihi angelus: Scribe, Beati qui ad cenam nuptiarum agni vocati sunt. Prandiu electorum nunc est, quādo in ecclesia dapibus Euāgelicis pascuntur. Cœna verò tunc erit, quādo post resurrectionē, in cœlesti beatitudine, æterna gloria perfruentur. Et quia prandium quod nunc agitur, & bonos & malos recipit, nō omnes beati sunt, qui in eo videntur recubere. Illi autē soli beati sunt, qui in illa cœna quæ post finē mundi futura est, recipiētur. Et cecidi ante pedes eius vt adorē eum. Et dixit mihi angelus, Vide ne feceris, conseruus enim tuus sum, et fratrum tuorum habentium testimonium Iesu: Deum adora. Redemptio sanguinis Christi hoc fidelib' cōtulit, vt filij Dei scilicet angelorū efficerētur. Ideo quæ per timescit angelus adorari ab homine, qui super se adorabat hominē Deum. Quapropter cōseruū se Ioannis, cæterorumque fidelium vocat. Testimonium verò Iesu, est spiritus prophetiæ. Patres autem veteris testamenti, qui aduentum Christi, passionem, & resurrectionem eius prædixerunt, spiritum prophetiæ habuisse certissimum est, vnde & prophetæ vocantur. Quicumque ergo testimonium Christo perhibet, spiritum prophetiæ habet. Et vidi cœlum apertum, et ecce equus albus, et qui sedebat super eum, vocabatur fidelis et verax. Nullo modo aestimare debemus, quòd hoc capitulū ad aduentum Christi pertineat, in quo ad iudicium venturus est, sed potius ad electos qui in fine mundi nascituri sunt: sine enim mundi instante, veniet Dominus cum sanctis suis, vt pugnet per ipso cōtra Antichristum, & ministros eius. Et qualis à sanctis illis prædicabitur, talis & forma eius in hoc loco describitur. Nam per cœlum ecclesia designatur: per equum album, homo quem filius Dei assumpsit, super quē & sedisse visus est, qui etiam fidelis & verax vocari dicitur. Hæc duo nomina, id est, fidelis & verax, vnum sensum habent in hoc loco. Rectē fidelis vocatur de quo dicit Psalmista: Fidelis Dominus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operib' suis. Veracem verò seipsum in Euangelio vocat, dicens: Ego sū via, & veritas & vita. Sequitur: Et iustitia iudicat, et pugnat. Non armis Deus in die iudicij cōtra impios dimicaturus est, sed eius iustitia expugnabuntur, & conterētur. Omnia enim peccata impiorū atq; scelera in cōspectu eorū adducet Dominus, vt sciant se iustissimo Dei iudicio esse damnatos. Oculi eius sicut flamma ignis, et in capite eius diademata multa. Per oculos Domini spiritus sactus designat, sicut in tertia visione author huius libri exponit: habebat, inquit, agnus oculos septem qui sunt septem spiritus Dei, missi in omnem terram. Et quia flamma vrit & illuminat, non inconuenienter spiritus sanctus flammineus esse dicitur, eo quòd corda fidelū & illuminet & incendat in amorem Dei. Et in capite eius diademata multa. Per diademata multa, multitudo sanctorum exprimitur. Habes nomen scriptū, quod nemo scit nisi ipse. Cū superius dicat, quia vocabitur fidelis & verax: & paulò post, quia vocabatur nomen eius.

Ecclesia bonos & malos recipit.

Sanguis Christi nos angelis associat.

Psal. 144.

Ioan. 14.

Supr. ca. 5.

Nomē Christi quomodo sancti norunt & ignorant.

cuius, verbū dei, quid est quod dicit, quod nemo scit A nōmē ei nisi ipse? Sciunt quidē sancti dei nomen Christi, quod est filius Dei, & nesciūt. Ex parte quip pe sciūt & ex parte nesciūt. In omnib' enim creaturis quæ gignunt & gignuntur, null' filij cōæuus potest esse patri, quia necesse est vt antecedit qui generat, & subsequatur qui generatur. Sed nō talis est natura filij Dei. Nam quemadmodum pater est sine initio, sic & filius. Et quamuis hoc quomodo fieri possit considerare non possumus, in veritate tamē credimus & confitemur, filium per omnia cōæqualem & cōæternum esse patri: de hac eius generatione Propheta loquitur dicens: Generationem eius, quis enarrabit? Et vestitus erat veste aspersa sanguine, & vocabatur nomen eius, Verbum Dei. Possumus per vestem corpus Christi: per sanguinem verò peccata nostra pro quibus mortuus est ipse, siue ipsam mortem quam pertulit pro nobis, intelligere. Sed quia peccata electorum suorum moriendo deleuit, & ipsam mortem resurgendo calcavit, sicut dicit Apollolus Paulus, Christus resurgens à mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur: melius mihi videtur vt per vestem Christi, multitudinem sanctorum intelligamus, qui sunt membra eius. Per guttas autem sanguinis, quibus vestis aspersa esse legitur, martyres designantur, qui pro amore Christi, sanguinem fundere non dubitauerunt. Ideo vestem Christi, quæ ex angelis & sanctis hominibus constat, in illa cœlesti beatitudine suo splendore exornant. Et exercitus qui sunt in cœlo sequebantur eum, in equis albis: vestiti bisso albo mundo. Diximus superius quia qualis Christus à sanctis in fine mundi prædicabitur, talis & figura eius in hoc loco describitur. Per cœlum ergo in hoc loco, ecclesia: per exercitus qui de cœlo processisse Christum sequentes visi sunt, sancti qui in fine mundi nascituri, & cōtra Antichristū pugnaturi sunt intelliguntur. Per equos autem, corpora: per sessores verò equorum, animæ designantur. Albos igitur equos habuisse visi sunt, qui se mundos & nitidos in quantum humana fragilitas permisit, exhibebant in conspectu Dei. Quid sit verò bissum, superius expositū est. Bissum igitur iustificationes sunt sanctorum. Et habebat in vestimento & in femore suo scriptum, Rex regum, & Dominus dominantium. Per vestimentum sicut superius diximus, sancti: per femur autem, ex quo humana origo procedere dicitur, homo quem Christus assumpsit designatur. In vestimento itaque suo, quòd ipse sit Rex regum, scriptum habet, quia in operibus sanctorum agnoscitur hunc esse verum Deum qui tales seruos possidet. Habet & in femore suo scriptum quòd ipse sit Rex regum & Dominus dominantium: quia in operibus, quæ in carne posuit gessit, cognitum est hunc esse verum dei filium. Possumus etiam per femur, patres veteris testamenti, ex quorum stirpe Christus originem duxit, intelligere: qui & ipsum figurauerunt, & quòd ipse futurus esset Rex regum & dominus dominantium apertis vocibus prædixerūt. Et de ore eius gladius acutus exibat. Possumus per os domini, eosdem prædicatores de quibus diximus, qui in fine mundi nascituri sunt accipere, per quorum os loquetur deus, sicut ipse dixit in Euangelio: Non enim

Fides captiua ducit rationē.

Esai. 53.

Rom. 6.

Martyres.

Prædicatores Dei Mat. 10. Hierem. 15.

vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Et ipse dicit per Prophetā: Si separaueris pretiosum à vili, quasi os meum eris. Per gladium verò diuinam scripturam, sicut superius diximus, intelligere debemus, sicut dicit Apollolus Paulus: Et gladium spiritus, quod est verbum Dei. Qui acutus esse dicitur, quia ad refecāda vitia, diuina scriptura acutissima est. Vnde & sequitur. Vt in ipso percutiat gentes. Percutiet Christus gladio suo gentes, quando per doctrinam sanctorum suorum, hominum infidelium errores destruct. Et ipse reget gentes in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur. Per virgam ferream, Euangelium diximus fuisse designatum. Reget ergo Christus gentes in virga ferrea, quando per doctrinam sanctorum, & Iudæos ad fidem suam conuertet, & electos ab erroribus Antichristi defendet. Et tanquam vas fictile, confringentur. Quamdiu quilibet in peccatis iacet, rectē vas fictile vocatur. Cū autem per poenitentiam & lachrymas ad bona opera agenda conuersus fuerit, confringitur vas fictile, & ex vase fictili efficitur vas solidum & firmum, & ad ictus tentationum dæmonum fortissimum. Et ipse calcabit torcular vini furoris ire Dei omnipotentis. Elaias cū de passione loqueretur interposuit Dominum dicentem: Torcular calcavi solus, & de gentibus non est vir mecum. Sed ibi per torcular, crux Domini intelligitur: hic verò non crux, sed locus poenarum in quo impij retrudendi sunt, designatur. Eandem quippe significationem habet torcular in hoc loco, quā & lacum superius diximus habuisse, in quo botri vineæ terræ, per quos impij designantur, demersi fuisse leguntur. Sed & ipsa calcatio torcularis, eandem significationem habet, quam & illic calcationem lacus habuisse diximus. Significat namque vltimam demersionem impiorum in infernū. Quid verò sit vinum furoris ire Dei omnipotentis, superius diximus. Et vidi alium angelū stantē in sole, & clamauit voce magna omnibus auiibus, quæ volabant per medium cœli. Ille angelus, prædicatores qui in fine mundi futuri sunt, significat. Qui etiam & per equites paulò superius designati sunt Per solem verò, Christum intelligere debemus. Angelus igitur in sole stetit, quia prædicatores sancti in Christo ita solidabuntur, vt ab eius fide nulla persecutione auelli possint. Per aues autem, fideles omnes qui eo tempore futuri sunt designantur. Per cœlum volabant, quia in terris positi, mente in cœlestibus habitant. Possumus nihilominus per cœlum, ecclesiam intelligere. Per cœlum sancti volant, quia duas alas habentes, id est duo præcepta charitatis, circunquaque volant, quibusdam misericordiam imponendo, quosdam ab iniquitatibus reuocando. Venite, congregamini ad cenam magnam Dei omnipotentis, vt manducetis carnes regum, & carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum & sedentium in ipsis, & carnes liberorum & seruorum, & pusillorum & magnorum. Qui designantur per reges & principes, liberos & seruos, cæterosque ipsi per equos eorumque ascensores, principes scilicet terræ, ac populi, qui eis subiiciuntur. Cœna verò Dei, quid aliud est, nisi exterminatio impiorum? Carnes autem impiorum iusti manducabunt, cū vindictam ex malis quæ eis intulerunt,

Ephes. 6.

Esai. 63.

Super. ca. 14.

Nostra cōuersatio in cœlis.

excipient. Et quia iusti videntes poenam impiorum, in bonis operibus proficiunt, sicut dicit Psalmista: *Lætabitur iustus cum viderit vindictam impiorum, manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Et vidi bestiam & reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendum prælium cum illo qui sedebat in equo, & cum exercitu eius.* Hic demonstrat non ad aduentum Domini secundum, ea quæ superius dicta sunt pertinere, sed potius ad illud tempus, in quo per sanctos suos contra Antichristum præliatus est, sicut iam diximus. Congregabuntur namque bestie, & reges terræ, & exercitus eorum, ut pugnent contra Christum & sanctos eius: quando Antichristus & innumerabilis multitudo gentium quæ ab eo decipitur, ad persequendam ecclesiam Dei exurgent, ut nomen Christi de mundo funditus extinguant. *Et apprehensa est bestia & pseudopropheta, qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestie, & qui adorauerunt imaginem eius, vini missi sunt ij duo in stagnum ignis ardentis sulphure: & ceteri occisi sunt in gladio sedentis super equum, qui procedebat de ore ipsius, & omnes aues saturatae sunt de carnibus eorum.* Apprehenduntur bestia & pseudopropheta eius, quando illud implebitur quod Apostolus Paulus ait: *Quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui. Si Antichristus spiritu oris Domini interficiendus est, quomodo ipse & pseudopropheta eius, in stagnum ignis viui mittendi sunt? Est vita iustorum, est & impiorum: de vita iustorum dicit Propheta, quia iustus ex fide viuit: de vita verò mala dicit Paulus, quia vidua ma è viuens mortua est. Vitam namque impiorum: iusti non incongruè mortem vocant. Similiter & impij, vitam iustorum mortem æstimant, sicut in iudicio dicturi sunt: Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improprij. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Antichristus ergo & pseudopropheta eius viui missi sunt in stagnum ignis, id est in malitia sua, viui in ea videlicet vsque in finem vitæ suæ perseuerantes. Quod autem dicit quia ceteri occisi sunt in gladio sedentis super equum, interfectione istam pro confusione posuit. Nam sancti, quorum doctrina per gladium oris Domini designatur, interfecto Antichristo, insultabunt infidelibus, eo quod hominem impiissimū, atque omnibus hominibus deteriorem Antichristum, immortalem Deum existimauerint, quem constabit pessima morte peremptum. At illi confundentur & tasecent in iniquitatibus suis. Omnes ergo aues saturatae sūt de carnibus eorum, quia subuerso Antichristo, omnes electi inenarrabiliter gaudebunt & exultabunt, eo quod à tam pessimo hoste misericordia diuina eos liberauerit, omnesque qui eos persequebantur, velut fumus euauerint.*

CAPVT VIGESIMVM.

**E**t vidi angelum descendentem de caelo, habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua. Damnationem diaboli narrare nolens, ad aduentum Christi reuertitur. Tres namque sunt damnationes diaboli. Damnatus est primò, quando de caelesti

beatitudine propter iniquitatē suā est deiectus. Secunda damnatio eius fuit, de qua author libri huius loqui modo incipit, quando per mortem Christi, genus humanum de potestate eius est ereptum, & ipse sicut praesens scriptura demonstrat, in abyssum est religatus. Tertia damnatio ei⁹ erit, quado in infernum cum omnibus impijs in aeternum cruciandus demergetur. Angelus itaque iste Christum significat: descensio eius de caelo, est incarnatio eius. Clauem abyssi id est inferni, ipse possidet: quia ab ingressu eius, quos vult retrahit, & quos vult in eius damnationem cadere, iuste per mittit. Per catenam verò magnam, eius potestas designatur. *Et apprehendit draconem serpentem antiquum, qui vocatur diabolus & satanas, & religauit eum per annos mille.* Apprehendit Christum serpentē antiquum, id est, diabolum, quando per mortem suam eius destruxit imperium. Per annos autem mille, omne tempus ab aduentu Christi vsque ad finem mundi debemus intelligere vel accipere. Religauit ergo Christus diabolum non vinculis corporeis, sed vinculis potestatis suæ immensæ, quia eum à cordibus electorum suorum expellens, ab eorum deceptione diuina sua virtute exclusum tenet. *Et misit eum in abyssum, & clausit & signauit super eum, ut non seducat amplius gentes donec consummentur mille anni. Post hæc oportet eum solui modico tempore.* Alligationem diaboli tribus modis possumus intelligere. Possumus namque hoc simpliciter intelligere, ut virtute Dei omnipotentis in abyssum religatus teneatur vsque ad tempus præfinitum. Possumus etiam per abyssum corda impiorum intelligere, ut à cordibus electorum exclusus, intra angustias cordium reprobatorum constrictus & alligatus teneatur. Possumus & hoc tertio modo intelligere: diabolus nihil aliud desiderat quàm deceptionē hominū. Et dū per custodiā Dei omnipotentis, qui electos suos custodire & defendere non desistit, ab eorū deceptione arcetur, quasi quibusdam vinculis, eius impiissima volūtas religata tenetur. Per gentes verò quas seducere non permittitur, solos electos debemus intelligere. Tempus modicum, quo post mille annos soluendus esse dicitur, tempus Antichristi est. Tunc enim peccatis hominum facientibus, dabitur potestas diabolo, tota virtute contra genus humanum dimicandi. *Et vidi sedes, & sederunt super eas, & iudicium datum est illis.* Quia superius narrauit quo ordine misericordia diuina quotidie electos suos ab immanissimo hoste diabolo liberet, consequens est, ut gloria ad quam eorum animæ quotidie perducuntur, describatur. Per sedes namque caelestis patria: per sedentes verò super eas, sanctorum animæ designantur. Quod autem iudicium datum sit sanctis, quorum animæ in caelesti beatitudine requiescunt: in hoc aduertere possumus, cum ad eorū sepulchra daemonia ab obsessis corporibus expelli, periuria sæpe detegi, atque multa miracula videamus. *Et animas interfectorum propter verbum Dei et testimonium Iesu, et qui non adorauerunt bestiam et imaginem eius, nec acceperunt characterem eius in frontibus aut in manibus suis, vixerunt et regnauerunt cum Christo mille annis.* Per animas interfectorum propter verbum Dei, & testimonium Iesu, martyres qui diuersis temporibus interfecti sunt possumus accipere. Per eas verò

Diabolus quò modo per Christum vincit.

Diabolus in impiorum cordibus ligatus.

Miracula apud sanctorum sepulchra.

2. Thes. 2.

Antichristi insertus.

Abac. 2. 1. Timot. 5.

Sapient. 5.

Gaudium fidelium in impiorum interitu.

Tres damnationes diaboli.

quæ non adorauerunt bestiam & imaginem eius, eos qui ab Antichristo interficiendi sunt puto esse intelligendos. Isti ergo vixerunt, & regnauerunt cum Christo mille annis: quia quamuis corpore sint interfecti, secundum animam tamen viuunt cum Christo in caelesti beatitudine. Sed querendū nobis est, quomodo electi qui instante fine mundi nascituri sunt, cum Christo mille annis regnare dicantur, cum tempus mille annorum nō ad futurū tempus, quod sine fine est, sed ad præsens potius pertineat, quod in fine mundi consummabitur: & in quo fides Evangelij per vniuersū orbē florens, electos quotidie ad vitam æternam percipiendam dirigit. Quod ita soluedum puto. Tempus ab ascensione Christi vsque ad finem mundi, quod per mille annos designatur, omnibus electis deputatum est, ut in eo sine corporibus gloria caelesti cū Domino perficiantur. Et scimus quia omnes electi membra Christi sunt, & ex multis membris vnum corpus efficitur. Et si gloriatur vnum membrum, congaudent omnia membra. Gaudium igitur præcedentium sanctorū, illorum nihilominus erit, qui in fine mundi nascituri sunt: quia vnum corpus efficiunt cum eis, & in alijs possidebunt quod ipsis deerit. *Ceteri verò non vixerunt, donec consummentur mille anni.* Ceteri autem, id est, reprobī, non vixerunt: quia post mortem non ad vitam ducuntur, quæ in caelestibus sanctorum animabus datur, sed in infernum demerguntur, quæ in hoc libro mors prima vocatur. Hæc est resurrectio prima, beatus qui habet partem in resurrectione prima, in his secunda mors non habet potestatem. Querendum nobis est, quæ sit resurrectio prima. Nam primam resurrectionem non diceret, nisi esset & secunda. Nec secundam mortem, nisi esset & prima. Resurgimus itaque primo per baptismum à morte animæ. Sed quia dicit beatus esse eos qui habent partē in resurrectione prima, nō mihi de baptismo hoc dictum videtur, eo quod non omnes beati sint, qui per baptismum à morte animæ resurgere videntur: eo quod nonnulli post baptismum, ipsi sibi peccando mortem attrahunt, mentiendo quæ in eo promiserunt, atque in suis malis perseuerando. Sūt etiam nonnulli qui post perpetratio nem scelerum, quibus sibi mortem intulerunt, ad vitam per poenitentiam & lachrymas, ceteraque bona opera redeunt, quibus Apostolus loquitur, dicens: *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.* Sed nec istam primam resurrectionē dicere possumus, eo quod primò per baptismum, secundo per poenitentiam & lachrymas, animæ nostræ ad vitam reuocentur. Necessè est ergo ut inuestigemus, quam vocet resurrectionē primam. Quatuor sunt vitæ fidelium. Prima, mala: secunda, bona & mala: tertia verò & quarta nullum malum adhærere potest. Prima est ante baptismū, quæ tota mala est. Secunda post baptismum, quæ & bona & mala dici potest. Nullus enim fidelium, tempus vitæ præsentis sine aliquibus peccatis trāsire potest: sicut iste Ioānes loquitur dicens: *Si dixerimus quia peccatū non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis nō est.* Tertia est, quæ tota bona est, & ad quæ series huius lectionis pertinet, quæ à passione Christi vsque ad finē mundi extēditur, in qua sancti sine corporibus cū Domino vitæ æternæ perficiunt. Quæ

Gaudium sanctorum commune

Resurrectio.

Ephes. 5.

Vita quadruplex.

Nemo sine peccato uiuit.

1. Ioan.

etiam primam resurrectionem esse vocat, cum dicit, *Resurrectio prima & secunda.* Hæc est resurrectio prima. Tempus itaque à passione Christi vsque ad finē mundi, resurrectio prima vocatur. Quarta vita sanctorum erit post receptionem corporum, quæ nullo fine terminatur. Igitur quia vita præsens in comparatione vitæ caelestis, mors tunc dici potest, sancti prima resurrectione tunc resurgunt, cum ab hac misera vita subtrahit, in caelesti beatitudine cum Domino collocantur. Et sicut est hæc prima resurrectio sanctorum, ita est & prima mors impiorum, quando præsentem vitam deserunt, & in poenis demerguntur. Secunda verò mors, vltima damnatio erit, sicut in sequentibus exponit. Beati ergo erunt qui habent partem in resurrectione prima, & in iis secunda mors non habet potestatem: quia illi tantummodo beati sunt & erunt, qui ante finem mundi in consortio sanctorum ascribi merebuntur. Multos enim sine mundi instante, ignis purgatorius purgando cremabit, sed ante iudicium absoluti in sanctorum collegio recipientur. Atque in iis secunda mors, id est, damnatio vltima non habebit potestatem: quia iam non cum hædis in sinistris, sed cum ouibus in dextris ponentur. *Sed erunt sacerdotes Domini et Christi, et regnabunt cum Christo mille annis.* Nomine sacerdotum omnes electos comprehendit. Omnes namque electi, sacerdotes vocantur, siue quod sint membra summi sacerdotis, siue quod ipsi semetipsos offerre Deo per bona opera nō desistant. *Et cum consummati fuerint mille anni, soluetur satanas de carcere suo et exibit et seducet gentes quæ sunt super quatuor angulos terræ, Gog et Magog.* Quod hic carcer vocatur, superius abyssus vocatur. Sed interim quaestio oritur. Superius quippe quorundam opinionem sequens, dixi per abyssum corda impiorum designari, in quibus diabolus à cordibus fidelium expulsus, religatus teneatur. Si ergo per abyssū corda reprobatorum designantur, quomodo de abyssō, id est, de cordibus reprobatorum, exire dicitur, quos nunquā derelinquet? Nunquid reprobos derelicturus est, & inuasurus electos? Nullo modo. Alligationem ergo diaboli, secundum literam intelligendam puto, ut in aliquo abyssō loco virtute diuina religatus teneatur, vel certè in inferno vsque ad diem solutionis suæ. Seducet autem gentes quæ sunt super quatuor angulos terræ: quia vniuersas gentes quæ infra quatuor plagas mūdi continentur, Antichristi impiissima doctrina perustrabit, nullasq; alias gentes seducet, nisi quæ spiritaliter Gog & Magog vocantur. Gog namque interpretat tectū. Per Gog igitur qui interpretatur tectum, ij designantur qui malitiā suam in corde tegentes, iusti ab hominibus videbuntur, cum futuri sint mente reprobi: Magog verò, qui interpretatur de tecto, eos designat qui de tecto cordis sui, in apertas \* miserias prorumpentes, omnibus se impios esse demonstrabunt. Tales itaque diabolus per Antichristū facile decipiet. *Et congregabit eos in præliū, quorū numer⁹ est sicut arena maris.* In præliū eos congregabit, qui ad ecclesiā Dei persequebam eos armabit. *Et ascenderit super latitudinē terræ, et circūde derit castra satorū et ciuitatē dilectā.* Diximus superius, discipulos Antichristi laudatores fore vitiorum, & omnia quæ ad delectationes carnales pertinent docere. Super latitudinem ergo terræ ascenderunt, quia vastas hu-

Resurrectio prima & secunda.

Mors prima & secunda.

Ignis purgatorius.

Electi sacerdotes dicit, & quare.

Gog & Magog.

\* Malitias legentis puto.

Via seculi lata  
ducit ad mer-  
cem.

Reprobi impi-  
gnat ecclesia.

Confutat me-  
piz cuiusda  
interpretatio-  
nem in psal.  
49.

Rem. 8.

Evangel. 1.

ius seculi vias ingrediatur, quæ ducunt ad mortem. Castra verò sanctorum & ciuitas dilecta, vnam significationem habent, significant quippe Ecclesiam. Castra igitur sanctorum circundabunt: quia Ecclesia tota virtute persequitur, vt nomen Christi de mundo funditus extinguant. Et exiit ignis de caelo à Deo, & deuorauit eos. Ignis de caelo exiit, quia veniente Domino ad iudicium, ignis ante ipsum præcedet, qui non solum omnem cateruam impiorum, sed & ipsum mundum consumet, sicut in nonagesimo sexto psalmo David loquitur, dicens: Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Reprobi namque quamuis cum electis conuersentur, in circuitu sunt: quia sicut hostes ciuitatem aliquam impugnant, vt capiant eam, ita & ecclesia à reprobis impugnatur. Sed & in psalmo quadragesimo nono, idem David loquitur, dicens: Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu eius tempestas valida. Quidam hunc versum ita exponunt, quod post succensionem elementorum, pluuia descendet, quæ combustionis cineres abluat. Sed talis expositio absurdissima videtur. Scimus enim pluuiam à mari atque à terra siue per nebulam siue per exiccationem solis exurgere. Et sicut aqua leuia quæque à fundo ad superiora cleuat: ita & aer aquam, aut in nebulam conuersam, aut per ardorem solis in tenuissimum fumum, & penè inuisibilem redactam, vsque ad ea loca vbi consummatio eius est, eleuat. Ibi que conglobata primò in densam nebulam, quam nubes vocamus, conuertitur: deinde vento agitante, minutissimæ guttæ simul mixtæ, atque sua permixtione graues effectæ, ad terras decidunt, pluuiamque faciunt. Ecce terra, ecce aer, ecce mare, cætera que elementa igne consumuntur. Vnde ergo pluuia exurgit, maximè cum secundu[m] Apostolũ tunc creatura liberetur à seruitute corruptionis in libertatè gloriæ filiorum Dei? Nunquid deus qui omnia ex nihilo creauit, non poterit mundare creaturam suam sine adiutorio pluuie, præsertim cum ipse mundus in meliorem statum, atque multo pulchriorem repararet post ignem? Aut quid sunt aliud cineres, nisi terra munda? Nā quascunque fordes ignis absumpserit, in cineres mudo conuertet. Nunquid nõ poterit deus mudo sineres in meliorem statum cũ altera terra reparare, vt necessaria non sit ei ablutionis pluuia? Dicamus aliter: Omnium fordium ablutiones aut terra ebibit, aut in fluminibus decurrunt, & cum fluminibus in mare. Et quomodo terra postquam ab igne examinata fuerit, sordes suas ebibet, vt iterum sordescat? Aut quomodo in fluminibus decurret, & cũ fluminibus in mare, cum mare iam non sit, sicut sequentia huius libri videntur fateri? Quod si mare in meliorem statum reparabitur, sicut cœlũ terræque, à terræ sordibus quomodo inquinabitur? Quod si quis dixerit ante inuouationem hanc passurum esse inuouationem atque in permutatione eius ad nihilum esse redigendas, non poterit deus sicut in aqua, ita & in terra eandem sordes ad nihilum redigere, vt non sit necesse vt in mare defluant? Per tempestatem igitur validam, vltimũ interitum impiorum possumus intelligere, quæ sapientia per Salomonem in vltimo examine impiis se illaturam esse testatur, dicens: Ego quoque in interitu

G vestro ridebo & subannabo cum vobis quod timebatis aduenire, cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit. Et diabolus qui seducebat omnes gentes, missus est in stagnum ignis & sulphuris, vbi est bestia & pseudopropheta. Hoc tunc implebitur, quando Dominus dicit: Ite maledicti in ignem æternũ, & cætera. Et cruciabitur die ac nocte in secula seculorum. A quo cruciatu, misericordia Domini nostri Iesu Christi redemptoris nostri nos liberare dignetur: qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnant Deo, per omnia secula seculorum. Amē.

Explicit expositio visionis quintæ.  
INCIPIIT EXPOSITIO VISIONIS SEPTIÆ.

**D**omini nostri Iesu Christi misericordia largiente ad sextam visionem peruenimus: quæ breuior est cæteris, eo quod in ea generalis resurrectio, damnatio impiorum, glorificatio iustorum tantummodo breuiter describitur. Et rectè in sexto loco, resurrectio vltima ponitur: quia senarius numerus perfectus est, & quicquid sanctis promissum est in resurrectione perficietur. Et vidi thronum magnum & candidum, & sedentẽ super eum. Thronus iste Dei, non auro & gemmis ornabitur, sed hominibus iustis. Iste est namque thronus, de quo Psalmista dicit: Thronus tuus Deus in seculũ seculi, virga æquitatis, virga regni tui. Thronus igitur Dei est omnis multitudo angelorum atque sanctorum. A cuius conspectu fugit terra & cœlum, & locus non est inuentus eis. Quemadmodum à conspectu sedentis super thronum, cœlũ & terra fugiat Psalmista ostendit sicut superius iam diximus, qui dicit: Ignis in conspectu eius exardescet. Et iterũ, Ignis ante ipsum præcedet. Fugiet autẽ terra & cœlũ, id est, species terræ & cœli: quia igne à sua specie commutabuntur, vt possint in aliam reformari multo meliorem & pulchriorem. Quod vero dicit, Locus nõ est inuentus eis: non ideo dicit, vt locum pristinum amittant, sed speciem. Et vidi mortuos magnos & pusillos, stantes in conspectu throni. Per mortuos magnos & pusillos reprobi designantur, qui in die resurrectionis, mortui astabunt in conspectu Dei, ea videlicet morte quã primã esse diximus, post paululum in mortem secundam deiiciendi: Per mortuos verò magnos, eos designari puto, qui aut maiores fuerunt in sceleribus, aut altiores in seculi dignitatibus. Per pusillos autem ij designantur qui eis subiecti fuerunt, vel certè ij qui minus peccauerunt. Et libri aperti sunt & ali' liber apertus est, qui est vitæ. Libri multi ad reprobos: vn' qui est vitæ ad electos pertinet. Reprobi multos libros habent, quia in multis erroribus sunt deuoluti. Nā Pagani multos deos coluerunt, & in multis erroribus semetipsos deiecerunt. Similiter & heretici multa dogmata praua, & deo odibilia inueniunt. Falsi etiã Christiani in multis sceleribus quotidie inuoluuntur. Multos ergo libros reprobi possident: quia multis modis Deũ offendunt. Electi verò vnũ librum habent, quia vnũ Deũ colunt, vnam fidem catholicã cõfiteantur, vno vinculo charitatis cõnectuntur. Sed quærẽdũ nobis est, quid sint libri isti. Nunquid ex aliqua materia visibili, aut inuisibili fiet libri in quibus singulorum facta describuntur? Libri igitur multi,

Mat. 25.

Psal. 44.

Psal. 46.  
Psal. 96.

Seculi dignitas.

Dissentio & diuisio impiorum.

945

Confensus fidelium.

Euang. 10.

Rem. 8.

Ioan. 5.

Socij in peccatis, socij in tormentis.

Ioan. 3.

multi, sũt facta reprobõrum: libri multi aperietur, cũ a scelerata reprobõrum omnibus manifestabitur: per librum autem vitæ, prædestinationem Dei omnipotentis possumus intelligere. In hoc libro nomina discipulorum esse conscripta, dominus in Euangelio manifestat, cum dicit: Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in cœlis. De hoc libro Apostolus Paulus loquitur, dicens: Quos autẽ præsciuit, hos & prædestinauit: & quos prædestinauit, hos & vocauit: & quos vocauit, hos & glorificauit. Et iudicati sunt mortui secundũ ea quæ scripta erant in libris. Quia secundum errores proprios, & iuxta qualitatem scelerũ suorũ singuli iudicabuntur, aliter enim iudicabuntur hæretici, aliter Pagani, aliter falsi Christiani. Sed vnusquisque ipsorum, quãtò deterior fuerit in proprio errore, tãtò & acrius iudicabitur. Et dedit mare mortuos suos, & mors & infernus dederunt mortuos qui in ipsis erant, & iudicatu[m] est de singulis secundũ opera eorũ. Nũc ad ea quæ prætermiserat, reuertitur. Prius quippe per resurrectionem generalis fiet, & postea iudicium exercetur. Quod ita esse dominus in Euangelio manifestat, dicens discipulis: In regeneratione cũ sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Primò regeneratione posuit, & postea ad iudicandos populos, eos sessuros esse dixit. Et in Euangelio huius Ioannis dominus loquitur, dicens: Venit hora quando omnes qui in monumentis sunt, audiet vocem filij dei. Et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt, in resurrectionem iudicij. Ad imperium igitur Domini, de monumentis suis procedent mortui: quia corpora omnium mortuorum, pro receptione animarum viuificata, de sepulchris suis exient. Qui malafecerunt, in resurrectione iudicij procedent: quia ad hoc resurgent, vt in corporibus in quibus animæ peccauerunt, in ipsis & iudicentur. Vel quos habuerunt socios in iniquitatibus, habeant participes in tormentis. Præsens quoque lectio, quod ante iudicium futura sit resurrectio ostendit, cum post redditionem mortuorũ, quos mare, mortem & infernum reddidisse dicit, impios esse iudicandos narrat. Sed & fides catholica quam frequenter decantamus, hoc demonstrat, cum dicit de Domino: Ad cuius aduentũ omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, & redditori sunt de factis propriis rationem. Verũ quarendum nobis est quid significant, mors, mare & infernus. Scimus quippe aquas ad ablutionem peccatorũ nostrorũ esse cõsecratas: sicut dicit Dominus in Euangelio: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Mare itaque ad resurrectionem electorũ: mors verò atque infernus, ad reprobõrum deiectiõnem pertinet. Mare ergo in hoc loco, baptismum designat. Quasi igitur mare mortuos suos reddet, eum electi qui in ea mundicia quam in baptisinate pereceperunt, in ea etiam & resurgent, nullã maculam peccati habentes. Mare mortuos suos reddet: quia sacri baptismatis ablutio, sancti spiritus gratia, electos omnes tempore resurrectionis in conspectu creatoris sui, mundos & immaculatos exhibebit. Per mortem autem corpora impiorum quæ in terræ sinibus mortua detinentur: per infernum verò, eorum animas, eo

quod in inferni claustris detineantur, intelligere possumus. Infernus itaque mortuos dabit: quia animas prima morte deuoratas, quas detinet, ad recipienda propria corpora, remittet. Mors etiam mortuos suos dabit: quia corpora quæ in puluerem redegerat, vt virtute diuina per animarum susceptionem viuificentur, exhibebit. Et mors & infernus missi sunt in stagnum ignis: & omnis qui non est in libro vitæ scriptus, missus est in caminum ignis. Mors & infernus missi sunt in stagnum ignis, id est, animæ cum corporibus. Possumus & per mortem demones, eo quod ipsi auctores fuerint mortis, intelligere. Mors & infernus in stagnum mittentur, quia demones cum cæteris impiis in infernum demergentur.

CAPVT VIGESIMVM PRIMVM.

**E**T vidi cœlum nouum & terram nouam. Primum enim cœlũ, & prima terra abiit, & mare iam non est. Cœlum & terra, & cætera elementa quæ modò videmus, ab igne consumuntur, non vt penitus deleantur, sed vt in meliorem statum, sicut superius iam diximus, per ignem reparentur, sicut Psalmista indicat, dicens: Ipsi peribunt, tu autẽ permanebis, & oēs vt vestimentũ veretascet, & velut amictũ mutabis eos, & mutabitur. Quod dicit primũ cœlũ, & prima terra abiit, specie eiusmodi cœli ac terræ transiturã esse demonstrat. Species enim eorũ nõ essentia transibit, cũ in meliorem statum commutabuntur: quod verò infert, & mare iam nõ est, possumus secundũ literã intelligere, vt mare penitus deleatur. Aliter, Mare iam non erit, quia propriam figuram amittet, sicut cœlum & terra, vt in pulchriore formã reparatur. Sed spiritualiter hoc intelligẽdũ puto. Quicquid enim de inuouatione cœli & terræ dictũ est, & historialiter intelligẽdũ est, id aut superius diximus, & spiritualiter. Possumus itaque per cœlum, animas sanctorum: per terrã corpora intelligere. Cœlum nouũ fiet, cum animæ sanctorum per receptionem corporum, in hominis naturam atque formã restituentur. Terra noua efficietur, cum corpora sanctorum quæ antea erant mortalia atque corruptibilia, immortalia & incorruptibilia reddentur. Sape per mare impij designantur, dicente Esaia Propheta: Impij quasi mare fetuẽs quod quiescere nõ potest, & redundat fluctus eius, in conculcatione & lutum. Mare igitur iam nõ erit, quia omnis multitudo impiorum cũ deceptoribus suis demõnibus, in infernum detrusa, præsentem mundi faciem, à sua inquinata habitatione mundã præstabit. Et vidi ciuitatem sanctam Hierusalem descendentem de caelo, à Deo paratam sicut sponsam ornata[m] viro suo. Ciuitas Hierusalem; ecclesia est ex omnibus iustis constructa: de caelo descendet, quia Dominò ad iudicium veniente, cum illo omnis multitudo sanctorũ veniet, sicut dicit Esaia Propheta, Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui, & principibus eius. Et Salomon in Proverbij: Nobilis in portis vir eius, quando sederit cũ senatoribus terræ. Quæ sicut sponsa parata & ornata esse dicitur, quia sicut sponsa diuersis monilibus & ornamentis semetipsã exornat, vt sponsa suo placeat: ita & ecclesia diuersis virtutibus decoratur, vt creatori suo, qui est sponsus eius, placere valeat. Et audiui vocem magnam, de throno dicentem. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cum eis, & ipsi populus eius erunt, et

Damnatio impiorum

Psal. 101.  
Celi & terra mutatio.

Mare penitus delendum.

Esaia. 57.

Esaia. 3.

Prov. 31.

Ornamenta Ecclesie, vnde.



*ipſe Dominus cum eis erit coram Deo.*] Scimus per ciuitatem Hieruſalem & tabernaculum Domini, eccleſiam ſape eſſe designatam. Ciuitas ergo in hoc loco & tabernaculum, eccleſia vocatur, eo quod in illa habitet Deus, ſicut ipſe dicit per Prophetam: Inhabitabo in illis & inambulabo, & ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi populus. *Et abſterget Deus omnem lachrymam, ab oculis eorum.*] Animarum omnium hominum immortales creaturæ ſunt, ſicut Dominus dicit in Euangelio, Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non poſſunt occidere. Quamuis enim moriantur peccato, aut ea morte quam primam & ſecundam diximus: tamen non ita moriuntur, ut penitus non ſint, ſed earum mala eſſentia mors vocatur. Duoque tempora iis conſtituit Deus, præſentis vitæ, quod cito finitur, & futuræ, quod finiri non poteſt: vnumque quod ſerui & mœrori, alterum quod gaudio atque lætitiæ deputauit. Verbi gratia: Si quis vellet in hoc tempore quod breuiſſimum eſt, pro peccatis ſuis flere & lugere, & affligendo ſemetipſum carnalia deſideria extinguere, in alio tempore quod iſtud ſequitur, quodque inſinitum eſt, gaudebit, & exultabit in æternum. Si quis autem hoc elegerit, ut in præſenti tempore gaudeat, & deſideria carnis ſuæ perficiat, ut in futuro lugeat & trideatur in æternum. De iis temporibus, videtur mihi Salomonem dixiſſe: Tempus flendi & tempus ridendi. Tempus flendi electorum nunc eſt, tempus ridendi tunc erit, quando illud implebitur, quod Dominus dicit in Euangelio: Beati qui lugent, quoniam ipſi conſolabuntur. Peccatoribus vero dicit: Væ vobis qui ridetis nunc, quia plorabitis & ſtebitis. Abſterget ergo Deus omnem lachrymam ab oculis eorum, quia poſt reſurrectionem nihil triſte ſanctis accidere poterit, vnde lachrymæ ortu poſſint. Et mors ultra non erit. Primus homo immortalis factus eſt: peccato autem & immortalitatem amiſit, & mortem mundo intulit. Poſt reſurrectionem, mors non erit, quia & ipſe princeps mortis diabolus, cum omnibus ſatellitibus ſuis in infernum perpetuo reclusus tenebitur, & immortalitas quam primus homo peccando amiſit, iuſtis reddetur, & poſſibilitas peccandi, quæ mortem mundo intulit, ab eis auferetur. Neque lucus. Cum ſuperius dicat, quod abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis ſanctorum, quid neceſſe fuit in hoc loco lucum ponere? Sed inter effuſionem lachrymarum & lucum, aliqua diſtancia eſt. Nam triſtitia ſepe lachrymas educit, ſepe gaudium, ſepe lætitiã. Lucus vero ſemper ex magno mœrore naſcitur. Lucus namque, eſt ſtetus dierum multorum. Lugebat Paulus eos qui peccauerunt, & non egerunt penitentiam. Et Salomon loquitur dicens, Lucus mortui, ſeptem diebus: lucus autem fatui, omnibus diebus vitæ eius. Eccleſia Domini nunc in lucu eſt, eo quod per deceptiones dæmonum quotidie maximam partem ex ſuis amittat. In illa autem vita lucus non erit, quia per deceptiones dæmonum, nullum ex ſuis amittere poterit. Neque clamor. In geneſi ſcriptum eſt quod dixit Deus ad Abraham: Clamor Sodomorum & Gomoræ venit ad me. Eſaias vero Prophetam quid ſit clamor Sodomorum exponit cum loquitur de Iſrael: Peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt, nec abſconderunt. Prædicatio igitur pec-

cati clamor vocatur. Poſſumus etiã clamorẽ aliter intelligere. Pſalmiſta namque dicit: Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Et Moſes in anguſtia poſitus, clamabat ad Dominum. Vbi ergo neque peccatum quod prædicetur, neque tribulatio vlla erit, clamor vllus neceſſariõ non erit. Neque dolor erit. Eſt dolor corporis, eſt & mētis. Iſtique dolores ita ſunt connexi, ut vnus ſine altero eſſe non poſſit. Dolor quippe corporis affligit mentem: ſimiliter & dolor mētis, corpus excruciat. In illa igitur vita, dolor non erit, vbi neque corpori neque animæ vlla aduerſitas accidere poterit. Quæ prima abierunt. Prima iſta abierunt, quia cum ſeculo tranſierunt. Electi enim qui præſentem vitã ſicut ſuperius iam diximus, mœroribus & afflictionibus deputauerunt, poſt finem præſentis vitæ gaudium ſempiternum inuenerunt. Et dixit qui ſedebat in throno. Ecce noua facio omnia, de inuolutione creaturarum, ſuperius aliqua diximus. Et dixit mihi: Scribe quia hæc fideliffima ſunt, & vera. Sed & hoc ſuperius dictum eſt. Et dixit mihi: Ego ſum Alpha & ω. Quid ſit Alpha & ω, ſubdendo manifeſtat, cum dicit: Initium & finis. Ego ſitienti dabo de fonte aquæ viuæ, gratis. Per fontem aquæ viuæ, ſæpe ſcriptura ſancta designatur: ſicut Dominus dicit in euangelio: Qui credit in me, ſicut ſcriptura dicit, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Sed ut ordinẽ ſeruemus, per fontem aquæ viuæ, gloriã cœleſtis patriæ debemus intelligere. Qui ſons ab ipſo domino procedens, mētēs omnium iuſtorum ſua inenarrabili dulcedine ſatiare non deſiſtit. Verum quomodo gloria iſta, gratis iuſtis datur, pro cuius acceptione, multa aduerſa perferunt, multas lachrymas fundunt, innumeras preces Deo offerunt, multas elemoſynas largiuntur, & cæteris bonis operibus ſemetipſos exercet? Sed gratis vitam æternam percipiunt, quia preſenti vitæ æternæ, quod ſunt bona opera, ab ipſo accipiunt qui dixit. Sine me nihil poteſtis facere. Ipſe quippe dat pretium, & ſine pretio vitam æternam largitur. Qui vicerit poſſidebit hæc, & ero illi Deus, & ipſe erit mihi filius. Qui vicerit diabolum, omniãque vitia ſuperans, in bonis operibus perfeuerauerit, poſſidebit hæc, id eſt, ea quæ ſuperius dicta ſunt, videlicet vt bibat ipſe de fonte vitæ æternæ, quod eſt gloria perpetua. Timidis autem & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatriis, & mendacibus, pars illorum erit in ſtagnũ ignis ardentis ſulphure, quod eſt mors ſecunda. Cum timor valde neceſſarius ſit hominibus, cur timorem inter octo vitia valde peſſima, primum poſuit? Sed ſunt timores boni, ſunt & mali. Eſt timor valde optimus, de quo dicit Pſalmiſta: Timor domini ſanctus permanet in ſeculũ ſeculi. Eſt & timor mortis valde neceſſariõ, timorq; ignis æterni, timor etiã bonorum hominum, quando amantur ab iis, a quibus timentur. Sunt & alij timores, qui aliquando iuuant, aliquando nocent, ſicut eſt timor malorum hominum, timor iudicij, timor malorum dominorum. Sunt alij timores valde peſſimi, de quibus hic dictum eſt reor. Sunt namque nonnulli qui timore penarum, ſæpe in ſtetibus compunguntur. Sed quia timent aſperitatem vitæ illius quæ ducit ad vitam vitia deſerere rigoremque vitæ bonæ apprehederẽ trepidant;

Eccl. 26. Hierem. 31.

Matt. 20.

Eccl. 3.

Matt. 5. Luc. 6.

2. Cor. 12. Eccleſ. 32. Lucus eccleſ. 3.

Gen. 18. Eccl. 3.

tridant. Sunt etiam multi quibus dedit Deus ſcientiam legum temporalium, qui in iudiciis poſiti, dum vident quosdã a potẽtioribus iniuſte opprimi, plus timentes iras hominum, quam iram Dei, eos quos per doctrinam quam acceperunt, iurare poterat, & a periculo liberare, tacendo in damnum magnum finunt deuenire. Sunt alij qui non ſolum non eos iuuant, ſed propter timorem hominum, ſententiam damnationis in eos proferunt. Eſt & timor quem auaritia parit, alijque timores valde inuiles, de quibus longum eſt dicere. Incredulos non eos tantummodo vocat qui non credunt, ſicut ſunt Iudæi, atque pagani, ſed & eos qui non credunt reſurrectionem. Sunt etiam multi ex iis qui Chriſtiani vocantur, qui non credunt Dei iuſtitie. Pro eo enim quod vitia diligunt, & deſideria carnis ſuæ perficere volunt, non credunt comminationes diuinarum ſcripturarum, nec putant, ſe pro iis eſſe damnandos. Nam libidinoſi dicunt, nullo modo pro vſu concubendi quenquam eſſe periturum. Sed & ebrioſi dicunt, nullo modo ſe pro nimia vini potatione eſſe puniendos. Similiter & auari, luxurioſi atque ſuperbi defendunt vitia ſua. Execratos eos eſſe puto qui execrantur mandata diuinarum ſcripturarum, correptionẽſque hominum honorum. Poſſumus & per execratos, eos intelligere, qui tantum ſunt inuerecundi, vt non pudeat eos quãdam execrabilia in conſpectu omnium perpetrare, qui non ſolum a iuſtis, verum etiã a quibuſdã iniuſtis, ſæpe execrantur. Homicidas vocat non ſolum interfecutores quorundam hominum, ſed & eos qui odium portant in cordibus ſuis, ſicut iſtis Ioãnes loquitur dicẽs, Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Sequitur fornicatio. Fornicationum genera multa ſunt. Quibuſcunque modis, excepta legitima vxore, deſiderium libidinis expletur, fornicatio vocatur. De fornicationis malo, Paulus Apoſtolus loquitur dicens: Qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat. In corpus ſuum peccat, qui integritatem eius violat, atque corrumpit, cum humores eius innoxios vi extrahit, atque effundit. Eſt & fornicatio cogitationis de qua Dominus loquitur dicens: Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, & cætera. Propheta quoque Hieruſalem fornicatricem vocauit, eo quod Deum derelinquens, idola colerit. Similiter & nos ſuggeſtionibus dæmonum obrepando, cum noſmetipſos eis ſubiicimus, fornicatores non inconuenienter vocamur. Venefici autem ſunt, qui corpora hominum veneno inſiciunt, vt eos extinguant. Sunt & alij multo deteriores venefici, ij videlicet qui ſeminant inter fratres diſcordias. Illi autem corpora interficiunt, iſti animas. Et multo deterior eſt mors animæ, quam corporis. Idololatræ verò ſunt, non ſolum ij qui idola colunt, ſed & omnes auari: hoc demonſtrante Apoſtolo Paulo, qui auaritiã idolorum ſeruitutẽ vocat. Sed valde terribile eſt, quod ſequitur: *Et omnibus mendacibus.* Deinde ſubiugit: *Pars illorum erit in ſtagnũ ignis ardentis ſulphure, quod eſt mors ſecunda.* Et Pſalmiſta dicit ad Dominum: Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Et in alio loco: Omnis homo mendax. Si igitur omnis homo mendax, & ſi perdet Deus omnes qui loquuntur mendacium, & ſi omnes mendaces partem habebunt in

tridant. Sunt etiam multi quibus dedit Deus scientiam legum temporalium, qui in iudiciis poſiti, dum vident quosdã a potẽtioribus iniuſte opprimi, plus timentes iras hominum, quam iram Dei, eos quos per doctrinam quam acceperunt, iurare poterat, & a periculo liberare, tacendo in damnum magnum finunt deuenire. Sunt alij qui non ſolum non eos iuuant, ſed propter timorem hominum, ſententiam damnationis in eos proferunt. Eſt & timor quem auaritia parit, alijque timores valde inuiles, de quibus longum eſt dicere. Incredulos non eos tantummodo vocat qui non credunt, ſicut ſunt Iudæi, atque pagani, ſed & eos qui non credunt reſurrectionem. Sunt etiam multi ex iis qui Chriſtiani vocantur, qui non credunt Dei iuſtitie. Pro eo enim quod vitia diligunt, & deſideria carnis ſuæ perficere volunt, non credunt comminationes diuinarum ſcripturarum, nec putant, ſe pro iis eſſe damnandos. Nam libidinoſi dicunt, nullo modo pro vſu concubendi quenquam eſſe periturum. Sed & ebrioſi dicunt, nullo modo ſe pro nimia vini potatione eſſe puniendos. Similiter & auari, luxurioſi atque ſuperbi defendunt vitia ſua. Execratos eos eſſe puto qui execrantur mandata diuinarum ſcripturarum, correptionẽſque hominum honorum. Poſſumus & per execratos, eos intelligere, qui tantum ſunt inuerecundi, vt non pudeat eos quãdam execrabilia in conſpectu omnium perpetrare, qui non ſolum a iuſtis, verum etiã a quibuſdã iniuſtis, ſæpe execrantur. Homicidas vocat non ſolum interfecutores quorundam hominum, ſed & eos qui odium portant in cordibus ſuis, ſicut iſtis Ioãnes loquitur dicẽs, Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. Sequitur fornicatio. Fornicationum genera multa ſunt. Quibuſcunque modis, excepta legitima vxore, deſiderium libidinis expletur, fornicatio vocatur. De fornicationis malo, Paulus Apoſtolus loquitur dicens: Qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat. In corpus ſuum peccat, qui integritatem eius violat, atque corrumpit, cum humores eius innoxios vi extrahit, atque effundit. Eſt & fornicatio cogitationis de qua Dominus loquitur dicens: Qui viderit mulierem ad concupiſcendum eam, & cætera. Propheta quoque Hieruſalem fornicatricem vocauit, eo quod Deum derelinquens, idola colerit. Similiter & nos ſuggeſtionibus dæmonum obrepando, cum noſmetipſos eis ſubiicimus, fornicatores non inconuenienter vocamur. Venefici autem ſunt, qui corpora hominum veneno inſiciunt, vt eos extinguant. Sunt & alij multo deteriores venefici, ij videlicet qui ſeminant inter fratres diſcordias. Illi autem corpora interficiunt, iſti animas. Et multo deterior eſt mors animæ, quam corporis. Idololatræ verò ſunt, non ſolum ij qui idola colunt, ſed & omnes auari: hoc demonſtrante Apoſtolo Paulo, qui auaritiã idolorum ſeruitutẽ vocat. Sed valde terribile eſt, quod ſequitur: *Et omnibus mendacibus.* Deinde ſubiugit: *Pars illorum erit in ſtagnũ ignis ardentis ſulphure, quod eſt mors ſecunda.* Et Pſalmiſta dicit ad Dominum: Perdes omnes qui loquuntur mendacium. Et in alio loco: Omnis homo mendax. Si igitur omnis homo mendax, & ſi perdet Deus omnes qui loquuntur mendacium, & ſi omnes mendaces partem habebunt in

impj vt vitia indulgeat impunitatem ſibi falſo promittunt.

Ebrj.

Proſtituta malitia homines

Homicida qui ſint. 1. Ioan. 3.

Fornicatio.

1. Cor. 6.

Matt. 5. Eccl. 16.

Venefici.

Diſcordia in thoro. Idololatria. Coloſ. 3.

Mendacium. Pſalm. 5. Pſalm. 115.

Pſalm. 119. Nume. 11.

Ioan. 7.

Merces vitæ æternæ quomodo gratis datur.

Ioan. 15.

\*Videtur legẽ dnm. ſuo.

Pſalm. 18. Timor boni & mali.

perditione cum cæteris impiis, de quibus hætenus locuti ſumus, quis ſaluus eſſe poterit? Scimus naque nullum hominem hanc vitam poſſe tranſire, vt aliquando non mentiatur, niſi fuerit infans qui ſari non poteſt. Sed non de omnibus mendaciis hoc dictum eſt intelligere debemus, ſicut nec illud de omnibus peccatoribus quod in Pſalmo tricetiſimo ſexto canitur, quia peccatores peribunt. Et in Pſalmo centeſimo quadreſimo quarto: Custodit Dominus omnes diligentes ſe, & omnes peccatores diſperdet. Si peccatores peribunt, & omnes peccatores diſperdet, & omnes ſumus peccatores, ſecundum dictum iſtius Ioãnis, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt, ergo omnes peribimus. Abſit. Sed nec hoc de omnibus peccatoribus dictum eſt intelligere debemus, ſed de illis tantummodo qui in grauibus peccatis ſemetipſos præcipitantes, nolunt agere penitentiam de iniquitatibus ſuis. Similiter & hic, non de omnibus mendacibus dictum eſt intelligere debemus. Sunt enim mendacia quæ inter leuia peccata deputantur, a quibus nullum puto hominem ex toto poſſe abſtinere. Sunt & grauiora, quæ mergunt hominem in damnationem mortis. Sed quia iis temporibus multi ſunt qui ſine aliqua reuerentia Dei omnipotentis, pene aſſiduè mentiuntur, placuit nobis vt de hoc vitio aliqua dicamus. Verum prius de leuibus mendaciis dicamus, poſtea de grauioribus. Sæpe aſſimilatione mētium, aſſimilantes nos videre quod non videmus, aut audire quod non audimus, aut ſci re quod non ſcimus. Sæpe naque cum a longe quodam proſpicimus, falſit nos aſpectus noſter, & dicimus eſſe qui non ſunt. Sæpe etiam & obſcuris temporibus, cum procul lapides aut arbuſta conſpicimus, ipſa obſcuritate fallimur & dicimus homines eſſe aut beſtias. Sæpe obliuione fallimur cum obliuiſcimus quæ fecimus & vidimus aut locuti fuimus, & dicimus nos feciſſe quod non fecimus, aut non feciſſe quod fecimus, aut audiſſe quod non audiuiſſe, aut non audiſſe, quod audiuiſſe, aut vididiſſe, quod non vididiſſe, aut non vididiſſe quod vididiſſe, aut dixiſſe quod non diximus, aut non dixiſſe quod diximus. Sæpe & cum audimus quod deſideramus, diximus verum eſſe quod audimus, & ſæpe contingit quod falſum ſit. Et cum audimus quod nolumus, dicimus falſum eſſe, quamuis verum ſit. Sæpe etiam loco mentimur, vt riſum audientibus excitemus. Sæpe verò ex nimia credulitate mentimur. Nam cum audimus quosdam homines, quos veraces exiſtimamus, aliqua narrantes veriſimilia, credentes quod audiuiſſe, cum ea aliis referimus, dicimus vera eſſe quamuis ſint falſa, & frequẽter cum iuramento affirmamus. Sunt & multi qui geſta patrũ quæ in diuinis ſcripturis aut legerunt, aut audierunt, ex parte obliuiſcentes, cum ea aliis narrare cœperint aut quædam mendacia intermiſcent, aut ex multis narrationibus vnã facere conantur. Et ſicut qui ſtannũ aut vel argento admixcens, inutilẽ materiam facit, ita & iſti cum ex multis narrationibus vnã facere fatagunt, mentiẽdo inutilem reddunt. Melius eſt enim ſilere, quam geſta ſanctorum mendaciter proferre. Sunt etiam multi diuinis literis eruditi, qui Iudæis vltra quam oportet credentes, quãdam

Neminẽ eſſe qui a mendaciis in totum abſtineat.

Dua peccantiũ genera.

1. Ioan. 1.

Mendacia leuia ſeu erroes

EXPOSITIO DIVI AMBROSII

Iudaei in odium Christi sensu scripturae suis fabulis depravare conatur. Ican. 8. Psal. 117. Exodo. Exod. 1. Mendacia officiosa ex scripturis. Iosue. 2. Heb. 11. 2. Reg. 15. 17.

corum fabulas vanissimas suscipiunt, & suis traditionibus interserunt. Scimus itaque quoniam Iudei omnia quae de Christo in veteri testamento inveniuntur, in praeuos sensus pervertere nituntur, ut gloriae nominis Christi, apud quoscumque possunt, extinguant. Et non solum prophetias de Christo evertunt, sed & in caeteris locis, multas vanissimas & obscurissimas fabulas interponunt. Miror ergo cur inimicis Christi, omnique religionis nostrae creditor, aut ab eis aliqua suscipiuntur, nisi tantummodo ea quae ab antiquis patribus probata esse dignoscuntur. Ipsi quippe patrem habent diabolum, qui in veritate non stetit, quia mendax est ipse & pater eius, & quoscumque diabolus possidet, mendaces facit. Saepe & timore mentimur. Nam cum timemur, ut a potentioribus aliqua molestiae nobis ingerantur, aliquando mendacia excogitamus, per quae liberemur. Sed & viatores quaedam mendacia inuenire solent, ut a latronibus liberentur. Similiter & serui & pueri aliqua mendacia interpolare solent, ne vapuleant. Sunt etiam multi, qui in extraneis locis positi, egenstatis, aut aliqua necessitatis causa mentiuntur, ut victum aut aliqua corporis necessaria, sibi adquirant. Saepe & nos amore atque ira mentimur laudantes eos quos diligimus ultra modum, & vituperantes eos quibus irati sumus, plus quam oportet. Sed ista grauiora mihi videntur, quam superiora. Sunt alia mendacia superioribus similia, quae longum est prosequi. In talibus namque mendaciis non solum iniusti, sed & iusti saepe dilabuntur. Et propter hoc videretur mihi Psalmistam dixisse. Omnis homo mendax. Est & aliud genus mendaciarum, quod absque culpa videretur, nisi scriptura diceret, quia omne mendacium a malo est: ex quo aliqua in diuinis scripturis inueniuntur. In 1. Genesi namque scriptum est, quod praeeperit Pharaon obstetricibus Hebraeorum ut masculos interficerent, & foeminas reseruent. Sed illae timentes Deum conseruabant mares. Pro qua re, cum a Pharaone increparentur, dixerunt, quod omnes Hebraeae mulieres obstetricandi habent scientiam, illisque nescientibus parerent. Nonne melius fuit mentiendo pueros reseruare, quam vera dicendo, tot homicidia perpetrare? In Iosue quoque scriptum est, quod miserit duos exploratores, ad explorandam meretricis, nomine Raab, quae abscondit eos in interioribus domus suae. Venientibusque persecutoribus eorum, dixit, quod cum porta clauderetur in tenebris aufugissent. Atque pro hoc mendacio, a persecutoribus eos liberans, ipsa cum tota cognatione sua, a mortis periculo liberata est. Et pro hoc facto, a beato Paulo Apostolo, in epistola ad Hebraeos laudatur, ait enim: Fide Raab meretrix non perit cum ceteris incredulis, excipiens exploratores cum pace. In regum etiam volumine scriptum est, quod Dauid fugiens Absalon filium suum, miserit Hierusalem duos exploratores, ad explorandos actus eiusdem filij sui. Quod cum audisset Absalon, misit qui eos caperent. At illi fugientes, ingressi sunt domum cuiusdam viri, cuius vxor abscondit eos in puteo, quem habebat in vestibulo, posito de super operimento. Venientes vero persecutores eorum, eosque requirentes, illa respondit: Transferunt sta-

tim gustata paululum aqua. Verum igitur dicendo, eos possit perdere quos mentiendo seruauit. Taliu itaque mendaciorum maculae, a charitate ex qua procedunt, delentur, quia charitas operit multitudinem peccatorum. Nunc de grauioribus mendaciis dicamus. Sunt namque infidelitatis mendacia, sunt & blasphemiae, sunt & alia quae ex odio procedunt, alia quae inuidia generat, alia quae auaritia, alia quae vana gloria, habent nihilominus caetera vitia, mendacia sibi conuenientia. Infideles quippe Iudaei atque ethnici, habent plurima mendacia. Nam excepto quod Christum negant venisse in carne, habent multos errores, quibus decepti pereunt. Sunt & mendacia blasphemiae, quibus idem Iudaei atque Paganorum, necnon & haeretici Deum & ecclesiam, omniaque diuina mysteria multis modis blasphemant. Sunt etiam mendacia, quae ex odio procedunt. Nam nonnulli pro eo quod odium in cordibus contra proximos gestant, falsa crimina eis innectunt, & quos non possunt gladio interficere, falsis criminationibus in damnum magnum, saepe etiam & in mortem praecipitant. Sunt & alia mendacia, quae parit inuidia. Inuidiosi quippe cum vident aliquos, aut dignitatibus seculi, aut sapientia, aut aliquibus artibus praepollere, eos despiciere & subannare non cessant: seque ipsos illis praeferre, ut ipsi clatiores apud eos qui eorum mendaciis credunt, videantur, quam illi quos despiciunt. Sunt & derisionis mendacia, quae proprie ad inuidios pertinent. Derident namque semper inuidi facta meliorum, & quibus coaequare non possunt, eorum actus suis mendaciis obnubilare quaerunt. Sunt enim multi qui eos quos odio habent, aut quibus inuidet fingentes se esse amicos, suis calidis suasionibus, ad quaedam flagitia perpetranda pertrahunt. Quos cum in aliquod scelus, veluti in foueam alicuius peccati praecipitauerint, contra eos versi atrocius quam caeteri persequuntur, & qui videbantur amici, quod fuerint pessimi inimici comprobantur. Habet & auaritia mendacia sua. Quam multi sunt qui propter aliorum substantiam tollendam, multas fallacias & diuersas machinationes componunt, ut aliis auferant, unde auaritia suae baratro quod insatiabile est, aliquantulum satisfaciant. Sunt etiam multi qui pro praemiorum acceptionibus, falsi testes contra proximos suos efficiuntur, & eos mentiando, aut in seruitium praecipitant, aut haereditatem siue substantiam auferunt. Sunt & alia mendacia, quae gignunt vanam gloriam. Sunt enim multi vanae gloriae amatores, qui ut magni & egregij ab hominibus habeantur, dicunt se magna quaedam fecisse, quae non fecerunt, aut posse quod non potuerunt, aut possidere quod non possidebant, aut sapere quod non sapiebant, ut ad celsitudinem ad quam conscendere nequeunt, sua mendacia eos eleuent. Et quia hoc vitium apud quosdam pro nihilo habetur, etiam in monasteriis scimus quosdam hoc vitio esse maculatos. Multi quippe sunt qui postquam seculum reliquissent videntur, ut magnos & inclytos se apud simplices quosque & qui in monasteriis educati fuerunt constituent, dicunt se possessores fuisse magnarum diuitiarum, iactant se fuisse preliatores, venatores, & multa alia de se mentiuntur, ut magni apud eos, quos suis mendaciis decipere

Charitas deler maculans officiosi mendaciarum. 1. Per. 4. Mendacia grauiora. Mendacia blasphemiae contra ecclesiam & diuina mysteria. Detractio. Mendacia ex inuidia. Derisio inuidia filia. Personatus amicus hostis pessimus. Auaritia. Inanis gloria.


1. Reg. 31. 2. Reg. 1. 1. Cantantia etiam sine mendacia peccatum. Contra asiduitatem mentendi. Matth. 5. Peccans sine causa sine tentatione.

pere possunt, habeantur. Ad te ergo loquor qui talis es: Ecce qui in seculo positus, vix simplicem cibum, qui tibi iussitque omnibus sufficeret, per totum annum elaborare poteras, in monasterio positus, possessor thesaurorum, praediorum, magnarumque diuitiarum efficeris. Et qui vix vnam vulpeculam capere poteras, monachus effectus, venator potentissimus factus es, & qui quosdam ex infimis vicinis tuis formidabas, in monasterio positus, preliatorem fortissimum te fecisti. Ecce hoc non fuit seculum reliquisse, sed acquisisse. Dicis te hominem in praedio interfecisse, & homicidij reatum super te imposuisti. Lingua mendax fecit, quod manus non praualuit. Et vis ut probem quod te mentiando, reum homicidij feceris? Saul, sicut in Libro Regum legimus, timore Philistinorum, manu propria semetipsum interfecit. Venitque quidam homo ad sanctum Dauid, & dixit quod ipse Saulem, qui eum persequeretur, interfecisset: sed ille spiritu prophetiae mentitum esse eum intelligens, veluti homicidam punire iussit: reatumque homicidij super illum imponens, dixit: Sanguis tuus super caput tuum. Os enim tuum locutum est aduersum te dicens, Ego interfeci Christum Domini. Scimus autem diuites seculi ad conuersionem venientes, grauius peccare, si se de diuitiis ac potentia sua iactare coeperint. Et si ille reus est, qui verum dicit, quantum magis tu qui penes per omnia metiris. Sunt etiam alij qui prope indefinenter mentiuntur, & vix aliquid loqui possunt sine mendaciarum admixtione. Qui ad omnia sepe quae audiunt, quaedam mendacia confingunt: & dicunt se vidisse quae non viderunt, & audisse quae non audierunt, & fecisse quae non fecerunt. Cumque a veracibus deprehensi fuerint, dicunt non posse quemquam bene vera loqui, qui non possit bene metiri. O stulte, quam vana est assertio tua. Ecce Christus multa bene & veraciter locutus est, qui nunquam potuit mentiri. Cuius vestigia te sequi magis oportuisset, in quantum virtus suppeteret. Similiter & caeteri praedicatorum multa docuerunt & scripserunt sine permixtione mendaciarum, & scriptura dicit, quia omne mendacium a malo est. Si mendacium malum est, quomodo malum bene potest proferri? O infelix, quam vana est tibi ira Dei omnipotentis, quae asidue sine causa offendere non trepidas. Nam caetera vitia quantum Domino contraria sunt, videntur tamen aliquid corpori conferre. Auaritia quippe quamuis sit per omnia Deo adibilis, videtur tamen aliquid corpori conferre: quia diuitias congregat, ex quibus desideria sua expleat. Similiter & libido videtur aliquid corpori conferre, quia in perfectione eius, voluptas carnis extinguitur. Et ebrietas quamuis Deum offendat, gula desideria perficit. Similiter & caetera vitia ad carnis desideria perficienda assumuntur. Sunt etiam quaedam mendacia, quae corpori aliquid videntur adicere, sicut sunt auaritia, de quibus superius diximus. Tu autem nihil corpori acquiris, & Deum sine intermissione offendere non metuis. Ecce mendacium tuum leue esset, si tardae accidisset: verum ex iugi continuatione, grauisimum atque importabile efficitur. Nam sicut lutum leuius est quam plumbum, sed ex multiplicatione sua grauius & periculosius fit, ita ut in eo saepe pecora demergantur:

sic & quaedam leuia peccata ex cogerie sua, grauiora quibusdam, quae grauius existimantur, efficiuntur. Et scito quia sicut ipse dixit, Deus veritas est, nihil plus contrarium potest esse veritati, quam mendacium. Horum ergo pars erit in stagno ignis ardentis sulphure, quod est mors secunda. Quid sit mors secunda, in hoc loco manifeste demonstrat. A supradictis igitur vitiis, ne in morte secunda incidamus, misericordia Domini nostri Iesu Christi redemptoris nostri, nos liberare dignetur, qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnant Deus, per omnia secula seculorum Amen.

Explicit expositio visionis sextae.

INCIPIT EXPOSITIO VISIONIS SEPTIMAE



Septima visio ad quam Domino donante peruenimus, tota ad illud tempus quod post resurrectionem futurum est, pertinet. Et ordo poscebat, ut generali resurrectione descripta gloriam sanctorum, qua post resurrectionem sine fine possidebunt, describeret: quae sub figura ciuitatis Hierusalem, in hac visione describitur. Et venit vnus de septem angelis qui habebat phialas, & locutus est mecum, dicens: Veni, ostendam tibi sponsam vxorem agni. Superius in quinta visione, Ioannes dicit, septem angelos habentes septem phialas sibi fuisse demonstratos. Et in sequentibus vnus ex illis, ciuitatem diaboli damnationemque eius sub specie mulieris meretricis, sibi ostendisse. Similiter & hic vnus ex eisdem septem angelis dicit sibi ciuitatem Dei sub figura Hierusalem demonstrasse, eandem ergo significationem habent singuli isti, quae illi septem. Significant namque praedicatorum, qui fuerunt & erunt vsque in fine: Ioannes vero, typum tenet caeterorum fidelium. Angelus igitur Ioanni se demonstraturum ciuitatem Dei repromittit: quia praedicatorum sancti, caeteris fidelibus quanta sit beatitudo iustorum, in quantum possunt, student demonstrare, ut eos ad vitam aeternam percipiendam accendant. Quam etiam sponsam, vxorem agni vocat. Quod sponsa agni ecclesia iure vocetur, Ioannes Baptista demonstrat, dicens: Qui habet sponsam, sponsus est. Quod autem & vxor dicatur, scriptura demonstrat dicens: Propter hoc relinquet homo patrem & matrem, & adhaerebit vxori suae, & erunt duo in carne vna. Quasi ergo patrem suum filius Dei dereliquit, cum de illa coelesti beatitudine ad terras descendens, hominem assumpsit, quem pro sponsa sua quae est ecclesia, daret. Matrem dereliquit, quia affectum matris abiiciens, corpus quod ex ea assumpsit, pro ecclesia sua tradidit. Quae sibi ita vnuit, ut ipse sit caput, & ipsa corpus. Et sustulit me in montem magnum & altum. Mos iste, Christus est. De hoc monte Propheta loquitur dicens: Er erit in nouissimis diebus preparatus mons domus Domini, super verticem montium. Montes super quorum verticem mons domus Domini preparatus esse dicitur, patres veteris testamenti designant. Super hunc igitur montem domus Domini, id est, ecclesia aedificata est: quia super Christum fundata est, sicut Paulus apostolus loquitur dicens: Fundamentum

Septima visio de gloria sanctorum. Supra, cap. 15. Praedicatorum. Ioan. 3. Genes. 2. Ephes. 5. Coloss. 3. Esai. 2. 1. Cor. 3.

*Vltima visio  
Ezech. & vltima  
Ioannis  
conferuntur.  
Ezech. 40*

*Ecclesia in  
hac vita pro-  
pter mixta  
& carnia im-  
perfecte cogno-  
scitur.*

*Simile.*

*Sanctorum  
claritas a Deo  
est.*

*Rom. 8.*

aliud nemo potest ponere preter id quod positum est, quod est Christus Iesus. *Et ostendit mihi civitatem sanctam Hierusalem descendentem de caelo, habentem claritatem Dei.* Notandum quia Ezechielis vltima visio, cum hac Ioannis visione concordat in aliquibus locis. Et ideo placuit ut de illa huic operi pauca inferamus. Dicit namque montem sibi fuisse demonstratum, super quem erat ciuitas, & in ea templum. Verum ciuitatem tatummodo commemorans, de templi structura multa est locutus. Eadem vero significationem habet illud templum, quam & hic ciuitas: significant enim ecclesiam. Sed per templum illud, presentis temporis ecclesia: per ciuitatem autem Hierusalem, ecclesia quidem, sed qualis post finem mundi futura est, designatur. Sed dicit aliquis: Quomodo descriptio ista Hierusalem, id est, ecclesiae, ad futurum tempus pertinet, cum presentis temporis eius forma in hac videatur visione describi? Ad quod nos respondemus, quia ecclesia quoad in hac vita consistit, agnoscere perfectam non potest, sed quasi sub quodam velamine abscondita tenetur, cum ignoretur quis sit reprobus, aut quis electus, aut ad quem finem actus suos vnusquisque perducat: in illa autem vita, eius forma omnibus patebit. Tunc enim aliquando omnibus apparebit, quis fuerit murus, qui portae, qui fundamenta, qui lapides structurae, qui lapides preciosi. Sed querendum nobis est, quomodo de caelo descendere dicatur, cum ad ecclestiasticam habitationem quotidie condescendat, in qua sine fine permansura creditur. Sanctorum actus atque merita quandiu mente pertractamus, semper augentur in cordibus nostris: & quanto plus ea consideramus, tanto amplius eorum magnificentia nobis eleuatur. At cum oculos mentis nostrae ad magnitudinem Dei omnipotentis considerandam attollimus, magnitudo sanctorum magnitudini Dei comparata, valde nobis humiliatur. Ascendunt igitur nobis sancti, cum eorum actus & merita consideramus: descendunt vero, cum ad considerandam Dei omnipotentiam, oculos mentis nostrae attollimus. Dicitur igitur claritatem Dei habuisse. Habebat profecto claritatem Dei, non suam. Saepe etenim sol in aqua fulgens, suam claritatem aquae largitur, ita ut aqua oculos intuentium reuerberet, sicuti & sol. Quomodo igitur aqua claritatem solis habet, sed non a seipsa, sed a sole, ita & sancti habent claritatem Dei, sed non a seipsis, sed a Deo a quo illuminantur. *Lumen eius simile lapidi precioso, & tanquam lapidi iaspide, atque crystalli.* Ecce tres lapides posuit, quorum lumen ecclesiae assimilauit: vnus sine nomine, duos vero nominatim exprimes. Possumus itaque per lapidem preciosum, patrem: per iaspidem, filium: per crystallum, spiritum sanctum intelligere. Primus sine nomine est, quia pater a seipso est. Secundus & tertius nominatim exprimuntur: quia filius a patre est, spiritus vero sanctus ab utroque procedit. Possumus etiam per lapidem preciosum, spem: per iaspidem, fidem: per crystallum vero, charitatem intelligere. Sed potest aliquis dicere, quia in illa vita necessariae non crunt fides & spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Ad quod respondemus, quia sicut vestis quae ex aliqua materia tingitur, post tinctionem materia abiecta, colorem pulcherrimum in se retinet: ita & in illa vita, fide, spe,

humilitate, abstinentia, ceterisque virtutibus abique charitate sine accipiuntur, splendor quem ex operatione illarum sancti acquirunt, in eis sine fine permanebit. *Et habebat murum magnum, & altum.* Iste est murus de quo dicit Propheta: *Vrbs fortitudinis nostrae Sion, Saluator ponetur in ea murus, & antemurale.* Per hunc igitur murum, Christus cum omnibus membris suis designatur: ita ut per illum, fundamentum: per reliquam vero structuram, eius membra figurentur. *Et habentem portas duodecim.* In Ezechiele scriptum est, quod templum quod ei demonstratum est, tres portas habuerit, Orientalem videlicet, Australem & aquilonarem. Praecipitque Deus, ut porta Orientalis clausa semper maneret, principe tantummodo per eam intrante & exeunte. Per portam Orientalem, beata virgo Maria figuratur, quae clausa ante ingressum principis, id est Christi, semper extitit: & post egressum eius, clausa in aeuum permansit. Porta autem Australis, vetus testamentum: porta vero Aquilonaris, nouum designat. Ij itaque qui australi parte venire dicuntur, Iudaeos: qui autem ab Aquilonari, gentes designant. Iudaei itaque qui cognitionem Dei habebant, & quibus lex data fuerat a parte solis, id est ab Australi parte, in qua sol feruet, non incongrue in ecclesia venire dicuntur. Per portam Australem ingrediebantur, quia cognoscentes in veteri testamento multipliciter Christum esse prophetatum, diuersis modis praefiguratum, eos ad fidem Christi suscipiendam, suae scripturae pertrahebant. Gentiles vero idololatriam deserentes, illique abrenunciantes, qui dixit: *Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis: ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo, non incongrue ab Aquilonari parte venire dicuntur.* Per portam aquilonarem ingrediebantur, quia doctrinam euangelij audientes, virtutes etiam quae per Christum & ministros eius factae sunt admirantes, ad fidem Christi suscipiendam currebant. Praeceptum est etiam, ut per iter quo quisque intrauerat, non regrederetur, sed e regione eius egrederetur. Videlicet ut qui ingrediebatur per portam meridianam, egrederetur per portam septentrionalem: & qui ingrediebatur per portam septentrionalem, egrederetur per portam meridianam. Iudaei quos intelligentia veteris testamenti, ad fidem Christi suscipiendam perducebat, non debebant reuerti ea parte qua venerant, scilicet ut observationes legales carnaliter impleverent, sed egredi potius per portam Aquilonarem ad Euangelij videlicet doctrinam meditandam, & perferendam se transferre, ut discerent spiritaliter implere, quod antea carnaliter facere saegebant. Gentiles vero qui per portam Aquilonarem ingrediebantur, id est, qui per doctrinam Euangelij filij ecclesiae efficiebantur, non debebant reuerti ea parte qua venerant, videlicet ut ad errores philosophorum perferendos regrederentur: sed potius post susceptionem fidei atque doctrinae Euangelicae, ad portam meridianam, id est, ad doctrinam veteris testamenti perferendam se transferre, ut cum inuenirent in eo Christum multis modis esse praedictum, roboraretur in eis fides Christi. Per portas autem duodecim, quas Hierusalem

*Esa. 26.*

*Perpetua virginitas beatae Mariae.*

*Esa. 14.*

*Ezech. 46.*

*Ecclesia ex omnibus gentibus collecta.*

*Petrus fundamentum ecclesiae quomodo? Matth. 16.*

*1. Cor. 3.*

*Ioan. 14.*

*Locus Pauli 1. Cor. 3. exponitur.*

*psalm. 118.*

rufalem habere dicitur, duodecim Apostoli eorumque doctrina designatur. *Et in portis, Angelos vidi duodecim.* Angeli duodecim, ceteros praedicatores, videlicet Apostolorum sequaces, designant. Qui in portis visi dicuntur, quia fidem Apostolorum inconcussam tenentes, eorumque doctrinam sequentes, quoscunque potuerunt, ad fidem Christi trahere studuerunt. *Et nomina scripta duodecim tribuum filiorum Israel.* Per nomina duodecim tribuum, partes veteris testamenti possumus accipere, qui a fide sanctae trinitatis non deuiaverunt. Possumus etiam & per eadem nomina vetus testamentum intelligere. Nomina duodecim tribuum, in portis scripta erant: quia doctrina Apostolorum ceterorumque praedicatorum plena sunt exemplis veteris testamenti. Ab Oriente portae tres. Quatuor plagas mundi posuit, ut indicet penes omnes gentes, quae inter quatuor plagas mundi continentur, ad ecclesiam conuenisse. Contra vnam quaque vero plagam, ternas portas se vidisse dixit, id est, simul duodecim, ut indicet nullum intra ecclesiam ingredi posse, nisi per confessionem sanctae trinitatis. Et quia doctrina Apostolorum nihil est aliud nisi Euangelium, & ipsum Euangelium in quatuor libros diuiditur, & vnus cuiusque libri doctrina in fide sanctae trinitatis consistit: recte haec ciuitas quatuor latera habere dicitur, & per singula ternas portas: quae simul iunctae, fiunt duodecim. *Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim, et in ipsis scripta duodecim nomina Apostolorum et agni.* Quid significet duodecim fundamenta, ipse exposuit, cum subiunxit, quod in eis scripta essent duodecim Apostolorum nomina & agni. Reprehensus sum a quodam, cur Petrum fundamentum ecclesiae dixerim, in eo loco ubi Dominus dicit: *Tu es Petrus, & super hanc petram aedificabo ecclesiam meam.* Si Petrus fundamentum est ecclesiae sicut & ceteri Apostoli, quemadmodum praesens lectio aperte demonstrat: ergo super ipsum aedificata est, sicut & super ceteros. Si vero super Petrum ecclesia aedificata non est, ergo nec super ceteros. Vera est ergo huius Ioannis praesens assertio, quia duodecim fundamenta esse ecclesiae dixit. Nec repellit nos a nostro intellectu, illud quod Apostolus dicit: *Fundamentum aliud nemo potest ponere, praeter id quod positum est, quod est Christus Iesus.* Non enim aliud fundamentum est Petrus, & aliud Christus Iesus, quia Petrus membrum est Christi Iesu, sicut ipse dixit discipulis suis: *Vos in me, & ego in vobis.* Christus namque fundamentum est omnium Apostolorum suorum, similiter & ipsi fundamenta sunt eorum, qui per eos crediderunt. Vnum est igitur fundamentum, id est, Christus a quo continentur omnia fundamenta, super quem etiam Christum tota compages ecclesiae constructa est. De hoc fundamento Paulus loquitur: dicens: *Si quis autem aedificat supra fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides preciosos, lignum, fenum, stipulam, vnus cuiusque opus quale sit, ignis probabit.* Sex hic posuit species: tres speciosas, & tres viles. Saepe per aurum sapientia designatur. Aurum supra fundamentum Christi aedificat, qui sapientiam quae vitia conterat, & virtutes nutriat, in corde suo recodit, imitans Psalmistam, qui dixit: *In corde meo*

abscondi cloquia tua, ut non peccem tibi. Per argentum vero sermo praedicationis exprimitur. De quo idem Psalmista dicit: *Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum.* Argenti supra fundamentum Christi aedificat, qui bonum quod didicit, alios docet, ut eos ad bona opera agenda pertrahat. Per lapides autem pretiosos, bona opera designantur: lapides preciosos supra fundamentum Christi aedificat, qui bonum quod docet, operibus implet. Sunt quidam qui verba exhortationis, quibus ceteros perfecte instruat non habent, sed cum bona opera exercent, lapides preciosos super fundamentum Christi aedificant. Similiter & qui parua sciunt, & ea alios docent, argentum vtique super Christum aedificant: si tamen operibus impleant ea quae docent. Multi enim intellectum quem acceperunt, alios docendo super Christum aedificant, sed per mala opera destruunt in se, quod aedificauerunt. Per ligna vero, fenum, atque stipulam, peccata minima designantur. Sed alius intellectus est, qui nos ab hoc sensu excludit. Non enim super Christum peccata, sed virtutum opera aedificantur. Et quando peccamus, ab aedificatione quae fit super Christum reuertimur, & quanto grauius peccamus, tanto longius separamur. Sed cum per poenitentiam ad bona opera agenda recurrimus, ad aedificationem quae fit super Christum reuertimur. Possumus ergo per ligna, terrena opera intelligere, dum quis terreno operi insistit, ut habeat unde viuat, ne forte necessitate compulsus, furari cogatur. Nam Apostolus praecipit, ut cum silentio operantes, vnusquisque suum panem manducet. Per fenum vero amorem terrenum possumus accipere, cum quis pro affectu carnis, vxore, filios, fratresque diligit. Sed & hoc ipsum Apostolus praecipit, ut viri vxores, vxores viros, filij parentes, parentes filios suos diligant. Per stipulam autem, eos possumus intelligere, qui pro eo quod eos libido exagitat, & se continere non possunt, vxores accipiunt. Sed & hoc Apostolus praecipit, dicens: *Propter fornicationem, vnusquisque suam vxorem habeat.* Et quia talis conuersatio sine crebris offensionibus esse non potest, dicit per ignem tales esse saluandos, id est, per ignem purgatorium. Et hoc fiet si a grauibus peccatis se abstinerint, & per eleemosynarum largitionem hoc promouerint, ut post mortem, per ignem purgatorium saluari possint. Sicut enim aurum quod ex aliis permixtionibus sordidum efficitur, per ignem purgatur: ita & isti a sordibus quas ex mundanis actibus contraxerunt, per ignem mundantur, ut digni fiant electorum numero sociari. Et qui loquebatur mecum, habebat harundinem auream, ut metiretur ciuitatem, & portas & murum. Angelus qui loquebatur cum Ioanne, in hoc loco Christum significat, qui modo reget omnes gentes in virga ferrea, sicut superius iam dictum est. In futuro autem ciuitatem Dei, quae ex omnibus gentibus constabit, harundine aurea metietur. Diximus superius per virgam ferream, disciplinam Euangelij esse designatam, ferum vero graue est, & durissimum. De duritia autem virgae ferreae dicit Dominus in Euangelio: *Arcta & angusta via est, quae ducit ad vitam.* Sed hanc duritiam, amor Dei & spes caelestis patriae, suauem & leuem facit, sicut ipse iterum dicit: *Iugum meum*

*psalm. 118.*

*Pradicatorum qui dicuntur non faciunt.*

*2. Thes. 3.*

*1. Phes. 5. & Tit. 2.*

*1. Cor. 7. Ignis purgatorius.*

*cap. 2. 19.*

*Matth. 7.*



beatitud.

suave est, & onus meum leue. Virga itaque ferrea in harundinem leuem, suauem, atque auream commutabitur: quia sancti pro angustiis quas pro Christo pertulerunt, suauitate, & gloria perpetua recipient. Metietur vero ciuitate & portas eius, & murum quando secundum qualitatem operum unicuique mercedem restituet. Sed querendum nobis est, cum ciuitatem mensus fuisse dicatur, cur portas & murum adiunxerit, cum ciuitatis nomine hæc omnia comprehendantur. Verum sicut præterita & futura docent, per portas, Apostoli: per ciuitatem, Apostolici viri: per muros vero, cætera multitudo fidelium designatur. Sed hæc sequentia plenius manifestant. Sequitur: *Et ciuitas in quadrato posita est, & longitudo eius tanta est, quanta & latitudo.* Per quadraturam ciuitatis, perfectio designatur. Quadratum quippe lapidem in quacunque partem verteris, rectus stabit. Et si quadratum lapidem aut aliud quicquid quadrari potest, diligenter inspexeris, perfectionem ecclesiæ in eo esse depictam, deprehendere poteris: habet namque sex latera, octo cornua, crepidines duodecim. Sex latera, perfectionem demonstrant bonorum operum: quia senarius numerus perfectus est. Habet octo cornua, ex quibus quatuor cælum, quatuor terram respiciunt. Quatuor igitur cornua, designant Euangelia, quæ duplicantur, quia dilectionem Dei & proximi specialiter commendat. Quatuor cælum respiciunt, ut indicet Deum super omnia esse diligendum. Quatuor, tertia respiciunt, ut indicent proximos tanquam nosmetipsos esse diligendos. Duodecim vero crepidines, fidem demonstrant duodecim Apostolorum. A singulis autem cornibus, tres crepidines procedunt, ut indicet à doctrina Christi, quod est Euangelium, quæ etiam in quatuor libros diuiditur, fidem sanctæ trinitatis in Apostolos transisse, ut per illos ad omnes gentes migraret. Hoc totum de quadrato lapide ideo diximus, ut demonstrarem per quadraturam ciuitatis, perfectionem ecclesiæ esse designatam. Et quia hæc ciuitas quadraturam æqualem habet, longitudo eius tanta esse dicitur, quanta & latitudo. Per longitudinem namque æterna gloria, per latitudinem autem charitas designatur: longitudo igitur huius ciuitatis tanta est, quanta & latitudo: quia quantum vnusquisque fidelis in hac vita positus, maior fuerit in charitate, tanto maiorem gloriam in cælesti beatitudine possidebit. Et quanto minor fuerit charitas, tanto minor erit & gloria. Et mensus est ciuitatem, per stadia duodecim millia. Longitudo & latitudo & altitudo, æqualia sunt. Eandem significationem habent stadia duodecim, quam & portæ duodecim habent. Significant namque Apostolos, sed superius longitudinem & latitudinem hanc ciuitatem æqualem habere dicit: hic vero dicit, quod longitudo, latitudo & altitudo eius, æqualia sunt. Possumus ergo in hoc loco per tria hæc quæ posuit, fidem, spem, & charitatem intelligere: ita ut per longitudinem, fidem per latitudinem, charitatem: per altitudinem vero, spem intelligamus. Sed quomodo æqualia esse possunt, cum Apostolus dicat: Nunc autem manent fides, spes charitas, tria hæc, maior horum est charitas? Nam quamuis charitas maior sit omnibus virtutibus eo quod ipsa maneat in æ-

perfectio ecclesiæ.

Charitas.

sanctorum gloria impar.

1. Cor. 13.

ternum, secundum tamen quendam modum iis tribus virtutibus æqualitas ascribi potest: dicit quippe Apostolus, quia fides per charitatem operatur, & fides sine operibus mortua est. Si mortua est, illi cui mortua est, nihil est. Et si fides per charitatem operatur, & illi mortua est, qui charitatis opera non habet: ergo fides tanta est quanta sunt & opera charitatis. Similiter spes tanta est, quanta fides & charitas, quia quanta sunt opera fidei quæ est charitas, tanta est spes gloriæ. In quantum namque vnusquisque per charitatis opera se dilatauerit, in tantum sibi gloriam patriæ cælestis accrescere non dubitat. *Et mensus est muros eius per circuitum centum quadraginta quatuor cubitorum, mensura hominis quæ est angeli.* Hoc si superiora attendamus, secundum literam stare non potest. Superius namque dicit, quia mensus est ciuitatem, per stadia duodecim: hic autem muros ciuitatis centum quadraginta quatuor cubitorum, dicit esse mensuratos. Multo enim maius spacium, per quod eos qui maioris meriti sunt, intelligere possumus. Diximus superius per duodecim stadia, duodecim Apostolos esse designatos. Martyres ergo & confessores, & cæteri perfecti viri, qui Apostolorum doctrinam per omnia sunt secuti, & eorum actus imitati, in eorum ambitu metientur, quia eandem gloriam possidebunt, quam & illi. Per muros vero, qui ex minoribus lapidibus fiunt, cætera multitudo fidelium designatur. Qui minore ambitum tenebunt, quam illi de quibus superius diximus: quia qui minoris erunt meriti, minora percipient & præmia. Quorum mensura in duodenario numero consistit, quia fidem Apostolicam intermeratam seruauerunt: duodecim namque duodecim, fiunt centum quadraginta quatuor. Quod autem dicit, ciuitatem & muros mensura hominis est, vel mensuram hominis dicit angelos fuisse mensuratos, vel demonstrat angelum in similitudinem hominis sibi apparuisse. Possumus hoc aliter intelligere. Mensuram hominis dicit esse mensuram angeli, & eam mensuram ciuitatem & muros dicit esse mensuratos, quia sancti viri æqualitatem habebunt cum angelis, & eorum mensura mensurabuntur, quia eandem gloriam possidebunt, quam & illi, sicut Dominus dicit in Euangelio: in resurrectione, neque nubent, neque vxores ducent, sed erunt sicut angeli Dei in cælo. *Et erat structura muri eius ex lapide iaspide, ipsa vero ciuitas, auro mundo, similis vitro mundo.* Sed & hic aliqua distantiam inter muros & ciuitatem fecit. Muros dicit ex lapide iaspidis esse constructos, ipsam vero ciuitatem, auro mundo, & vitro mundo dixit esse similem. Per viriditatem namque iaspidis, fides designatur. Per iaspidem ergo, simplices quique & imperfecti viri non inconuenienter designantur, qui fide saluantur, sicut dicit Propheta: Iustus autem ex fide uiuit. Sancti autem & perfecti viri, qui per ciuitatem designantur, auro mundo non inconuenienter assimilantur, eo quod & sapientia fuerint repleti, quæ per aurum sæpe figuratur, & diuersis tribulationibus probati, sicut aurum quod per ignem probatur, vel purgatur. Per vitrum vero mundum, quod clarius est omnibus metallis, angeli designantur, quos nulla macula peccati vnquam solidare potuit. *Fundamenta muri ciuitatis omni lapide pretioso*

Sancti æquales angeliserunt.

Matth. 22.

Abac. 2.

Prou. 17.

Eleemosyna. Dan. 4.

Act. 15.

Act. 15.

In persecutione fideles probantur.

Prædicatores sancti.

pretioso ornata.] Superius diximus per duodecim fundamenta, duodecim Apostolos esse designatos: per lapides autem pretiosos, omnes iusti designantur. Duodecim ergo fundamenta, duodecim lapidibus ornabuntur, quia in illa beatitudine. Apostoli & cæteri prædicatores, pro ornamento habebunt eos, qui per eos crediderunt, quoniam pro illis omnibus, mercedem recipient. *Fundamentum primum, iaspis.* Iaspis vero, viridis ac spissi coloris est. Significat autem fideles seculares, qui à vitiiis abstinentes, quamuis eorum viriditas, id est fides, ex mundi actibus aliquantulum obfuscetur, eleemosynis tamen & cæteris misericordiæ operibus peccata sua redimere non cessant. Nec ab re est, quod tales in primo loco ponuntur. Apostoli namque sicut sæpe iam dictum est, timentes iis qui ex gentibus primò crediderant, austeriora Domini præcepta committere, ne fortè duritia præceptorum terri, non auderent ad suscipiendam Christi fidem accedere, scripserunt eis dicentes. Placuit spiritui sancto & nobis, nihil imponere vobis oneris, nisi ut abstineatis vos tantummodo à fornicatione, & ab eis quæ idolis immolantur, & à suffocato & sanguine. Et in alio loco Petrus conuersionem gentium narrans, dicit Iudæis: Deus qui nouit corda hominum, testimonium perhibuit, dans illis spiritum sanctum sicut & nobis, fide purificans corda eorum. Quicumque ergo Deum imitantur, in figura lapidis iaspidis continentur. *Secundus saphirus.* Saphirus, cerulei coloris est sicut hyacinthus, sed guttas habet intermixtas eiusdem coloris, sed nigrioris. Videntur etiam mihi per hunc lapidem seculares quidam viri designari, cælestia quidem desiderantes, sed in seculi actibus adhuc occupati, ex qua occupatione quasdam maculas contrahere videntur. Qui pro eo quod omnibus curis cælestia anteponunt, cæli habere colorem dicuntur. Qui in secundo numero ideo ponitur, quia Deum super omnia, & proximos sicut seipsum, student diligere. *Tertius calcedonius.* Calcedonius rubeum habet colorem, sed tamen obscurum, nisi cauando attenuetur. Ipsa vero concuuitas, pulcherrimum colorem & gratissimum ei confert. Significat autem & iste, seculares quosdam viros. Qui quæritate sanctitatis ante persecutionis tempus fuerint, homines latuit, sed à persecutoribus suis diuersis tribulationibus attenuati, quantus splendor sanctitatis in eis latuerit, cunctis patuit. Qui non conuenienter in tertio loco ponuntur, eo quod in confessione sanctæ trinitatis perdurantes, ad martyrij palmam peruenire meruerunt. *Quartus smaragdus.* Smaragdus eximie pulchritudinis atque viriditatis est, in tantum ut ea quæ circa se sunt, sua viriditate inficiat. Significat autem prædicatores sanctos, qui & fide virides, & virtutibus præclari, splendorem suæ fidei prædicando circunquaque sparserunt. Qui ideo in quarto loco ponuntur, eo quod doctrinam Euangelij, quæ in quatuor libros diuiditur, per multa loca disseminauerunt. *Quintus sardonix.* Sardonix, candidus est, in rubeum colorem parumper declinans. Significat autem simplices quosque, & innocentes viros, qui propter vitæ puritatem, per lapidem candidum designantur. Qui pro eo quod vigilando, ieiunando, abstinendo, ac diuersis modis

corporum sua affligendo martyria sibi imponunt, quasi colorem rubeum habere videntur. Qui non inconuenienter in quinto loco ponuntur. Per quinarium enim numerum, sæpe quinque sensus corporis designantur. Quia igitur per quinquensensus corporis, scientia exteriorum designatur, & quia exteriorum scientiam quam perceperunt, aliis impartire studuerunt, rectè in edificio ciuitatis sanctæ, quintum locum obtinet. *Sextus sardius.* Sardius, rubeus est. Qui pro eo quod in rubicundum colorem aliquantulum declinare videtur parumper obscuratur. Per rubeum itaque colorem, qui aureo colori appropinquat, tribulationes quas sancti ab hostibus pertulerunt, designantur. Rubeus vero color, martyrium designat. Per sardium igitur sancti & perfecti viri designantur, qui post experientiam omnium virtutum post diuersas persecutiones, post immania tormenta quæ ab inimicis pertulerunt, ad martyrij palmam peruenire meruerunt. Qui non inconuenienter in senario numero, qui perfectus est, ponuntur, quia virtutibus perfecti extiterunt, & ipsam perfectionem, martyrio ornauerunt. *Septimus, chrysolitus.* Chrysolitus, totus aureus est, & sæpe per aurum sapientia designatur. Per chrysolitum ergo sapientes in ecclesia designantur, qui propter fulgorem sapientiæ, aurei apud homines rectè dici possunt. Qui congruenter in septimo loco ponuntur eo quod septem donis spiritus sancti repleti, multis verbis & exemplis, ab iniquitate auerterint. *Octauus berillus.* Berillus eximie claritatis est, ceruleum colorem habens admixtum. Significat autem puræ vitæ homines, & à seculi actibus per omnia alienos, qui ne claritatem vitæ suæ aliquo modo maculent, etiam à consorcio cæterorum hominum sequestrari voluerunt. Quorum claritas, in ceruleum colorem vertebatur, quia cælo semper intenti, angelicam vitam inter homines duxisse comprobantur. Qui non inconuenienter in octauo loco ponuntur. Quaternarium itaque numerum isti impleuerunt, quia Euangelij præceptum secuti sunt, qui dicit: Vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cælo, & veni sequere me. Quaternum numerum duplicauerunt, quia ad idem perfectionis culmen, multos alios secum conscendere suaserunt. *Nonus topazius.* Topazius, ærei aureique coloris esse dicitur, iubar suum circūquaque spargens. Sæpe per aurum, probati viri, qui igne tribulationis probantur, designantur, ipsæque tribulationes diuersæ sunt. Aliquando namque sancti viri, diuersis tentationibus, quas à demonibus patiuntur, probantur: aliquando per tribulationes, quæ eis à malis hominibus ingeruntur: aliquando per afflictiones, quas ipsi sibi ingerunt: aliquando flagellis Dei probantur, & per actiue vitæ exercitia. Videntur itaque mihi per lapidem topazium ij designari qui per actiue vitæ opera ad contemplatiuam vitam conscendunt, qui prius per actiue vitæ exercitia probati fuerunt. Nam qui subito ad contemplatiue vitæ celsitudinem, sine exercitiis actiue vitæ transeunt, facile labuntur. Quod autem hic lapis radios suos circunquaque spargere dicitur, significat illos viros qui per lapidem designantur, & ad actiue vitæ opera prædicando multos pertraxisse, & ad contemplatiue vitæ cel-

Sapientes.

Matth. 19.

Nemo repente fit optimus.

fitudinem multos etiam secum duxisse. Qui non in congruè, in nono loco ponuntur. Ter enim terni, sunt nouem. Sancti ergo viri qui propter amorem sanctæ trinitatis, in actiue vitæ bonis operibus prius affligentes semetipsos, suis exhortationibus quoscunque potuerunt, ad suam imitationem pertraxerunt, & iterum ad contemplandam sanctæ trinitatis diuinitatem conscendentes, multos secum perduxerunt, non inconuenienter in nono loco ponuntur, eò quòd talentum quod à Domino perceperunt, non solum duplicauerunt, sed & triplicauerunt. *Decimus crysoprasus.* ] Crysoprasus lapis, viridis aureique coloris esse perhibetur. Qui pro eo quòd in decimo loco ponitur, possumus per eum quosdam doctores ecclesiæ intelligere, qui & verbis multos docuerunt, & multò plures suis scriptis erudierunt, & erudiunt. Qui etiam & lumina ecclesiæ rectè dici possunt. Qui per viridem & aureum colorem designantur, eò quòd viriditate fidei, firmitate & sapientia, ut aurum fulgidi fuerunt. Per denarium verò numerum, vetus testamentum, propter decem videlicet præcepta legis, possumus intelligere. Et vetus testamentum sine doctrina noui testamenti nullus intelligere potest: eo quòd spiritalis intelligentia, in veteri testamento, nihil sit aliud quàm nouum testamentum, non inconuenienter in decimo loco ponuntur, eo quòd scientiam veteris testamenti ac noui plenissimam habuerint. Possumus & denarij numerum, aliter intelligere. Denarius quippe numerus, diuidit & ordinat, & perficit omnes numeros. Ita & isti diuiserunt quodammodo scripturas, cum eas exponendo, per sententias & libros partiti sunt. Ordinauerunt eas, cum earum obscuritates aperuerunt. Et quæ inordinata videbatur, quàm rectum ordinem habuerint, manifestauerunt. Perfecerunt autem, cum ea quæ deesse videbatur supplerunt. *Vndecimus hyacinthus.* ] Hyacinthus, cuius species hyacinthino coloris nomen imposuit, preciosissimus est, cœli fereni colore habens, sicut sapphirus. Sed ille maculas habet, istius pulchritudo nullis maculis deturpat. Significat autem sanctos viros, ab omnibus sordibus peccatorum alienos, terram corporibus, cœlum mentibus semper inhabitantes, de qualibus fuit Apostolus, qui dicebat: Nostra autem conuersatio in cœlis est. Qui non inconuenienter in vndecimo loco ponuntur: per decem namque scientia diuinarum scripturarum, sicut superius diximus designatur. Vnus verò qui decem sequitur, ut vndecim fiant ad vnius Dei contemplationem pertinet. Isti ergo sancti vndenarium numerum compleuerunt: quia scientia diuinarum scripturarum repleti, multos suis prædicationibus ad vitam æternam perduxerunt. Vnum numerum compleuerunt, quia in contemplatione Dei omnipotentis, assidui fuerunt: nec instantia prædicationis à contemplatione, nec assidua contemplatio à prædicatione eos retraxit, similitudinem gestantes, qui & angelicum officium semper implent: & à contemplatione Dei omnipotentis, nunquam alieni existunt. De talibus videtur mihi Prophetam dixisse: Labia sacerdotis, custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est. De talibus fuit Ioannes Baptista, de quo

Dominus dicebat: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. *Duodecimus amethystus.* ] Sape per duodenarium numerum, Apostoli designantur. Amethystus verò purpureus est. Et scimus quia purpura ornamentum est regale. Per amethystum igitur, Apostoli eorumque similes designantur, qui ornamentum fuerunt Dei: quia eum per vniuersum mundum prædicauerunt. Ornamentum Dei fuit Petrus, de quo scriptum est, quòd clarificauerit Deum morte sua. Similiter & cæteri ornamentum Dei fuerunt, quia eum prædicando, miracula faciendo, pro nomine eius moriendo, clarificauerunt. *Et duodecim portæ, duodecim margarite sunt, per singulas. Et singule portæ erant ex singulis margaritis.* ] Hoc secundum literam, stare non potest. Si singulæ portæ erant ex singulis margaritis, quomodo per vnanquamque duodecim margaritæ fuisse dicuntur? Sed spiritaliter intelligendum est: duodecim namque margaritæ sunt, ex quibus singulæ portæ esse dicuntur, id est cœtum quadraginta quatuor, per quos Apostolorum successores, doctores ecclesiæ designantur, qui fidem doctrinamque Apostolorum sunt secuti & actus imitati. Qui propter vitæ munditiam & sanctitatem præcipuam, per candorem margaritarum significantur. *Et platea ciuitatis aurum mundum tanquam vitrum perlucidum.* ] Superius per aurum mundum & vitrum mundum, perfectos viros & sanctos angelos diximus significatos: sed hic per plateam ciuitatis, mentes fidelium: per aurum verò mundum, & vitrum perlucidum, munditia mentium hominum designatur, atque angelorum: quia sicut ad mentes angelorum nulla vnquam vana cogitatio accedere potuit quæ eos macularet, ita & sancti post resurrectionem, nulla vnquam inutilis cogitatio adueniet, quæ eorum mentes commaculet. *Et templum non vidi in ea: Dominus enim omnipotens templum illius est, & agnus.* ] Per templum in quo hostiæ & sacrificia offerbantur, ecclesia designatur, in qua non carnalia, sed spiritalia sacrificia, quotidie deo offeruntur. Nam sicut illic secundum qualiter peccatorum exercebatur ritus sacrificiorum, ita & in ecclesia, secundum modum culpæ debent esse sacrificia penitentiarum, sacrificia orationum, steruorum, cordis compunctionum. De talibus sacrificiis, Propheta loquitur dicens: Sacrificium deo spiritus contribulatus. Et iterum: Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ. Si est sacrificium iustitiæ, est & sapientiæ, est & abstinentiæ, est & humilitatis, cæterarumque virtutum. Hæc sunt sacrificia, quæ odorem suauissimum præbent Domino, non carnales carnes pecudum, quæ in altari cremabuntur. Ioannes ergo templum in sancta ciuitate non se vidisse dixit: quia hæc omnia quæ diximus, in illa beatitudine necessaria non erunt. Absterget enim Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum, & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit, quæ prima abierunt. Dominus verò templum illius erit & agnus, quia in illo erunt sancti, in illo habitabunt, sicut ipse dixit discipulis suis: Sicut ego sum in patre, ita & vos in me eritis, & ego in vobis. *Et ciuitas non eget sole, neque luna, ut luceant in ea. Nam claritas Dei illuminabit eam, & lucerna eius est Agnus.* ] Per solem, nouum testamentum:

Mat. 25.

Vetus testamentum sine nouo intelligi non potest.

Philip. 3.

Videtur deesse angelorum. 2. Lucas. 2.

Lucas. 7.

Ioan. 1.

Ioan. 21.

2. Cor. 1.

Custodia cordis.

Isa. 33.

Sacrificia christianorum.

Psal. 50.

Ioan. 14.

mentum: per lunam, vetus designatur. Absque istis duobus luminibus vel luminaribus, ecclesia per viam rectitudinis, in tenebris huius seculi, sine crebris offensionibus incedere non potest. In illa autem beatitudine, vbi nullæ tenebræ erunt, nullæ offensæ, nihil incorrectum quod corrigi possit, lux noui ac veteris testamenti necessaria non erit. Illius enim luminis sancti sine fine perfruentur, qui author est lucis, & qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. *Et ambulabunt gentes per lumen eius, & reges terræ afferent gloriam suam, & honorem in illam.* ] Per gentes omnes electi designantur. Sed quomodo ambulabunt? Ambulabunt mente, non corpore, non mutando locum, sed cõsiderando omnipotentiam, diuinitatem, atque maiestatem. Per lumen ecclesiæ ambulabunt, quia ut hoc iter perficere possint, illo lumine illuminabuntur, quod cunctæ ecclesiæ omnipotens Deus daturus est. Per reges autem terræ, Apostoli & cæteri prædicatores designantur. Gloriam verò & honorem prædicatorum eos vocat, qui per eos crediderunt, sicut Apostolus Paulus dicit discipulis suis: Gloria nostra vos estis in domino. Afferent ergo gloriam suam & honorem in illam cum eos qui per eos crediderunt, domino repræsentabunt. *Et portæ eius non claudentur per diem: nox enim non erit illic.* ] Superius per duodecim portas, quæ ex duodecim margaritis fuisse dicuntur, Apostolos fuisse diximus designatos. Sed hic vbi sine numero ponuntur, aliam significationem habent. Significant namque corda fidelium, fideles namque in hac vita positi, noctem patiuntur, id est, dæmones & impios homines. Portas autem in nocte claudunt, cum contra omnia tentamenta dæmonum, aditus mentium suarum obstruunt, eaque à se repellunt. Claudunt etiam portas in noctem, cum contra malitiam prauorum hominum corda sua muniunt, ut non audiant linguam detrahentem, non reddant malum pro malo, vel maledictum pro maledicto, ut secundum Prophetam, Excutiant manus suas ab omni munere, & obturant aures suas ne audiant sanguinem, & claudunt oculos suos, ne videant malum. Porro in cœlesti beatitudine, vbi nullus dæmon, nullus reprobus esse poterit, qui mala suadeat, qui per noctem designantur, portarum, id est, mentium obseruatio, necessaria non erit. Nam & secundum literam erit ibi dies perpetuus, nulla nocte succedente. *Et afferent gloriam gentium, & honorem in illam.* ] Superius reges terræ, id est prædicatores sanctos, gloriam suam in ciuitatem sanctam detulisse dicit. Per gloriam, gentes quæ per eos crediderunt diximus fuisse designatas. Si ergo gloria prædicatorum gætes sunt, gloriæ gentium quæ sunt? nisi forte secundum Salomonem hoc dictum intelligamus, qui dicit: Gloria senum, filij filiorum: & gloria filiorum, patres eorum. Gloria verò filiorum erunt patres eorum, quia gaudebunt gentes: eo quòd tanti meriti tantæque excellentiæ patres habeant, cum eorum gloriæ participes esse meruerint. Quod autem dicit, afferenti possumus ad angelos referre, qui in die iudicij, sanctos Dei ad percipiendam præmia repromissa deducunt, sicut dominus dicit in euangelio: Mittet filius hominis angelos suos, & congregabit electos eius à quatuor ventis cœli, & à summitate cœlorum. *Ne*

intrabit in eam aliquid coinquinatum, & faciens abominationem et maledicium, nisi qui scripti sunt in libro vite agni. ] Inquinatos vocat eos, qui se diuersis sceleribus inquinauerunt. Abominationem faciunt, qui malum operantur. Nihil enim abominatur deus, nisi malitiam, sicut in libro Sapientiæ scriptum est: Miseris omnium domine, & nihil eorum odisti quæ fecisti. Quæri autem potest, cur mendacium fieri dicatur? Quod autem facimus, iam non est mendacium: quia quod factum est, non potest non esse factum, ut sit mendacium, sed factum pro locutione posuit. Peccatum quippe mendacij, loquendo facimus, non operando. Possumus etiam per mendacium omne peccatum intelligere. Scimus enim, quia deus veritas est. Peccatum verò, deceptio est animarum. Quicquid ergo contrarium est veritati, atque ad deceptionem animarum pertinet, quamuis videatur verum, mendacium rectè dici potest. In illa itaque sancta ciuitate non intrabit aliquid coinquinatum, & faciens abominationem & mendacium: quia in die iudicij exhibunt angeli & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis ardentis. Nam & illis qui oleum charitatis in vasis suis non habuerint, claudetur ianua regni cœlestis, diceturque illis à domino: Amen dico vobis, nescio vos.

CAPVT VIGESIMVM OCTAVVM.

ET ostendit mihi fluium aque viue, splendidum tanquam chrysalum procedentem de sede Dei et agni. ] Licet Ezechiel in vltima visione torrens demonstratus sit, qui de templo exibat, & decurabat in mare, de quo ita loquitur: Et duxit me, inquit, angelus mille cubitos, & transduxit me vsque ad talos. Et duxit me mille cubitos & transduxit me vsque ad genua. Et duxit me mille cubitos, & traxit me per aquam vsque ad renes. Et duxit me mille cubitos, torrensque non potui transuadere, quia intumuerant aquæ torrentis, qui transuadati non potuit. Per torrentem, scripturam diuinam intelligere debemus, quæ de templo, id est, de ecclesia egreditur, ab ore scilicet prædicatorum: angelus verò, Dominum significat. Angelus itaque prophetam mille cubitos ducit, cum Dominus alicuius fidelis suo, desiderium largitur intelligenti scripturas. Propheta namque typum tenet eorum qui diuinas scripturas ad hoc discere volunt, ut ipsi in eis proficiant, & alios per earum scientiam instruant. Millenarius verò numerus perfectionem alicuius rei sæpe demonstrat. Et prima transductio ad historiam intelligentiam, secunda ad moralem, tertia pertinet ad spiritalem. Angelus igitur transducit angelum vsque ad talos, cum ei historie intellectum tribuit. Quisquis enim moralem & spiritalem intelligentiam in diuinis scripturis inuestigare desiderat, necesse est ut historie intelligentiam prius possideat. Secundò, angelus prophetam mille cubitos ducit, cum Dominus fidelem suum ad moralem intelligentiam percipiendam accendit. Per aquam vsque ad genua eum transducit, cum moralis scientiæ sensus ei manifestat. Torrentemque non potuit transuadere: quia profunditatem diuinorum

Mat. 16.

Mendacium pro quouis peccato. Ioan. 14.

Mat. 13.

Mat. 25.

Ezech. 47.

Prius suadetur.

Historia in scripturis primò cognoscenda.

1. Cor. 13.

Rem. 11.

Esai. 64.

Fragilitas humana.

1. Cor. 4.7.

Christallus.

coelestiumque mysteriorum, nullus sicut est, perferuari potest. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus, sicut dicit Apostolus: Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Et iterum: Videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem. Hunc torrentem idem Paulus transire se non posse considerans, dicebat: O altitudo diuitiarum sapientie & scientie Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles vias eius: quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius fuit, aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi gloria in secula seculorum, amen. Et propheta Esaias: Oculus non vidit deus absque te, quae preparasti expectantibus te. Ecce angelus prophetam usque ad locum praefinitum duxit, & non eum transduxit: quia omnipotens Deus suos sanctos usque ad contemplanda secreta & arcana mysteria suae diuinitatis perducit, sed nequaquam eos transducit: quia fragilitas humana non perfecte potest comprehendere illa inscrutabilia diuina mysteria. Et sicut qui regio cibos odoratus est, & eorum dulcedinem prae gustauit, amplius eos desiderat, quam ille qui nec eos vidit, nec odoratus est, nec qualis esset eorum dulcedo gustando sensit: ita & sancti qui per contemplationis gratiam, dulcedinem patriae coelestis saepe degustant, multo amplius in eius amore quotidie exardescunt, quam illi qui propter dulcedinem seculi, dulcedinem non sentiunt vitae aeternae. dicit idem Propheta in sequentibus, vidisse se ligna in vtraque parte torrentis, quorum fructus erat in cibum & folia ad medicinam. duae ripae, duo testamenta significabant. Inter has duas ripas, magnus torrentis scripturarum, qui a sanctis patribus editus est, decurrit: per ligna vero doctores ecclesiae designantur, qui in vtriusque ripis, id est, in doctrina veteris ac noui testamenti plantati esse dicuntur: unde aquas verae scientiae trahentes, & fructus gignunt, & folia. Per fructus namque, opera bona: per folia autem, verba praedicationis designantur. Fructus in cibum, & folia ad medicinam proficiunt: quia vnusquisque doctor, languenti animae medicinam verborum salutiferam tunc ministrat, cum camprius exemplis bonorum operum paucit. Ecce Ezechiel torrentem de templo exiisse se vidisse dixit, Ioannes autem non torrentem: sed fluuium a sede dei & agni procedentem sibi ostensum fuisse dicit. Torrentis ex nimio ardore solis solet siccare, fluuius vero nullo ardore exiccatur. Non inconuenienter ergo per torrentem diuina scriptura exprimitur, quae veniente sole, id est, domino ad iudicium, siccabitur: quia post resurrectionem diuina scriptura necessaria non erit. Porro per fluuium, qui nullo ardore solis exiccatur, gloria sanctorum perpetua intelligitur. Qui a sede Dei & agni procedere dicitur, quia ab illo fluuius gloriae sanctorum procedet, a quo illis in carne positus processit riuus omnium bonorum, qui fluuius splendidus tanquam chrystallus esse dicitur. Verum quia huius lapidis in hoc libro saepe fit mentio, placuit vt de natura & significatione eius aliqua dicamus. Hic lapis clarior est omnibus lapidibus: nascitur autem in frigidissimis

locis, a quibus frigus nunquam recedit. Qui ex inferiori parte saxo aliquantulum molliori, radicem in eo patumper defigens, sursumque crescens erigitur sex angulos habes, in summitate vero acutus, eundem tamen ordinem sex angulorum usque ad summitatem seruans. Significat namque vnumquodque perfectum virum: lapis vero cui inhaeret, Christum significat. Claritas chrystalli, puritatem mentium sanctorum designat: sex anguli, perfectionem demonstrant operum bonorum. Ordinem sex angulorum usque ad summitatem ducit, quia sancti hoc student, vt perfectionem bonorum operum usque ad finem vitae perducant. In superiori vero summitate acuitur: quia omnis intentio sanctorum ad illum tendit, qui vnus est, & in quo etiam ipsi vnum fiunt. Fluuius ergo iste, qui gloria sanctorum designat, splendorem chrystalli habere dicitur: quia vniciuique fidelium secundum qualitatem operum suorum resurget, sicut dicit Apostolus: Stella ab stella differt in claritate, sic & resurrectio mortuorum qui de sede Dei & agni procedere dicitur, quia ab ipso procedit omnis gloria sanctorum, qui author est omnium bonorum. Qui etiam in medio plateae ciuitatis decurre re dicitur, quia corda sanctorum perpetua suauitatis dulcedine lactificabit. Et ex vtraque parte fluminis, lignum vitae. Ezechiel in vtraque ripa torrentis, plurima ligna demonstrata sunt, de quibus superius loquutus sumus: hic autem, vitam lignum vtraque partem fluminis occupasse dicit. Sed illic per multa ligna, multi praedicatorum: hic autem, per vnum vitam lignum, vnus Christus designatur, qui est vita cunctorum fidelium: per vtranque vero partem fluminis, possumus angelos & homines intelligere. Vtranque igitur partem fluminis lignum vitae obtinebit, quia & angelos & homines sanctos Christus aequaliter possidebit. Afferens fructus duodecim. Fructus duodecim, Apostoli sunt omnesque qui eorum doctrinam sunt secuti. Fructus duodecim, lignum vitae affert: quia in coelesti beatitudine, Christus omnem multitudinem fidelium collocabit. Per menses singulos reddens fructum suum. Menses singuli, tempora sunt ab initio mundi usque ad finem eius, de quibus frequenter diximus. Per menses ergo singulos reddet fructum suum, quia omnes electos qui singulis temporibus fuerunt, & erunt usque ad finem, in coelesti beatitudine patri representabit. Et folia ligni ad sanitatem gentium. Folia ligni, verba sunt Evangelij, quae sanitatem multis gentibus praestiterunt. Et est sensus: Omnes gentes quae per doctrinam Evangelij a languoribus animarum sunt saluae factae, in coelesti beatitudine constituet. Et omne maledictum non erit amplius. Cui dicit omne maledictum, demonstrat plurimas esse maledictiones. Maledictionem mortis primus homo incurrit, quando peccauit, & ab illo in omnes homines pertransiuit. Et de Christo Paulus dicit, quod factus sit maledictum pro nobis: quia mortem quae est maledictio primi hominis, pro nostra salute suscepit. Sed & Cain, pro reatu homicidij maledictus est a Deo. Et contemptoribus legis dicit Moyses, Maledictus qui non permanferit in omnibus iis. Similiter & nos cum grauiter peccamus, ipsi nosmetipsos pessima maledictione damnamus. Omne igitur maledictum non erit amplius,

1. Cor. 15.

Genesi. 3. Galat. 3.

Genesi. 4. Deut.

Sancti sedes Dei.

1. Cor. 2. Visio Dei.

1. Cor. 13.

1. Ioan. 1.

Vide Euseb. eccl. hist. lib. 7. cap. 23.

Scientia mala, poena peccati.

amplius, quia peccatum non erit, nec aliquid quod occasione praebat peccandi. Maledictio quoque priui hominis in resurrectione debetur, cum immortalitas omnibus electis fuerit attributa. Et sedes Dei & agni in illa erunt. Si modo sunt sancti Dei in hac vita positi, sedes Dei: quanto magis tunc erunt, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. Et serui eius seruiunt illi. Quae est ista seruitus, qua serui dei seruiunt deo, amando videlicet eum, & sine fine eum laudando? Et videbunt faciem eius & nomen eius in frontibus eorum. Quanta sit gloria & suauitas quae sanctis ministrabitur, mens humana comprehendere non potest: sicut dicit Apostolus Paulus: Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparauit Deus diligentibus se. Sed omnem dulcedinem atque suauitatem illud transcendet quando videbunt Deum facie ad faciem: nomen vero Dei est filius Dei. Nomen itaque erit in frontibus sanctorum, quia ipsa claritas atque species, demonstrabit eos esse filios Dei. Et nox ultra non erit. Dicit alio loco Ioannes: Deus lux est, & tenebrae in eo non sunt vlla. Quas ergo tenebras pati poterunt, a quibus Deus assidue videbitur? Et si daemones & impiis intelligere voluerimus hoc dictum, nox non erit, quia daemones cum omnibus impiis in cloacam inferni in perpetuum tenebuntur reclusi. Et non egebunt lumine lucernae, neque lumine solis. Diximus superius, per lumen lunae ac lumen solis, vetus ac nouum testamentum esse designatum. Eandem itaque significationem habet lucerna in hoc loco, quam superius diximus lunam habuisse. De lumine autem solis ac lunae, id est veteris ac noui testamenti superius aliqua diximus. Hoc igitur lumine non egebunt sancti, quoniam Dominus Deus illuminabit illos, & regnabunt cum illo in secula seculorum. Hucusque visio septima. Quae sequuntur, ad admonitionem pertinent ipsius Ioannis, caeterorumque fidelium. Et dixit mihi: Haec verba fidelissima & vera sunt. Hoc bis repetiit ideo, vt nullus considerans obscuritates dictionum, & ea quae secundum literam irrationabilia videntur, incredulus existat. Fuerunt enim quidam qui non intelligentes diuina mysteria, quae in hoc libro continentur, a catalogo diuinarum scripturarum eum amputare voluerunt. Et Dominus Deus Spiritui prophetarum misit angelum suum, ostendere seruis suis quae oportet fieri cito. Id est, dominus Deus qui spiritum prophetiae dedit omnibus sanctis prophetis, ipse misit angelum suum, id est ipsum qui loquebatur, qui & Ioanni ostendit omnia mysteria quae in hoc libro continentur, ostendere seruis suis, quae oportet fieri cito. Cum haec scriptura non tantum ad futurum tempus, sed etiam ad praeteritum pertineat, cur ad demonstranda ea tantummodo quae oportebat fieri cito, a deo se dicit esse missum? Quia nimium praeterita facile desecuntur: futura autem & incognita hominibus, non nisi per reuelationem spiritus sancti, aut per angelorum ministerium intelligere possumus. Aliter. Quicquid ignoramus, futurum nobis est, quia futurum est vt ad cor nostrum veniat quod nescimus, illud videlicet quod deus praedestinavit vt sciremus. Non enim scientia mali nobis praedestinata est, sed ex originali peccato.

atque descendit. Ecce venio velociter. Hoc in persona loquitur Christi, significans eum ad iudicium cito esse venturum. Beatus qui custodit verba prophetiae libri huius. Illic seruat verba prophetiae, id est mandata dei, qui ea operando implet, & in meditatione eorum assiduus est, impletus illud Psalmographi dictum: In lege domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Et ego Ioannes qui audiui & vidi haec, & post quae audissem, et vidiissem cecidi vt adorarem ante pedes angelorum, qui mihi haec ostendebat, et dixit mihi: Vide ne feceris, coherens enim tuus sum, & fratrum tuorum prophetarum, & eorum qui seruiunt verba libri huius. Deum adora. Cur angelus domini a Ioanne adorari noluerit, superius in expositione quinta visionis, sufficienter exposuimus. Quarendum vero nobis est, cur reperit quod antea prohibitum fuerat. Sed si diligenter scripturam inspexerimus, non in vanum esse factum intuebitur. Nam cum ei demonstrasset angelus Christum in sua sede sedentem, quatuorque animalia, & viginti quatuor seniores, nequaquam dicitur angelum adorare voluisse. Similiter cum ei demonstrasset, qualiter ab agno septem sigilla resecrata sunt, & ea quae sub cantu tubarum septem angelorum gesta sunt, necnon & ea quae sub effusione phialarum septem angelorum gesta fuisse leguntur, nequaquam dicitur quod angelum adorare voluerit. Vbi vero ventum est ad eum locum in quo ei ab angelo demonstratum est, qualiter sponsa Christi, id est, ecclesia Christo coniuncta est, in eo videlicet loco ubi scriptum est: Gaudeamus & exultemus, & demus gloriam ei, & caetera, continuo angelum adorare voluit. Simili modo & in sequentibus, cum ei demonstrata esset deicctio Antichristi, alligatio diaboli in abyssum, gloria resurrectionis, nullo modo Angelum adorare voluit. Cum autem in fine huius visionis demonstratum esset ei, qualiter ecclesia post resurrectionis gloriam, Christo in aeternum cum illo regnatura sociabitur, continuo angelum adorare voluit. Coniungitur namque ecclesia quotidie Christo per fidem caeteraque bona opera, quae per byssum designantur. Coniungitur vero ei post resurrectionem multo excellentius, atque nobilius, non iam per partes sicut modo, sed tota simul in aeternum cum illo mansura, & sine fine regnatura. Igitur Ioannes bis angelum adorare voluit, quia binas coniunctiones ecclesiae cum Christo ei demonstrasset. Et dixit mihi, ne signaueris verba prophetiae libri huius: tempus enim prope est. Signata est scriptura illis, a quibus non intelligitur. Praecipitur igitur Ioanni, ne signet verba prophetiae libri huius, id est, ne tacendo obscuritates eius abscondat, sed exponendo potius omnibus eam scire volentibus manifestet, eo quod dies iudicij, qui in hoc libro diuersis modis describitur, prope sit, & necesse habeamus, vt periculum quod imminet corde videamus, ne sicut fur incautos occupet, & perdat. Sed Ioannes secundum praecceptum angelicum, obscuritates libri huius exponendo & describendo manifestare noluit: praesertim cum propter eas obscuritates, quidam in errorem & haesum incidant, dicentes Christum post resurrectionem, per mille annorum spatium, cum omnibus sanctis in mundo carnaliter esse regnaturum. Verum quod non fecit scribendo, credimus eum fecisse praedicando.

1. Sal. 1.

In cap. 19.

Cur angelum voluit adorare.

Praedicatori non tacendum.

Haereticis milenariorum ex locis Apoc. perperam intellectum.



do. *Qui nocet, noceat adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc.* ] Non præcipiendo, sed comminando dixit. Solent quippe homines hoc genere locutionis terrere quosdam sibi subiectos, sicut magistri solent dicere pueris vacantibus: Nolite legere, Nolite legere. Illi vero intelligentes comminationem esse hoc, non prohibitionem, statim incipiunt legere. Hoc etiam modo Domini seruos otio torpentes terrere solent, ut opus sibi iniunctum, citius explerent. *Ecce venio cito, & merces mea mecum est, reddere unicuique secundum opera sua.* ] Seculi homines, mercedes quas sibi seruiantibus debent reddere, aut in sacculis, aut in horreis, aut in quibusdam terræ locis habent. Christus autem præmia seruorum secum semper habet: ab ipso enim procedit modo omnis bonitas sanctorum, ab ipso & in futuro procedet omnis gloria eorum. *Ego sum Alpha & Omega, primus & novissimus, principium & finis. Beati qui lauant stolas suas, ut sit potestas illis in ligno vitæ & per portas intrent in ciuitatem.* ] Possumus per stolas in hoc loco, animas nostras intelligere. Et quia assidue peccamus, necesse est ut stolas id est animas nostras, orando, vigilando, ieiunando, elemosynas largiendo, assidue lauemus. Per lignum vitæ possumus sapientiam intelligere, dicente Salomone: Lignum vitæ est illi qui apprehenderit eam, & qui tenuerit eam, beatus. Potestatem in ligno vitæ, id est, insipientia habent sancti, quia quicumque sapientiam possidet, potens est ad omnia vitia extirpanda, ad tentationes dæmonum deuincendas, & ad omnia bona opera peragenda, sicut dicit Salomon: Melior est patiens viro forti, & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbiū. Tales ergo per portas intrant in ciuitatem, per illam videlicet portam, quæ dicit in Euangelio: Ego sum ostium, per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. Possumus hoc & ad futurum tempus referre. Per lignum namque vitæ, Christus designatur, ut sæpe iam diximus. Sicut enim ex vno stipite ligni, multi rami prodeunt: ita & ex vno Christo, multitudo sanctorum. Quicumque ergo lauacris spiritalibus, id est, bonis operibus abluere non cessant, potestatem habent in ligno vitæ, quia eius membra esse cipi, per illum magna poterūt. Nam sicut ex vno stipite arboris, omnis virtus ramorum procedit, ita & ex vno Christo omnis potestas sanctorū. Per portam ciuitatis, possumus accipere misericordiam & clementiam dei. Hæc est porta, quæ iustis aperietur, quia iustos intra aulam paradisi, misericordia diuina recipiet. Sequitur: *Ego Iesus misi angelum meum testificari vobis hæc in ecclesiis. Ego sum radix & genus Dauid, stella splendida, & matutina.* ] Dauid, radix est vniuersæ stirpis suæ. Quia sicut ex vna radice multi rami oriuntur, ita & ex vno Dauid, magna progenies est exorta. Cum ergo Dauid fuerit radix Christi eo quod de stirpe eius Christus fuerit exortus, quomodo Christus radicem se dicit esse Dauid? Christus igitur, & radix, & filius est Dauid. Radix est Dauid, quia ab ipso Dauid est creatus, sicut & cæteri homines: filius est Dauid, quia ex eius progenie processit secundum carnem. Qui etiam stellam matutinam se vocat. Stella matutina quam Luciferum vocamus, recte Christus vocatur: quia sicut

illa manè oriens splendorem suum per vniuersum mundum spargit, ita & Christus veniens in mundum, vniuersam mundi faciem illuminauit. Qui nõ incongruenter Lucifer vocatur, quia veniens in mundum, lucem secum detulit, qua tenebras huius mundi extinxit. De hoc Lucifero, Iob loquitur dicens, Qui producit Luciferum in tempore suo. Luciferum in tempore suo Deus pater produxit, quando filium suum tempore constituto, ad redimendum genus humanum direxit. Et *\* sponsus & sponsa.* ] Id est Christus & ecclesia, omnes homines per scripturas, & per prædicatores ad percipienda præmia æterna quotidie inuitant. Sequitur: *Qui audit, dicat, veni.* ] Audiunt autem non solum illi qui diuinas scripturas intelligunt, sed & illi qui ea bona sciunt, per quæ saluari possunt. Multi sunt verò qui audiunt, id est qui diuina mandata didicerunt, sed non veniunt quia ea opere implere negligunt. Qui igitur audit, necesse est ut veniat, & qui iam cæpit venire ad deum per viam operum bonorum, necesse habet ut & alios secum admonendo pertrahat. *Et qui sitit, veniat.* ] Id est, qui sitit vitam æternam, ad eam per viam bonorum operum, venire se debere cognoscat. *Qui vult, accipiat aquam vitæ gratis.* ] Hoc superius expositum est. *Contertor ego omni audienti verba prophetiæ libri huius si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto.* ] Cum superius præcipiat angelus Ioanni dicens: Ne signaueris verba prophetiæ libri huius, quid est quod idem Ioannes in hoc loco maledictione terribili damnat eos, qui ad scripturam libri huius aliqua addiderint? maximè cum in hoc libro multa inueniantur, quæ secundum literam inutilia & vana esse videbuntur, nisi eis spiritalis intelligentia adhibeatur, per quæ intelligantur. Verum non de expositoribus, sed de hæreticis hoc dictum esse intelligere debemus. Expositor namque nihil addidit aut minuit, sed aut obscuritates historię exponendo manifestat, aut moralem aut spiritalis intelligentiam demonstrat. Hæreticos ergo maledicit, qui in scripturis diuinis ad confirmandam hæresim suam quædam falsa apponebant, & quædam detrahebant, quæ eorū hæresi videbantur esse contraria. *Dicit ergo qui testimonium perhibet istorum. Et iam venio cito, Amen. Veni Domine Iesu Christe.* ] Dicit venio cito. Ioannes petit, Veni Domine Iesu: & nos aduentum Christi, multis modis postulare debemus. Postulamus namque aduentum eius in oratione Dominica, quotidie dicentes: Adueniat regnum tuum, id est tempus quod post resurrectionem, futurum est, in quo omnes sancti cum Christo sine fine regnabunt. In peccatis iacemus, & ideo necesse habemus, ut penitendo, plorando, orando, abstinendo, elemosynas largiendo, aduentum eius deprecemur, ut ad nos misericordiã suam implendo redeat, à quibus malis nostris irritatus discesserit. In tenebris ignorantie positi sumus, deprecandus est Dominus ut veniat, & lumine sapientiæ suæ corda nostra illuminet. Ab inuisibilibus hostibus impugnamur, rogandus est Dominus ut veniat, & ab eis inuisibile potentia nos defendat. Visibiles hostes patimur, implorandus est Dominus, ut veniens patientiam & tolerantiam

Hostes interiores.

tolerantiam nobis in aduersis tribuat, ut non vincamur à malo, sed vincamus in bono malum. Sunt etiam alij hostes interiores multò deteriores, à quibus indefinenter debellamur, avaritia videlicet, gula, libido, inuidia, ira, odium, superbia, vana gloria, tumor mentis, despectio proximorum, blasphemia, & alij multi quos longum est ponere. Isti sunt itaque hostes pessimi, qui ex nobis prodeunt, & nobiscum morantur, & iugiter nos debellant. Habent autem & innumerabilia iacula malarum cogitationum, quibus assidue nos vulnerant. Si ergo interiores hostes deessent, exteriores hostes nullo modo nisi per istos ciuitatem cordis nostri possent capere. Rogemus igitur Dominum nostrum Iesum Christum, ut veniat, & istos immanissimos hostes in nobis funditus extinguat, & illis extinctis, perducere dignetur ad gaudia vitæ perpetuæ. Sequitur: *Gratia Domini nostri Iesu Christi sit cum omnibus vobis, Amen.* ] Sit & nobiscum gratia domini Iesu Christi, & det nobis arma virtutum, quibus muniti ipso duce atque signifero, & ab interioribus & ab exterioribus hostibus defendamur, ut vitæ æternæ participes esse mereamur: Qui cum patre & spiritu sancto viuunt & regnat deus, per omnia secula seculorum. Amen.

Explicit tractatus beati Ambrosij episcopi, super Apocalypsin.

EXPOSITIO IN CANTICA

CANTICORVM SALOMONIS, EX diuersis D. Ambrosij opusculis, ab Antonio Monchiateno Demochare, Doctore Sorbonico, excerpta, & in unum corpus collecta.

CAPVT PRIMVM.



Salomon librum de Proverbiis scripsit, quo moralem locum verius expressit: naturalem, in Ecclesiaste: mysticum, in Canticis Canticorum: quamquam si diligenter discutias, & in Proverbiis, mystica plerumque reperias: & in Canticis moralium suauitatē. Nā utriusque mysticum est: Sapientia ædificauit sibi domum, & subdidit columnas septem, interfecit suas hostias, &c. Hoc quoque in Canticis, licet tam mysticum, quam morale, in quo blãditiarū suauitas & affectus amantis exprimitur: *Osculetur me ab osculo oris sui. Quoniam optima vbera tua super vinum, & odor unguentorum tuorum super omnia aromata.* ] Constitue ergo virginem desponsatam multo tempore, & iusto feruentē amore, quæ multa præclara opera dilecti probabiliū testium asseritione cognouerit: desiderijs suspensis dilatam frequenter, iam non ferentem moras, quæ omnia fecisset, ut sponsū videret, aliquando votis petita suis, ad improvisū sponsi aduentum gaudio turbatā, nõ quærere primordia salutationis, non verborū vices, sed statim quod desiderasset exigere. Ita ergo & sancta Ecclesia, quæ in primordiis mundi desponsata in paradiso, præfigurata in diluuiio, annuntiata per legem, vocata per prophetas, diu redem-

Ex ser. 1. & vers. 1. in Ps. 218. tom. 4. Triplex scriptura sensus. Prou. 9.

Canti. 1.

In canticis sensus mysticus & moralis.

Matth. 6.

Orandum pro aduentu Christi.

ptionem hominum, euangelij decorem, dilecti expectasset aduentum, impatiens moræ in oscula ruit dicens: *Osculetur me ab osculo oris sui.* ] Et delectata osculis adicit: *Quoniam optima vbera tua super vinum.* ] Et ut moralis dicamus, intellige mihi carnem illam, quæ madefacta fuerat in Adam serpentis veneno, quæ criminum marcebat fetore, quæ procedebat in filiabus Sion alta ceruice, & nutibus oculorum, & itinere pedum trahens tunicas, & pedibus suis ludens, crinium cincinnis & compositis vultibus atque redimiculis, & omni affectata decore plus de decens, eandem tamen plurimis edoctam oraculis, quod venturus esset, qui serpentis illecebras exclusis sancti spiritus infunderet gratiam, ut omnis caro videret salutare dei, omnis caro ad deum veniret, inaruisse desiderio: sed metuentem ne ut impatiens, ut lasciuia, ut luxuriosa, ut querula, sicut ante fuerat, displiceret, quamuis longiore, quam ferre iam poterat, morantis aduentum dominici expectatione quateretur, nõ immurmurante ramē, nec transgredientem, sed leuantem in omni loco puras manus sine ira & discepratione, in habitu ornato, cum verecundia & sobrietate ornantem se; nõ in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veste preciosis: sed his quæ castitatis & honæ conuersationis decerent gratiam orate dicentem: *Osculetur me ab osculo oris sui: quoniam optima vbera tua super vinum.* ] Iam volebat adhærete Christo caro: iam festinabat in nubere, ut esset vnus spiritus, & fieret caro Christi, quæ erat antè meretricis. *Osculetur, inquit, me.* ] Osculetur nos Dei verbum, quando sensum nostrum spiritus cognitionis illuminat.

Prouerbia Salomonis, moralia: Ecclesiastes, naturalis: in quo quasi vanitates istius despicit mundi: Mystica eius sunt Cantica Canticorum. In ipso quoque Canticorum libro Salomon hanc triplicem sapientiam (moralem, naturalem, & mysticam) euidenter expressit: licet in Proverbiis dixerit, ut tripliciter sibi scripserit, qui sapientiam eius velle audire. Ait ergo in Canticis sponsa de sponso: *Ecce sponsus est consobrinitus meus.* ] Et ideo pulchra acclinatione nostra opaca, trabes domorū nostrarū cedi, lacunaria nostra cupressi. Possumus hoc de moralibus accipere. Vbi enim requiescit Christus & ecclesia, nisi in operibus suæ plebis: denique vbi impudicitia, vbi superbia, vbi iniquitas erat, ibi ait dominus Iesus: Filius autem hominis nõ habet, vbi caput suū reclinet. De naturalibus autem quid accipiam? In umbra, inquit, eius concupiui & sedi: & fructus eius dulcis in faucibus meis. Qui enim terrena supergreditur & cui mundana moriuntur, quoniã crucifigitur ei mundus, & ipse mundo, omnia quæ sunt sub sole, refugit & cõtemnit. De mysticis quoque ait: Introduce me in domū vini, cõstituite in me charitatē: etenim sicut vinea suā, ita pomus Iesus populum suum, quasi vitis æterna quibusdã brachijs charitatis amplectitur.

Suscipit carnem deus, assumpsit animam per inuitatam nec legitimam incarnationem confortium fecit esse legitimum: ut sit deus omnia in omnibus. Denique ut scias esse mysterium interpretare vocabula: Dauid enim accipis in typo Christi. Bethsabec, filia sabbati, aut filia plena, vel puteus dicitur iuramenti. Quid igitur expressus,

Esai. 3.

Esai. 40. Psal. 64.

1. Tim. 4.

Ex l. de Isaac ca. 4. tom. 4. In canticis triplex scriptura sensus. Cant. 1.

Mat. 8. Cant. 2.

Cantic. 2.

Ex apologia 2. Dauid. tom. 4.

quàm quod filia sabbati, caro Christi est? Quia misit G  
 reum filium suum factum ex muliere, factum sub le-  
 ge. Eadem plena, quia in passione eius legis est plen-  
 itudo, vel quia plena spiritus sancti. Iesus enim plen-  
 us spiritu sancto, egressus est à Iordane. Eadem etiã  
 puteus iuramenti, hoc est, religionis & fidei. Et bene  
 puteus, quia flumina de ventre eius fluent atque viuẽ.  
 Hanc ergo assumens sibi Deus Verbum copulam  
 fecit esse legitimam: quod d mysterium illã nuptiã  
 designarunt, quã sunt in Canticis Canticorum, qui-  
 bus Christo ecclesia, & spiritui caro nubit. Et ideo  
 circumuersabat, & quãrebat vbique dei verbum: H  
 quia vulnerata, quia nuda, quia adultera in omni-  
 bus (etsi immaculata in Christo) quãrebat caro  
 misera redemptorem: hanc sibi Christus iunxit,  
 vt immaculatam redderet: hanc sociavit, vt aufer-  
 ret adulterium.

In canticis  
 p̄tia Christi  
 ecclesie spiri-  
 tus & carnis  
 designantur.

Ex sermone  
 12. in psal. 118  
 in principio.

psal. 11.

Ex fine lib.  
 2. de virgini-  
 bus. to. pri.

Deut. 6.

Ex. 21.

Qui habet cor (mundum) seruat mandata dei:  
 quemadmodum legisti. Maria gestabat omnia do-  
 mini saluatoris in corde suo vel dicta, vel gesta.  
 Circumcidamus ergo cor nostrum, nihil corporeũ,  
 nihil leue atque mutabile in eloquiis constituamus  
 cœlestibus. Eloquia enim domini, eloquia casta, vt  
 in his mysteriorum immaculata & pudica synceri-  
 tas spiritali interpretatione resplendet. Non adul-  
 terina quãdã opinione misceamus terrena diuinis,  
 & illud inuolabile sacramentum prophetiã visio-  
 nis, aut perennis oraculi naturã nostrã æstimatio-  
 ne violemus. Ideo enim addidit, Argentum igne  
 examinatum, probatum terrã, purgatum septuplũ:  
 vt tãquam boni nũmularij spiritu examinemus pro-  
 phetici sermonis argentum.

Hęc ego vobis sanctã virginem nondum triẽ-  
 nalis sacerdos munuscula parauit, licet vsũ indo-  
 ctus, sed vestris edoctus moribus. Quantus et-  
 enim adolefcere vsus potuit, in tam parua initiatã  
 religionis etate? Si quos hic flores cernitis de vestre  
 vitã collectos legite sinu. Non sunt hęc prãcepta  
 virginibus, sed de virginibus exempla. Vestre vir-  
 ginitatis effigiem nostra depinxit oratio, vestre gra-  
 uitatis imaginem, quasi in speculo quodã sermo-  
 nis istius cernitis refulgere. Vos si quam nostro gra-  
 tiam inhalastis ingenio, vestrum est quicquid iste re-  
 dolet liber. Et quoniam quot homines tot sententiã,  
 si quid defecatum est in sermone nostro, omnes le-  
 gant: si quid decoctum, maturiores probent: si quid  
 modestum, pectoribus inhæreat, genas pingat: si  
 quid florulentum, ætas florulenta non improbet.  
 Debuimus sponsã citare amorẽ: Scriptum est enim  
 Diliges Dominum Deum tuum. Debuimus in nu-  
 ptiiis calamistris quibusdam crines saltem orationis  
 ornare. Scriptum est enim: Plaudite manu, & per-  
 cute pede. Debuimus perpetuos spargere thalamos  
 rosas. Etiã & in his cõiugijs tẽporalib⁹ nubenti prius  
 plauditur, quã imperatur, ne ante dura offendant M  
 imperia, quã blanditiis amor totus inolefcat. E-  
 quorum vis plausũ sonitum discit amare ceruicis, ne  
 recurat iugum. Denique prius affuefcitur verbo la-  
 sciuiã, quã verbere disciplinã. Ast vbi colla subdi-  
 derit iugo, & habena constringit, & stimulus vr-  
 get: & compares trahunt, & iugalis inuitat. Sic etiã  
 virgo nostra debuit prius amore pio ludere, aurea  
 thori regni cœlestis fulcra mirari, in ipso vestibulo

nuptiarum, & postes frondium seruis cernere coro-  
 natos, & chori strepentis interius haurire delicias:  
 ne se prius dominico iugo timefacta subduceret,  
 quã vocata inclinaret. Veni igitur huc à Libano  
 sponsa: veni huc à Libano: transibis, & pertransibis.  
 Sapi enim nobis iste versiculus recitãdus est: vt vel  
 dominicis vocata verbis sequatur, si qua nõ credit  
 humanis: hoc nos magisteriũ nõ inuenim⁹, sed acci-  
 pim⁹: sic instituit mystici carminis doctrina cœlestis.

Cant. 4.

Osculetur me ab osculo oris sui: quia bona vbera tua su-  
 per vinum, & odor vnguentorum tuorum super omnia aro-  
 mata. Vnguentum exinanitum est nomen tuum. Totus iste  
 deliciarum locus ludũ sonat, plausum excitat, amo-  
 rem prouocat. Ideo, inquit, adolescentula dilexerunt te  
 retro. In odorem vnguentorum tuorum curramus. Induxit me  
 rex in tabernaculum suum. Ab osculis cœpit, vt ad ta-  
 bernaculum perueniret. Atque illa tam patiens durã  
 laboris exercitatãque virtutis, vt aperiat manu clau-  
 stra, in agrum exeat, in castellis maneat: in prin-  
 cipio tamen retro odorem currit vnguenti, mox cum  
 in tabernaculum venerit, vnguentum mutatur à ca-  
 stellis. Denique quod euadat, videte: Si murus, inquit,  
 est, ædificemus super eum turres argenteas. Quã ludẽbat  
 osculis, iam turres erigit: vt preciosis sanctorũ tur-  
 ritus fastigijs, nõ solum hostiles frustretur incurfus,  
 verum etiam bonorũ propugnacula struat tuta me-  
 ritorum.

Cantic. 1.

Cantic. 8.

Ex lib. Isaac  
 cap. 3. to. 4.

Gen. 24.

Cant. 11.

Veniebat (Rebecca) iam cœlestibus dotata my-  
 sterijs, veniebat magna secum ornamenta aurium  
 & manuum ferens: eo quod auditu & operibus emi-  
 neat ecclesiã pulchritudo, cui rectẽ dictum aduer-  
 timus: Esto in millia millium, & semen tuum pos-  
 sideat aduersariorum ciuitates. Decora igitur ec-  
 clesia, quã ex inimicis gentibus filios acquisiuit. Sed  
 potest hoc etiam ad animam deputari: quã passio-  
 nes corporis subigit, & ad virtutum officia conuer-  
 tit, repugnantẽque motus sibi obedientem efficit.  
 Ergo vel anima patriarchã (Isaac) mysterium Chri-  
 sti, videns Rebeccam venientem cum vasis aureis  
 & argenteis, tanquam ecclesiam cum populo natio-  
 num mirata pulchritudinem Verbi & sacramento-  
 rum eius dicit: Osculetur me ab osculis oris sui. Vel Re-  
 becca audiens virum Isaac, verum illud gaudium,  
 veram lætitiã desiderat osculari. Quid est igitur?  
 Osculetur me ab osculis oris sui? Considera vel ec-  
 clesiam iam diu promissõ sibi per prophetas domi-  
 nico aduentu per tempora multa suspensã, vel ani-  
 mam, quã eleuans se à corpore, abdicatis luxuriã  
 delitijs, voluptatibusque carnalibus, exuta quoquẽ  
 sollicitudine secularium vanitatum, iam dudum in-  
 fusionem sibi diuinã prãsentia, & gratiam Verbi  
 salutaris exoptet, commacerari, quod sero veniat,  
 & affligi. Ideoque quasi vulneratã charitate,  
 cum moras eius ferre non possit, conuersã ad  
 patrem rogare: vt mittat sibi Deum verbum: &  
 causã, qua sit ita impatiens, declarare, dicen-  
 tem: Osculetur me ab osculis oris sui. Non vnũ of-  
 sculum querit, sed plura oscula, vt desiderium suum  
 possit explere. Quã enim diligere, nõ est vnus osculi  
 parcitate contenta, sed plura exigit, plura ven-  
 dicat: & ita se amplius dilecto commendare con-  
 suevit. Denique illa in euãgelio sic probata est: Quia  
 non cessauit, inquit, osculari pedes meos: & ideo  
 remissa

Luc. 7.

remissa sunt ei peccata multa: quia dilexit multum. A  
 Ergo & hęc anima oscula Verbi multa desidera-  
 bat, vt illuminetur diuinã cognitionis lumine. Hoc  
 est enim osculum Verbi, lumen scilicet cognitio-  
 nis sacra. Osculatur enim nos deus Verbum: quando  
 cor nostrum, & ipsũ principale hominis spiritu  
 diuinã cognitionis illuminat, quo anima donata  
 charitatis pignore nuptiali, læta atque ouans dicit:  
 Os meum aperui, & duxi spiritum. Osculũ est enim  
 quo inuicem amantes sibi adherent, & velut gratiã  
 interioris suauitate potiuntur. Per hoc osculum ad-  
 hæret anima deo Verbo, quod sibi transfunditur  
 spiritus osculantis: sicut etiã hi, qui se osculantur,  
 non sunt laborum pralibatione contenti: sed spi-  
 ritum suum sibi inuicem videntur infundere.

psal. 118.

Ex 6 lib. He-  
 xameron cap.  
 9. tom. 4.

Ex libro quin-  
 to de sacramen-  
 tis. c. 2. to. 4.

Ex lib. 6. ad  
 e. 7. Luc. 1. 5.

Ex sermone 1.  
 vers. 8. in  
 psal. 118.  
 Luc. 1.

Lib. de sacra-  
 ment. cap. 2.

Tractatu in  
 psal. 118. pri-  
 mo versu &  
 sermone pri-  
 mo.

Quid autem loquar de osculo oris, quod pietatis  
 & charitatis est pignus? Osculantur se & columbæ.  
 Sed quid ad humani osculi venustatem, quõ ami-  
 citiã insigne humanitatisque præfulget, in quo  
 plenã charitatis fidelis exprimitur affectus? Vin-  
 de & Dominus velut prodigij genus in proditore  
 condemnans ait: Iuda, osculo filium hominis tradis?  
 Hoc est charitatis insigne conuertis ad signum pro-  
 ditionis, & infidelitatis indicium: pacis hoc pigno-  
 re vteris ad officium crudelitatis? Bestialit igitur  
 oris obsequio inferentem potius necem, quã chari-  
 tatis fœdera deferentem diuinã arguit vocis ora-  
 culo.

Venisti ad altare: vocat te Dominus Iesus vel  
 animam tuam vel ecclesiam, & ait: Osculetur me ab  
 osculis oris sui. Vis ad Christũ aptare? nihil gratius.  
 Vis ad animam tuã nihil iucundius. Osculetur me.  
 Videt te mundum esse ab omni peccato: quia deli-  
 cta de terra sunt. Ideo te sacramentis cœlestibus  
 dignum iudicat: & ideo inuitat ad cœleste conui-  
 uium. Osculetur me ab osculis oris sui. Amen propter  
 frequentia anima tua vel humana conditio, vel ec-  
 clesia videt se ab omnibus mundatã esse peccatis,  
 & dignam quã ad altare Christi possit accedere.  
 Quid est enim altare, nisi forma corporis Christi?  
 Vidit sacramenta mirabilia & ait: Osculetur me ab  
 osculis oris sui, hoc est, osculum mihi Christus in-  
 figat.

Non mediocris hęc meriti est, de qua potest di-  
 cere sapientia: Ex quo intraui, non cessauit osculari  
 pedes meos: vt aliud nisi sapientiam loqui nesciat,  
 vt aliud nisi iustitiam diligere nesciat, vt aliud nisi  
 castitatem libare nesciat, vt aliud nisi pudicitiam of-  
 sculari nesciat. Osculum enim mutui amoris indicium  
 est: Osculum pignus est charitatis.

Et fortasse illud quod ait supra. Osculetur me ab  
 osculis oris sui. ] significat spiritus sancti superuenientis  
 gratiam: sicut angelus ad Mariam dixit: Spiritus  
 sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obum-  
 brabit tibi.

Quia meliora vbera tua super vinum. ] Hoc est, me-  
 liores sensus, meliora sacramenta tua super vinum:  
 super illud vinum quod & si suauitatem habet, lætiti-  
 am habet, gratiam habet, tamẽ in illo lætitiã secu-  
 laris, in te autem iucunditas spiritalis est. Iam tunc  
 ergo Salomõ inducebat nuptias vel Christi & Ec-  
 clesiã, vel carnis & animã. Et tanquam despiciens  
 omnes iucunditates & delectationes suas, cœlesti-

bus cupiens inhære mandatis, ait, quoniam optima  
 prãcepta testamẽtorũ tuorum super omnem appe-  
 tentiam carnis, & seculi voluptatem. Meminerat  
 enim se in Eva antẽ sic lapsũ, dum voluptatẽ cor-  
 poris mandatis cœlestibus præfert. Ostendens itaq;  
 que non solum speciem verbi & vultum quandã, sed  
 omnia interiora ei⁹ se diligere, adiungit ad gra-  
 tiam osculorum. Quia bona, inquit, vbera tua super  
 vinum, & odor vnguentorum tuorum super omnia  
 aromata. Illa osculum poposcit, Deus verbum se ei  
 totus infudit & nudauit ei vbera sua, hoc est, do-  
 gmata sua, & interioris sapientiã disciplinã: & vn-  
 guentorum suorũ dulci odore fragrauit: quibus cap-  
 ta iam dicit vberiorẽ esse iucunditatẽ diuinã co-  
 gnitionis, quã lætitiã omnis corporeã voluptatis.

Ex lib. de  
 Isaac. cap. 3.

Vnguentum exinanitum nomen tuum. ] Hoc est, totus  
 immundis impuritatibus diuersorum facinorum  
 scetebat hic mūdus: nunc spirat vbique suauitas pu-  
 dicitia, vnguentum fidei, flos integritatis. Adspirat  
 enim in verbo odor gratiã, & remissio peccatorum,  
 quã in totum diffusa mundum, omnia tanquã exi-  
 nanito repleuit vnguento, quia per vniversos grauis  
 vitiorum colluies deterfa est.

Ex tractatu  
 in psal. 8. ser.  
 1. et versu 1.  
 Lib. de Isaac  
 cap. 3.

Vnguentum exinanitum nomen tuum. ] Caro Christi  
 non vidit corruptionem, nec odore aliquo mortis  
 emaruit, sed æterni illius floris & semper virentis  
 odore cõdita surrexit. Quomodo enim poterat vel  
 in carne marcescere, cuius nomen vnguentum exi-  
 nanitum est? Exinanit se, vt spiraret tibi. Semper  
 hoc vnguentum erat, sed erat apud patrem, erat in  
 patre. Olebat tantum angelis & archangelis, tanquã  
 intra vas cœli: aperuit os pater, dicens. Ecce posui  
 te in testamentum generis mei, in lucem gentium,  
 vt sis in salutem vsque ad extremum terrã. Descen-  
 dit filius, repleta sunt omnia nõuo odore verbi. Eru-  
 ctauit cor patris verbum bonum, fragrauit filius, spi-  
 ritus sanctus exhalauit, atque per omnium se corda  
 diffudit. Diffusa est enim charitas Dei in cordibus  
 nostris per spiritum sanctum. Ipse Dei filius in cor-  
 pore tanquam in vase odorem primo cohibebat suũ,  
 operiens tempus quando effunderet, sicut ait: Do-  
 minus dat mihi linguam eruditionis, vt scia quãdo  
 oporteat me dicere sermonem. Venit hora, aperuit  
 os, exiuit vnguentum, quando virtus exibat de eo.  
 Hoc vnguentum exinanitum est super Iudãos, &  
 collectum est à Gentibus. Exinanitum in Iudãa, &  
 redoluit in omnibus terris. Hoc vnguento vncta est  
 Maria, & virgo concepit, virgo peperit bonũ odo-  
 rem, Dei filium. Hoc vnguentum effusum est super  
 aquas, & aquas sanctificauit. Hoc vnguento vncti  
 sunt tres pueri, & humorem iis flamma rorauit. Hoc  
 vnguento Dauid vnctus est, & leonum ora molliuit;  
 feritãque permulfit. Fluit hoc vnguentum quo-  
 tidie, & nunquã deficit. Accipe vas tuum virgo, &  
 accede, vt possis hoc vnguento repleri: acceptum  
 vnguentum æstimatum trecentis denarijs, sed gra-  
 tis datum, nõ venditum, vt omnes gratis haberent.  
 Gratis vngere virgõ, noli cõtristari sicut Iudas, quiã  
 hoc vnguentũ effunditur, sed conspeli te in Chri-  
 stum. Claude sanẽ vas tuum, ne vnguentum effluat.  
 Claude integritatis claue, loquendi vetercundia,  
 abstinentia gloriandi. Hoc quã habet vnguentum,  
 Christum recipit;

Lib. 3. de vir-  
 ginibus.

Esai. 49.

Rom. 8.

Lib. de Helia  
& ieiunio.  
10.

Aliud est sobrietatis vnguentum de quo dicit Ec-  
clesia ad sponsum suum. Vnguentum exinanitum no-  
mentum. ] Aliud oleum quo artus animæ & quadam  
membra pinguescunt : vnde & David dicit,  
impinguasti in oleo caput meum. Et hoc est oleum  
lætitia quo vinctus est Christus à Deo patre, vt præ  
omnibus suis emerit confortibus. Hoc iubet vngere  
caput nostrum, vt oleo lætitia obducatur omnis  
simulata tristitia, ne videaris ieiunium tuum  
vendere hominibus, ne videaris contristari in ani-  
mæ tuæ salute. Nemo enim tristis coronatur, nemo  
mœstus triumphat.

Lib. de insti-  
tutione vng.  
cap. 13.

Vnguentum exinanitum nomen tuum. ] Descendat  
vnguentum istud in animæ præcordia, viscerumque  
secreta: quo non deliciarum odores sancta Maria,  
sed diuinæ gratiæ spiramenta redolebat. Hæc plu-  
uia Euæ restrinxit appetentiam: hoc vnguentum  
fœtorem hæreditarij erroris absterfit, hoc vnguentum  
Maria foror Lazari in pedes Christi effudit, &  
tota domus pio repleta odore fragrauit. Nec vlla se  
pauperem putet, nulla se arbitretur inopem, nulla  
metuat ne preciosum hoc vnguentum emere nõ possit,  
aut fontem istum putet esse venalem. Qui sitis  
inquit, ite ad aquam: & quicumque non habetis  
argentum, ite & bibite sine argento. Et supra  
ait: Gratis venundati estis, & sine argento redime-  
mini. Ideo pauper factus est dominus cum diues ef-  
set, vt eum omnes emant, & egenos præcipue sua  
paupertate locupletet. Parate igitur vasa domini,  
vt excipiat hunc fontem aquæ viuæ, fontem vir-  
ginitatis, integritatis vnguentum, odorem fidei &  
suauis misericordiæ gratia florulentum. Non me-  
diocriter istud vnguentum est, quo Christi longè la-  
teque diffunditur nomen. Vnde etiam propheticè  
dictum est. Vnguentum exinanitum est nomẽ tuũ.  
Ideo exinanitum, vt maiorẽ fides odore fragraret.

Lib. 1. de spi-  
ritu sancto. cap.  
7.

Lib. 1. de spi-  
ritu sancto. cap.  
7.

Lib. 1. de spi-  
ritu sancto. cap.  
7.

Vnguentum effusum est nomen tuum. ] Huius virtute  
sermonis nihil potest esse præstantius. Nam sicut  
inclusum in vase aliquo vnguentum cohibet odo-  
rem suum, qui odor quandiu vasis illius angustiis  
coercetur, & si ad plures non potest peruenire, ta-  
men vim suam seruat: cum verò de vase illo quo  
claudebatur vnguentum fuerit effusum, longè latè-  
que diffusum ducitur: ita & Christi nomen ante e-  
ius aduentum in Israëlítico populo quasi in vase ali-  
quo Iudæorum mentibus claudebatur. Notus enim  
in Iudæa Deus, in Israël magnum nomen eius. Hoc  
vtique nomen, quod vasa Iudæorum angustiis suis  
coercitum continebant, magnum quidem & tunc  
nomen, cum infirmorum & parvorum hæretet an-  
gustiis, sed magnitudinẽ sui nondum per corda gen-  
tium & in fines totius orbis effuderat. Postquam  
verò per omnem mundum suo illuxit aduentu, per  
omnem vtique creaturam diuinum illud suum no-  
men extendit, non repletum accessione aliqua (plenitudo enim  
nescit augmentum) sed replens vacua, vt esset admirabile  
nomen eius in vniuersa terra. Huius igitur effusio nominis  
abundantẽ quandam exuberantiam gratiarum, bonorumque  
cœlestium significat largitatem. Ex abundanti enim superfluit  
quicquid effunditur.

Lib. 5. ca. 1. de  
sacramentis.  
Lib. 3. de vir-  
ginibus.

Propterea adolescentula dilexerunt te. ] Quæ sunt istæ  
adolescentulæ, nisi animæ singulorum, qui deposue-

runt istius corporis senectutem, renouatæ per spiri-  
tum sanctum? Nolite adolescentulas arcere, de qui-  
bus scriptum est, Propterea adolescentulæ dilexe-  
runt te nimis, & introduxerunt te in domum ma-  
tris suæ. Bona quidem prudentia, sed dulcis misere-  
ricordia: illa enim parci assequuntur, hæc ad omnes  
peruenit. Propter hæc, inquit, indulgentiam tuam  
diligunt te animæ renouatæ spiritu, quam ij qui ve-  
teris & rugosi hominis grauantur exuuiis amare nõ  
possunt: vnde & ad animã dicitur. Renouabitur sicut  
aquilæ iuuentus tua. Ad animã enim loquebatur di-  
cens: Benedic animã meã dominum.

Lib. de Isaac.  
cap. 3.

Attrahere nos post te, curremus in odorem vnguentorum  
tuorum. ] Verum & summum si illo concupiscibili suo  
& delectabili anima gustauerit, & duabus his hauserit  
affectioibus, excludens & formidinem, incredibiliter  
exæstuat. Osculata enim iam anima sancta verbum dei,  
modum non capit, nec expletur dicens: Suavis es Domine,  
& in iucunditate tua doce me iustificationes tuas. Osculata, inquam,  
Dei verbum concupiscit super omnem decorem, diligit  
super omnem lætitiã, delectatur super omnia aromata,  
cupit frequenter videre, sæpe intendere, cupit attrahi  
vt sequi possit. Vnguentum, inquit, exinanitum nomen  
tuum, propterea diligimus te adolescentulæ, propterea  
certamus, sed comprehendere te nõ possumus. Attrahere  
igitur nos vt possumus curre, vt odore vnguentorum  
tuorum accipiamus virtutẽ sequẽdi. Festinat etiã interna  
mysteria videre, ipsam requiẽ verbi, ipsam boni illius summi  
habitationem, & lucẽ eius, & claritatem. Festinat ad  
verbũ, & rogat vt attrahatur, ne forte derelinquatur,  
quia currit verbũ Dei, & nõ est alligatum. Denique  
exultat tanquam gigas ad currendam viã. Et quia  
egressus eius à summo cœlo, & occurfus eius vsquẽ  
ad summũ eius, videns se imparẽ tantæ velocitati, di-  
cit: Attrahere nos. Habem⁹ enim cupiditatẽ sequẽdi,  
quã vnguentorum tuorum inspirat gratia. Sed quia cur-  
sus tuos æquare nõ possum⁹, attrahere nos, vt auxilio  
tuo fultẽ vestigiis tuis possim⁹ insisterẽ. Si enim tu  
attraxeris, euremus & nos, & spiritalis velocitatis fla-  
bra capiemus. Deponitur enim sarcina, quibus manus  
tua fulcro est, & oleum tuum infunditur, quo curatus  
est ille qui à latronibus vulneratus est. Ac ne  
impudens tibi videatur quod ait, Attrahere nos, audi  
dicentẽ: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati  
estis, & ego vos reficiam. Vides quã libenter nos  
attrahit, ne remaneamus sequentes. Sed qui vult  
attrahi, currat vt comprehendat: & currat posteriora  
obliuiscens, & ea quæ sunt priora appetens. Sic enim  
poterit Christum comprehendere. Vnde & apostolus ait:  
Sic currite, vt comprehendatis. Prudenter ergo rogat  
vt attrahatur, quia non omnes sequi possunt: denique  
dicenti Petro, Quod vadis, respondit verbum Dei: Nõ  
potes me sequi modo, sequeris autem postea. Clau-  
es ei commiserat regni cœlorum, & insequendo se  
imparẽ iudicauit. Hanc tamen anima non distulit,  
quia non præsumebat, sed rogabat.

Ex epist. 11. ad  
Irenæum l. 3.

Ex lib. de Isaac  
patriarcha c. 3.  
Psalm. 18.

Luce. 9.

Matth. 11.

Philip. 5.

Ioan. 13.

Ibidem conti-  
nũd lib. de  
Isaac & an-  
ma cap. 3.

Denique ait: Introduxit me Rex in cubiculum suum. ]  
Beata anima quæ verbi ingreditur penetralia. Insurgens  
namque de corpore, ab omnibus fit remotior, atque  
intra semetipsam diuinum illud si quo modo adsequi

adsequi possit scrutatur & quarit. Quod cum poterit  
comprehendere, ea quæ sunt intelligibilia supergressa,  
in illo confirmatur, atque eo pascitur. Talis erat Paulus,  
qui sciebat se raptum in paradysum: sed siue extra corpus  
raptũ, siue in corpore, nesciebat. Assurrexerat enim  
anima eius de corpore, & se à visceribus & vinculis  
carnis abduxerat atque eleuauerat, factũque à se-  
metipso alienus, intra semetipsum tenuit verba in-  
effabilia quæ audiuit, & vulgare non potuit: quia  
aduertit ea homini loqui non licere.

Serm. 1. versu  
1. in psal. 118.  
& ser. 1. vers.  
8. in psal. 118  
Iustificatio-  
nes.  
Coloss. 2.

Luce 2.

Matth. 6.

Sacramenta  
baptismi qua.  
Matth. 3.

Luce. 7.

Sermone 2. in  
psal. 115. vers.  
4.

Matth. 5.

Introduxit me rex in cubiculum suum, exultemus & læ-  
temur in te: diligamus vbera tua super vinum. ] Simplex  
est osculum, sed negociosum cubiculi secretũ. Hoc  
loco mystica plenius cognoscere se velle testatur, vt  
ingrediatur penetralia mysteriorum cœlestium, &  
aperiantur sibi thesauri sapietiæ & scientiæ in Chri-  
sto absconditi. Vnde & Salomon ait: Attrahere nos  
post te, in odore vnguentorum tuorum curramus.  
Quod vt possit, fortasse illud quod ait scriptura, Os-  
culetur me ab osculis oris sui, significat superueniẽ-  
tis spiritus sancti gratiam, sicut angelus ad Mariam  
dixit. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altis-  
simi obumbrabit tibi. Quando autem introduxerit  
eam rex in cubiculum suum, passionis tempus,  
lateris compunctio declarat, sanguinis effusio, sepul-  
tura vnguentum, resurrectionis mysterium, vt  
osculum quasi sponsa acceperit: in cubiculum autẽ  
Christi sit introducta ecclesia, non iam quasi tantũ-  
modo desponsata, sed etiam quasi nupta: nec solum  
thalamum sit ingressa, sed etiam legitime clauẽs co-  
pulæ consecuta sit. Ideoque quasi in thalamo sita  
ait: Colligatio guttæ frater meus mihi, in ter media  
vbera requiescit. Proinde si quod sit cubiculum quaerimus,  
ipse nos edoceat qui ait: Tu autem cum orabis, intra  
in cubiculum tuum: & clauso ostio ora patrem tuum  
in abscondito. Cubiculum ecclesiæ, corpus est  
Christi. Introduxit eam rex in omnia interiora  
mysteria: dedit ei clauẽs, vt aperiret sibi thesaurus  
scientiæ sacramentorum: clauẽs antea fores panderet:  
cognosceret quiescentis gratiam, defuncti somnum,  
virtutem resurrectionis. In illo cubiculo iustitias  
domini Iesu nupta reperit. Quæ sunt illæ iustitiæ?  
Vtique sacramenta baptismatis, sicut legitimus: quia  
cum venienti ad baptismum diceret Ioannes: Ego à te  
debeo baptizari, & tu venis ad me? respondit Iesus: Sine  
modo, sic enim decet nos adimplere omnem iustitiam.  
In illo cubiculo iustificationes didicit, cognouit cõsili-  
um Dei, sicut scriptum est, Quia omnis populus audiens  
& publicani iustificauerunt Deum, baptizati bap-  
tismo Ioannis: Pharisæi autem & legisperiti cõsili-  
um Dei spreuerunt in se, non baptizati ab eo. Quod  
ergo illi spreuerunt, nos legimus & sequimur cõsili-  
um Dei: quo nihil potest esse sublimius. Hoc enim  
diuinum, quo fit remissio peccatorum. Hæc à domino  
quærit discere, quæ homines docere nõ poterat, nisi  
Deus antè docuisset. Quæ posteaquam à Christo  
didicerunt apostoli, Ecclesia dicit: Introduxit me rex  
in cubiculum suum, hoc est, in illud secretum suum,  
in quo sunt thesauri scientiæ & cognitionis suæ. Ideo  
tibi dicitur: Cum oras, intra in cubiculum tuum, quod  
significat mentis animique secretum. In hoc cubiculum

iustitiarum sponsa se poposcit induci, cũ post odorem  
vnguenti excurrerit, quod semper fluit, & nõ quã  
deficit. Introduxit me ergo, inquit, rex in cubiculum  
suum. ] Græcus, in promptuarium suum & in cellarium  
suum habet: vbi bona libamina, vbi boni odores, sua-  
uia mollia, vbi fructus diuersi, vbi epulæ variæ, vt  
plurimis epulis prandium tuum condatur.

Denique in illud diuini illius introducta secretũ,  
Exultemus, inquit, & lætemur in te: diligamus vbera tua  
super vinum. ] Non enim in diuitiis & auri argenti-  
theauris, non in possessionum fructibus, non in po-  
testatibus, non in cõuiuuiis, sed in solo Deo exultat,  
dicens ad eum: Diligamus vbera tua super vinum. ] Sic  
tamen bibam, vt non absorberetur à vino; sed gratia  
eius lætitiã cordis hauriret, nõ corporis ebrietate  
titubaret. Quæ verò sunt vbera sponsi nisi Ec-  
clesiæ suauia, lactea & pinguis sacramenta? Hæc sunt  
illi iucundiora ac gratiora quàm mundi omnes ex-  
quisitæ delitiæ; quam epularum varia ac splendida  
fercula, gratiora denique quàm vinũ quod inebriat  
homines, & apostatarẽ fecit sapientes: Iraque post  
istam exultationem ac lætitiã aperuit oculos suos,  
& vidit viã rectã, reliquit tortuosas vias, dicens:  
Acquies dilexit te. ] hoc est, non flexuosa itinera te  
sequuntur, sed solus potest ad te iustitiæ trames per-  
uenire. Qui enim diligit iustitiã, non se auertit à  
Christo. Quomodo enim arbitrium iustitiæ, remuneratorẽ  
que meritorum innocens metuat conscientia?

Lib. de Isaac.  
cap. 3.

Serm. 2. vers.  
1. in psal. 118.

Lactea Ecclē-  
siae sacramenta  
Ecclē. 19.

Serm. 2. vers. 1  
in psal. 118.

Eadem tamẽ animã cognoscens corporis societate  
se esse fuscã, dicit ad alias animas, vel ad alias  
cœlestes & appositas sacro ministerio potestates,  
Nolite aspicere me quoniã obfusca sum, quoniã non  
est intuitus me sol.

Lib. de Isaac  
cap. 4.

Ex cap. 7. lib.  
de his qui in-  
tiantur.

Fusca sum, & decora filia Hierusalem. ] Nigra per  
fragilitatem cõditionis humanæ, decora per gratiam.  
Nigra, quia ex peccatoribus, decora fidei sacramen-  
to. Nigra per carnem, decora per virginitatem. Ni-  
gra sum, inquit, & decora, filia Hierusalem. ] Erat enim,  
antequam baptizaretur, tenebroso peccatorũ hor-  
rore deformis, sed posteaquam ablata per baptismũ  
remissionem meruit delictorum, dealbata ascendit  
ad Christũ. Inde per Esaiam Dominus locutus est,  
dicens: Si fuerint peccata vestra vt Phœnicium, vt  
niuem dealbabo, id est, si cruenta, si tetra, mũdabo.

Esai. 1.

Fusca sum & decora, inquit, filia Hierusalem, vt taberna-  
culum Cedar, vt pellis Salomonis. ] Habes causam qua  
ratione se lauare gestiat, quæ fulcam se esse commemo-  
rat. Nam quasi interroganti Ioanni qua ratione  
plebs multa concurrens gestiret lauare, respondit,  
Fusca sum & decora filia Hierusalem. Quia fusca est,  
lauare desiderat: quia decora est, videri nuda non  
metuit. In Ioanne porò euangelista iuuenes spectato  
præuide magna mysteria quæ in Canticis Cantico-  
rum sanctus Salomon repletus Domini spiritu  
resultauit. Constitue Dominum Iesum recubentem  
in conuiuio, reclinantem se Ioannem supra pec-  
tus eius, mirantes alios quod seruus supra Domi-  
num verbi recumberet: quod anima illa carnis vin-  
culis innexa, aulam diuinæ plenitudinis scrutaretur.  
Hæc ergo mirantibus aliis, respondit anima Ioan-  
nis: Fusca sum & decora filia Hierusalem. ] Fusca per

In apologia  
David postea-  
riore.

In psal. 118.  
serm. 2. vers. 11.

Aula diuinã  
plenitudinis,  
pectus Christi.



culpam, decora per gratiā. Dicit & caro, Fusca sum & decora, fusca puluere seculari, quem certādo col- legi decora oculo spirituali, quo mundi huius pul- uerem squaloremque deressi. Fusca per vitium, sed decora iam per lauacrum, quo ablui omne delictū. Fusca, quia peccauit decora, quia iā me diligit Chri- stus, quam relegauerat in Eua, recepit ex virgine, su- scepit ex Maria. Dicit etiam Synagoga, cuius my- steria hoc loco plerisque videtur exprimi: quæ cum se reiciam videret propter totius plebis impietate, solabatur se tamen, quia ipsū Christum de popu- lo suo non tantum, sed & Perum, Ioannem, Iacobū Christo adhærentes videbat, & quia habebat elo- quia sibi credita: & ideo dicebat: Fusca sum, & de- cora, filia Hierusalem. Fusca per incredulitatem, de- cora per legem. Fusca per lapsum, decora quia dile- xit me sol, & prior facta sum congregatio Dei. *Ni- gra sum & decora.* ] Præmisit nigram, vt augetur deco- ram. Non dixit, Nigra sum decora: ne quod nigrum est, decorum æstimaretur. Nigra sum superiore pec- catō, sed decora confessione peccati, & correctio- nis studio, atque amore virtutis. Nigra per culpam, decora per gratiā. Aut certe nigra exercitij sui pul- uere. Nigra ergo dum prælatatur, decora dum victo- riæ suæ insignibus coronatur.

In psal. 118. serm. 18. ver- su 5. Cap. 11. lib. de spiritu sancto

Ex serm. 11. versu 3. in psal. 118.

C. 4.

*Nolite aspicere me, quia obscurata sum, quia non est in- tuitus me sol.* ] Ideo, inquit, fusca sum, quia sol me reli- quit iustitiæ, qui ante illuminare consueuerat, amisi colorem vultus mei, obtusa facta est acies oculorū meorum quibus antè solem videbam. In tenebris ambulo, quæ diem Christi nescio. Nolite tamen de- spicere me: quoniā qui reliquit, potest rursus aspi- cere, misereri iterum. Solet enim cōgregare disper- sos, desertos requirere, colligere desitutos. Omnes tribus Israël conuenite, aspiciete me decoram, antè dilectam. Nolite aspicere me, quoniam obscurata sum, hoc est, non hoc solum aspiciatis, quia obscura sum, nō est intuitus me sol, & ideo obscurata sum. Sed lucet sol super iustos & iniustos. Super iustos pro gratia, super iniustos pro misericordia: illis mercedem meritorum tribuens, istis peccata di-

mittens. Et gentibus non lucebat antè, nunc lucet. Nunc illis oritur, qui oriebatur mihi: qui illis remisit, remittet & mihi. Nolite arbitrari quoniam obscurata sum, quod penitus reliquerit me sol, & iam non intueatur, non requirat ægram. Dissimulauit à me, quia non seruauit mandata eius: reconciliabitur cum viderit meorum poenitentiam delictorum. Non videt me sol, quia non recepi ad- uenientem, non aperui fenestras, vt lumen vitæ in- traret. Cum aperuero, illuminabit oculos meos, qui venit vt totum mūdum illuminaret, & videant etiā non videntes.

Denique quasi orbis terrarum dicit Ecclesia. Noli aspicere quoniam fusca sum, quia non respexit me sol, eo quod velut pruinis hyemalibus gelū- que constructam gentilis erroris congregationem gentium sol iustitiæ diu indignam æstimauerit, quā serena vultus sui luce lustraret. Nōne tibi videtur hyberni rigor temporis, quādo notus erat in Iudæa tantummodo Deus? nunc autem plenitudo lucis effulget æstiuæ, quando omnia & in omnibus Chri- stus. Nōne terra Domini, & plenitudo eius? Et ver- rum orbis terrarum in Ecclesia, in qua non Iudæus tantummodo aut Græcus, nō barbarus aut Scythæ, non seruus aut liber, sed omnes in Christo vnum sumus. Sol omnibus fulget: dies omnibus lucet. Er- go fuscatur quando non videmur à Christo: sed quando videmur, albescimus.

*Filij matris meæ pugnaverunt aduersum me.* ] Possunt apostoli esse filij matris eius, qui verè impugnaue- runt Synagoga, dicentes, Ecce conuertimur ad gentes, & nationibus verbum Dei seminare cœpe- runt.

Vel, filij matris meæ pugnaverūt aduersum me: hoc est, impugnauerunt me corporis passiones, car- nis illecebræ decolorauerunt me.

*Posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non cu- stodim.* ] Putant aliqui hoc de illis dici qui Synago- gam ad legis præcepta confringunt vt legem custo- diat, vineam suam tueatur, quam custodire non po- tuit. Denique custodiebat vt faceret uvas, fecit autè spinas. Quæ sit igitur vinea, veni David testificare nobis, dicens: Vineam de Ægypto transtulisti, eie- cisti gentes, & plantasti eam. Possunt & prophetæ intelligi, qui monendo, denunciādōque vt vineam suam custodiret synagoga, nihil profecerunt. Fecit enim spinas improbitatis, quæ virtutis vberes fru- ctus deferre debuerat: & ideo cōfiteretur quia popu- lum suum custodire non potuit.

*Vineam meam non custodim.* ] Nemo auferat anime vestræ vineam, & vilia holera serat. Vineam enim quidam fructus virginalis est: coniugia velut holeraum plantaria sunt, in quibus frequens zelus est, & ideo sicut holera herbarum citò cadūt atque marcescūt, nisi sinem imponat senectus, aut ad perfectionem continentia vehat. Non veniat ergo in vos Achab, qui cōcupiscat vineam vestram delere & extingue- re: nec veniat in vos Iezabel, vanum illud ac seculari profluuium, hoc enim vocabulo significatur vana & vacua redundantia: sed veniat Nabuthe, qui venit à patre, sicut indicat nominis ipsius interpre- tatio, qui vineam sanguine defendat suo, & pro ea mortem offerat. Hic est qui lapidatus pro nobis est,

Ex serm. 12. versu. 2. in psal. 118.

Ex apologia David poste- riore.

Serm. 2. ver. 1 in psal. 118. 2. 13.

Lib. de Isaac cap. 4.

Ex tractatu in psal. 118. serm. 1. ver. 1.

Es. 5.

In exhortat. ad virg.

2. Reg. 21.

pro

pro nobis mortuus, pro nobis falsis appetitus testi- moniis. Qui pauper huc venit cū diues esset, vt vos eius inopia ditaremini. Hic est vitis, qui redundantibus gratiæ suæ fructibus repleuit vniuersum orbem terrarum. Hic in vestris pectoribus alta maneat de- fixum radice, vt & fructus vester exuberet, & liqueat gratiæ spiritualis corporei vaporis incendia temper- ratur. *Vineam meam non custodim.* ] quia spinas & non vnam attulit, id est, faciens peccata pro fructibus.

In psal. 118. serm. 1. ver. 1.

Iam verò ad Sponsū conuersa, *Annuncia, in- quit, mihi quem dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas in meridie?* ] Cur quem dilexit anima mea, dicis, & non, quem diligit? Cur remisisti quem tenebas? Dilexi- sti patrum fide, amisisti incredulitate, tenebas cha- ritatis vinculis, amisisti longo fune perfidiæ. Ideo nescis vbi pascat, vbi maneat, nam si scires, non que- reres. Dicis enim, Vbi pascis, vbi manes in meridie? Meridie nostri esse ecclesiam, quæ tenet Christum, & tu eum in noctibus quaeris? Dic, inquit, mihi Chri- ste responde vel propter id quia antea charus fuisti, atque dilectus mihi. Et si ego tantæ prærogatiuam charitatis amisi, tu tamen quasi pius responde mihi: Vbi pascis? vbi manes? Reliquisti me, abiisti ad Gen- tes: recessisti longe à me, & illis propior factus es, à quibus longè eras. Sed factus es propè, quia credi- derunt sanguini tuo. A me recessisti, quia ego crucè tuam non recepi, vt mundi redemptionem, sed vt noxij damnationem. Qui autem receperat sicut fa- luti auctorem, in meridie sunt, illis lucet, illis reful- ges, illis calet gratia tua sicut meridies. Mihi matuti- nus eras, cum adhuc crederem: sed non credebam plene, quia non sum inuēta in meridie, sicut Ioseph qui cum fratribus suis cœnabat in meridie. Illis me- ridies factus es, qui pascuntur in diuitiis tuis, & in te sperant. Ideo sicut dixit David, deduces eorum iu- stitiam sicut lumen & iudicium eorum tãquam me- ridiem. Quæris ergo tanquam aliena, quæ proxima eras: tãquam pauper, quæ diues fuisti. Vis sequi quæ præcedebas: atque vitinam vel sequaris, quos præcedere debuisti. *Annuncia mihi, inquit, quem dile- xit anima mea.* ] Ecclesiæ Christi vox videri possit ad Ioannem dicentis, Annuncia mihi, & e. ipsum scilicet Christum causam desiderij, ipsum causam laua- cri sibi esse commemorantis, sicut habes, Fusca sum & decora, & c. de quo supra tractatum est. Et alioqui Synagoga dixisse etiam videri potest, *Annuncia mihi quem dilexit anima mea, vbi pascis, vbi manes in meridiano, ne forte siam circumamicta super greges sodalium tuorum?* ] Hoc est, Annuncia mihi Christe, quem dilexit ani- ma mea: Cur non potius, quem diligit? Sed synago- ga dilexit, ecclesia diligit: nec vnquam circa Chri- stum suum mutat affectum. Vbi, inquit, pascis, vbi manes in meridiano? Sequi te cupio quasi alumna quæ quasi copulata antè retinebar, & greges tuos quaerere, quæ amisi meos. In meridiano pascis, hoc est, in Ecclesiæ loco, vbi iustitia resplendet, vbi ful- get iudicium sicut meridies, vbi vmbra non cerni- tur, vbi maiores sunt dies, quod eis sol iustitiæ tan- quam æstiuis mensibus diutius immoretur.

Ex lib. 4. Hexameron cap. 5.

*Annuncia, inquit, mihi quem dilexit anima mea.* ] Sy- nagoga quaerebat quæ amiserat: vos (ecclesiæ filia) quaerite quæ non amittatis. Sed cur Synagoga dicis, quæ dilexi, & nō dicis, quem diligo? ideo nō tenes,

quia dilexiste te dicis, cur nō poti⁹ adhuc diligis, vt possis tenere? Verum illam omittamus. Tu virgo cū cœperis quaerere, adest. Neque enim fieri potest, vt desit quaerentibus se, qui palam factus est non quaerentibus, & inuentus est non interrogantibus. Dum tractas & cogitas, præsto est. Dilce interrogare cum venerit, vbi pascat, vbi maneat, sicut illa dicebat, Vbi pascis, vbi manes in meridiano? Vbi enim Chri- stus manet, nisi vbi iustitiæ merities resulget? quod sacra scripturæ docetur testimonio, quæ dicit, In sole posuit tabernaculum suum. Vnde & alibi pro- pheta dicit: In lumine tuo videbimus lumen.

In exhortat. ad virgines.

*Vbi pascis, vbi manes, in meridiano, ne forte siam cir- cumamicta super greges sodalium tuorum.* ] Mercenaria esse desiderat, quæ sibi vendicabat antè dominatū. Quam damnosa perfidia est? Sed quia incredula, im- mitis, sacrilega, ideo eam à gregibus ecclesiæ suæ se- parat Christus, dicens: Nisi scias te è decora in mul- tieribus, hoc est, prius te quæ sis ipsa cognoscere, & tūc pete vt meis gregibus appropinques. *Vbi pascis, vbi manes in meridiano?* & c. ] Rectè dicit, vbi pascis? quia regulare est Dei verbum. Vbi manes? quia mo- rale. In meridiano, quia mysticum. Siquidem quia meridie Ioseph cum fratribus suis in cōuiuio cōsti- tutus, futurorum temporum mysteria reuelabat. Et Abraham quando Deus apparuit ad illicem Mambre meridies erat. Sed & ipse Paulus circumfulsisse sibi lumen meridie asseruit, quando à persecutione ad gratiā est cōuersus. Queritur ergo (synagoga) quod derelicta sit, quod sit destituta, sit pauper ex diuite. Abundabat enim munere gratiarū: sed eger cœpit, vbi diuinæ præsentia copia sibi est denegata: & ideo vel quasi mercenaria haberi postulat, quæ ante sibi pretiosioris copulæ gratiam vendicabat. Merce- naria esse desiderat, quæ ante mercenarios collige- bāt. Mercenariæ vtique vox est ista dicentis:

Lib. de Isaac cap. 4.

Serm. 2. ver. 1. in psal. 118.

*Ne forte siam circumamicta super greges sodalium tuorum.* ] Quæ profelytos ex gentibus antè suscipiebas, nunc ipsa in nationibus vis pro profelytis suscipi, & tan- quam aduena congregari. Respondit Iesus:

*Nisi cognoscas te decoram inter mulieres.* ] Nōsce te ipsum homo, tuæ animæ dicitur. Cognosce te ani- ma, quia non de terra non de limo es, quia insuffla- uit in te Deus, & fecit in animam viuentem. Opus es magnificum, dei inspiratione generatum. Atten- de tibi, vt lex dicit, id est, animæ tuæ. Secularia te & mundana nō teneant, terrestria nō morentur.

Serm. 10. ver. 1. in psal. 118.

Ad illum tota intētionē festina, ex cuius inspiratio- ne consistis. Grande, inquit, homo, & pretiosum vir mi sericors: virum fidelem opus est inuenire. Dilce homo vbi grādis & pretiosus sis. Vilem te terrā de- monstrat, sed gloriosum virtus facit, fides rarum, i- mago pretiosum. An quicquam tã pretiosum quam imago est Dei? Quæ tibi primò debet fidem infun- dere, vt in corde tuo resulgeat quædam auctoris ef- figies: ne qui mentem tuam interrogat, non agnoscat auctore. An quicquā tam pretiosum quam hu- militas? Vt naturā corporis animæq; perspicies, al- tero te subiicias, altero te recognoscas. Prona in vitiiū carnis illecebra, misericordiā suadet: quia quod alteri contuleris, tibi soluis, quicquid à te procedit, in te recurrit: & quicquid fueris, tibi soluis: & qui profueris, tibi proficit. Cui respondit verbum Dei:

Pro. 11.

*Lib. de Iſaie. cap. 4.* Nisi cognoscas te decoram inter mulieres. ] Quæ quereris quod relicta sis, nisi te cognoscas, nisi te poeniteat lapsus tui, nisi intentionem deuotionis approbes, nisi fides tua & sinceritas augetur, querela nihil proderit. Ac sic: Nisi cognoscas te quia decora es, nisi pulchritudinem naturæ tuæ serues, & corporis te illecebræ non demergant, nec impedimenta detineant, nihil tibi creaturæ melioris nobilitas suffragabitur. Cognosce igitur te, & naturæ tuæ decorem, & exi quasi exuta vinculis pedum, & nudo exerta vestigio: vt exalta integumenta non sentias, vestigium mentis tuæ corporalia vincula non implicet, vt pes tuus speciosus appareat. *Nisi cognoscas te decoram, &c.* ] Quoniam & elephantes vides tibi subditos, & leones esse subiectos, nosce te ipsum ô homo: quod non (vt ferunt) Apollinis Pythij, sed Salomonis sancti est, qui ait, Nisi scias te formosam in mulieribus, quamquam antè Moyses in Deuteronomio scripserit. Attende tibi ô homo. Attende tibi, ait lex, & propheta ait: Nisi scias te. Cui dicit hoc? Formosa, inquit, in mulieribus. Quæ est pulchra in mulieribus, nisi anima, quæ in vtroque sexu præstantiam possidet pulchritudinis. Et meritò decora est, quæ non terrena sed cælestia, non corruptibilia sed incorrupta desiderat, in quibus decus perire non solet, corporalia enim omnia processu ætatis, aut ægritudinis inæqualitate marcescunt.

*In psal. 118. serm. 2. ver. 1.* Nisi noscas te decoram inter mulieres. ] Quid est noscere, nisi vt sciat vnusquisque hominem ad imaginem & similitudinē Dei factū, rationis capacē, qui terrā suā excolere tāquā bonus agricola debeat aratro quodā & falce sapientiæ, vt vel dura findantur vel luxuriata recidatur, qui inferiorē sui portionē, animi imperio debeat gubernare? Vnde etiam in lege scriptum est: Attende tibi, ne fiat verbum absconditum in corde tuo. Tibi, inquit, attende, non vtique dicit pecuniæ tuæ, non possessionibus tuis, non viribus corporis, sed animo tuo, ac mēti tuæ, vnde omnia consilia, facta cogitationēsq; manant. Tibi ergo attende ibi, vbi potiorem esse te nosti. Nosce te ipsum, quod Apollinis Pythio assignant gentiles viri, quasi ipse auctor fuerit huius sententiæ, cum de nostro vsurpatum ad sua transferant, & longè anterior Moyses fuerit, qui scripsit librum Deuteronomij, quā philosophi qui ista sinxerunt. Attende, ait, tibi soli. Aliud enim nos sumus, alia sunt nostra, alia quæ circa nos sunt. Nos sumus, hoc est, anima & mens. Nostra sunt corporis mēbra & sensus eius. Circa nos pecunia est, serui sunt, & vitæ istius apparatus. Tibi ergo attende, & te ipsum scito, hoc est, nō quales lacertos habeas, non quantam corporis fortitudinem, non quantas possessiones, quantam potentiam, sed qualem animam ac mentem, vnde omnia consilia proficiuntur, ad quam operum tuorum fructus refertur.

*In canticis canticorum.* Vnde & Salomō diuinum oraculum secutus scripsit: Nisi scias, inquit, te decorā inter mulieres, hoc est, Nisi cognoscas te mortalem & rationalem, & citò peccata tua fatearis, citò dicas iniquitates tuas, vt iustificeris, nisi conuerteris, & prior accusas tua delicta, venit dies mortis, & iam præueneris dū non cogitas, & nullum conuersionis remedium est. Nisi ergo, inquit, cognoscas te decoram inter mulieres.

*Exi tu in calcancis gregum, & pasce hædos tuos in tabernaculis pastorū.* ] Quia per greges, regnum intelligimus, eò quod potestatis sit gregibus præsidere. Præsidet autem vnusquisque sibi quadam potestate regali, si coërceat in se corporis luxus, & seruituti redigat carnem suam. Ideoque dictum est, Regnum Dei intra vos est. Vnde pulchrè ait ad animam: Exi, id est, exi à seruitio: exi à carnis imperio atque dominatu: & exi non in carne, sed in spiritu: exi ad regnum potestatis. Ideoque addidit: Pasce hædos tuos: hoc est, rege ea quæ in sinistra tua sunt: nam si non regatur, facile labuntur. Coërce petulentiā & lasciuiam tui corporis, & luxuriam irrationabilem: edoma leues motus: pasce eos non in corporeis tabernaculis, sed in tabernaculis pastorū, qui regere gregem norunt. Sunt enim amabilia tabernacula Israël, sicut memora obumbrantia super flumē, in quibus anima tamquam in procinctu bellico sita, bonam exerceat militiam, incurfus explorat hostiles. Exi ergo nudo pede, & pasce hædos tuos in tabernaculis pastorū. Quæ sine peccato est, agnos pascit, oues pascit, quæ autem peccato obnoxia est, pascit hædos, quia à sinistris sunt, non enim potest esse in dextera pastoris boni, sequatur magis dicentem Petro: Veni retro me, Satana. Sequedo Petrus in dextera meruit collocari: ideoque ei dicitur, Pasce agniculos meos. Sed quò exeat audi. Ad tabernacula, inquit, pastorum, hoc est, ad gentes, ad dispersionem. Ideoque dixit, Percutiam pastorem, & dispergetur oues gregis, vt repletur totus orbis terrarum grege Christi: significās tunc saluam fore synagogam, cum se huic dispersioni & ipsa sociauerit, que repleuit hunc mundum. Tabernacula enim pastorum, regna sunt terrarū. Ideoque propheta Dauid nationes annuncians credituras, ait, Regna terræ cantate Deo.

*Equæ meæ in curribus Pharaonis asimilauit te proxima mea.* ] In quo dum velocium equorum cursui similitudo ecclesiæ comparari videtur, æstimatur diues oius gratia. Non igitur vnam equam diuitis regis accipias, sed absolutè pro equitatu, vt sæpe dixim⁹: qualis ouis illius est pro grege ouium. Pharaon igitur vt potentissimus rex & prædiues, habebat equos potētes, vnde & scriptura dicit, currus Pharaonis, quasi potentissimum genus ad bellorum vsū, & sublidium præliandi. Denique his curribus Pharaon fugientes Hebræos facillè comprehendit. Sicut ergo equi iuncti concorditer trahunt currum, & patienter suscipiunt iugum, & portant congrua cum gratia, & iugi illius susceptione mansuescunt: sic & congregatio gētilibus indomita moribus se antè iactabat. Vbi verò suscepit iugum dicētis, Tollite iugum meum quia leue est, & onus meum, quia suaue est, & coepit sponsa Christi concordia & mansuetudine populorum esse sublimis, & toto circumferri orbe, tanquam currus equis velocibus supra mundum rapta ascendit ad sponsum. Habet enim equos suos Christus, de quib⁹ dicit propheta: Immissisti in mare equos tuos, turbantes aquas multas, eò quod gentium populos qui mouentur vt aquæ multæ, & excitantur vt fluctus aquarum, euangelizando commouerunt apostoli, vt assurgentes à terrenis idolorum ceremoniis in Christum crederent. Et supra ait: Ascendisti in equos tuos: equitatus tuus sanitas. O bono.

*Ex ca. 6. li. 6. Necameron.*

*Deuter. 15. quæta lex.*

*In psal. 118. serm. 2. ver. 1.*

*Lib. 6. Hexameron. cap. 7.*

*In canticis canticorum.*

*Ezech. 1.*

bonorum equorum duodeca iugum mirabile, quibus frena pacis, habentur sunt charitatis: constricti inter se concordia vinculis, & iugo fidei subiecti, quatuor rotis euangelij mysterium totius orbis finibus inuehentes, bonum aurigam portantes Dei verbum: cuius flagello fugatæ sunt illecebræ seculares, exterminatus mundi istius princeps, iustorum est cursus impletus. O rationabilium equorum grande certamen, ô mirandum mysterium. Rota intra rotam currebat, & non impediabatur, nouum testamētum in veteri testamento intra illud currebat, per quod annunciabatur. In quatuor partes rotæ ibat, & non reuertebantur retrorsum, quia spiritus vitæ erat in his, qui currebat. In quatuor partes totius mundi, & sine offensione currebat, quia bonam equorum vitam quadrabat. Currebant igitur equi, quia nō dormiebat qui ascenderat equos. Transcūdum est hoc mare impigrè, vix trāsitur à vigilātib⁹. Si quidem dormitauerit, transire non poterit, sed demergetur vt Ægyptius, cuius & anima & corpus interiit. Equum & ascensorem proiecit in mare, qui non sequebantur legem, sed persequebantur.

*Equæ meæ in curribus Pharaonis asimilauit te.* ] Virtutis labor querit victoriam, vt possit equæ illi, quæ Salomonis est, comparari, velox ad currendum, habilis ad partum: quoniam fecunditas animæ desideratur & queritur. Hæc ergo equa preciosa, & curus Pharaonis veloces: quod aliqui ad Ecclesiam referunt & ad populum: sed de hoc mysterio alibi sapius diximus & maximè in psalmo 118. Hoc autem loco de anima dicendum suscepimus. Huius equæ similis æstimatur anima, hoc est, prophetica vel apostolica virtutis, eò quod in eorum annumeretur gregem, qui fecunditate prædicationis suæ, totius orbis terrarum spatia repleuerūt: & quamuis in corpore constituti, nulla tamen cursus spiritualis sententia dispēdia. Ideoque laudatur, quod cælesti sibi illuminante præcepto, iam speciosa, iam pulchra sit, quæ vultu præferat castitatis decorem, & redimicula ceruicis attollat, in qua sunt patientiæ & humilitatis insignia. Atque idcirco spōsam suam collaudans dicebat.

*Quam speciosa factæ sunt genæ tuæ, sicut turturis: ceruix tua sicut redimicula.* ] Vultus liberior est, vbi est castitatis conscientia: & portare Christi iugū est suaue, si ornamenta putes ceruicis tuæ esse, non onera. Attolle ergo oculos semper ad dominū, & quære Deū, vt inuenias. Erige ceruicem: redimicula non vincula geris. Multa quoque animalia redimiculis gaudent, & phalerari sibi magis, quàm nudari videtur. Genæ sicut turturis præferant insignia verecundiæ: redimicula ceruicis, libertatis attollant fiduciam, leue enim est iugum Christi, & ideo ceruix eo non premitur sed leuatur.

*Similitudines,* inquit, *auri faciemus tibi ex distinctionibus argenti, quousque rex est in declinatione sua.* ] Ex iis enim quæ ex lege sunt & prophetis mediocriter antè crederant gloriam domini Iesu: sed hæreditas eius diffusa per populos quo frequentius exanimata, hoc amplius est probata. Crebræ enim persecutiones ecclesiæ, iustorum nobis titulos, martyrij victorias ediderūt. Itaque sicut aurum bonum, ita ecclesia cum vratur, detrimenta non sentit, magis fulgor

eius augetur: donec Christus veniat in regnū suum, & reclinet caput suum in Ecclesiæ fide. Qui cum venisset ad oues perditas domus Israël, non habebat vbi caput suum reclinaret, nūc autem redolet fides. Ideoque dicit Ecclesia: Nardus mea dedit odorem suum. Et dicit cum præsumptione expectans retributionem: Olim, inquit, non exhalabat Synagoga de se nisi tetrum odorem, incensum & thymiana quod offerebat, abominatio erat apud Deum: victimas & holocaustomata fastidiebat anima eius: nūc verò ecclesiæ fides, Ecclesiæ casta integritas, tāquā nardus suauissimum & amoenissimum odorem spirat.

*Collatio guttæ, consobrinus meus: botryo cypri frater meus mihi, inter media vbera mea requiescit.* ] Corpus enim suscipiens dominus Iesus, charitatis se vinculis illigauit: & non solum se membris nostris & passionibus naturalibus, sed etiam se cruci vnxit: ideoque sicut botryo in ecclesiæ fide & morali requiescit gratia: & tanquam fasciculum se nobis dedit, quem inter vbera nostra cōtineamus: cuius lætemur aspectu, fruamur amplexu, satuemur gustu, roboremur contactu.

*Nardus Cypri consobrinus meus in vineis Engaddi.* ] Si locum querimus, regionis cuiusdam quæ in Iudæa est, locus sic dicitur, in qua opobalsamum gignitur, si interpretationem, tentatio Latine significatur. Illis verò in vineis lignum est, quod si quis cōpungat, vnguentum emittit. Hic fructus est ligni. Si non incidatur lignum, non ita fragrat, & redolet, cum autem compunctum fuerit artificis manu, tunc lachrymam distillat. Sic & Christus in illo tentationis ligno crucifixus illachrymabat populum: vt peccata nostra dilueret, & de visceribus misericordiæ suæ fundebat vnguentum, dicēs: Pater dimitte illis, quia nesciunt quid faciunt. Tunc ergo in ligno compunctus lancea, exiuit de eo sanguis & aqua, omni vnguento suauior, accepta Dei hostia, per totum mundum odorem sanctificationis effundēs: & quasi balsamum ex arbore, sic virtus exibat è corpore. Vnde ipse ait: Sentio virtutem de me exisse. Inde opobalsamum expressius dicitur, eò quod compunctione ligni balsamum per cauernam punctiōnis erumpat. Compunctus ergo Iesus odorem remissionis peccatorum & remissionis effudit. Nam & constrictus erat, cum verbū esset homo factus: & pauper factus est, cum diues esset, vt nos illius inopia ditaremur. Potens erat, & despiciendum se præbuit, ita vt Herodes sperneret eum, & illuderet ei. Terram mouebat, & hærebat in ligno, cælū obducebat tenebris: mundum crucifigebat, & crucifixus erat. Inclina-bat caput, & exibat verbum, exinanitus erat, & replebat omnia. Descendit Deus, ascendit homo. Verbum caro factum est, vt caro sibi verbi solum in dextera vindicaret. Vulnus inflictum erat, & fluebat vnguentum. Scarabeus audiebat, & Deus agnoscebatur. Respondit & Christus: Ecce bona es proxima mea, ecce es bona, oculi tui columbe. ] Quoniam cognouerat Ecclesia mysterium, & pro totius mundi redemptione crucifixum dominum prædicabat, meretur audire: Ecce es bona. Quæ me bonum dicis, & ipsa es bona: quæ vidisti gloriæ meæ decorem, & ipsa speciosa es & decora. Quid est autem Christum

*Lib. de Iſaie. cap. 4.*

*Luc. 7.*

*Num. 24.*

*Serm. 2. ver. 1. in psal. 118.*

*Marc. 8.*

*Ioan. 21.*

*Zach. 13.*

*In psal. 118. serm. 2. ver. 6.*

*apud Virg. in ecloga 3. Inſelix o semper ovis peccat.*

*In psal. 118. serm. 3. ver. 1.*

*Ibid. cōtinuo.*

*Matth. 11.*

*Exo. 15.*

*Ibidem continuo serm. 3. ver. 1.*

*Ibidem in psal. 118.*

*Ibidem.*

*Luc. 23.*

*Ibid. 8.*

*2. Cor. 8.*

*Ibid. cōtinuo serm. 3. ver. 1.*

dicere, bona es, vel decora es, nisi illud euangelicum, **Constans esto filia, dimissa sunt tibi peccata multa?**

Quod vero sponsam suam oculos columbae habere dicit, ideo dictum existimo, quod huic aui gratissima sit pudicitia, & adulterium nesciat, & coniugij fidem summo & inuolabili studio colat. Ingens ergo & sublime preconium sponsae datur, cum oculos illius columbarum similes esse predicat, commendat enim illius excellentem castitatem, integritate, simplicitatem: ut in illius vultu nihil resideat spurcum, nihil lasciuum, libidinosum, fraudulentum, sed tota eius facies virginali pudore, omnique morum honestate ac simplicitate resplendet. Vel ideo oculi eius columbis comparantur, quod acumine & diuini ingenij oracula prophetarum, & diuinas scripturas non iam secundum historicum sensum, sed secundum spiritum intelligat, spiritualibus spiritualia comparare sciens. Sponsa igitur hoc modo commendata, vicissim Sponsam collaudat. *Ecce es formosus confobrinus meus, & quidem pulcher. Acclinatio nostra opaca, trabes domorum nostrarum cedri, lacunaria nostra cupressi.* Laudat Sponsa decorem Ecclesia, quem plus vnusquisque laudat tacito affectu, & fidus mysteriorum interpret tacendo plus predicat. Nam qui arcana diuulgat, imminuit Christi decorem. Ideo nemo mittat margaritas suas porcis, ne conculcari faciat ornamenta preciosa. Non ergo in tabernaculo loquacis & garruli, quia multiloquio peccatum admittitur, sed in viri serij, qui sit parcus alloquij, nec sermonis intemperans, & verborum sobrietate temulentiam loquacitatis euitans, caput suum Christus reclinat. Et merito opacam significat acclinationem, quia in Ecclesia constitutos virtus obumbrat altissimi. Hac vmbra David protegi postulabat, ne cum per diem sol vreret, vel luna per nocte. Hac vmbra spiritalis ministrat gratia, torrida seculi huius & mundi aestiua fugientibus. Opaca igitur acclinatio Christi Ecclesiae sunt, quibus Dei patris aeterna illa requies adspirat. In hac ergo requiescamus vmbra, peccatorum nostrorum aestibus fatigati. Si quos adussit libido, hos domini crux refrigeret, in qua se reclinauit vt nostra delicta susciperet. Si quos culpa lassauit, hos Iesus gremio suscipiat, & molli foueat amplexu. Vnde audeo dicere quod caro Christi, acclinatio sit Ecclesiae.

Ait in canticis sponsa de sponso, *Ecce sponsus est confobrinus meus: & ideo pulchra acclinatio nostra opaca, &c.* Possumus hoc & de moralibus accipere. Vbi enim requiescit Christus & Ecclesia, nisi in operibus suae plebis? Denique vbi impudicitia, vbi superbia, vbi iniquitas erat, ibi ait dominus Iesus: Filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. De naturalibus autem quid accipiamus? In vmbra, inquit, eius concipiui & sedi, & fructus eius dulcis in faucibus meis. Qui enim terrena supergreditur, & cui mundana moriuntur, quoniam crucifigitur ei mundus & ipse mundo, omnia quae sunt sub sole, refugit & contemnit. De mysticis quoque ait: Introduc me in domum vini: constituite in me charitatem. Etenim sicut vineam suam, ita dominus Iesus populum suum quasi vitis aeterna quibusdam brachijs charitatis amplectitur.

**Trabes domorum nostrarum cedri.** Cedri specie, maioru qui iusti fuerunt, gloria designatur. Iustus enim vt palma florebit, & sicut cedrus quae in Libano est multiplicabitur. Sicut enim cedrus non putrescit, ita nec maiorum gloria vlla vetustate corrumpitur. Denique Cedrus suspendendis est tectorum apta culminibus: eod quod huiusmodi materies & procestra sit spacijs, nec parietibus onerosa, lacunaribus quoque comendisque fastigijs habilis est cupressus: vnde & Ecclesia in Canticis dicit: Trabes domoru nostrarum cedrinae, lacunaria nostra cupressina: in his esse declarans decora sui ornamenta fastigij, qui quasi trabes vertice Ecclesiae sua virtute sustineant, & fastigium eius exorment.

**Lacunaria nostra cupressi.** Genus hoc arboris nquam amittit viriditatem suam, hyeme iuxta atque aestate comam pascit: nec diuerso colore muratur, solam hanc arborem ventus numquam suo honore despoliat, sola numquam veteri suo exiuit amictu, aut nouo flore vestitur. Sic apostolica quoque gratia nescit defectum, sed vetustate sui floret. Anima ergo corrumpi nescit, quae florentibus membris vigens, semper iustitiae ceterarumque virtutum culmina patienti magnanimitate sustinet. Et ideo non desluit neque deficit, quia nihil in ea rimosum est atque remissum, nihil mobile, nihil lubricum, nihil quod vitio sermonis ex ea possit effundi.

CAPVT SECVNDVM.

**Ego flos campi, & lilium conuallium.** Quis est iste flos boni odoris, nisi ille de quo in Esaia scriptum est, Exiit virga de radice Iesse, & flos ex radice eius ascendet? Radix vtiq; familia Iudaeorum est, virga Maria, flos Mariae Christus. Qui quando in nostra resplendet terra, & in agro animae redolet, vel in ecclesia sua vernat, nec frigus possumus timere, nec pluuiam, nec vereri sed expectare diem iudicij. *Ego flos campi, & lilium conuallium.* Quoniam de deserto tractatus hic sumitur vbi quarendus sit Christus, etiam ipse monstrat, dicens: Ego flos campi, & lilium conuallium, tamquam lilium in medio spinarum. Ecce alium locum in quo solet dominus diuersari, imò non in vno, sed in pluribus. Ego, inquit, flos campi: quia patentem simplicitatem pure mentis frequenter. Et lilium conuallium. Flos enim humilitatis est Christus, non luxuriae, non voluptatum, non lasciuiae, sed flos simplicitatis, flos humilitatis, tanquam lilium in medio spinarum. Nonne inter asperitates laborum, contritionesque animorum boni flos odoris assurgit, quia contrito corde Deus placatur? *Ego sum flos campi, & lilium conuallium.* In moralibus flos est, in naturalibus Sol iustitiae, qui oriens & refulgens illuminat, occidens obumbrat. Caue ne tibi occidat, quia scriptum est, Sol non occidat super iracundiam vestram. In mysticis charitas est, quia plenitudo legis est Christus: & ideo Ecclesia quae diligit Christum vulnerata est charitate.

**Sicut lilium in medio spinarum.** Christus erat lilium in medio spinarum quando erat in medio Iudaoru. *Ego flos campi.* In totam enim terram fides populi credentis exiuit: & in spatio suo posuit pedes suos Christus. Et ideo pulchre ait florem se esse campi. Flos erat

erat etiam Paulus, qui dicebat, Bonus odor Christi sumus Deo. Et verè flos, qui poterat noua & vetera de sui cordis proferre thesauro.

**Ego flos campi, & lilium conuallium.** Plerique comparationem hanc secundum naturam floris & vnum putant propositi germinis aptiorem: eod quod lilia nullius annui vsus cultum requirant: nec sicut erga prouentum fructuum ceterorum, ita etiam erga generationem istius floris sollicitis in orbem redeat labor actus agricolis. Quibuslibet enim siccitatibus agri omne illud quod alitur in florem, quadam virtute genitili ex sese atque in se succi semper manentis animatur: ita vt cum foliorum puberum caulem videas aruisse, floris tamen natura virecat, absconditur enim viriditas, non amittitur, aut vbi vernis fuerit prouocata blanditijs, indumentum germinis comam floris liliu refumit ornatus. Non in asperitatibus montium, incultisque sylvarum lilia, sed in hortorum amenitate generantur. *Ego flos campi, et lilium conuallium.* Bene lilium Christus est, quia vbi martyrum sanguis, ibi Christus, qui est flos sublimis, immaculatus, innoxius, in quo non spinarum offendat asperitas, sed gratia circumfusa clarescat. Sūt enim spinae rosarum, quia tormenta sunt martyrum. Non habet spinas inoffensa diuinitas, quae tormenta non sentit. Bene, inquam, lilium Christus, quid enim candidius lilio: quid odoratius? Et Christo quid candidius esse potest? quid suauolentius? Considerate, ait, lilia agri, quantus sit candor in folijs, quae admodum stipata ipsa folia ab imo ad summum videantur assurgere, vt scyphi expriment formam: vt auri quaedam species intus effulgeat, quae tamen vallo in circuitu floris obseptata nulli pateat iniuriæ. Est verò & lilium conuallium, id est, humiliu animarum & mitium. Esto ergo mitis, humilis atque mansueta, vt in te sicut lilium germinet Christus. Christi enim lilia sunt specialiter sacrae virgines, quarum est splendida & immaculata virginitas. Vnde plerique accipiunt quod ecclesia videtur dicere, Ego sum flos campi, & lilium conuallium, quae in hac conuallibus mundi gratiam boni odoris exhalat sedula confessione pietatis. Vide ergo in quo loco solet Dominus conuersari: imò non in vno, sed pluribus. Ego, inquit, flos campi, quia patentem simplicitatem pure mentis frequentat: & lilium conuallium, flos enim humilitatis est Christus, non luxuria, non voluptatu atque lasciuia, sed flos simplicitatis, flos humilitatis, tanquam lilium in medio spinarum. Nonne inter asperitates laborum contritionesque animoru boni flos odoris assurgit, quia contrito corde Deus placatur? Denique quam pulchrum est illud, & gratiae plenu, vt se florem campi seu agri, esse dicat? Imò non solū ipse est flos campi vel agri, sed est quoque ipse ager. Ager quem benedixit pater in omni benedictione spiritali, de rore caeli, & pinguedine terrae abundantiam frumenti & vini in se habes. Quae enim species pleni agri? Quis odor? quae suauitas? Quid tibi describam purpurascens violas, candida lilia, rutilantes rosas, depicta rura nunc aureis nunc varijs, nunc luteis floribus, in quibus nescias vtrum species amplius florum, an vis odora delectet? Denique fertilis ager semper parturiens nouos se fundit in partus & induit se amictum viriditatis, gratiam fecunditatis

S. Ambro. tom. 3.

assumit, diuersisque comptis germinibus proprios suscipit ornatus. Quam haec omnia venustè ac proprie Christo possuat aptari! Idcirco Dominus dicebat. Et species agri mecum est. Cum ipso quippe est Christus, quem ipse ante secula genuit. Dicit ergo: *Ego flos campi, & lilium conuallium.* Flos odorè suum & succus referuat & contritus accumulatur, nec auulsus amittit. Ita & Domini spiritus in illo patibulo crucis nec contritus emarcuit, nec auulsus euauit, & illa laecea punitione succus, sacro speciosior fusi cruoris colore vernauit: mori ipse nescius, & mortuis aeternae vitae munus exhalans. Pulchre etiam liliu dicitur ecclesia. Sicut enim liliu fulget, ita etiam splendet opera sanctoru. Pulcherrimè etiā dictu est lilium conualliu, quia in humilibus magis elucet gratia. Sed hoc liliu in medio spinaru, hoc est, inter Iudaeos & haereticos est, atque inter sollicitudines huius seculi, quae mentem hominis animuque compungit. Possumus etiam aliter accipere: quia sicut lilium inter spinas eminet, ita super omnes conuente ecclesia Dei resplendet. Nonne etiam inter asperitates laborum contritionesque animoru boni flos odoris assurgit? Contrito enim corde placatur. Refert etiā considerare, quod hoc liliu plene dore circumfusum sit, intus autem quod habet, rubeu sit, & boni ipsu odoris: eo quod caro Christi velut mortali diuinitatis claritudine circumseptata, caelestis habuerit protectionem gratiae. Denique in posterioribus ait: fraternus meus candidus & rubeus. Candidus claritate diuina, rubeus specie coloris humani, quem sacramentis incarnationis assumpsit. Meritoque, & ipsum quod est rubru, bene olet: quia caro Christi sine peccato est: quam perfidi obsectantes, manus suas inquinauerunt, sancti venerantes pietatis odore fragrantur. Accipit hunc odorè Dominus Iesus fragrantis ecclesiae suae, & ait, *Ecce proxima mea bona.* & Ecclesia dicit ad Christum, *Ecce bonus fraternus meus, ecce es bonus tanquam malum in lignis syluae.* Pulcherrima collatio. Quid enim pulchrius aptiusque dici queat, quam vt sponsum arbori mali comparet? Huiusmodi enim pomum odorem gratum habet, vt ceterorum pomorum fragrantiam vincat. Et Christus affixus ad lignum, sicut malum pendens in arbore, bonum odorem mundanae fundebat redemptionis, qua peccati grauis deterfit foetorem, & vnguentum potus vitalis effudit. Dicit ergo: Tanquam malum in lignis syluae, ita confobrinus meus in medio filiorum: eod quod super prophetas & apostolos intima corda hominum verborum suauitate mulcebat. Sed non solum odor, veru etiam cibus in malo est. Ergo cibus suauis est Christus. Cibus planè mentes angelorum & hominum pascens: cibus qui esurientes implet bonis, & diuites dimittit inanes. Denique excellit Christus & sapore & odore, & specie. Gustate, inquit propheta, & videte quoniam suauis est Dominus. Et tatus est illius odor longè lateque diffusus, vt de eo pater verè dixerit: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. De specie & decore quid dicendum? Speciosus, ait David, praefilijs hominum. Diffusa est gratia in labijs tuis: tantaeque & tam admiranda est ipsius pulchritudo, vt angeli in ipsum sine intermissione conspiceret concupiscant. Iuxta hanc arbore nostrae ligna syluae frutescunt, quia sicut

T T

Luc. 7.

In psal. 118. ser. 4. ver. 4.

Ex li. de Isaac cap. 4.

Ex ser. 4. ver. 4. in psal. 118. Isal. 91. Lib. Hexameron 3. cap. 13.

Ex lib. 7. in Luc. ad ca. 12.

Serm. 4. ver. 4. in psal. 118.

Ex apologia David poste-vire. Esa. 11.

Luc. 12.

Ex cap. 15. lib. de insti. virg.

Ex lib. 3. de virginib.

Cap. 4. lib. de sum flos campi, & lilium conuallium. Isac.

Ephes. 4. Lib. de insti. tur. virginis cap. 14.

Ex serm. ver. 1. in psal. 118. 2. Cor. 2.

Ex lib. 2. de spiritu sancto cap. 5.

Ex ser. 5. ver. 1. in psal. 118.

Luc. 3.

Psalm. 33.

Genes. 27. Psal. 44. Lib. 3. de virg.



arbor mali inter ligna syluæ, ita frater meus inter medium filiorum.] inquit: & hoc videns lætatur & gaudet dicens:

In umbra eius concupivi & sedi.] Legem enim acceperat, hanc sequebatur: huic adhærebat. In lege itaque requiescens, in umbra Christi requiescebat. Bona umbra, quæ nos ab iniquitatis sole defendit. Cui autem dubium, quod lex Dei umbra sit Christi? Dicit enim apostolus legem umbram fuisse futurorū, & omnem veterem cultum exemplar & umbrā esse cœlestium. Quid est enim lex dici festi, neomeniæ, sabbatorum, nisi umbra futurorum? Qui dies secundum legem Moyssi, ut videam sex dies, & iterum septimum diem, & sic perpetua secula? Qui mensis secundum legem Moyssi, ut sciens mensē, sciam primam mensis Neomeniam, & vera sancta in Neomeniis offerenda? Qui secundum legem Moyssi annus, sex illis diebus constat de quibus ait: Sex annis seruiet Hebræus, & septimo anno liberabitur: ut inueniantur sex anni, quibus aliquis operatur terram, septimo autem anno remittit illam profelytis, & pauperibus & bestijs terræ? Qui septimus annus quo cœcedunt debita omnia Hebræis? In hac umbra requiescebat patrum fides, prophetarum sancta deuotio. Dicit ergo congregatio religioſa vel sancta anima: In umbra eius concupivi & sedi. Umbra est Iubileus annus. Quis enim mystica eius videt, ut facie ad faciem cognoscat, quæ anno quinquagesimo cœplenda, lege præscripta sunt? Umbra sunt dies festi secundū legem primo mense, decima mensis vsque ad quartam decimam, & inde vsque ad vicesimam primam mensis. Quæ umbra est cœlebritas illa inter primum & septimum mensem in tempore illo anno quinquagesimo qui Iubileus dicitur? Umbra est sanctificatio libertas in sabbato. Umbra est festus septimi mensis, Neomeniæ, & memoriale tubarum septimi mēsis, dies decimus, dies propitiationis. Vides quia monas & decas, duo festi dies. Item quintus decimus dies tabernaculorum per octo dies. In umbra hæc omnia. In umbra prima dies vocata, & octaua dies vocata in umbra, quæ in scenopegiis præscripta secundum legem. Constitue igitur mihi aliquos ex circuncisione credentes in lege doctos obseruantia sollicitæ viros, & nunc euangelij agnitione illuminatos spiritali gratia saginatos: dicit in his ecclesia quæ videt Christum, quæ sponsum recipit, quæ cibo eius pascitur: In umbra eius concupivi & sedi, et fructus eius dulcis in faucibus meis.] Quis fructus eius dulcis, nisi prædicatio dominicæ passionis, ut ipse ait: Ecce hæreditas domini filij merces fructus vëtris? Quis enim dulcior fructus potest esse in faucibus nostris, quàm remissio peccatorum? Et bene flos est ecclesia, quæ fructum annunciat, hoc est, Dominum Iesum Christum, de quo dictum est Maria: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Denique habet Christum spirituale manna, hoc est, pluuiam spiritalis sapientiæ, quæ ingeniosos & quærentibus de cœlo infunditur, & irrorat mentes piorū, & fauces eorum obdulcat. Qui igitur intellexerit infusionem diuinæ sapientiæ, delectatur, nec alium cibū requirit: nec in solo pane viuunt, sed in omni verbo Dei. Qui curiosior est, quærit quid sit istud, quod melle dulcius est. Respondet

illi minister Dei: Hic est panis quem dedit tibi Deus manducare. Quis sit iste panis, audi: Sermo, inquit, quæ ordinavit Deus. Hæc ergo ordinatio Dei, hæc alimonia alit animam sapientis, & illuminat atque obdulcat, resplendens veritatis corusco, & mulcens tanquam fauo quodam diuersarum virtutum suauitate, & sermone sapientiæ. Perferat huius sermonis suauem & salutarem gustum, qui dicebat: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua super mel & fauori meo. Mox ergo vbi gustauit fructum suauitatis, impatiens ad perfectiora festinat, dicens: Introducite me in domum vini.] Postquàm gustasset & comedisset dulcedinē fructuum arboris mali, nunc quoque optat introduci in domum vini, & in cellam vinariam, ut bibat vinum: non quod sit fomentum libidinis, aut ebrietatis materia, sed quod Lamuel iis daret qui amaro sunt animo, ut obliuiscantur egestatis suæ, & doloris sui non amplius recordentur. Optat se, dico, introduci in domum vini, id est, vbi Sapientia miscuit in cratere vinum suum, & omnem paruulum & insipientem ut ad conuiuium suum veniat, inuitat, dicens: Venite, edite panes meos, & bibite vinū quod miscui vobis. Vinum quippe est gratia Spiritus sancti: quæ vbi infunditur, nouam & salutarem lætitiā homini adfert. Vinum denique est euangelicus sermo, qui in vtres veteres mitti non potest. Illi enim iuxta Salomonē edūt cibos impietatis, & iniquitatis vino inebriantur, ex vineis enim Sodomorū vinum eorum: vna eorū vna fellis, & botrus amarissimus, furor draconum, vinum eorum, & furor aspidum insanabilis. Verum sponsa nostra spiritalium appetens deliciarum, & sitim suam longè meliori potu restinguere cupiens: Introducite me, inquit, in domū vini. Iam enim fastidiebat insipidam aquam Synagogæ, quam derelicto fonte aquæ viuæ ex dissipatis cisternis sibi hauserat, & tota inhiabat ad euangelicum vinum, quod Ij, qui patris mensæ accumbunt, hilariter & liberaliter bibunt. Denique adiungit: Ordinate in me charitatem.] Cum omnibus in rebus, tum maximè in ecclesia verè atque manifestè ordinem atque æqualitatem seruare decet, ut nemo se diues aut honoratus extollat, nemo pauper deiciat, ignobilisque desperet. Omnibus sit in ecclesia par atque vna libertas, omnibus impertiat iustitia cōmunis & gratia. Ordinate, inquit, in me charitatem.] Charitas nō potest esse sine fide. Tres enim sunt velut vades ecclesiæ, spes, fides, charitas. Cū spes præcesserit, fides fundata fuerit, ordinatur charitas, ecclesia copulatur. Optat itaque Ecclesia ut charitas in se ordinetur, ut vniciūq; ac rebus omnibus eum affectum impertiat, quem debet. Præposterus est enim frequenter ac stultus hominum amor ut ea diligant quæ sunt odienda, ea odient quæ sunt amāda. Quis non præponit se pe numero ea quæ sunt terrena cœlestibus, quæ sunt carnalia spiritalibus? Orat ergo Sponsa adolescentulæ ut amoris & charitatis ordinem in se constituat, ne per imprudentiam, sobrietatis ac moderationis metas excedat. Constituite in me dilectionem.] Bona statiuā, vbi plenitudo est charitatis. Sequitur: Confirmate me in vnguentis, stipate me in malis, quia vulnerata charitatis ego sum.] Vulnerata est ecclesia, sed

In Psal. 118. ser. 13. ver. 7. Ex ser. 5. ver. 1. in psal. 118. Prou. 31. Luca 5. Prou. 4. Deut. 32. El exameritis lib. 3. cap. 12. De virginib. lib. 3. Ex ser. 14. ver. 5. in psal. 118. Ex ser. 5. ver. 1. in psal. 118.

Isa. 49.

Serm. 15. ver. 1. in psal. 118. Prou. 27.

Iob 6.

In apologia Danid priore.

Ex ser. 14. ver. 5. in psal. 118.

vulnere charitatis. Vulnus enim est, quod Christus excepit, sed vnguentum est quod effudit. Hoc vulnere vulneratur ecclesia, cum saluatoris sui prædicat mortem: sed hoc vulnus est charitatis. Denique qui non credit, negat: qui diligit, confitetur. Manichæus negat, Christianus fatetur: & ideo scriptum est: Vtiliora vulnera amici, quàm volūtaria oscula inimici. Pulchrè ergo dicit Ecclesia, quia vulneratæ charitatis ego sum. Nudemus ergo membra nostra bono vulnere, nudemus sagittæ electæ. Sagitta hæc Christus est, qui per prophetam dicit: Posuit me sicut sagittam electam. Bonum ergo vulnerari hac sagittā. Non omnes possunt dicere quia vulnerati sunt dilectione. Dicebant apostoli cum pro Christo lapidarentur, & Christum prædicarent: dicebat Paulus, cū ter virgis caderetur, & die ac nocte Christum adorandum Gentibus prædicaret. Dicunt hoc martyres qui vulnerantur pro Christo: & quia vulnerari pro eius meruerunt nomine, plus diligunt. Quia vulnerata charitate ego sum.] Habet clauum suum charitas, habet gladium suum, quo anima vulneratur. Felix, qui hoc gladio meruerit vulnerari. Hæc sunt vulnera quæ osculis præferuntur: utiliora vulnera amici, quàm volūtaria oscula inimici. His nos vulneribus offeramus, quibus quicumque mortuus fuerit, mortem gustare non poterit. Nam & alligati vinculis ipsum sequitur, quia quos vulnerat ligat. Ergo sunt etiam vincula charitatis, quibus ligatus est Paulus, qui ait: Paulus vincus Iesu Christi. Vincula autem charitatis esse docet Iob, quo nemo amplius Christum dilexit, qui diligebat etiam in ipsis sui corporis cruciatibus: vnde dicebat: Sagittæ autem domini in me corpore sunt, quarum furor ebibit sanguinem meū, cum cæpero loqui, compungūt me. Sunt ergo charitatis vulnera, & bona vulnera. Vulnera non timenda, sed optada: quia vulnera charitatis sunt, sicut ipse dicit, Vulneratæ charitatis ego sum. Denique meliora vulnera amici, quàm volupraria oscula inimici. Habet & diabolus sua vulnera, quæ suis amatoribus infligit: sed vulnera carnalis amoris, vulnera inuidiæ, vulnera ambitionis, quæ perdūt hominem, non sanant: extinguunt, non viuificant. Sed ecclesia Christi diuini vulnus amoris accepit: atque ideo prædenter ait: Vulnerata charitate ego sum, quæ enim perfecta est, vulneratæ charitatis est. Bona sūt igitur verbi vulnera, bona sunt amatis vulnera. Utilia enim vulnera amici, quàm volūtaria oscula inimici. Denique Petrus osculatur, ludas osculatur. Illum oscula condemnant, hunc vulnera emendant: illius osculis proditiōnis vulnera funduntur, istius lachrymis culpa lauatur. Laua eius, inquit, sub caput meum, & dextera illius amplexabitur me.] Hæc loquitur Sponsa de Christo, anima de Verbo. Christus autem idem est verbum Dei, atque Sapientia. Beata ergo anima quam complectitur sapientia. Magna est Sapientiæ, magna dextera totam complectitur animam. Tota enim munita est, quæ desponsata Dei verbo est. Plenitudo enim sapientiæ, timere Deum. Quæ ergo Deum timet anima, pleno se munit ipsa præsidio. Mittit sapientia læuam suam sub collum eius, dexteram autem in complexum eius. Vtrumque quidem brachiū eius ad vilia extenditur: habent tamen propria sua sin-

gulæ manus sapientiæ. In dextera longitudo vitæ est, in sinistra autem diuitiæ & gloria. Bonis vtrique manus vtraque dotata est dotibus. In eo tamē habet varietatem sui muneris, quod & præsentia & futura tempora comprehendunt, ut læua præsentium remuneratrix, dextera futurorum sit. Possumus hoc etiam de prophetia sancti patriarchæ Israël cognoscere, nam cum dexteram suam posuisset super caput Ephrem, sinistram autem super caput Manasse, & conuertere eas Ioseph ætatum consideratione voluisset, ut dexteram patris super caput Manasse senioris filij collocaret, noluit, & dixit: Scio filii, & hic erit in populum, & hic exaltabitur: sed frater iunior maior illo erit. In quo maior? In eo vtrique, quia benedictione prælatus est, dicentibus posteris, Hoc est, Ephrem, faciat vos Deus sicut Ephrem & Manasse, vel quia semen eius multitudo gentium sit, quæ in hoc seculo laborem elegit, credens in dominum Iesum, ut consolationem habeat futurorum. Manassæ autem semen, est populus obliuionis, qui proprium oblitus authorem, exaltatus ad tempus in hoc seculo, daturus est in reliquum pœnas graues, quia Deum suum, & dominum denegauit. Hoc ideo diximus, ut probaremus ea esse potiora quæ futura sunt. Denique læua sapientiæ sub capite spōsæ est: dextera autem superior, quæ totam complectitur spōsam. Itaque illa quasi fulcrum est quietis præsentis, quo anima innixa requiescit. Habet vbi reclinet caput suum, quia in læua sapientiæ sunt diuitiæ & gloria. Ad tempus hæc demulcent, & ex parte solatio sunt. Et ideo filius hominis non habebat vbi caput suum reclinaret: quia cum diues esset, pauper factus est, nec gloriam aliquam istius seculi requirebat, quia venerat non vt in portione, sed vt vniuerso humano generi subueniret, dicens: Mihi indignamini, quia totum hominem saluum feci in sabbato? Hoc est totum, non vt facultatum collatione ditaret, non vt honorum insignibus, non vt gloriæ secularis cumulare augmento. Hec enim non habent beatitudinis & gratiæ plenitudinem, sed totum, hoc est quod longitudinem vitæ complecteretur æternæ. Neque enim communis vitæ similis vita in dextera est Sapientiæ, sed longitudo vitæ est: ut qui accipit vitam à sapientia, non exiguitatem vitæ, sed perpetuitatem & æternitatis longitudinem adipiscatur. Itaque sponsa malorum granatorum, hoc est diuersorum & innum erabilium fructuum, & præcipuè fidei operibus grata, sapientiæ & gloriæ vitæque æternæ subnixa diuitiis, quæ sunt circa sinistram & dexteram sponsi, & animas sanctas laudabiliū congregationum, plausibus excitat Christum, dicens: Adiuuani vos filiæ Hierusalem in virtutibus et fortitudinibus agri, si suscitaueritis et resuscitaueritis dilectionem, usquequo voluerit.] Ager iste, quem benedixit dominus, non est iste terrenus aut horridus syluis, aut fragosus torrentibus, aut palustris pigrioribus aquis, aut ieiunus frumentis, aut inutilis viribus, aut infecunda glareæ saxosus, aut hiulcus & aridus siccitate, aut sanguine madidus, aut scēribus inculcus & spinis, sed ille ager de quo dicit ecclesia in canticis, Adiuuauit vos filiæ Hierusalem &c. Hic namque est ager de quo & dominus ait: Et species agri mecum est. In hoc

Exod. 31.

Psalm. 126.

Epistola 62. ad Irenæum, lib. 8.

Ioan. 7.

Ex ser. 19. ver. 4. in psal. 118.

Lib. de Iacob. cap. 1.

agro vna illa reperitur, quæ expressa sanguinem fudit, & mundum diluit. In hoc agro est ficus illa sub qua sancti requiescent spiritualis gratiæ suauitate recreati. In hoc agro est oliua illa fructifera dominicæ fluens pacis vnguentum. In hoc agro florent malogranata, quæ plurimos fructus vno fidei munimine tegunt, & quodam fouent charitatis amplexu. Hos igitur fructus redolebat Iacob, qui Deum per pericula sequebatur, & tutum se eius ubiq; deductione credebat. Nam licet dulcis & suavis odor sit agri, quia est odor naturæ, tamē in sancto patriarcha virtutum spirabat gratia. Petit ergo Sponsus in odore agri quæ olebat sanctus Iacob, id est illa fide, illa deuotione, excitari sponfam suā à filiabus Hierusalem vt festinet ad spōsum, & excitari eius in se charitatē, aut etiā ipsum excitari, quia charitas spōsus est. De enim charitas est, sicut dixit Ioānes. Sed ille non est passus se ab eis excitari: quia ad spōsam properabat, egressus de thalamo exultauit vt gigas ad currendā viā. Cæterū quia sapiētia, honestas, claritas, ita perfecta sunt, si habebāt, plenitudo enim legis charitas est: suscitari & resuscitari vult Charitatē. Suscitari in veteri testamēto, resuscitari in nouo. Charitas Deus est, vt legimus: charitas Christus est. Suscitatur vt leo, & tāquā catulus leonis, vt Iudæ ascendat ex germine, resuscitatur vt dormiens, vt recubens: quia nō humana, sed sua & patrii maiestate suscitatus est à mortuis, vnde ait scriptura: Quis suscitabit illū? Non enim poterat illū aut angelus aut potestas suscitare aliena, cum ipse alios suscitaret. Ergo cū hic dicit, Si suscitaueritis & resuscitaueritis dilectionē vsquequouoluerit, de his dicit, qui resurrectionē eius possunt cōgruē prædicare, vt audientibus ardorē fidei & deuotionis accendāt. Vel suscitatur Christus in his qui primum accedūt, resuscitatur in his qui postquā acceperint, dormiūt. Dormit ergo Christus negligentibus, suscitatur in sanctis. Hæc itaq; charitatē suscitāt & resuscitat, donec vocē eius accipiat, & præsentia eius accersat: quia quæ sitis nō solū venit sed etiā saliens venit: Vt probaret illud, quia adhuc loquentib; nobis dicit, Adsum. Adest, quasi suscitatus à filiabus Iudæ, & quasi resuscitatus à filiabus Hierusalem, audit ecclesia sonum vocis eius, & dicit: *Vox cōsobrini mei. Ecce hic aduenit saliens super montes, transiliens super colles.* Manipularis est hic liber, multas habens personas nobiles, velut manipulos triūphales, multosque actus significās, quos intelligere magis quā expressos tenere possumus. Nam quasi adueniētem sponsum audierit, cum aliquibus pariter viantibus colloquentem, dicit sponsa: *Vox cōsobrini mei.* Dum loquitur cum filiabus Hierusalem, & rogat vt suscitant & resuscitent sponsum, subito tanquā de longinquo missæ vocis sonū sentiens dicit, *Vox cōsobrini mei, annuncians quem nunciari sibi ante que-rebat, quem cupiebat ab aliis suscitari sua prece resuscitātū à patre venire iam credens, læta dicit: Vox cōsobrini mei. Bene addidit, Cōsobrini mei, vt non alia, sed cōsobrina sola sibi eius vendicaret aduentum. Ecce iste, inquit, aduenit. Adhuc ego eū quaero, & ille iam venit, adhuc ego suffragia capto vt veniat, & ille iam proximus est. Ego suscitari mihi charitatem cupio, ego me vulneratam charitatis puto, & ad me plus ipsa charitas festinat. Ego dixi,*

Veni, ille salit & transilit. Ego rogo eum venire cū gratia: ille gratiarum operatur augmēta: & dum venit, incrementa gratiæ secum vehit: & veniendo acquirit, quia studet etiā ipse suæ placere dilectæ. Salit super excelsa, vt ascendat super spōsam. Spōsæ enim thalamus tribunal est Christi. Salit super ecclesiam, transilit super synagogam. Salit super gentes, transilit super Iudæos. Videamus salientem. Salit de cœlo in virginem, de vtero in præsepe, de præsepio in Iordanem, de Iordanē in crucē, de cruce in tumulū, in cœlū de sepulchro. Proba mihi Dauid salientem, proba currentē. Tu enim dixisti: Exultauit tāquam gigas ad currendā viam: à summo cœlo egressus eius, & occursum eius vsque ad summum eius: nec est qui se abscondat à calore eius. Ergo & nunc salit & nūc currit de corde patris super sanctos suos, de oriente super occidentem, de septentrione super meridiem. Ipse est qui ascendit super occasum, ipse super cœlos cœlorum ad orientem. Ipse ascendit super montes, ipse super colles. Vtinā ego miser dicam, dicat anima mea, Ecce iste aduenit, & aduenit non super terrena, non super valles, sed aduenit saliens super mōtes. Deus enim Deus montium est, non vallium. Vbi ergo salit? Super montes salit. Si sis mons, salit super te. Salit super Esaiam, salit super Hieremiam, salit super Petrum, Ioannem, Iacobum. Montes in circuitu eius. Si non potes mons esse, & non præualdes, esto vel collis, vt super te Christus ascendat: & si trāsilit, ita transiliat, vt te trāsitus eius umbra custodiat. Diximus de Christo & Ecclesia, dicamus de anima & verbo. Anima iusti, sponsa est verbi. Hęc si desideret, si cupiat, si oret assidue, & oret sine vlla disceptatione, & tora intendat in verbum, subito vocem sibi videtur eius audire, quem nō videt, & intimo sensu odorem diuinitatis eius agnoscit: quod patiuntur plerumque qui bene credunt. Replentur subito nares animæ spiritali gratia, & sentit sibi præsentia ei; statum aspirare, quem quaerit, & dicit: Ecce iste est quem requiro, ipse quem desidero. Nōnne cum aliquid de scripturis cogitamus, & explanationē eius inuenire non possumus, dum dubitamus, dum quaerimus subito nobis quasi super montes, id est, altissima dogmata videtur ascendere: denique quasi super colles apprensens nobis illuminat mentem, vt infundat sensibus quod inuenire posse difficile videbatur? Ergo quasi ex absente sit præsens verbū in cordibus nostris. Et rursus cum aliquid nobis obscurum est, tanquam subducitur verbum, & tanquam absentis aduentum desideramus, & iterum apparet, & ostendit se nobis, tanquā præsens sit nobis in his quæ requirimus cognoscendis. Salit ergo in vniuersumque corde frequenter transilit, & exit, & reuertitur, si sequaris, si requiras, si tibi fidelium grata disceptatione doctorū verbū quod exierat atq; trāsierat, postules resuscitari: sicut illa quæ quaesuit & inuenit, & dixit: Frater meus transiuit, anima mea exiuit in verbo eius. Ergo & si super montes salit, seque-re: & si super colles, sequere. Reperiuntur enim in montibus & in collibus venatores domini, qui inuestigant eos qui capiuntur ad vitam. Sic enim per Hieremiam dixit dominus: Ecce mitto multos pis-catores & venatores, & venabuntur eos super omnem montem, & super omnem collem. Ibi ergo popu-

Lib. de inter-  
pella.  
David in  
prim.

1. Ioan. 4.

Tract. in psal.  
118. serm. 5.  
ver. 1.

Genes. 49.

Lib. de Isaac.  
cap. 4.

Exc. ser. 6. ver.  
1. in psal. 118.  
Ibidem.

Psalm. 81.

3. Reg. 20.

Hierem. 16.

psal. 75.

2. cor. 11. 2. cor. 11.

Matth. 8.

De interpella-  
tione David.

populus dei quaeratur, & inueniatur in Petri & Pau- A  
li doctrina, gratia, disciplina: vt non in conualle sit  
vbi stetit, sed in mōtib; , à quibus Christus vnū-  
quemque illuminat. Et cum Petrum legimus, Chri-  
stus illuminat: & cum Paulū legimus, Christus illu-  
minat. Curauit Paulus, Christus illuminauit: quia  
in uocato domini Iesu nomine resurrexit, cuius sa-  
natus est munere. Suscitauit mortuā Petrus, Chri-  
stus illuminauit. Et ideo ait: Illuminans tu mirabili-  
ter à montibus aeternis. Nos igitur qui montes esse  
non possumus, stemus in montibus, vel in collibus:  
vt cum miserit piscatores suos Dominus & venato-  
res, vt venentur eos qui super omnē montē sunt vel  
super omnē collē, id est, in legis & prophetarū præ-  
ceptis, & noui & veteris testamēti cognitione, om-  
nē habētes cōuersationē, inueniant nos paratos, &  
velut bonas colligant picas opportuno missi mes-  
siores tempore: quia si quis extra mōtem aut collē fue-  
rit repturus, colligi velut bona spica non poterit ab  
his qui (vt cōparationis faciamus alterius mētionē)  
triticum à paleis separare nituntur. Plurimarum igitur  
operationū solertes ministros habet Dominus. Igitur  
sponsa postquā sponsum tanta alacritate tan-  
tōque studio salire super montes, transilire colles, vt  
ad se veniret, conspexit, lætissima dixit: *Similis est  
cōsobrinus meus caprea aut hinnulo ceruorum super mōtes  
Bethel.* Merito sponsum capreae comparat: caprea  
enim in altis pascitur. Deniq; & caprea Græcè dor-  
cas dicitur, à vidēdo dorcadōn, etenim visus acutior  
est. Quid hoc aptius Christo? qui patrē vidit, quem  
nemo vidit: aut si quis vidit in Christo, ipse filius re- D  
uelauit. Merito & sicut hinnulus ceruorū. Hinnulus,  
quasi ipse filius, cui paternæ inoleuerit vis naturæ, vt  
cum occulta non lateant, serpentes fugiant, venēna  
non lædant. Denique eductus de laubulis suis ser-  
pens qui producebatur ex homine, dicebat: Quid  
venisti ante tempus torquere nos? Oues & caprae, cū  
quæ sibi nōxia sunt declinare didicerunt, & solo o-  
dore per quoddam naturæ mysterium, cum sint ra-  
tionis expertes, rationem tamen euadendi periculi  
vel tuēde salutis agnoscunt, noxiq; pariter ac pro-  
futura distinguunt: ita vt plerūque cum armata ve-  
nenis tela senserint, notas petere herbas, atque his  
remediū vulneri dicātur adhibere. Cibus ergo illis  
medicina est, vt reslire sagittas videas è vulnere, &  
fugere venena, non serpere. Quid pulchrius, si hæc  
Christo aptētur? Denique hoc loco ceruum illum  
propositum arbitror, de quo Salomon dixit: Ceruus  
amicitiæ & pullus gratiarum confabuletur tibi. Ve-  
rus enim Dei filius in semetipso naturam quam ani-  
mantibus ipse donauit, expressit: qui in hunc mun-  
dum tanquam ceruus aduenit, & cum his se mira  
simplicitate iungebat, à quibus ei parabantur insi-  
diæ, fertur enim huiusmodi ceruorum esse simplici-  
tas, vt cum se exagitari viderint, his sese equitibus  
adiungant, qui ministerio fraudis apposti, fugæ spe-  
cie ac simulatione societatis inductos, ad retia vsque  
deducant. Ita ergo Dominus tanquam ignarus  
periculi & improuidus, Iudæis sibi dolum struenti-  
bus admiscebatur, & societatem Iudæ proditoris  
sibi adsciuit, cuius simulatione funesta vsque ad cru-  
cis laqueos & passionis retia peruenit: vnde con-  
uersus ad eum dixit: Iuda, osculo filium hominis tra-

dis? Et hoc quidem modo venit ad synagogæ re-  
tia volēnsque se induit, sed nō implicitus est nec in-  
strictus, qui omnes resoluit. Hinnul' est igitur Chri-  
stus. Verum hic hinnulus salit super domum Bethel,  
id est ecclesiam, quæ est domus panis, eod quod fide-  
lium ipse corda confirmet, atque hoc saltu ad spon-  
sæ ædes festinus aduenit. Ideo que ait: *En ipse stat post  
parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per re-  
tia.* Venit ergo, & primo post parietem est, vt ini-  
micicias animæ & corporis soluat, sublato pariete  
qui impedimentū cōcordiæ videbatur afferre. De-  
inde prospicit per fenestras. Quæ sint fenestrae, audi  
prophetam dicentem: Fenestrae apertæ sunt è cœlo.  
Prophetas itaque significat, per quos Dominus ad  
genus humanum priusquam in terras ipse descen-  
deret, locutus est: Et hodie si qua eum anima mul-  
tum requirat, multū merebitur misericordiæ: quo-  
niam qui multum requirit, plurimum debetur ei. Si  
qua ergo anima studiosius eum quaerat, longè audit  
vocem eius. Et quamuis ab aliis requiretur, præ ip-  
sibus à quibus quaeritur, audit vocem eius. Videt eum sa-  
lientem ad se venire, id est, properantem atque cur-  
rentem, & transilientem eos qui infirmo corde vir-  
tutum eius capere non possunt. Deinde prospicien-  
tem per anigmata prophetarum legendo eos, & ten-  
nendo eorum sermones. Videt prospicientem, sed  
quasi per fenestras, non quasi adhuc præsentem. Vi-  
det eminentem super retia. Quid est hoc nisi forte  
quia illa retia nobis sunt, non illi: Retia, eo quod ad-  
huc illa anima intra sensibilia & mundana sit posita:  
igitur adhuc in secularibus. Sed tamen parenti  
eum per retia ostendit. Denique dicit ad animam  
eiusmodi: Surge, veni proxima mea: id est, surge à  
delectationib; mūdi, surge à terrenis, & veni ad me,  
quæ adhuc laboras & onerata es, quia sollicita es quæ  
sunt mundi. Veni supra mundum, veni ad me, quia  
ego vici mūdum. Veni prope me, iam pulchra æter-  
næ vitæ decore, iam colūba, id est, mitis atque man-  
sucta, iam tota gratiæ spiritalis. Iure ergo iam retia  
timere nō debet anima, cum is vocet ad se animant  
E qui tentamenti & retibus mundi non potuit capi.  
Nam cum nos homines ambulemus in medio la-  
queorum, per appetentiam ecclæ retibus simul & la-  
queis obnoxij sumus. Ille verò in corpore positus  
retia nō timebat, sed eminebat super retia, id est su-  
per tentamenta mundi, & corporis passiones.

En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per retia. ] Viderat ecclesia vel anima iusti salientem sicut hinnulum super montes, & repente proximum aspiciens post parietē domus suæ, perspicentem per fenestras, eminentem per retia, exultat & gaudet, quia etiam ipsa amatur à sponso. Qui tanquam & ipse vulneratæ charitatis decore, dilectæ primò cum abesset, ad oscula rogatus affue- rit. Rogatus enim cum dicitur: Osculerit me ab osculo oris sui. Deinde preces sponsæ blāditiūsq; non spreuerit, dilectā sibi vbera prædicantis, atque in interiora domus eā benignus induxerit. Deinde tanquam lasciuente ludens amore, quia velit pertētare sensus amantis, sæpe egressus vt quaereret ad spōsā, sæpe regressus vt inuitaretur ad oscula, astiterit post parietem, prospexerit per fenestras, eminentem super retia, vt nō totus abesset, nec quasi totus intraret, &

Lib. de Isaac  
cap. 4.

Serm. 6. ver.  
3. in psal. 118.

ipse ad se sponsam vocaret, vt veniendi ad te inuicem fierent gratiora commercia, amorisque viam mutuis adolentem sermonibus: Exurge, inquit, veni proxima mea, formosa mea, columba mea. Et tu si habeas fundatum parietem, non illum mediū, qui domus vnus separet membra, sed ædificatū supra fundamentum apostolorum & prophetarum, vt compaginata eius structura crescat in templum, nec disterneret eius interna, sed muniat: si habeas ergo in te ædificationem Dei, & ad orientem, semper pateat fenestra tua, venit verbum, stat post parietē tuum. Oculi enim Domini super iustos, & prospicit per fenestras tuas. Quæ sunt fenestræ istæ? Legimus fenestras de quibus dicit Hieremias: Intrauit mors per fenestras, per quas intrauit auaritia, intrauit libido. Oculi tuus fenestra est, intrauit mors per oculum tuum, si videris mulierem ad cōcupiscendum eam. Intrauit mors per oculum tuum, si videris possessionem viduæ vel minoris, & concupieris inuadere, indefensam putans ætatem esse vel sexū (sed non sunt indefensi, quos Dominus vult esse defensos) si videris decorem mulieris, aut thesauros minoris, & tuas excitaueris cupiditates, intrauit mors per fenestras. Sicut ergo per hæc intrat mors, intrat & vita, si decorem puellæ aspiciēs sacræ, veneris Dominū Iesum, quod in teneros annos venerit ætas fenestutis, vita immaculata, & ipse filiam tuā offeras, vt pio cōsacretur velamine: si possessionem minoris non tanquam sollicitus inuaret aspicias, sed quasi parens sedulus religioso tuearis affectu: per has fenestras prospicit Christus, vt vocet sponsam, eminens super retia. Bene eminens, quia solus est quem retia non inuoluerint peccatorum. Omnes intra retia eramus: imò adhuc intra retia sumus, quia nemo sine peccato, nisi solus Iesus: quem non cognoscentem peccatum, pro nobis peccatum fecit pater. Etenim tradidit eum laqueis, tradidit eum retibus, mittens eum non in peccato in quo erant omnes homines, sed in similitudine carnis peccati, vt de peccato damnetur peccatum in carne. Peccatum erat caro, secundum illud, quia hæreditario damnata erat maledictio. Peccatum erat illecebra & ministra peccati. Venit dominus Iesus, & in carne peccato obnoxia militiam virtutis exercuit. Facta sunt membra nostra iam non arma libidinis, sed arma virtutis. Namque vbi erant incentiua libidinis, ibi nunc sunt domicilia castitatis. Hic ergo venit ad laqueos, sed volūtarius: venit ad retia, sed securus. Plena erāt omnia laqueis, referta retibus. Audi dicentem, In via hac qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi. Et in libro sapientiæ Sirach moneris, quod in medio laqueorum ambulat. Quot vitia, tot retia: quot peccata, tot laquei. Hæreditarij iam te nexus tenebant. Venit ad laqueos Iesus, vt Adam solueret: venit liberare quod perierat. Omnes retibus tenebamur: nullus aliū eruere poterat, cū seipsum nō possit eruere: Talis ergo necessarius fuit, quem vincula generationis humanæ delictis obnoxia non tenerent, non cepisset auaritia, non ligasset dolus. Is solus erat Iesus: qui cū huius carnis se circumdedisset vinculis, captus non erat, non erat alligatus, sed dirumpens ea atque dissoluens, ad se magis vocauit Ecclesiam prospiciens per laqueos, eminens super retia: vt &

Psal. 35.

1. Corin. 5.

Psal. 141.

G ipsa disceret vinculis non teneri. Denique eō vsque non longè à vinculis fuit, vt pro nobis subiret & mortem: sed tamen non seruus mortis effectus, sed inter mortuos liber. Liber enim erat, qui solucundæ mortis potestatem habebat. Deniq; ipse te doceat, qui ait: Soluite hoc templum, & in triduo resuscitabo illud. Audiamus itaque quid dicat, *Surge, veni, proxima mea.* id est, surge à delectationibus mundi, surge à terrenis, & veni ad me, quæ adhuc laboras & onerata es, quia sollicita es quæ sunt mundi. Veni supra mundum, veni ad me, quia ego vici mundum. Veni prope me, iam pulchra æternæ vitæ decore, iam columba, id est mitis atque mansucta, iam tota gratiæ spiritalis. Iure ergo iam retia timere non debet anima, cum is vocet ad se animam, qui tentamentis & retibus mundi non potuit capi. Nam cū nos homines ambulemus in medio laqueorum per apparentiam esse, simul & laqueis noxijs, ille in corpore positus retia non timebat, sed eminebat super retia, id est, super tentamenta mundi, & corporis passionis: imò & alios eminere faciebat. Ideoque & hanc animam fundare volens, dicebat: Surge, veni proxima mea, noli timere retia, iā præterit hyems: id est, venit pascha, venit indulgentia, aduenit remissio peccatorū, cessauit tētatio, imber abiit, procella abiit. Quassatio ante aduētū Christi, hiems est, post aduētū ei⁹ flores sunt. *Exurge, inquit, veni proxima mea, formosa mea, &c.* Hoc est, surge à mortuis, exurge à vinculis quibus circumdata tenebaris, exurge, quia ego resurrexi tibi, solue vincula iniquitatis, quia ego iam solui tibi, veni, quia iam retia soluta sunt. Virgo peperit, puer natus ex virgine est, nihil debet muliebri hæreditati, quia quasi filius mulieris non tenetur. Cerne medium parietem maceriæ iam solutum, qui interiorum affectuum cōcordiam diuidebat, & in diuersum excitabat dissensiones corporaliū passionum. Veni ergo secura. Cupio videre faciem tuam, & audire vocem tuam. Veni vt iam me per retia nō videas, sed facie ad faciem vultibus amatorijs dilecta potiari. Ethicè ista decursa sunt. Mystica autem illa, si possumus, vel linea intueamur extrema. Sedebat intra domum sponsa deuota domino intra parietem legis & prophetarum spiritalium lapidum ex ædificatione fundamentum, qui claudebat atque vallabat domum regiam plenam iucunditatis atque lætitiæ. Mirabatur thesauros regio, vt intuebatur sollicitè cupiens sapientiam, quæ has sibi diuitias demonstraret, adsciscere. In secreto erat, sed secreti ipsius interpretem requirebat. Venit dominus Iesus saliens super montes. Nobis serò videbatur venire, sed ille properabat. Salliebat denique & transilliebat, vt Iudæorum corporalia & saxosa dogmata transilliret. Astitit post parietem domus quæ erat in veteri testamento, prospiciens per legis fenestram, prophetarum cauernas. Nondum erant domus illius aperta vestibula, nondum clauis scientiæ portarum claustra patefecerāt, quibus legis claudebantur interna. De superiore tamen, hoc est, spiritali parte prospectās, Ecclesiam vocat, vt per legem & prophetas Euangelij vertice sublimis assurgens, retia Iudaicæ interpretationis, & nobis intrepido calcet vestigio. Ideoque proxima vocatur, vt adhæreat Christo, mundana non quæ-

Ioan. 2. Lib. de Isaac cap. 4.

In Psal. 118. ser. 6. vers. 3.

Lib. de insit. virg. cap. 1.

Lib. de apost. g. David priore. Psal. 67.

In Psal. 118. ser. 6. vers. 3.

Ad ca. 21. li. 30. in Lucā.

Hexameron. lib. 4. ca. 5.

Lib. de insit. virg. cap. 1.

Lib. de apost. g. David priore. Psal. 67.

quærat, ideo formosa, vt speciosos Euangelizantiū A pedes proferat, ideo columba, vt spiritalia petat, terrestria derelinquat. *Ecce, inquit, hyems præterit, imber abiit, discessit sibi, flores visi sunt in terra.* Ante aduētum Christi hyems erat: venit Christus, fecit ætatem. Tunc omnia erāt florum indiga, nuda virtutum, passus est Christus: & omnia cœperunt nouæ gratiæ fecundari germinibus. Imber abiit luxuriæ profuentis, & nubila tetrus ora flagitijs, æstiuam iam puræ conscientiæ serenitate laxantur. Ideo non euadunt, quorum fuga hyeme fit, quia non sequuntur domini passionem, non tollunt crucem suam, & Christum sequuntur. Vnde quam aliam ob causam secundum domini sententiā orandum esse putemus, ne fiat fuga nostra hyeme vel sabbato? Nisi forte quia is qui in montes fugit, frigus & glaciem, procellas & grandinem delictorū timere non debet, sed optare æstiuæ lucis serenitatem, ne lubrico corporis vestigia infirma labantur? Vnde & illa iam secura processu, iam firmis radicibus nixa, lætatur dicens, Hyems abiit, tempus secādi aduenit. Hyeme etenim arbores ventus suo honore despoliat, & asperitas frigoris teneras frondes in speciem mortis interficit: vere autem resurgunt semina, & tanquam noua æstas naturæ viridantis adolefcit. Cum enim sol ex meridianis decedēs partibus super terram redit, noctis ac diei exarquat tempora: & quo magis moras suis adiungit cursibus, eo paulatim aëris huius reducit, & reuocat aurarū clementiam: quæ fouens omnia, repetendos cogit in partus, vt terra germinet, ac resoluta sulcis semina reuiuifcant, virescant arbores, ad perpetuitatem quoque conseruandi generis eorum quæ vel in terris sunt, vel aquis gaudent, annuis fœtibus successio propagetur. Ast vbi ad æstiuas conuersiones in sepremitrionem se subrigit, spatia diurna producit, noctis verò arctat & astringit. Itaque quo magis vsu affiduo aëri huic copulatur atque miscetur, eo amplius & ipsum aërem vaporat, & terrarum exiccat humorem, adolefcere facit semina, & tanquam in succos viriles maturefcere poma siluarum. Ita nimirum in ecclesia post infidelitatis, ac impietatis hyemem apparente sole iustitiæ factum videmus. Vnde verbum dicebat: Exurge, veni proxima mea, formosa mea, columba mea, quia ecce iam hyems præterit. Antequam verbum Dei reciperet, hyems erat, inhonora, sine fructu: vbi verbū Dei recepit, & mundus ei est crucifixus, æstas est facta. Denique feruore sancti spiritus euaporata, flos esse cœpit, & spirare odorem fidei, fragrantiam castitatis, suauitatem gratiæ. Ait ergo: *Exurge veni proxima mea, formosa mea, columba mea.* Proxima, vtique fidei desiderio: formosa, decore virtutis: columba, gratia spiritali. Pennæ enim columbæ deargentatæ æternam illam significant potestatem: & columbæ volatus sancti spiritus præsentiam declarauit. Vocat igitur ad se eam Christus vt veniat, quoniā spiritalibus iam precijs dotata veniebat. *Quia ecce, inquit, hyems præterit: imber abiit, discessit sibi, flores visi sunt in terra.* Videte quem admodum sancta inuitetur ecclesia. Hyems, inquit, discessit sibi, ne hyemem nuda formidet: hyemem non temporis sed infirmitatis, quæ agrum animæ fecundum omni flore despoliat. Est enim hyems,

non terreni solis, est hyems mentis, quando animo frigus inlabitur, quādo vapor animi euanescit, quādo soluitur vigor sensus, quādo nimius humor exundat, & mentem grauat, quādo interior caligat appetitus. Et ideo ait dominus: Videte ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. Bonum enim est vt tūc dies iudicij vel mortis adueniat, cum viget animi blanda temperies, cum cœleste mysteriū serena luce refulget, cum cor nostrum ardet in nobis. Tunc enim Christus est præsens, sicut testantur in Euangelio dicentes Ammaon & Cleophas, Nonne cor nostrum ardens erat in nobis in via, cum aperiret nobis scripturas? Imber, inquit, abiit, flores visi sunt in terra. Imber impedit flores, at nūc flores vidētur in terra. Vbi ante spinæ, ibi nunc flores. Boni flores apostoli, qui diuersorum scriptorum atque operum suorum fuderunt odorem. Tempus secādi aduenit. Vbi ante desertum, ibi messis est: quoniam reciduntur in hominibus ociosa & infrugifera vitiorum farmenta, excātur peccata, & matura in horreis frumenta conduntur: & qui metit, mercedem accipit. Denique iuxta Baptistæ sententiam, securis ad radicem arboris posita est, vt omnem arborem non ferentem fructum excindat. *Vox turturis audita est.* Quia inuenit sibi nidū. Ecclesia enim domus est castitatis. *Audita est in terra nostra.* Bene addidit propheta, nostra, quasi admirans quod vbi ante impudicitia, ibi castitas. *Ficus protulit grossos suos.* Quæ ante infructuosa iubebatur excidi, hæc fructus iam ferre cœpit. Sed quid dubitas, quia grossos dixit? Priores discit, vt posteriores meliores afferat, sicut Synagogæ fructus abiicitur, Ecclesiæ autem renouatur. Apta autem Synagogæ istius arboris comparatio est: quia sicut ea arbor folijs redundans fluentibus, spem possessoris sui casta speratorum prouentuum expectatione destituit: ita etiam in synagoga dum doctores eius operibus infœcundi, verbis tamen velut folijs redundantibus gloriantur, inanis vmbra legis exuberat, spes autem falsi expectata prouentus, populi vota credentis illudit. Est etiam in natura arboris, quo magis credas synagogæ speciem comparatione huius expressam. Etenim si diligenter inquiras, discretam ab vsu arborum ceterarum consuetudinem naturæ huius inuenies. Namque aliq̄ florem ferunt antequam fructum, pomæque ventura prænuncio sui flore designant: Hæc sola ab initio germinat poma pro floribus. In aliis flos decutitur, & poma nascuntur: in hac poma decidunt, vt poma succedant. Ergo priora illa casta fructuum vice floris emergunt, ita præcoeci quodam nascendi vsu, quæ ordinem naturæ nesciunt, beneficium naturæ seruare nō possunt. Etenim quæ se medio fundere de cortice gēma consuevit, eā minutissima quæque huius generis poma prorumpunt, de quibus legimus in canticis canticorum: ficus protulit grossos suos. Itaque cæteris albetibus primo vere virgultis, sola ficus proprio nescit flore canescere, eō fortasse quod nullus istius maturior sit vsus in pomis. Namque succedentibus aliis hæc quasi degenerantia respuntur: & arenti infirma radice renouatis, quibus sit succus vtilior, exuruntur. Manent tamē aliqua perrara, nec decidunt, quibus hic prouentus arriperit, vt de medio duarum virgarum clauiculo breui erumpente promergant, SS iij

Luca 24. Lib. de Isaac cap. 4. ser. 6. vers. 3. in Psal. 118.

Lib. de Isaac ca. 4.

In Lucam, li. 7. ca. 13.



quo geminis tecta praesidiis, tanquam naturae parē-  
 tis gremio succi fotu plenioris inolefcant ea clemē-  
 tioris aurae prouocata temperie, & prolixioris adul-  
 tiora temporibus ubi syluestrem animum succi prio-  
 ris exuerint, specie ceteris & maturitatis gratia praer-  
 feruntur. Specta nunc cultus & animos Iudaeorum,  
 qui quasi primi fructus mali feracis synagogae grossi  
 labentis similitudine corruerunt, vt mansura supra  
 auum nostri generis poma succederent. Etenim pri-  
 mus Synagogae populus quasi radice operum infir-  
 mus amentum vbertatem sapientiae naturalis hauri-  
 re non potuit: & ideo velut inutilis decidit fructus: vt  
 quasi ex iisdem clauiculis arboris fructuosae de pin-  
 guedine religionis antiquae nouus Ecclesiae populus  
 emergeret. Ergo ille qui erat, esse desinit, vt incipe-  
 ret esse qui non erat. Primi tamen ex Israel, quos natu-  
 rae validioris ramus extulerat, sub umbra legis &  
 crucis, in vtriusque sinu succo gemino colorati gros-  
 si maturefcentis exemplo, pulcherrimorum gratia  
 fructuum ceteris praestiterunt, quibus dicitur: Sede-  
 bitis super sedes duodecim iudicantes duodecim  
 tribus Israel.

Mat. 19.

Ex lib. 9. ad  
cap. 20. Lucae

*Vineae florentes dederunt odorem.* Bene per vineam  
 Ecclesia designatur. Vt enim vitis maritatur arbori-  
 bus, ita corpus animae anima quoque corpori con-  
 iungatur, vt vinea dum ligatur, erigitur, & recisa non  
 minuitur, sed augetur: ita plebs sancta dum ligatur  
 exiit: dum humiliatur, attollitur: dum reciditur,  
 coronatur. Quin etiam vt tener surculus veteri ab-  
 scissus ab arbore, in alterius foetu radicis inseritur:  
 ita populus hic sanctus surculi veteris cicatricibus  
 enodatus, in illo crucis ligno tanquam gremio pia-  
 parentis fatus inolefcit: Spiritusque sanctus sicut in  
 altis dimissus terrarum serobes, ita in hoc carcereū  
 corpus infusus, aquae salutaris irriguo diluit quicquid  
 est foetidum, membrorumque nostrorum habitus  
 in caelestem erigit disciplinam. Hanc vineam dili-  
 gens agricola fodere, rigare, tondere consuevit, eru-  
 deratque terrenae molis aggeribus operta corporis  
 nostri nunc sole torrere, nunc imbri perfundere, stir-  
 pare agrum solitus, ne a sentibus gemma laedatur, ne  
 luxuriet umbra foliorum, verborumque infructuo-  
 sa iactantia virtutibus obumbrando maturitatem in-  
 dolis naturalis impediatur. *Vineae, inquit, florentes dede-  
 runt odorem suum.* Nil gratius florentis odore vitis.  
 Siquidem de flore earum succus expressus poculi ge-  
 nus conficit, quod & voluptati & saluti sit. Deinde  
 quis non miretur ex acini vincio vitem vsque in ar-  
 boris summum cacumem prorumpere, quam velut  
 quodam amplexu fouet, & quibusdam brachiis ligat,  
 & circumdat lacertis, pampinis vestit, sertis vua-  
 rum coronat: Quae ad imitationem vitae nostrae, pri-  
 mum viuam desigat radicem: deinde quia natura fle-  
 xibilis & caduca est, quasi brachiis quibusdam, ita &  
 clauiculis quicquid comprehenderit stringit, hisque  
 se erigit & attollit. Huius est similis plebs ecclesiae,  
 quae veluti quadam fidei radice plantatur, & reprimi-  
 tur humilitatis propagine, de qua pulchre ait pro-  
 pheta: Vineam ex Aegypto transfulisti, & plantasti  
 radices eius, & repleuit terram. Euidetur igitur exē-  
 plum vitis ad nostrae vitae institutionem accersendam  
 esse signauit: quae primum veris tepesacta temperie  
 gemmare perhibetur: deinde excisis sarmentorum

Exameron  
lib. 3. cap. 12.

Psal. 79.

articulis fructum emittere, de quibus oriēs vna for-  
 matur: paulatimque augeteas immaturi partus re-  
 tinet acerbitatem, nec potest nisi matura iam dulce-  
 scere. Vestitur interea viridantibus pampinis vinea,  
 quibus & aduersum frigus omnemque iniuriam non  
 exiguo munitur subsidio, vt & solis ardore defendi-  
 tur. Quid autem eo vel spectaculo gratius, vel fructu  
 eius dulcius, videre ferta pendentia velut quaedam  
 speciosi ruris monilia, carpere vvas vel aureo colore  
 vel purpureo renitentes? Hyacinthos ceterasque ge-  
 mas fulgere exilimes, coruscare Indicos, albarum e-  
 micare gratiam gemmarum. Nec aduertis ex his ad-  
 moneri te homo, ne immaturos fructus tuos dies  
 supremus inueniat, aut plenae tempus aetatis opera  
 imparata dedecant: Acerbus enim fructus amarior  
 esse consuevit: nec potest esse dulce, nisi quod ad ma-  
 turitatis perfectionem adoleuerit. Huic vero perfe-  
 cto nec frigus horridae mortis, nec sol iniquitatis  
 nocere consuevit: quia obumbrat eum gratia spiri-  
 tualis, & omnia humanae cupiditatis & corporeae li-  
 bidinis restinguit incendia, defendit ardores. Lau-  
 dent te quicumque conspiciunt, & agmina ecclesiae  
 velut quaedam palmitum ferta mirentur spectet, sin-  
 gula fidelium pulchra animalium monilia, defecten-  
 tur maturitate prudentiae, splendore fidei, confessio-  
 nis decore, iustitiae pulchritudine, vbertate miseri-  
 cordiae, vt dicatur tibi: Vxor tua sicut vitis abundas  
 in lateribus domus tuae, eo quod redundatiam vitis  
 fructifera copiosae munere liberalitatis imiteris. Per  
 pulchre ergo ecclesia vel anima cuiusque fidelis, vine-  
 a comparatur: quod exulta sit probitate morū,  
 & conscientiae tranquillitate laeta. Quae cum virtutū  
 diuersarum pulchritudine adornatur, tanquam flo-  
 ribus quibusdam vertitur & suauissimam bonae opi-  
 nionis, fragrantiam longē lateque ex se diffundit.  
 Sed nunc ad sequentia properemus. Postquam igitur  
 sponsus variis modis sponfam suam vt ad se veni-  
 ret inuitasset, nunc ostendit ei locum ad quem veni-  
 re debeat.

Psal. 127.

*Veni, inquit, columba mea in tegimento petrae iuxta praemū-  
 nitionem.* Surge, ait, secuta in tegimento petrae, id est,  
 ruta praesidio passionis meae, & fidei munimento. Su-  
 xerunt enim mel de petra: & oleum de firmissima  
 petra. Hoc integimento animae piorum induta, iam  
 nuda non sunt, & hoc est illis praemunitio. *Veni ergo,*  
*inquit, in tegimento petrae iuxta praemunitioem.* Hoc est  
 veni iuxta euangelium propugnacula fidei tuae ge-  
 sta sunt Christi: muri tui subsidia verba sunt Domi-  
 ni: passio dominici corporis, tua est virtus.

Ibidem.

*Ostende mihi faciem tuam, & insinua mihi vocem tuam,*  
*quia vox tua dulcis, & facies tua decora.* Suavis est vox,  
 quia ore confessio sit ad salutem: & decora facies  
 quae non erubescit authorem, non confundit redē-  
 ptorem. Ostendit ergo faciem suā signaculum cru-  
 cis praefereus: & insinuat vocem suam, autoritate  
 praedicationis assumens. In tegimento enim cor-  
 poris Christi quo redēpta est a peccato, munimen-  
 tū gratiae spiritalis inuenit vt salutaria sibi & sumat,  
 & loquatur. Suavis ergo sponsae vox, quae in diuinis  
 testimoniis loquebatur, decora facies, quae in con-  
 spectu regum non confundebatur. *Ostend. m. fa. &  
 m. si. & c.* Hortatur sponfam ad confidentiam, vt  
 non erubescat crucem, nec eius signaculum. Hor-  
 tatur

tatur ad confessionem: vult omnes insidias dimoue-  
 ri, vt bonus fidei odor aspiret, vt dies fulgeat, vt ad-  
 uersa noctis umbra non noceat: quoniam qui iuxta  
 Christum est, dicit, Nox praecessit, dies autē appro-  
 pinquauit. Est enim umbra seculariū, quae praeteriit:  
 & dies caelestium Christus, qui sanctis suis lucet. *Offe-  
 de mihi faciem tuam, & c.* Verba videri possunt Dauid  
 ad Abigeam vxorem Nabal, cui Abigea tunc dictū  
 est, Benedictus dominus Deus Israel, qui misit te ho-  
 die huc obuiam mihi, & benedicti mores tui. Et ite-  
 rum dixit ei, Ascende in pace in domum tuam, vide  
 audiui vocem tuam & reueritus sum faciē tuā. Quae  
 quidem penē eadem hic verba sunt. Ostende mihi  
 faciem tuā, & insinua mihi vocem tuā, nempe sponsi  
 ad sponfam. Et tunc quidem Abigea illa a Dauid di-  
 missa est, quoniam alterum habebat virum, qui dice-  
 batur Hebraice Nabal, Latine insipiens, durus, inho-  
 spitalis, inhumanus, ingratus, qui officia nesciret re-  
 ferre: sed posteaquam defunctus est vir eius, solutam  
 a lege viri, accepit eam sibi in vxorem propheta Da-  
 uid, per cuius copulam, Ecclesiae creditur ex gen-  
 tibus significantur mysteria, quae amisso viro cui an-  
 tē iuncta fuerat, transfuit ad Christum censu pio di-  
 ues humilitatis & fidei, misericordiae quoque dotata  
 patrimonio. Iam verō in sequentibus verbis est mu-  
 tata loquentis persona, non enim iam ad sponfam,  
 sed ad sodales loquitur Sponsus, dicit ergo:

Ad Lucam  
cap. 9. lib. 7.

*Prendite vobis vulpes pusillas, exterminantes vineas: & vine-  
 ae nostrae florebunt.* Vulpes fallax est animal, & in-  
 diis semper intētum, rapinam fraudis exercet. Nihil  
 tutum, nihil ociofum, nihil patitur esse securū, quod  
 inter ipsa hospitia hominum praedam requirat. Hae-  
 reticis autem vulpes comparat. Denique cum gen-  
 tes vocet, haereticos excludit. Vulpes enim plenum  
 fraudis est animal, foueam parans, & in fouea sem-  
 per latere desiderans. Ita sunt haeretici, qui domum  
 sibi parare non norunt, sed circumscriptionibus suis  
 alios decipere conantur. Iacob domum habitat: hae-  
 reticus in fouea est, vt fraudulenta vulpes gallinae illi  
 Euangelicae dolum intendens. Merito ergo foueas  
 habent, quia domum quam habuerunt perdidit. Hoc  
 animal neque mansuecit vnquam: vnde & apo-  
 stolus ait: Haeticum hominem post vnam corre-  
 ptionem deuita, neque vlli vsui est, aut cibo vtile. Non  
 enim de hoc dixit Christus: Meus cibus est, vt faciā  
 voluntatem patris mei qui in caelis est. Quin etiam  
 a fructibus suis eas relegat, dicens, Capite nobis vul-  
 pes pusillas, exterminantes vineas, hoc est, quae mi-  
 norem vineam non maiorem exterminant. Et ideo  
 Samson ad caudas earum faces ligauit, & in segetes  
 alienigenarum dimisit, eo quod haeretici fructus in-  
 cendere conantur alienos, latratibus magis sonori,  
 quam vocibus expoliti. Qui enim verbum negant,  
 nec vocem habent. Ad praesens ore liberi, sed in fu-  
 turum finem iam vincti: caudae facibus significantes  
 sui finis incendium.

Matth. 13.

Ad Tit. 3.

Ioan. 4.

In cap. 9.  
Luca lib. 7.

Luc. 13.

*Prendite nobis vulpes pusillas, exterminantes vineas: vt vi-  
 nae nostrae florebunt.* Scriptura enim hominē dicit, qui  
 est ad imaginem & similitudinem Dei: peccantem  
 autem, non hominem sed aut serpentem, aut equum  
 adhinnientem foeminis, aut vulpeculam, aut iumen-  
 tum vocare consuevit, de quorum vno ait: Ite, dicite  
 vulpi illi, hoc est de Herode. Et alibi cum se fraudu-

A lenter interrogari aduerteret, dixit: Vulpes foueas  
 habent, & volucres caeli nidos, vbi requiescant: eo  
 quod fraudulenter in terrestrium passionum qui-  
 busdam latibulis demorentur. Inde etiam Samson  
 binas vulpes sibi nexuit, ad quarum caudas alligauit  
 faces, & dimisit eas per messes, Allophyllorum per  
 hanc figuram significans quod improbi aut fraudu-  
 lenti homines, & maxime haeretici liberam linguā  
 ad latrandum habeant, sed exitus impeditos, aut li-  
 tigiosa principia: finem verō fraudis suae incendio de-  
 putatum. Ideoque & trecentas vulpes dimisit, eo  
 quod perfidi crucis quidem praedicatione se com-  
 mendare desiderant, sed mysterium eius tenere non  
 possunt, qui hac praedicatione composita, & falsa atque  
 simulata vrere magis fructus conantur alienos: cum  
 vti que vera crux domini non exurat aliena merita,  
 sed foecundet. Meritoque scriptum est, Prendite no-  
 bis vulpes pusillas, exterminantes vineas, vt vineae  
 nostrae floreat. Quo ostenditur, quod vel Dominus  
 Iesus, vel ecclesia fraudulētorum dolos a vineis suis  
 exterminandos esse praecipiat, ne pusillulis vineis  
 nocent, quia adultis iam vitibus nocere non possunt.  
 Haeticus enim imperfectum tentare potest, non  
 potest supplantare perfectum. Vel ideo bene pusillas  
 vulpes dixit, quia maiores vineas exterminare non  
 possunt: licet fortibus vt diabolus, pusillus sit, aut ve-  
 rō pusillas vulpeculas capi praecipit, vt cogitatus ma-  
 los in ipso principio ne adolefcant statim perimas,  
 quemadmodum scriptum est, Beatus qui alludit  
 paruulos suos ad petram.

Ex prologo in  
lib. 2. de spiri-  
rit. sanct.  
Psal. 135.

Sponsa igitur vbi tantum sponsi sui amorem er-  
 ga se videt, multa cum fiducia loquitur, *Fratruelis meus  
 mihi, & ego illi.* Vox ista est sponsae: vox ista est vit-  
 ginis. Nam immaculatum corpus a virili permixtione  
 seruare, & palmam castimoniae limoso in corpore  
 vsque ad Angelorum conuersationem custodire,  
 vtilitas priuata, laus est publica. Quam rarus in ter-  
 ris, qui potest hoc dicere, quam alienus a vitis, qua  
 segregatus ab omni labe peccati, qui nihil habeat  
 commune cum seculo, dicēs, Fratruelis meus mihi,  
 & ego illi, scilicet qui nihil mundi huius sibi vindicet:  
 in quo non sit corporalium possessio cupidita-  
 tum: quem non inflammet libido, non stimulet auaritia,  
 non lasciuia effeminet, non luxuria decoloret,  
 non sternat ambitio, non maceret inuidia, non aliqua  
 negotiorum secularium cura sollicitet. Verus enim  
 minister altaris Deo est natus non sibi. Leui enim, vt  
 habet interpretatio, significat, ipse mihi assumptus,  
 significat & ipse meus: significat & tantum, assumptus:  
 significat & assumptus. Ipse idē & mihi Leui & Deo  
 est: quem modo idem & mihi sacerdos & Deo est: &  
 mihi aduocatus, & domini deprecator: pro me offe-  
 rens sacrificium, & idem se offerens domino. Deni-  
 que & alibi Leui interpretatione dicitur, pro me: Et  
 enim si a me nominetur Leui, pro me est: si pro me  
 offerat, pro me est: si pro me interueniat, pro me est:  
 fin autem vocetur a Domino, ipse mihi dicitur hoc  
 est non alij tributarius, non decimarius, non de pos-  
 sessione munificus. Ipse, inquit, mihi: hoc est tanquam  
 abundans pro his omnibus. Non ab hoc decimas,  
 non fructus, non dona quæro, non munera: ipse mi-  
 hi pro munere est, ipse pro tributo. Non in possessio-  
 ne sua munificus mihi, sed ipse mihi possessio, ipse

Ex serm. 7.  
vers. 1. in  
Psal. 118.

meus fructus, ipse meus census assumptus mihi, vel assumptus a me. Non potest hoc sine diuina esse gratia: Sicut enim possessio non potest esse mea, nisi emero eam: sic non potest esse Leui, nisi fuerit assumptus a Domino. Cum enim fuerit assumptus, recte dicitur, ipse me. Denique cum Moyse dictum esset ut populo Iudeorum per tribus singulas diuideret incolatus & distribueret singulis tribubus portiones, tribum Leuiticam excepit Deus, dicens: Filiis Leui non erit portio in medio fratrum suorum, quia Dominus Deus, pars eorum est. Et alibi: Ego Dominus portio coram. Negatur his terrena diuisio: ut ipsi dum secularem sibi non vindicant portionem, fiant celestis possessio, & hoc solum nouerint possidere, hoc est fidei & deuotionis obsequium: multo ditiores, quam qui possessionum suarum spatia ampla diffundunt. Quantumlibet enim fines extendant suos, & terra deficit, & mare includit insanas cupiditates, & pendunt tributa maiora quam fructus sunt. At uero iste nihil possidens, nulli nisi Deo militat. Supra terram eius est portio: non cum terra deficit: non mari clauditur. Cui portio Deus est, totius possessor est creaturae. Pro agris igitur ipse sibi satis est, habens bonum fructum, qui nunquam possit perire. Pro domibus satis est sibi, ut sit habitatio Domini, & Dei templum, quo nihil potest esse pretiosius. Quid enim preciosius Deo? Aut quid deest ei uero qui potest dicere: Non contingat mihi gloriari, nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo? Non potest in hoc princeps mundi huius sibi consortium uendicare, in quo nihil suum inuenit. Ideoque dominus qui uenit docere ut fieret nobis Deus portio, ait: Venit huius mundi princeps, & in me inuenit nihil. Meritoque imitatores sui nos esse uolens, ait: Nolite possidere aurum neque argentum neque pecuniam. Vnde Petrus ostendens in Deo sibi portionem esse, non in seculo, ait: Argentum & aurum non habeo: quod autem habeo, do tibi: In nomine Iesu Nazareni surge & ambula: hoc est, portio mea Christus est. In nomine igitur Iesu Christi surge & ambula. Hoc est, in portione mea diues sum, in portione mea potens sum. Merito tales praesumo fructus istius portionis, ut salus & uita donetur, quia hoc est istius patrimonium portionis quam elegi mihi.

mundi sedula humilitate fulgentes, qui uirtutum diuersarum praestant cacumine, & supra mundum meritis suis eminent. Isti sunt de quibus dicitur: De hoc mundo non sunt, sicut & ego non sum de hoc mundo, quia supra mundum sunt, qui Christum sequuntur.

Donec adspiret dies, & inclinentur umbrae. Omnia sunt hic umbrosa & caliginosa, nusquam ueri cognitio, nusquam recta experientia rerum. Videmus, ait ille, nunc per speculum, & in enigmate: uerum cum adspirauerit dies, cum apparuerit Christus uita nostra, uel cum extremi iudicij dies aduenerit, quando audient iusti: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi: tunc disculis umbris, laetis laetis iustorum mentibus adspirabit dies. Umbra est ergo uita haec, festina ad solem, ut te defendat ab umbræ huius frigore, & calorem tibi profundat æstiuum. Et ideo suadet orandum ne fuga nostra hyeme fiat aut sabbato: non tepus diemque significans, sed frigere nos mentibus prohibens, & bonorum operum esse icuios.

CAPVT TERTIVM.

**I**n cubili meo, in noctibus, quaesui quem dilexit anima mea, quaesui eum, & non inueni. Accepit iam haec anima bona pignora charitatis: sed quia semper solliciti esse debemus, iemper intenti: & quia uerbum Dei sicut capreola exilit, aut sicut hinnulus ceruorum semper uigilet anima & praetendat, quæ requirit eum & quæ tenere desiderat. Ideo quasi sublapsum sibi, in cubili, inquit, meo in noctibus quaesui quem dilexit anima mea. Qui bene quaerit, in cubili quaerat, in noctibus quaerat: nec dies feriatu neque noctes sit, nullum tempus uacat a pietatis officio: & si non inuenit primo, perseueret in requirendo: Nullum tempus uacuum sinat sancta deuotio praeterire. Nam si studeret doctrinis secularibus perparum summo indulgent, quanto magis qui deum cupiunt cognoscere, non debent summo corporis impediri, nisi quantum naturæ satis est: Dauid per singulas noctes lectum suum lachrymis diluebat: surgebat etiam noctis medio, ut domino constiteretur: & tu sopori nocte existimas deputanda? Tunc magis orandum tibi est dominus, tunc praesidia postulanda, culpa caueda, quando uidetur habere secretum. Tunc maxime quando tenebræ in circuitu meo, & parietes me operiunt, considerandum quia Deus omnia abscondita intuetur. Ne dixeris, ego circumfusus tenebris, quis me uidet: & quem uereor sepius parietibus & inclusus? Quia uultus domini super facientes mala. Denique si arbitrium non uides, te ipsum non uides: Tunc conscientiae testimonium non ueris? Nescis illa caliginem noctis non oportorium sed incertium esse peccati: Cum somno & cibo feruent corpora, tunc etiam mentis uigor sopore laxatur, somno resoluitur: tunc irrepit impuri libido concubitus, tunc perturbatur cor squalore immunditiae, non uidetur castitas, puritas non consideratur, pudicitiae gloria non recensetur. Nox erat, quando Iudas Christum prodidit, Petrus negauit. Illo igitur praecipue tempore iustificationes Dei animo retexenda sunt, relegendamadhortatoria. Illa de castitate praescripta non absint, ut his occupata mens

1. Cor. 13.

Marth. 24.

Ibidem.

Ex li. de Isaac

ca. 4. in f. 5.

in prim. ca. 5.

Eccle. 23.

mens flagrantiam libidinis, carnis restinguat ardorem. Tene animo, Lauabo per singulas noctes lectum meum. Quis enim stupris deditus, flagitiis inuolutus, lauat per singulas noctes lectum suum? Nescit flere, qui flenda committit: & cum sit ipse lachrymabilis, non habet poenae lachrymas suæ. At ille qui castigat corpus suum, & sui sollicitus gubernator est, atque ingemiscens & dolens lapsus superioris offensam, quaerit quomodo abluat steribus poenitentiae: hic lauat per singulas noctes lectum suum. Non dormiamus ergo totis noctibus, sed maximam earum partem lectionibus & orationi deputemus. Audi ecclesiae uocem quaerentis etiam in noctibus Christum, In cubili, inquit, meo in noctibus quaesui, quem dilexit anima mea. Accipe secundum literam. Quaesuit in noctibus, orando, deprecando, etiam lachrymis deplorando. Quaesuit in noctibus, quia posuit tenebras latibulum suum, ut quaerere eum sollicitus disceremus. Quaesuit igitur in prophetis ecclesia ex gentibus congregata, & ideo credidit. Denique aduentus dominici testimonia de Prophetis Euangelistæ Paulisque posuerunt: Vnde scriptum est, Nox nocti indicat scientiam. Quaesuit in noctibus, in persecutionibus, in aduersis, in tribulationibus & laboribus duris. Nox est omnibus quibus non est perfecta securitas, unde ait dominus: Venit nox, quando nemo potest operari. Cum in hoc mundo sum, lux sum mundi: non ergo operemur in tenebris. Si enim lucet opera nostra, non operamur in tenebris, sed in lumine. Dies est, quibus adest Christus: nox est, quibus se denegat. Non magnū igitur, si tunc domino gratias agas, quando in prosperis & secundis es: sed si tunc adhaereas Christo, quando te persecutor exagitat, quando aliqua procella perturbat. Amisisti filium? in illo dolore, in illa nocte, in illa destitutione memento domini Dei tui: ne quasi non exauditus, ingratus sis, & in tua prauariceris ruina. Pulsus es in exilium? memento domini Dei tui, ne patriæ tibi interdicitur charitatem Deo praeferas. Alicuius diuitis oppressus potentia amisisti proprias facultates, indiges sumptuum memento domini dei tui, ne nox te egestatis abducat a deuotionis affectu. Hoc est enim mandatum legis, ut in nocte magis quaeras, quando magis exaudiaris a domino, & possis dicere: In tribulatione inuocaui dominum, & exaudiuit me in latitudine.

Ibidem eodem serm. 7. uersu 7. in psal. 118.

psal. 118.

1047. 9.

Ex lib. 3. de uirginib.

Lib. de Isaac cap. 5.

Ex lib. de uirginib.

solicitem, gratiam reconciliationis accipiat. In ecclesia uidua iustificatur, in foro circumuenitur, fugiamus ergo forum, fugiamus plateas. Prudentiam notam assume tibi, & custodias te a muliere aliena. Per fenestram enim de domo sua in plateas prospicit: fugiamus plateas. Non enim iniuria tantum modo est non inuenisse quem quaeras, sed etiam plerumque ubi non oportet quaesuisse, uulnus est: quaesisse in domibus uirorum, qui sibi falso doctorum nomen assumunt, quaesisse procacius quam uerecundius.

Habeto & alium sensum. Quaesuit ipse Christum in foro, ubi oleum uenditur, quod expectantes spolum emere consueuerunt, ut semper faces suæ luceant nec eas fumus iniquitatis extingat: ubi ius, ubi leges. Si enim lex spiritalis est, & forum est utique spirituale, ubi disputant periti legis aeternae: quod forum in litibus tumultuosum est, sed Christi tribunalis gloriosum. Vbi quaesuit inquit? In foro quaesuit, in plateis, de quibus ij qui ad patrisfamilias Euangelici praedictum conuenirent colligebatur: qui uocati exculandum ab huiusmodi epulis non putarunt. Exurgam ergo dicit, id est, erigam & attollam intentionem meam, & quaeram impigre, quaeram sollicitè, introibo in ciuitatem. Est & anima quæ dicit, Ego ciuitas munita, ego ciuitas obfessa. Est ciuitas munita, per Christum: est ciuitas illa Hierusalem in caelo, in qua abundant diuinæ legis interpretes & disciplinarum periti, per quos uerbum Dei quaeritur. Quaeram, inquit, in foro illius ciuitatis, in illo foro ubi tractant iura consulti, ubi oleum uenditur, quod Euangelicæ uirgines emunt ut semper faces suæ luceant, nec eas fumus iniquitatis extinguat. Quaeram, inquit, in plateis in quibus superfluum aquæ, de quibus Salomon dicit esse potandum. Haec sollicitè ac sedulo agentem.

Ex tract. in psal. 118. serm. 7. uersu 7.

Lib. de Isaac cap. 5.

psal. 27. in uersu 70.

Proverb. 5.

Lib. de Isaac cap. 5.

1. Pet. 1.

Inuenerunt me, inquit, uigiles, qui circumueunt ciuitatem. Dum quaerit igitur Christum, inuenit custodes qui in ministerio sunt: ab his requirit, Num quem diligis anima, uidisti? Sed anima quæ quaerit, etiam custodes trahit. Sunt enim mysteria quæ etiam Angeli concupiscunt uidere: unde Petrus ait: Nunciata sunt uobis per eos qui Euangelizauerunt uobis spiritu sancto misso de caelo, in quem concupiscunt Angeli prospicere. Postea quæ itaque in foro & plateis quaesuit, incidit in eos qui circumueunt ciuitatem, & tunc demum potuit inuenire. Quaerit fortasse quod in tribulatione & metu posita magis inueniat gratiam. Denique posterius ait:

Inuenerunt me, qui circumueunt ciuitatem, tulerunt mihi pallium. Habet ergo certam: sed qua ratione supra non tulerint pallium, hareo reperire, nisi forte quia ibi interrogasse se dixit: Nunquid quem dilexit anima mea, uidisti? quæ Christum loquebatur, nec exuta est pallio, & quem quaerebat inuenit. Disce quæadmodum quaeratur Christus. Ab his utique, qui non perfunctorie quaerunt, uolenter retinent: sicut ista quæ ait: Tenui eum, & non dimisi eum: fide inuenit, meditatione constrinxit. Si bonos custodes accipimus, utique angeli sunt. Qui uero angelos transiit, uerbum inuenit. Ideo non multum interualli fuit, cum transiit ab his & inuenit Iesum. Quomodo ergo infra tulerunt pallium? nisi forte quia processu operæ suæ ecclesia dum nudatur, Dominus plus amatur: expolians se ueterem hominem ut nouum induat, quæ

Ex serm. 7. uersu 7. in psal. 118.

Gal. 6.

1. Cor. 15.

1. Thim. 3.

Ex tractatu in psal. 118. serm. 1. 4. u. 1. psal. 22.

non operiunt indumenta, sed mentis secreta clarificat, aut quia amictum sapientiae secularis ad Christum ventura deposuit. *Percusserunt, inquit, me, tulerunt pallium meum.* Videtis quemadmodum quaerat quae desiderat inuenire, vt non timeat vulnerari. Sed haec vulnera non metuenda sunt, sed optanda, quia vulnera charitatis sunt, sicut ipse dicit, vulneratę charitatis ego sum. *Percusserunt et vulnerauerunt me, et tulerunt pallium meum a me custodes murorum.* Non in se filia, non inquam in se filia, sed in nobis vulneratur ecclesia. Caueamus igitur ne lapsus noster, vulnus ecclesiae fiat, ne quis a nobis pallium auferat, hoc est amictum prudentiae, insigne patientiae, quo mollioris ambitio vestis exiuit. Qui enim mollioribus vestibus induuntur, in domibus regum sunt. Nobis autę pallium dedit Christus, quo apostolos suos & corpus suum ipse vestiuit. Quod denique iubet te dare, si quis a te tunicam petat, vt dimittas ei & pallium, id est, insigne Philosophiae tuae tradas, & quasi amictu prudentiae tuae, cum qui ante nudus fuerat, circumuectias.

*Quam modicum cum transiit ab eis, inuenit eum, tenui enim et non dimisi eum.* Ergo qui transierit custodes, verbum inuenit. Transiuit Ioannes, qui verbum apud patrem inuenit. Multi quoque sunt qui in ocio quaerunt Christum & non inueniunt: & quaerunt eum in persecutionibus, & cito inueniunt: & ideo quasi post tentationes, quia in periculis fidelium suorum adest. *Quam modicum, inquit, cum transiit ab eis, etc.* Omnis enim qui quaerit, inuenit: & qui inuenit, adherere debet, ne possit amittere. Et quoniam per Euangelium in terris videmus caelestia mysteria figurata, veniamus ad illam Mariam, veniamus ad Magdalenam: consideremus quemadmodum Christum in cubili corporis sui, in quo defunctus iacebat, in noctibus quaesierint, quando dixit illis Angelus: Iesum qui crucifixus est quaeritis: non est hic, surrexit. Quid igitur quaeritis viuentem cum mortuis? Quid quaeritis in sepulchro eum qui iam in caelo sit: Quid quaeritis in vinculis sepulturae vniuersorum vincula soluentem? Non sepulchrum huic sedes, sed caelum est. Ideo dicit vna ex his: quaesui eum, & non inueni. Tamen dum vadunt Apostolis nunciare, miseratus quaerentes occurrit ei Iesus dicens: Aucte. Illae autę accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Tenetur ergo Iesus, sed delectatur sic teneri, quia fide tenetur. Denique delectauit eum & illa mulier quae tetigit eum, & curata est a sanguinis fluxu, de qua dixit: Tetigit me aliquis: nam sentio virtutem de me exisse. Tange ergo & fide tene, & constringe fideliter pedes eius: vt virtus de eo exeat, vt sanet animam tuam. Tenui, ait, eum, & non dimittam eum.

Sed quibus tenetur Christus? Non iniuriae nexibus non testium nodis, sed vinculis charitatis, metis habentibus stringitur, & animae tenetur affectu. Si vis & tenere Christum, quare iugiter, nec poenam metuas. Inter enim supplicia frequenter corporis, inter ipsas persecutorum manus Christus melius inuenitur. Quam modicum, inquit, fuit cum transiit ab ipsis, Exiguo enim spatio breuique momento, cum persecutorum manus euaseris, nec succubueris potestibus mundi, tibi Christus occurrit, nec te diu tentari

patitur. Quae sic Christum requirit, quae Christum inuenit, potest dicere: *Tenui eum, nec relinquam eum, donec introducam eum in domum matris meae, et in cubiculum eius quae me coepit.* Quae est domus matris tuae, & cubiculum eius, nisi internum tuarum secretorumque naturae? Hanc domum serua, huius domus penetralia munda: vt cum immaculata fuerit domus, nec vllius adulterinae conscientiae sordibus inquinata, spiritalis domus in sacerdotium sanctum lapide angulari coagmentata consurgat, & spiritus sanctus habitet in ea. Quae sic Christum requirit, quae sic Christum obsecrat, non relinquitur ab eo, imo etiam frequenter reuifitur. Vel domus matris fortasse est, in qua praefulget moralium disciplina, secretum autem illud est, in quo sunt altiora mysteria, in quibus diuinae gratiae mella redolent. An non omni melle dulcior peccatorum remissio? Nonne omni flore gratior resurrectio mortuorum? Adolefcentulae dilexerunt te nimis, & introduxerunt te in domum matris suae. Nolite a Christi charitate etiam paruulos separare, quem etiam intra matris vterum adhuc positi exultatione prophetica fatebantur.

Videntes itaque sponsam filiae Hierusalem Christo inhaerentem & adhuc ascendentem cum eo (dignatur enim quaerentibus frequenter occurrere, & condescendere vt eos eleuet) dicunt: *Quae est haec quae ascendit a deserto, sicut vitis propago fumo incensa, odorificata myrrha et thure, ab omnibus pulueribus unguenti.* Mirantur ascendentem virtutes caelorum, quod sine offensione ascendat, & ex hoc mundo ascendat cum latitia & iucunditate, sicut vitis propago & sicut fumus se ad superna subrigat, fragrans pia resurrectionis odorem & suauitatem fidei. Pulchre verò subtilitatem eius expressit pulueris comparatione, & unguenti commemoratione: quia in Exodo legimus subtile & ex multis compositum thymiamam, illud esse incensum Propheticum, quod est sanctorum oratio, vt dirigitur in conspectu Domini, sicut & David dicit: *Dirigatur oratio mea, sicut incensum in conspectu tuo.* Porro desertum a quo sponsa ascendit, mundum hunc intelligimus, qui velut desertus terrae locus & incultus videtur, sentibusque ac spinis nostrorum obitus delictorum. Qua propter filiae Hierusalem mirantur quomodo anima quae antea in inferioribus relinquebatur, nunc inhaereat Dei verbo, & ascenderit ex hoc arido & inculto loco ad illas florulas delectationes, vbi vitae aeternae voluptate fruatur: ascenderit autem sicut vitis propago in superiora se subrigens, veluti fumus natus ex igne alta petens: tum etiam quod odoribus fragret. Odor autem ille, orationis pie redolet suauitatem, quae dirigitur, sicut incensum in conspectu Domini. Et in Apocalypsi legimus quod ascendit fumus incensurum de orationibus sanctorum, quae incensa deferuntur, per angelum super altare illud aureum quod est ante sedem Dei: & tanquam suae pie praedicationis fragrat unguentum: quia de aeternorum & inuisibilium non de corporalium petitione compositum est. Praecipue tamę myrrham redolet sponsa, & thus, eod quod peccato mortua sit, & Deo viuat. Vnde & in posterioribus, Ibo, inquit, mihi ad mortem myrrhae, & collem thuris. Audiamus sequentia.

*En lectulum Salomonis: sexaginta potentes in circuitu eius*

*In psal. 118, ser. 7. vers. 3.*

*Lib. de Isaac cap. 5.*

*Epis. 62. ad Thraenum.*

*Psal. 114. Lib. de Isaac cap. 5.*

*Apoc. 8.*

*Lib. de Isaac cap. 5.*

*Gen. 25.*

*Ibidem 49.*

*Matt. 9. Luc. 7.*

*Psalm. 7.*

*Iob. 2.*

*Gen. 32.*

*Iob. 4.*

*Iob. 22.*

*Lib. 3. de vir.*

*ex potentibus Israel: omnes timentes gladium, docti bellum.* Iste lectus nisi corporis nostri species? Naque in gemis aer specie fulgoris ostenditur, in auro ignis, aqua in argeto, terra per lignum, ex quibus corpus humanum quatuor constat elementis, in quo nostra recubat anima, si non aspero montium, non humi arido expers quietis existat, sed sublimis a vitibus ligno sulca requiescat. Vnde & David dicit: Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius. Nam lectus doloris esse quis potest, cum dolere non possit, qui non habet sensum? Corpus autem est doloris, sicut tempestus est mortis. Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Et quoniam versiculum induximus, in quo dominici corporis fecimus mentionem, ne quem forte perturbet legentem, quod Dominus corpus suscepit doloris, recordetur quomodo Lazari mortem doluit & fleuit, & in passione est vulneratus, atque ex vulnere aqua & sanguis exiuit, spiritumque exhalauit. Aqua ad lauacrum, sanguis ad porum, spiritus ad resurrectionem. Vnus enim Christus est nobis spes, fides, charitas: Spes in resurrectione, fides in lauacro, charitas in sacramento. Tamen vt corpus suscepit doloris, ita etiam stratum in infirmitate versauit, quia conuertit in modum carnis humanae: na passione infirmitas est soluta, mors resurrectione: & tamen moerere pro seculo, gaudere debetis in Domino: tristes ad poenitentiam, alacres ad gratiam: licet & flere cum flentibus, & gaudere cum gaudentibus oportere, gentium doctor salutari praedicatione praescripserit.

*Media charitate constravit propter filias Hierusalem.* Quae sunt istae filiae? Non debet esse occultum, quod superiores videantur, qui ante generati sunt, inferiores qui postea. Comparantur enim vtero partus huius seculi, quoniam fortiores sunt qui in iuuentute virtutis nati sunt: infirmiores, qui tempore senectutis. Defecit enim multitudo generationis hoc seculum tanquam vulua generantis, tanquam senescens creatura: robur iuuentutis suae, velut marcenti iam virium suarum vigore deponit. Ista ergo sunt filiae Hierusalem, id est, teneriores & inferiores animae. Ista se exhibet, vt luceat imago eius in confessione earum, luceat in dilectione, luceat in operibus: vt si fieri potest, tota species eius exprimat in ipsis.

*Egredimini filiae Sion, et videte regem Salomonem in corona qua coronauit eum mater eius in die sponsalium eius, et in die iucunditatis cordis eius.* Canunt epithalamium, & vocant caeteras potestates caelorum vel animas, vt videant charitatem quam circa filias Hierusalem habet Christus. Vnde & meruit coronari, quasi filius charitatis, sicut Paulus ostendit dicens: Quia Deus eripuit nos de potestate tenebrarum, & transfudit in regnum filij charitatis suae. Charitatis itaque filius, & ipse charitas est: non ex accidentibus habens charitatem, sed habens semper ex substantia sua, sicut regnum, de quo dicit, Ego in hoc natus sum. Ideoque dicunt, Egredimini, id est: exite de solitudinibus & cogitationibus huius seculi, exite de vanitatibus mundi & videte quam rex pacificus in die sponsalium suorum habeat charitatem, quam sit gloriosus, quia corporibus resurrectionem dedit, animas sibi iunxit. Haec magni est corona certaminis, hoc praclarum munus

*Lectum fecit sibi Rex Salomon ex lignis Libani: columnas eius fecit argenteas, adclinatorium aureum, adscensum eius purpureum, dorsum eius gemmarum stratum.* Quis est S. Ambr. tom. 3.

*Lib. 3. de Isaac cap. 5.*

*Coloss. 1.*



In psal. 118. ser. 15. in princip.

psalm. 18.

sponsalium Christi, sanguis & passio. Quid enim plus potuit dare, qui sibi etiam non peperit, sed pro nobis mortem suam obtulit? Quæ est autem corona gloriæ, nisi Ecclesia, quæ caput suum Christum coronat? Quæ iucunditas vniuersæ terræ, nisi domus populi Christiani, aula sanctorum, de quibus scriptum est, in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum? Ergo quia corona gloriæ est Ecclesia, ideo dicitur: Egredimini filie Sion, & videte regem Salomonem in corona qua coronauit eum mater eius in die sponsalium eius, & in die iucunditatis cordis eius. Ad animas dicitur vt è gurgustis & claustris exeant corporalibus, extra corporis cogitationes exeant, egrediantur à cupiditatibus & à curis, & à cæteris carnis istius illecebris, & affectus lubrici passionibus. Supra mundum ascendant: de hoc mundo exeant. Christo occurrant, paratæ adsint facibus ardentibus relucetes. Quasi angeli Christi hæc loquuntur. Non potestis videre charitatē eius, gloriam eius, nisi egrediamini humanæ fragilitatis curas, filie Hierusalem: quasi dicant, Quid viuentem inter mortuos queritis? Non intra hunc mundum queritur Christus, qui supra mundum suos voluit esse discipulos. Et quæ est corona, qua coronatur Christus, nisi corona gloriæ? Ioseph coronam habuit castitatis, Paulus iustitiæ, Petrus fidei. Singularū virtutum coronæ sunt. Solus Christus habet coronam gloriæ, qua eum Ecclesia coronauit. In hac corona omnes coronæ sunt: quia gloria, non portio vnius coronæ, sed præmium omnium coronarum est.

CA P V T Q V A R T V M.

In psalm. 118. ser. 15. ver. 1.

**A**m verò cōuersus spōsus in laudem spōsæ, dicit: *Ecce pulchra es proxima: oculi tui columbæ, extra taciturnitatem tuam.* Pulchra es, inquit, in prædicatione, pulchra in conuersatione. Oculi tui columbæ. Oculi sunt viri spiritualibus ornati sensibus, qui ad videnda mysteria sunt acuti, & parati ad penetranda scripturæ secreta diuinæ, rationabili lacte fulgentes, in quibus non sit aliqua doli maculosa confusio, sed simplicis affectus pura & immaculata sinceritas. Ideo quæ in aquarum abūdantia lotas has columbas in lacte memorauit. Iam cætera, dentes & genas, & sicut coccineum resticulum labia sponsæ, intelligimus animæ esse virtutes, doctorumque diuersitates, quæ vel spiritalem menti alimoniam dispensatione sedula subministrent, vel prædicatione dominicæ crucis, sicut verbi quadam linea alligent audientem? vel modestia verecundi & iuuentutis flore gratissimi: & si à tractatu pudore reuocentur, redoleat tamen in his odor Christi, & sicut in genas quasi à capite sacerdotali descendat vnguentum, e-luceat pulchritudo doctrinæ. *Ecce formosa es proxima mea.* Christus videns ecclesiam suam in vestimentis candidis, pro qua ipse (vt habes in Zachariæ libro prophetæ) fordida vestimenta susceperat, vel animæ regenerationis lauacro mundam atque ablutam, dicit, *Ecce formosa es proxima, ecce es formosa, oculi tui sicut columbæ in cuius specie spiritus sanctus descendit de cælo: formosi oculi, sicut diximus supra, quia sicut columba descendit. Oculi tui sicut co-*

Ex cap. 7. lib. de his qui inuasiuntur. Zacha 3.

**G**lumbæ, extra taciturnitatem tuam.] Quod & spiritualiter videat, & nouerit tempus esse tacendi, & tempus loquendi, vt in tempore sermonem suum proferat, ne importunitate loquendi peccatum possit incurrite. *Extra taciturnitatem tuam.* Ied quod & videant spiritualiter, & nouerint eaque viderint tacere mysteria. *Oculi tui sicut columbæ.* Hic columbæ, id est, ecclesie simplicitas designatur & gratia. Vide itaque simplicitatem oculi. Qui enim iustum videt & gaudet, etiā ipse vult iustus esse. Pulchrum est enim vt in aliis delectet, quod vult ipse in se seruare si possit. Est enim insitum bonis, vt castum pudicus, prudentem sapiens affectu pio diligit, misericors liberallem, & virtutes suas in aliis amet. Plerisque etiam iustus aspectus admonitio correctionis est, perfectio ribus verò lætitia. Nam si tanta vis in naturalibus est, vt animal visum proficit iethericis, ita vt mortui quoque cornu eius animantis prodesse dicatur, si fuerit demonstratum his qui eiusmodi passionem inciderint, dubitare possumus quod iusti sancti aspectus, cuius sunt oculi sicut columbæ, simplici & pudici? Ergo animal vile, irrationale tantam virtutem habet, vt sanare hominem possit momento exiguo quo videtur, homo iustus si tamen cum fide aspiciatur ab eo qui vtilitatem ab eo percipere desiderat, nihil confert? Nonne vel ipsi oculorum radij virtutem quandam videntur infundere iis qui fideliter eum videre desiderant? Sed quemadmodū iustus lætificat cor innocetium cum videtur, ita improbi iustorum cognitione torquentur, quia vel tacitis sanctorum moribus arguuntur. Torquet castitas incontinentem, auaritiā liberalitas, impietate fides. *Oculi, inquit, tui columbæ, extra taciturnitatem tuam.* eo quod tota spiritualis & simplex sponsa Christi sicut columba (in cuius specie visus est à Ioanne descendere spiritus sanctus) spiritualia videat, & nouerit ea quæ viderit tacere mysteria, nō enim medio-cris virtus tacere: Est enim & tempus tacendi sicut tempus loquendi, sicut & scriptum est: Dominus dat mihi linguam cruditionis, quando oporteat dicere sermonem. Virginitati itaque dos quædam est verecūdia, quæ commendatur, silentio. Ideo ecclesie gloria intus est, nō vtique in multiloquio, sed in sensibus vel penetrabilibus sacramentorum. Pergit verò commendare dignitatem sponsi: *Capillamentum tuum vt grex caprarū quæ reuelatæ sunt à monte Galaad.* Ideo capillamentum, quia virtus omnium sensuum in capite est. Oculi enim sapientis in capite eius. Profunda igitur doctorum prudentia, quæ potest ea quæ obscura sunt referare, & alta aperire sensuum. Capillamentum verbi, est altitudo & eminentia quædam iustarum animarum: in altitudine enim cogitationis humanæ certum est esse sapientiam. Et quemadmodum tondentur capræ, vt superflua deponant: ita etiam tonfarum animarum gregem, hoc est, multarum animarum virtutes habet ecclesia, in quo grege nihil possit insensibile reperire nihil superfluum: quoniam fides sapientem facit, spiritualis autem gratia ab omni superfluum labe mundauit. Sequitur: *Dentes tui sicut grex tonfarum, quæ ascenderunt à lauacro, quæ omnes geminos creant, & infœcunda non est in eis. Quod specie de capris dicitur, mysticè de ecclesie grege sentiendum*

Ex serm. 16. vers. 3. in psalm. 118.

Ex oratione funebri de bitur alenti niani.

Ita Plinius de galbuna abe scribit.

Lib. de instrum. virg. 4. 11.

Eccles. 3. Es 4. 15.

Ex serm. 15. vers. 1. in psalm. 118. Eccl. 2.

Serm. 16. vers. 3. in psalm. 118.

Ibidem.

Broner. 22.

Ser. 16. vers. 3. in psalm. 118.

sentiendum. Nec vilia tibi ista animalia videantur. A Vides quod in altis grex iste pascitur: audisti, in morte. Itaque vbi aliis præcipicia, ibi capris nullum periculum. vbi aliis periculum, ibi gregis huius alimentum, ibi cibus dulcior, ibi fructus electior. Spectantur à pastoribus suis dumosa de rupe pendentes, vbi liporum incurtus esse non possunt, vbi fœcundæ arbores fructū integrum subministrat. Cernere licet vberi lacte distetas super tenerā sobolem materna pietate sollicitas, ideo elegit eas spiritus sanctus quibus cœtum venerabilis ecclesie compararet. Et quemadmodum tondentur capræ vt superflua deponant, ita etiam tonfarum animarum gregem, hoc est, multarum animarum virtutes habet sancta ecclesia: in quo grege nihil possit insensibile reperire, nihil superfluum: quoniam fides sapientem facit, spirituales autem gratia ab omni superfluum labe mundauit. Merito igitur reuelatæ sunt animæ iustorum, & reuelatæ sunt à monte Galaad, hoc est à transmigatione testimonij, eò quod à Synagoga ad ecclesiam testimonium cœlestis migravit. In hoc monte itaque nascitur thymiamia, resina, & cæteri odores, quos negociatores illi Ismaelita, vt habes in primo libro testamenti veteris, deferebant. Hos odores habet ecclesia, quos mercatores ex gentibus congregati fide & deuotione vexerunt. Itaque sicut capræ bonis refectæ cibus, & solis calore vernantes, lauantur in flumine, & exultantes mundæ surgunt de flumine: ita animæ iustorum ascendunt, ab spirituali lauacro. Istæ sunt verè quæ geminos creant, in quibus non est infœcunditas aliqua virtutum, vlla sterilitas meritorum. Bene geminos creant, quia congeminant sensus suos: vnde habes in Proverbijs scriptum: Et tu scribe hoc tibi tripliciter in consilio & cognitione. Triplicem præmisit scripturam, & duo subdidit, consilium & cognitionem. Sed cognitio gemina est, vna incorporalium, alia corporalium.

Diximus de fœcunditate, dicamus de dētibus. Nam & nauigantes plerique, & properantes itinere terreno, vbi viderint speciosum aliquem locum delectationis gratia demorantur, pascunt oculos, animūque alleuant, nec mora vlla commorandi putatur, sed gratia. ita & nobis pulcherrimos dentes iustarum animarum considerare cordi est. Docuit enim scriptura pulcherrimos dentes esse iustorum, diceas secundum literam quidem de patriarcha Iuda, spiritualiter autem de Christo: Hilares oculi eius à vino, & dentes sicut lac. In quo non vtique carnis humanæ officia, sed diuinæ gratiæ munerera prædicauit. Docet igitur exemplum, dentes non esse prætereundos, vbi de oculis differuimus. Qui sunt igitur iustarum dentes animarum, nisi qui durum & informem accipientes cibum vel frigidū plerumque, vel supra modum calentem, nunc cōminuunt, nunc fouent, nunc temperant, prout fuerit qualitas alimentorum? Dura comminuūt, ne asperitas literæ in vereri testamento, & secularis intellectus rigor, nisi fuerit spirituali dentre solutus vitalia ipsa interclusis ciborum salutarium meatibus, & gulam quandam animæ incuriosa edacitate suffocet. Par est igitur vt diuidas primum, si solida tibi videtur cœca quæ sumitur, & distinguas eam: atque

emollitam sine noxa aliqua animæ in omnia eius membra naturali diuisione transfundas: vt vitalem succum omne eius corpus epuletur. Nihil cadauerosum; nihil mortuum ore tuo sumas, ne dicatur, Sepulchrum patens est guttur eorum: sed viuū haurias verbum, vt in tuæ mentis visceribus possit operari. Hi dentes super lac candidiores, quia dentes iustorum sunt. Denique cum omnes in Moyse baptizati in nube & in mari patres nostri fuerint, non ociose tamen scriptum est, quia omnes eandē ecclā spiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt: vt istis sanctorum dētibus maior quidam fulgor accederet, quos post transitū maris rubri, Marci fontis amaritudine per ligni re-perata cognoscimus esse mundatos: deinde duodecim fontium potu, postremò petræ spiritalem, vnam vomentis irriguo, petra enim erat Christus. Inde & manna manducauerunt: vt toties abluti, manducarent panem (vt scriptum est) angelorum. Nūc quoque in euangelij mysterijs recognoscis, quia baptizatos licet tincto corpore, postea tamen esca spiritali potūque mundati. Merito ergo David & oculos interiores purificatos, & tanquam illuminatos spiritualium dentium candore sermone profert, dicens: Feci iudicium & iustitiam. Ille est enim verè dentium fulgor, vbi bene sibi conscientia mentis resonat canora confessio. Ille mundus oculus, quæ peccatorum grauium trabes nulla depresserit: quæ purgamentorum leuium festuca nulla turbauerit. Dicit ergo: Dentes tui sicut grex tonfarum quæ ascenderunt de lauacro. Nō medio cris ista laudatio. Primum quidem dulci comparatione tonfarum. Capras enim & in altis pasci sine periculo nouimus, & in præruptis securas cibum fumere, deinde cum tudentur, deonerari superfluis. Harum gregi comparatur ecclesia, multas in se habens animarum virtutes: quæ per lauacrum superflua peccata deponant, quæ mysticam fidem & moralem gratiam deferant Christo, quæ crucem Domini Iesu loquantur. In his formosa est ecclesia, vnde ad eam verbum Deus dicit: Tota formosa es proxima mea, & reprehensio non est in te, quia culpa demersa est. Ades huc à Libano sponsa, ades huc à Libano, transibis & pertransibis à principio fidei: eò quod renuncians mundo, transferit seculum, pertransierit ad Christū. Sequitur: *Sicut resticula coccinea labia tua.* In cocco enim species ignis & crucis dominicæ sanguis irrutilat. Coccinea labia Domini, quæ passionem propriā loquebantur. Denique in Exodo cocco pro igne prolatū est. nō enim ex cocco mūdus, sed ex quatuor elemētis cōstat. Sed in cocco figura ignis expressa est: cuius vapor nisi cœlū atque aerē, maria terræque penetraret, omnia tanquā offectis viribus soluerētur. Per resticulā ergo vinculū persuasionis agnoscimus: per cocco, vel cupiditatis ardorē, qui scintillat in animis audientū, vel indicū passionis. Bona sunt huiusmodi sponsi vincula quia nocere nō soleāt vincula gratiæ, vincula charitatis, vt quisque suis vinculis gloriatur, sicut gloriabatur, & Paulus, dicens, Paulus vincit? Iesu Christi, his ligatus vinculis dicebat: Quis nos separabit à Charitate Christi, an afflictio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculū, an gladius? Ceterū sū q. neq;

Exod. 15.

Lib. de his qui inuasiuntur. Zach. 3.

Serm. 18. ver. 4. in psalm. 118.

Ad Philem. Rem. 8.

mors, neque vita, neque angeli, neque instatia, neque futura, neque altitudo, neque profundum, neque creatura vlla poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. *Vi cortex mali panici gena tua, absque eo quod intrinsecus latet.* Plerunque cito florent mala granata, & fructum adferre non possunt, nisi congruis peritorum remediis excollatur: plerunq; succus vanescit interior, & foris species eius pulchra prærenditur. Quæ non immerito comparatur ecclesiæ. Ecclesia enim bonum fidei fulgorem confessionis que prærendit, tot martyrum sanguine speciosa, & (quod est amplius) Christi cruore dotata, simul plurimos intra se fructus vlti istius pomi sub vna munitione conseruans, & virtutum negocia multa complectens. Sapiens enim spiritu celat negocia. Neque enim Ecclesia in se theatrale habet negocium, vt opes suas superba vanitate quibusuis ostendet: sed omnis gloria eius, Psalmista teste, abintus: cum interim pomposæ Synagogæ vani sacerdotes ament in angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus.

Examerio  
lib. 3. cap. 13.

In psal. 118.  
ser. 4. ver. 1.

*Sicut turris David ceruix tua, quæ edificata est in Thalpio: mille ostia pendunt in ea, omnia iacula potentium.* Erecta enim ceruix, & iugo Christi habilis, quæ nulla in terrarum illecebras inflexione curuetur, sicut Christi regalis est turris, cui iugum suum Nabuchodonosor non possit imponere. Condidit enim turrim illam David ille manu fortis, & super murorum edificauit excelsa, vt subsidio pariter sit, & decori. Subsidio, quia hoste præuidet & expellit: decori, quia non solum inter humilia, sed etiam inter excelsa supereminet. Ita tamen subsidio vel decori, si habeat in se vel dogmata, velut quædam phalarum monilia, habeat etiam iacula potentium prophetarum, quæ aduersus omnem extollentem se altitudinem, lacertis quibusdam fidei dirigitur. Noli igitur in puluerem deducere animam tuam, cui dominus etiam naturalem altitudinem tribuit & vigoré, quo se excitet & affurgat. Vnde etiam de hac coniunctione animæ & corporis dictum opportunè accipitur, eò quod in naturali vitæ nostræ mysterio connexa anima corpori veluti humi reptet, & pauimento adhæreat, partim propter hoc terrenum habitaculum, partim quia corpus istud è terra est. Et regionis igitur diuersorium & materia ipsa corporis nostri huic concurret sententiæ. Ideò que apostolus de mortis huius corpore liberari cupit, quia carcere quodam claudimur, & in quodam luxuriæ gurgulio siti, tenebris inuoluimur delictorum. Ergo secundum voluntatem Dei ambulemus, vt adhærere discamus Deo. Nam qui secundum carnis appetentiam viuit, caro est: qui secundum præcepta Dei, spiritus est. Non ergo fiat anima nostra caro, hoc est, vt dicatur caro, sicut illi qui in diluuiio perierunt, de quibus dictum est, quia caro sunt: sed magis caro nostra obediens animæ gubernaculum fiat animæ, & hoc appellari mereatur nomine, sicut appellata est familia patriarchæ Iacob & generationis sancta posteritas. sic enim scriptum est: Hi filij Balæ quam dedit Laban Rachel filiæ suæ: & peperit hæc Iacob omnes animas septem. & alibi: Omnes autè animæ quæ intrauerunt in Ægyptum, quæ exierunt de femoribus eius præter mulieres, sexaginta, inquit, &

sex. & in principio Exodi legimus: Erant autem omnes animæ de Iacob quinque & septuaginta qui erant cum Iacob. Ergo illi qui habitabant cum Ioseph, & de Ægypto exierunt, animæ sunt. Qui autè cum essent angeli Dei, hoc est, vitæ probitate angelorum imitantes gratiam (qui enim non ducunt vxores, & quæ non nubunt, erunt sicut angeli in celo) qui ergo cum angeli viderentur, capti sunt decore scemineo, hi caro sunt, sicut Dominus Deus dixit: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis in æternum, propter quod caro sunt. Et merito expertes libidinis angelis comparantur, caro enim non sunt, quia non sunt in carne, sed in spiritu: quales erant illi qui doctorem apostolum sequebantur, quibus ait: Vos autem non estis in carne, sed in spiritu. Qui autè corporea sceminarum capiuntur libidine, caro sunt: atque vitam caro tantum, & non etiam equi adhinnientes, quia in vxorem, inquit, proximi sui adhinniebant.

Gene. 6.

Hierem. 5.

*Donec aspiet dies, & inclinentur umbra.* Repete ad hunc locum quæ scripta sunt supra ad finem capitis secundi hoc libro.

*Tota est formosa proxima mea, & reprehensio non est in te.* Pulchritudinem quis potest maiorem existimare decore eius quæ amatur à rege, probatur à iudice, dicatur domino, consecratur Deo, semper spòsa, semper inupta, vt nec amor finem habeat, nec damnum pudor. Pulchritudo ista interior est, non exterior: quæ non marcescit, non defluit: qualem in se habuit sanctissimus Ioseph: qui cum esset pulcher valde, & decorus aspectu, venustatem vultus sui non ad alienam deriuauit iniuriam, sed ad suam gratiam conseruauit: hoc se pulchriorem ratus, si non dispendio castitatis, sed cultu pudoris speciosior probaretur. Illum esse verum decorum qui non alienos oculos caperet, nec fragilis mentes vulneraret, sed iudicia acquireret vniuersorum, fraudi nulli futurus, laudi sibi. Est enim hæc pulchritudo, non quæ lasciuam iuuenum luxuriam excitet, & petulantem cupiditatem accendat, sed quæ honestatem inducat, incutiat pudorem, venerationem conciliet, adferat sanctitatem. Sequitur.

Lib. 1. de virginib.

Lib. de patriarcha Ioseph. c. 5.

*Veni huc à Libano sponsa, veni huc à Libano: transibis & pertransibis à principio fidei, à capite Sanir & Hermon, à latibus leonum, à montibus pardorum.* His indicis ostenditur perfecta & irreprehensibilis virginalis animæ pulchritudo, altaribus consecrata diuinis, inter occursum & latibula spiritualium bestiarum non inflexa mortalibus, sed intenta mysteriis dei meruisse dilectum, cuius vbera plena letitiæ: vinum enim lætificat cor hominis. *Transibis, inquit, & pertransibis à principio fidei.* Non enim solum trãsit virgo, sed etiam pertransit, quæ festinat ad sponsum. Trãsit seculum, pertransit ad Christum. Vel quia ea quæ Christo se dicauerit, transeundo ad cœlestia, terrena pertranscat. Nã & ipse sponsum sic venit ad sponsam suam, vt saliat super montes, transfiliat colles. *Transibis & pertransibis.* Transibis in seculum certatura, pertransibis ad Christum triumphatura de seculo. Audisti quia te à leonum & pardorum, id est, spiritualium nequitiarum incurfionibus separauit. Audisti quia placet ei tuarum pulchritudo virtutum. *Ades huc à Libano sponsa ades &c.* Hoc est, egredere de

Lib. 1. de virginib.

In exhortat. ad virgines.

Lib. 3. de virginib.

Lib. de Isaac. cap. 5.

de corpore & totam te exue. Non potes enim mihi adesse, nisi antè peregrineris à corpore: quoniã qui in carne sunt, peregrinantur à Dei regno. Ades, inquit, ades. bene repetiuit, quia siue præsens siue absès adesse & placere domino Deo tuo debes. Adesto præsens, adesto absens, & si adhuc in corpore es. mihi enim omnes præsentis sunt, quorum fides mecum est. Adest mihi qui exiit de seculo. adest mihi, qui me cogitat, me intruetur, de me sperat: cui ego sum portio. Adest mihi, qui abfuerit sibi. Adest mihi qui se negauerit sibi. Ille mecum est, qui intra se non est: quoniã qui in carne est, non est in spiritu. Ille mecum est, qui ex seipso egreditur. Ille iuxta me est, qui extra se fuerit. Ille mihi integer est, qui perdiderit propter me animam suã. Et ideo, Ades, ades sponsa, trãsis & pertransibis à principio fidei. Trãsit & pertransit qui ad Christum peruenit. Trãsit fidei merito, & operum claritate, quæ lucet Sanir & Hermon, hoc est, via lucernæ trãsit deuictis tentationibus seculi, & superatis nequitis spiritualibus, legitimi petens coronam certaminis. Et bene inquit, *Transibis & pertransibis à principio fidei.* Quia vbi fidem habes, adulteriũ timere nõ debes. fides enim cõiugij, est fraus adulterij. *Trãsis, inquit, & pertransibis à principio fidei, à cubilib. leonum & montib. pardorum.* quod gentiles populi qui velut bestialium passionum graues patiebatur in cursus, nũc altitudine fidei & sublimitate deuotionis meãt. Per hos igitur mōtes Christus aduenit, comprimens auangelicis disputationibus fero ces corporis motus, atque illam altitudinem cordis, & se extollentem superbiam obediencia & humilitate sui destrucens, meritoque fructus mansuetudinis ferre cõperunt, quos antè grauium diluuiã passionum subuebant. Possit & versus iste accommodari, cum virgo aliqua Deo sacerdotali munere offertur, vt Deus ipse propitijs & præsul conferat ei gratiam, quo cœlestium thalamorum immorantem adytis sponsum excutiat, mereatur videri, introducatur in cubiculum dei sui regis, & mereatur audire dicentem sibi: *Ades huc à Libano sponsa, ades huc à Libano: transibis & pertransibis à principio fidei, vt trãscat seculum, ad illa æterna pertranscat.*

Ex apologia  
David potestore.  
Ex libro de Noe & arca.

In psal. 118.  
ser. 11. ver. 3.

Ser. 16. ver. 3. in psal. 118.

Ser. 11. ver. 3. in psal. 118.

Denique qui Christum non videbat p̄squam oculos amitteret, vidit cum posteaquam visum amisit oculorum. Vidit cum, qui dixit: Quis es Domine? Videbat vtique Christum, quem etiam Dominum fatebatur. & infra, Domine, inquit, quid me vis facere? Non ergo videbat eum, cuius expectabat imperium? Porro vno oculo vulneratum se esse sponsum scribit, dum intellectum suum spiritalem in ipsius amorem desleceit: dum illius in se beneficia propendit: cum denique castissimo illo suo oculo nullam mundi carnisque lasciuam expectit: sed ei soli adhærere cupit, cuius se esse amicam, columbam formosam cognoscit. Sed quia oculus mentis & oculus carnis vnus oculus sunt, & tunc consolatione fulcitur, cum caro & mens diuersa non cupiunt, sed vnum desiderant, vnum requirunt: ideo intenti ad eum, qui ait: Ego & pater vnum sumus: isti quoque oculi vnum se esse cõstitentur, quia vno atque eodem desiderio officioque funguntur.

Libro 1. de virginib.

*Quam pulchra sunt vbera tua à vino, & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.* Duo vbera sunt testamenti veteris & Euangelij sacramenta, è quibus fideles omnes doctrinæ spiritualis lacte nutriuntur. Odor, inquit, vnguentorum tuorum super omnia aromata. & infra: Odor vestimentorum tuorum sicut odor libani. Vide quem nobis tribuas virgo processum. Primus enim odor tuus super omnia aromata quæ in Saluatoris missa sunt sepulturam, emortuos corporis motus, membrorumque redolet obisse delicias. Secundus odor tuus sicut odor Libani, dominici corporis integritatem virginæ flore castitatis exhalat: fauim itaque mellis tua opera componant. *Bona, inquit, vbera tua sunt per vinum, et odor vnguentorum tuorum super omnia aromata.* Illa osculũ poposcit, Deus verbũ se ei totus infudit & nudauit ei vbera sua, hoc est, dogmata sua, & interioris sapientiæ disciplinas, & vnguentorum suorum dulci odore fragrauit. Quibus capta, iam dicit vberiorẽ esse iucunditatem diuinæ cognitionis quã letitiam omnĩs corporeæ voluptatis. Aspirat enim in verbo odor gratiæ, & remissio peccatorum, quæ in totum diffusa mundum omnia tanquam exinanito repleuit vnguento, quia per vniuersos grauis vitiõrum coluuiẽ deterã est. Odor vestimentorum, est odor actuum nostrorum. Admoue igitur manus naribus tuis, & odorem actuum indefessa ac peruigili alacritate mentis explora. Mulcebit te odor dextere tuæ, & fragrantiam resurrectionis tua membra redolebunt, myrrham digiti sudabunt, hoc est veræ fidei gratiam spiritualia gesta fragrabunt. Capis ergo virgo ex interiore tuo corpore voluptatem, & ipsa tibi dulcis, ipse tibi suauis es, ipsa tibi quod peccantibus non sæpe contingit, non incipis displicere.

Ex lib. 3. de virginib.

Ex lib. 1. de virginib.

*Fauis distillans labia tua spòsa.* Digna virginitas quæ apibus comparetur, sic laboriosa, sic pudica, sic cõtinens. Rore pascitur apis, nescit cõcubitus, mella cõponit. Ros quoque virgini est sermo diuinus, quia sicut ros verba dei descēdūt. Pudor virginis est intemerata natura: partus virginis, fœtus laboriorũ, expertus amaritudinis, fertilis suauitatis. In commune labor, communis est fructus. Quã te velim filia imitatricem esse huius apiculæ, cui cibus flos est, ore so-

boles legitur, ore cōponitur. Hanc imitare tu filia. Verba tua nullum doli velamen obtendant, nullum habeant fraudis inuolucrum: vt & puritatē habeāt, & plena sint grauitatis, meritum quoque tuorum tibi aeterna potestas tuo ore pariat: nec soli tibi, sed etiam pluribus congreges. Quid scis enim quādo à te anima tua repositur? Nec receptacula horreorum frumentis coaceruata dimittens, nec vitæ tuæ vsui profutura, nec meritis, rapiaris eò quòd thesaurum tuum ferre non possis. Diues igitur esto, sed pauperi, vt naturæ tuæ participes, participes sint etiam facultatum. *Fauus*, inquit, *distillans labia tua sponsa*.] Quid sit fauus, doce nos Salomon. Tu enim dixisti: Fauis mellis, sermones boni. Et verè bonus fauus, quem manducat ecclesia, multorum Prophetarum velut apum spiritale vbertate congesta mella redolentem. Hoc est de quo ait: Manducaui panem meum cum melle meo. Stillant mel labia prædicantis, quando collisa duris casibus vel ruinis lapsæ animæ membra refouentur: fauum distillant labia tua sponsa, mel & lac sub lingua tua, os enim iusti distillat sapientiam: de ore iusti suauitatis & misericordiarum mella procedunt. In ore iusti nullus dolus, nulla fallacia, nulla amaritudo peccati. Audit ecclesia verba iusti, audit plebs dei verba sapientis: delectatur alloqui suauitate, moralis disputationis rotunditate mulcetur, dicens: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel & fauum ori meo: quia mel apum ad horam delectat, sed cito sapor eius euanescit, & plerumque viscera vitiosa leduntur: verborum autem moralium esu pungunt mella, non lædunt. Cognosce tamen cui illa credantur, scriptum est enim: in aurem insipientis nihil dicas, nequando irideat prudentes sermones tuos. Euomet enim & eiicit sermonem tuum stultus, qui eius sentire non potest suauitatem. Quomodo possunt verba dei dulcia esse in faucibus tuis, in quibus est amaritudo nequitiarum? Quomodo mel & lac sub lingua tua, cum dolum lingua tua componat, vt aliud pectore concipias, aliud forensi præendas, vt decipias incautum, cū tibi Petrus apostolus dicat, vt deponas omnem malitiam, & fucū simulationis abiicias dicens: Sicut dudum geniti in similes rationabile & sine dolo lac concupiscite. Ostēdit enim nobis quid sit lac & mel habere sub lingua: vt non maledicere maledicentibus, sed referre benedictionem norimus: nesciamus odisse nisi vjā iniquitatis: vt facere quod execramur, reluctanti caueamus affectu. *Hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus*.] Eo quod in hortis huiusmodi impressam si gna culis imaginem dei, sinceri fontis vnda replēdeat, nec volutabris spiritualium bestiarum sparso cœno fluenta turbentur: Et quod vbi integritas, vbi castitas, vbi religio, vbi fida silentia secretorum, vbi claritas angelorum est, illic confessorum violæ, lilia virginum, rosæ martyrum sunt. Illa est enim anima pura & immaculata virginitas, quæ nullo terrore pœnarum, nullis à fide secularis voluptatis illecebris, nullo vitæ amore traducitur. *Hortus conclusus*, inquit, *soror mea sponsa, &c.*] Laudatur spōsa eò quod hortus sit, habens in se odorem agri illius pleni, de quo dicit Isaac: Odor filij mei tanquam odor agri pleni. Bona ergo anima fragrat odores iustitiæ. Et

fortasse ager est patriarcha, hortus est anima inferioris alicuius, quasi agri portio: & hortus clausus, ne incursetur à bestiis: & fons signatus, quæ integritate signaculi perseverante, quæ fide propria peccata diluerit. Quæ meritò fons signatus dicitur, eò quod imago dei inuisibilis in illa exprimat. Hortus etiam clausus, est ecclesia sancta, & immaculata virginitas, quæ ideo hanc gratiam meretur à Christo, quia verbum Dei quaesuit, desiderauit, inuenit, aduigilans ante ostia sapientiæ, sicut ipsa dicit. Beatus vir qui audit me, & homo qui vias meas custodierit, aduigilans ostiis meis quotidie, custodiens postes mei introitus. Et bene hortus cōclusus, quia hinc ille murali septus spiritu pudor clauditur, ne pateat ad rapinā. Itaque sicut hortus furibus inaccessus vitem redolet, fragrat oleam, rosam renidet: vt in vite religio, in olea pax, in rosa pudor sacratæ virginitatis inoleat. Hic est odor quem patriarcha Iacob fragrat, quando meruit audire: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. Nam licet plenus omnibus ferè fructibus patriarchæ sancti fuerit ager, ille tamen fruges maiore virtutis labore generauit, hic flores. Accingere itaque virgo: & vis huiusmodi tibi vt hortus aspiret, Prophetici eum claude præceptis. Pone custodiam ori tuo, & ostium circumitus labiis tuis.

*Hortus conclusus, soror mea sponsa*.] Salomon in spiritu paradysum in homine esse euidenter declarauit. Et quia mysteria exprimit vel animæ & verbi, vel Christi & ecclesiæ, ideo ait de virgine anima vel ecclesia, quam volebat virginem castā exhibere Christo, Paradysus clausus, soror mea sponsa, &c. Paradysus Græcè, Latine hortus dicitur. Denique Susanna in paradiso erat, & sic legitur Latine. Et Adā in paradiso erat, & sic legitur. Ergo nō te moueat quod alij codices Latini hortū habēt, alij paradysū. Ibi ergo est, & casta vxor, vbi & virgo: licet virgo excepta habeat claustra & signacula sua, sed vtraque in paradiso, vt aduersus æstus & corporis flagrantiam refrigeretur virtutum vmbraculis. Hunc hortum illum sibi Plato composuit, quem Iouis hortum alibi, alibi hortū mētis appellauit. Iouē enim & deum & mentē totius mundi dixit: in hunc introisse animam, quam Venerem nūcupat, vt se abundantia & diuitiis horri impleret, in quo repletus potu iaceret, purum qui nectar effunderet. Hoc igitur ex libro canticorum composuit, eò quod anima deo adhærens in hortum mentis ingressa sit, in quo esset abundantia diuersarum virtutum, florēsq; sermonum. Quis autem ignorat quod ex paradiso illo quem legitur in Genesi habentem lignum vitæ, & lignum scientiæ boni & mali, ligna cætera, abundantiam virtutum putauerit transferendam, & in hortum mentis esse plantandam? Quem in canticis canticorum Salomon hortum animæ significauit, vel ipsam animā: sic enim scriptum est: Hortus clausus, soror mea spōsa, hortus clausus, fons signatus, transmissiones tuæ paradysus, & infra ait anima. Exurge aquilo, & veni auster, perfla hortum meum, & defluant vnguenta mea: descendat frater meus in hortum suum. *Hortus conclusus, soror mea*.] Homo quanto plures sensus oculorum auriumque habet, tanto maiora pericula. Namque mentis resolutio sensu, se corporales delectatio-

Ex apologia David postulare.

Prover. 8. Ex lib. 1. de virginib.

Psalm. 140.

Ex epist. 42. ad Sabinum, lib. 6.

Et de Isaac cap. 1.

Ex serm. 13. versu 7. in Psalms. 118.

Cantic. 5. Ibidem paulo inferius.

Psalm. 118.

Eodem sermone 13. in Psalms. 118. versu 8.

1. Pet. 2.

Ex lib. 1. de virginib.

Ex lib. 7. ad Luc. cap. 12.

Ex lib. de Isaac, cap. 5.

delectationes effundunt, perniciosæ nimis, & in appetentiam plenam grauis periculi proruentes: quos si mētis viuidæ cōsiderata mansisset custodia refrenasset. Itaque caue ne vigor mentis tuæ coitu quodam corporeæ voluptatis inflexus emoliat, atque in eius amplexus omnis resoluatur, & fontem eius aperiat, qui debet esse clausus & septus intentionis studio & consideratione rationis.

*Hortus conclusus, soror mea sponsa, &c.*] Quo significat signatum debere apud te manere mysterium, ne violetur operibus malæ vitæ, atque adulterio castitatis: ne diuulgetur quibus non conuenit: ne garrula loquacitate dispergatur in perfidos. Bona debet ergo fidei tuæ esse custodia, vt intempera vitæ ac silentij integritas perseveret: ne securis & ociosis affectibus blanda conciliatricula voluptatis irrepat illecebra.

*Hortus conclusus, soror mea sponsa*.] Conclusus nimirum, ne facillè aperiat os suum, ne vulgari designet alloquio, neque enim de ipsis diuinis decet, nisi verbo Dei interpellata respondeas. Quid tibi cum cæteris? Soli Christo loquere, soli Christo fabulare. Si enim mulieres in ecclesia taceant, quanto magis non decet patere virginis inuam? non decet patere viduæ fores? Citò insidiator pudoris obrepit, citò verbum excidit quod reuocare desideres. Si Eux clausa fuisset ianua, nec Adam deceptus fuisset, nec respondisset interrogata serpenti. Introiuit mors per fenestram, hoc est per Eux ostium. Ingressitur mors per ostium tuum, si falsum loquaris, si turpiter, si procaciter: postremò si vbi non oportet loquaris. Claustræ sint igitur labiorum fores tuorum, & obseruatum maneat vocis vestibulum, tunc fortasse referendum, cū audieris dei vocē, cū audieris dei verbū. *Hortus conclusus, soror mea sponsa, fons signatus*.] Propterea quod meliores afferat fructus claustrum pudoris septa virginitas, in qua permanent intempera signacula castitatis. Hunc hortum, sanctæ virginis, hunc fontem seruate puri liquoris, vt cum in vobis nemo perturbet, nemo resignet, quem genitilis in vobis origo signauit.

*Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus clausus, fons signatus*.] Christus hoc dicit ad ecclesiam, quam vult esse virginem sine macula, sine ruga. Bonus hortus virginitas, quæ plurimos boni ferat fructus odoris. Hortus clausus, quia vndique vallata est muro castitatis: fons signatus, eò quod virginitas fit fons & origo pudicitiae, quæ inuolata custodiat integritatis signacula: in quo fonte imago Dei luceat: quia cum munditia corporis congruit etiam puritas simplicitatis. Habet igitur murum suum virginitas aduersus mundi huius turbines: & ideo septo diuinæ munita protectionis, nullis seculi flabris inquietatur. *Emissiones tuæ, paradysus malorum punitorum cum fructu pomorum*. Cyprus cum nardo, nardus, et crocus, fistula et cinamomum, cum vniuersis lignis Libani: myrrha et aloë cum omnibus primis vnguentis.] Laudantur munera animæ quæ missa sunt illi à sponso, quibus dotata veniebat. Dos autem piæ animæ, boni odores sunt myrrha & aloë, quibus spirat hortorum gratia, & peccatorum fetor aboletur. Itaque tanto securæ præconio conuiescere Aquilonem

Lib. de his qui inuolantur, cap. 9.

Ex lib. de virginib. 3.

Hierem. 9.

In exhortat. ad virg.

Ex epistola 82. ad Pellensem ecclesiam, lib. 10. epistolarum.

Ex lib. de Isaac cap. 5. in fine.

A grauem ventum petit, ne flores decutiat: spirare autem strum, id est, vult hyemen præterire, & melioris status venare temperiem. Inuitat sponsum in hortum suum. Descendit sponsum, & fructuum eius diuersitate delectatus, lætatur quod inuenit fortiorem cibum, inuenit etiam dulciorem. Est enim velut panis quidam verbi & mel: alius vehementior, alius suauior sermo. Est & fides alia feruentior vt vinum: alia lucidior, vt succus est lactis. Hunc cibum Christus epulatur in nobis, hoc poculum bibit: & eius potus ebrietate nos prouocat, vt ad meliora & optima ab inferioribus faciamus excessum. Pulcherrimæ ergo & ditissimæ sunt sponsæ dotes, quas à spōso accepit: tales nimirum quæ & suauissimum de ipsa bonæ famæ odorem dispergerent, & illam ab omni fœdæ colluuiouis corruptione integram conseruarent. fistula enim & cinamomum ad suauitatem odoris, myrrha & aloë ad integritatem corporis pertinent.

*Fons hortorum, puteus aquarum viuentium quæ fluunt impetu de Libano*.] Tres puteos fodit Iacob, quos Salomon ita interpretatus est, vt ad moralem doctrinam & naturalem referret & mysticam. Nam & in Proverbiis cum declinandam speciem doceret secularis illecebræ, ait: Bibe aquam de tuis vasis, & de puteorum tuorum fontibus, & superfluat tibi aqua de tuo fōte. Et infra: Fons aquæ tuæ sit tibi proprius, & iocundare cum vxore: eò quod aduersum tentamenta mundi remedium nobis vera sapientia sit. Moralium quoque doctrina, quæ imaginem mundanæ voluptatis meretriciis quibusdam illitam fucus irriguo suo diluat, & fluente sui fontis abstergat. De naturalibus quoque habes in Ecclesiaste dictum: Feci mihi piscinas aquarum ad irrigandum ex his saltem germinantem. Neque te moueat quod pro puteo piscinas posuit, quia & Moyses puteum latitudinis dixit, eò quod à sollicitudine omni & angustis soluitur qui mundum hunc pia mente transcendit. Non immeritò ergo piscinas habet Ecclesiastes, qui nullam vidit abundantiam esse sub sole, sed si quis abundare velit, abundet in Christo. De mysticis puteus super est nobis, quem etiam ipsum reperimus in Canticis Canticorum, dicente scriptura, Fons hortorum, puteus aquæ viuæ, & impetu descendens de Libano. Etenim si mysteriorum altitudinem persequaris, puteus tibi videtur, tanquam in profundo sita, mystica esse sapientia. Si verò haurire velis affluentiam charitatis, quæ maior & vberior est quàm fides & spes, tunc tibi fons est. Exuberat enim charitas, vt & haurire eam comminus, & rigare eius affluentia hortum tuum possis spiritualibus fructibus redundatē. Et quia ipse puteus latitudinis est qui charitatem habet, ideo dixit, quia vbi charitas est, ibi impetus magnus, descendit de Libano. Ne quid autem moueat quod & puteum & fontem eundem dixit, etiam euangelium te instruat, in quo scriptum est, quia venit Iesus in ciuitatem Samariæ quæ dicitur Sychar, iuxta prædium quod dedit Iacob Ioseph filio suo, erat autē ibi fons Iacob: & fatigatus, inquit, sedebat sic super puteum, Vnde ad mysticam doctrinam hūc referri puteum, etiam ibi cognoscimus: quia ibi Samaritana illa, id est, custos, custos autem ecclestium præcepto-

Li. de Isaac, cap. 4.

Prover. 5.

Ioan. 4.



rum, hausit de puteo illo diuina mysteria, cognoscens quia Deus spiritus est, & non in loco adoratur, sed in spiritu: & quia Messias venit, qui Christus est.

Ex ferm. 17. versu 8. in 1sa. 118.

Fons horrorum, puteus aquae viuae, & impetus descendens à Libano. Hos impetus ecclesia deduxit à Libano, hoc impetu diluuntur peccata, hoc impetu puri fons spiritus sancti affluit à Libano spolia, & à principio fidei transiit seculum, & pertransiit ad regnum. Aliis fons est, aliis puteus pro captu nostro gratia spiritualis, aliis horrus clausus, fons signatus. Aliis horrorum fons, qui in ecclesiae dote numeratur: aliis impetus descendens à Libano: & magnus impetus qui nunquam deficit. Non enim deficient de petra vbera, neque nix à Libano, neque aqua quae fertur valido vento. Virgini Hierusalem descendit impetus à Libano, quando collectis in vnum apostolis & plurimis credentibus, factus est subito sonus de caelo tanquam vi magna spiritus ferretur, & repleti sunt omnes spiritu sancto, diuersitates donante linguarum. Bonus impetus, qui ledere nesciat, non rit implere. Si quis igitur hunc impetum superuenientis à caelo gratiae vult mereri, descendat etiam ipse oculis in decursum aquarum. Puteus, inquit, aquarum viuientium. Puteus, si nihil haurias, inerti otio & degeneri situ facile corrumpitur: exercitatus autem nescit ad speciem, dulcescit ad potum. Ita & aceruus diuitiarum, cumulo arenosus, speciosus est vsu, ocio autem inutilis habetur. Deriuato igitur aliquid de hoc puteo, ignem ardentem restingue, quia elemosyna reficit peccatis. Aqua autem statim cito vermes facit: non stet thesaurus tuus, ne ignis tuus stet. Stabit autem in te, nisi eum operibus tuae miserationis auerteris.

Libro de Nabuthe. ca. 12.

Libro de Isaac cap. 4.

Puteus aquae viuae. Quid est puteus aquae viuae nisi profunda altitudo doctrinae. vnde & Agar ad puteum angelum vidit, & Iacob ad puteum Rachel sibi inuenit uxorem. Moyses quoque secus puteum futuri locauit merita prima coniugij.

Surge Aquilo, & veni Auster: persla hortum meum, & desluant unguenta mea. Audisti Christi sponsa quia placet ei tuarum pulchritudo virtutum: audisti quia vestimentorum tuorum aromata, hoc est bonum odorem integritatis omnibus odoribus praelulit: audisti quia hortus es clausus, suauium pomiferarum refertus frugibus, pete igitur vt aspiret tibi spiritus sanctus, adspiret super cubile tuum, atque odorem pie mentis & gratiae spiritualis accumularet. Excita spiritum sanctum, dicens: Exurge Aquilo, & veni Auster: persla hortum meum, & persluat aromata mea: Spiritus enim sanctus terrae fertili atque fecundae animae salutaris sicut ventus Auster adspirare consuevit. Huic vento dicitur in Canticis, Veni Auster: vt clementia aeris mollioris cordis nostri arua laxentur, quae brumali gelu stricta, recipiendis gremium seminibus denegabant. Bonum est nobis vt hic ventus adspiret, qui naues Tharsis ferentes vero Salomoni quae ad tempus eius necessaria videntur, tutos deducat in portus. Sed tunc iste ventus adspirat, si Borea ille grauis ventus flare desierit. Ideo vel ecclesia, vel anima pia dicit: Exurge Borea, & veni Auster: hoc est, tu Borea recede, & veni Auster, adspira hortum meum, vt flores non discutias, sed re-

serues. Anima igitur plena pietatis hortum habet, vel ipsa hortus est qui fructus ferat. Anima quae impietati pareat, puluerem habet, qui est infecundus ad fructum. Surge Aquilo, & veni auster. Plerique haec ita accipiunt, quasi proiciatur Aquilo, & inuitetur Auster. Quod si ita accipiunt, exturbatur ab ecclesia perfidiae glacialis asperitas, ne fiat fuga nostra hyeme vel sabbato. Aut certe exurge Aquilo, hoc est, Exurge qui dormis, exurge à mortuis populis nationum, qui diu ante dormisti: cuigila aliquando, & illucescet tibi Christus. Postremo omnes inuitur ad ecclesiam, & Synagogae populus, vt Gentilium: sed prius Synagogae: quia priores ex Iudaeis apostoli crediderunt, & per ipsos postea nationum populi congregati sunt: Vides ergo venientem solem nostrum ad Austrum, postea gyranem ad Aquilonem: Hierusalem, Hierusalem, Venit vtique ad eam, quam etiam vocare dignatus est. Sed haec Hierusalem terrena est, quae occidit Prophetas, hoc est, Synagoga Iudaeorum. Quoties, inquit, volui congregare filios tuos sicut gallina pullos suos, & noluisti. Ecce relinquetur vobis domus vestra desertata. Gyrauit igitur ad gentes: gyranem autem gyrauit spiritus Dei, & in gyrum suum conuersus est, vt fieret Deus omnia in omnibus. Exurge, inquit, Aquilo, et veni Auster, aspira hortum meum, & fluant aromata mea. Ex omnibus enim partibus mundi odor sanctae religionis adoleuit dilectae quo virginis membra fragrant. Vnde & ecclesia altitudinem seruans mysteriorum caelestium, reicit à se grauiore ventu procellas, & inuitat vernantis gratiae suauitatem: & sciens quod hortus suus Christo displicere non possit, aduocat ipsum sponsum, dicens.

Ex ferm. 11. versu 2. in 1sa. 118.

Eph. 5.

Ex lib. 1. de virginib.

Ex cap. 9. lib. de his qui inuoluntur.

CAPVT QVINTVM.

Descendat frater meus in hortum suum, et edat fructum pomiferarum suarum. Bonas enim arbores & fructiferas habent, quae radices suas tinxerint in facri fontis irriguo, & in bonos fructus nouae foecunditatis germine pullulauerint, vt non iam prophetica cadentur securi, sed euangelica vbertate foecundentur. Descendat, inquit, frater meus in hortum suum. Quanto hoc pulchrius, quod anima ornata virtutum floribus hortus sit, vel in se paradisum habeat germinatam? In quem hortum inuitat verbum Dei descendere, vt anima illa verbi imbre caelestis & eius copiis irrigata fructificet. Verbum autem Dei pascitur animae virtutibus, quoties obedientem sibi & optimam inuenerit, & carpit fructus, atque his delectatur. Cum autem descenderit in eam Dei verbum, desluunt ex ea salubrium unguenta verborum, & diuersarum fragrant longe lateque redolentia gratiarum spiramina. Descendat, inquit, vt edat fructum pomiferarum suarum. Sed quae sunt istae pomiferae? Librum aridum factus eras in Adam, sed nunc per gratiam Christi pomifera arbor pullulasti. Inuitatur ergo Dei verbum in hortum pomiferarum, vel in hortum nucis, in quo fructus propheticarum lectionis, sacerdotalis est gratia: quae amara in tetationibus, dura in laboribus, in virtutibus interioribus fructuosa est. Vnde etiam virga Aaron nucem floruit, non iam natura sua, sed virtute secreta. Descendat ergo in hortum suum, vt vindemiet fidem, capiat odores, papulum caeleste reperiat, suauitatem nostrum mellis epuletur.

Lib. 5. cap. 3. de sacramentis. Ex lib. 3. de virginib.

letur, dicens: Vindemiaui myrrham meam cum aromatibus meis, manducaui panem meum cum melle meo. Quod diuersarum virtutum concretum floribus, illarum apum quae sapientiam praedicant, confono ore congregatum sancta ecclesia in fauis condit, vt cibus sit Christi: omnia enim habemus in Christo. Omnis ergo anima accedat ad Christum, siue corporalibus aegra peccatis, siue clavis quibusdam secularis cupiditatis infixis, siue imperfecta adhuc quidem, sed intenta tamen meditatione proficiens, siue multis aliqua sit iam perfecta virtutibus, omnis in Domini potestate est, & omnia Christus in nobis. Si vulnus curare desideras, medicus est. Si febribus aestuas, fons est. Si grauaris iniquitate, iustitia est. Si auxilio indiges, virtus est. Si mortem times, vita est. Si oeculum desideras, via est. Si tenebras fugis, lux est. Si cibum quaeris, alimentum est. Sequitur:

Ex lib. 5. cap. 3. de sacramentis. Ex lib. 8. in Luc. ca. 17.

Ex lib. 9. in Luc. cap. 20.

Ingressus sum in hortum meum soror mea sponsa, vindemiaui myrrham cum unguentis meis. Quae est ista vindemia? Cognoscite vineam, & agnoscite vindemiam. Vineam, inquit, ex Aegypto transtulisti. hoc est, populum Dei. Vos estis vinea, vos estis vindemia: quasi vinea plantati, quasi vindemia fructu dedistis, quae enim melior quam fidei vindemia, qua resurrectionis fructus reconditur, qua perpetuae letitiae fons rigatur? vinea typus noster est, quod populus Dei vitis aeternae radice fundatus supereminet terris: ac solum vile praetextens, nunc gemate flore pubescit, nunc circumfusa viriditate vestitur: nunc mite iugum suscipit, cum maturioribus brachiis quasi sermetis foecundae vitis adoleuerit. Agricola quippe omnipotens pater, vitis Christus est: at vero nos palmite: qui nisi fructum feramus in Christo, cultoris aeterni falce succidimur. Recte igitur vinea Christi, populus nominatur, vel quod crucis in fronte praetextat indicium, vel quod fructus eius postrema anni legatur aetate: vel quod omnibus vt ordinibus vinearum, ita pauperibus atque diuitibus, humilibus atque potentibus, seruis ac Dominis in ecclesia Dei aequa dimensio, nulla discretio sit. Sed animaduertendum quod dicit vindemiaisse se myrrham, nimirum amarum passionem & sepulcrum ipsius, vt cosepultus cum illo per baptismum in mortem, quem admodum surrexit ille a mortuis, ita & tu quoque in nouitatem resurgas.

Manducaui panem meum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo. Vides quod in hoc pane nulla sit amaritudo, sed omnis suauitas sit: & in hoc vino eius modi esse letitiam, quae nullius peccati fordibus poluatur. Manducaui panem meum cum melle meo. Quod mel diuersarum virtutum concretum floribus, illarum apium quae sapientiam praedicant, confono ore congregatum, sancta ecclesia in fauis condit, vt cibus Christi sit. Ne verearis ne in conuiuio ecclesiae aut grati odore tibi, aut dulces cibi, aut diuersi potus, aut conuiuiae nobiles desint, aut decentes ministri. Quid Christo nobilius? qui in conuiuio ecclesiae & ministrat, & ministratur ei. Istius conuiuiae recumbentis adnece te lateri, ac te Deo coniunge. Ne fastidias mensam quam Christus elegit, dicens, Introiui in hortum meum soror mea sponsa, vindemiaui mirram cum aromatibus meis: manducaui

Ex lib. 1. de Cam & Sabel. cap. 5.

panem meum cum melle meo, bibi vinum cum lacte meo. In hortu, hoc est, in paradiso est conuiuium ecclesiae, vbi prius erat Adam quam peccatum committeret. Ibi recumbebat Eua priusquam culpam crearet ac pareretur. Ibi vindemiaui myrrham, hoc est, Christi sepulcrum: vt consepultus cum illo per baptismum in mortem, quem admodum ille surrexit ex mortuis, & tu resurgas. Ibi manducabis panem qui confirmat cor hominis. Mel gustabis, quo tuarum dulcescat meatus faucium. Vinum bibes cum lacte, hoc est, cum decore & synecritate: siue quod meri pura simplicitas sit, siue quod immaculata gratia quae in remissione sumitur peccatorum, siue quod paruulos consolationis suae lactet vt veribus, vt ablaetati in delitiis in plenitudine perfectae aetatis adolescant. Manducate proximi mei et bibite, et inebriamini patres mei. Vides manducare? vis bibere? Veni ad conuiuium sapientiae, quae inuitat omnes cum magna praedicatione, dicens: Venite & edite panes meos, & bibite vinum quod miscui vobis. Delectant cantica, quae epulantem demulcent. Audi hortantem, audi cantantem ecclesiam: Manducate proximi & bibite, & inebriamini patres. Sed haec ebrietas sobrios facit, haec ebrietas gratiae non temulentiae est: letitiam generat, non titubantiam. Haec ebrietas pudicitiae custos est: illa vini ebrietas fomes est libidinis, quo per carnes vaporatur interna viscera, animus ignescit, anima exurit. Sauius criminum stimulus libido est, quae numquam manere quietum patitur affectum. Nocte feruet, die anhelat, de somno excitat, a negotio abducit, a ratione reuocat, aufert consilium, amantes inquirat, lapsos inclinat: castis infidiatur, potiendū inflammata vsuque accenditur: vnde & Apostolus ait: Nolite inebriari vino, sed adimpleamini spiritu sancto. Vno enim qui inebriatur, vacillat & titubatur: spiritu qui inebriatur, radicans in Christo est. Et ideo praecleara est ebrietas quae sobrietatem metis operatur. Bona ebrietas, quae ad meliora atque iocunda facit quendam mentis excessum, vt immemor sollicitudinum animus noster vino iocunditatis hilaretur. Bona mensae spiritalis ebrietas. Denique poculum meum inebrians, quam praeclearum? Sed & alibi habes: Riuos eius inebria, multiplica generationes eius: eo quod ebrietas terrae cum infusa fuerit imbre caelesti, suscitare semina: fructus multiplicare consueuerit. Itaque verbum Dei quod sicut pluuia descendit de caelo, vbi venas terre nostrae vel animae ac metis nostrae inebriauit, praedicatione diuina excitauit virtutum studia diuersarum, fructusque fidei & castae deuotionis adoleuit. Meritoque ei dicitur: Visitasti terram, & inebriasti eam. Susceptione etenim corporis visitauit vt sanaret infirmos, inebriauit gratia spiritali, vt anxios iucunditate mulceret. Edite proximi mei et bibite, inquit, et inebriamini fratres mei. Cognoscamus quos fructus & cibos epuletur deus, quibus delectetur, delectatur eo si quis mortificet peccatum suum, obliteret culpam suam, sepeliat atque abolefaciat iniquitates suas. Myrrha enim est sepultura mortuorum: mortua autem peccata sunt, quae vita suauitatem habere non possunt.

Ibidem.

Eph. 5.

In Psal. 118. ser. 13. ver. 7.

Ego dormio, & cor meum vigilat. Hausit anima

Ex lib. de Isaac. cap. 5.

mur aduentum? Influentibus quippe diuinis corporeus peregrinatur affectus, & vsus ille exterioris hominis exolefcit. Et tu turbare & festina: festinantes illi agnum manducare præcipiunt. Surge, aperi, ad ianuam Christus est. Vestibula domus tuæ pulsata: si aperueris, introibit: & introibit cum patre. Nec solum cum ingressus fuerit mercedem relinquit, sed etiam prius quam ingrediatur, mercedem præmittit. Adhuc anima turbatur, adhuc parietes domus suæ palpat, adhuc ostium quærit ubi Christus est: adhuc soluit vinculum carnis, & corporis claustrum: adhuc Christus fores pulsata. Quæ est fenestra nostra vel prospectus, nisi per quem opera Christi videmus? oculus scilicet animi, & mentis obtutus? Et idèd, virgo, per fenestram tuam Christus introeat, Christus mittat manum suam per fenestram: tibi verbi veniat, non corporis amor. Si igitur per fenestram tuam manum mittit Dei verbum, vide quemadmodum fenestras tuas præpares: vide quemadmodum ab omni puluere delictorum detergere debeas. Nihil tetrum habeat, nihil adulterinum fenestra virginis: procul stibium, & cæteras affectati nugas decoris, procul adulterini amoris illecebras. Similis aurium causa est: quibus non suspendenda onera; non figenda vulnera, sed vnus ornatus est audire quod profit. Audiam quid sponsa dicat.

Ibidem paulo infra.

Ex li. de Isaac cap. 6.

*Surrexi aperire fratri meo: Manus meæ stillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha in manibus clausuræ.]* Quid hoc significet, consideremus. Primum operibus suis videtur, vt dixit, Deus verbum, tanquam per cauernam non plenè atque perfectè: deinde augetur amor, & conceptus adolefcit: atque ex feminibus eius quæ quodam vtero intelligibilis suscepit anima, totam plenitudinem diuinitatis eius habitantem in eo corporaliter, vt legimus, videre desiderat. Surrexit vt propius illud Dei verbum videret. Et in hoc ipso processu eius significatur: nimirum quod surrexit per vigorem atque virtutem. Præsentia enim verbi hausit animæ virtutem, sicut præsentia Mariæ cum vtero grauis esset, erudiuit Ioannè in vtero cõstitutum, adèd vt exiliret in vtero & exultaret, Domini præsentiam agnosceret. Surrexit ergo aperire, & manus eius distillant myrrhã: quia opera eius & facta mortificata sunt mundo. Talis enim debet esse anima quæ verbum est receptura, vt moriatur mundo, & conspeliatur Christo. Sic enim Christus inuenitur, & tale sibi quærit hospitium. *Aperui, inquit, fratri meo: frater meus transiuit.]* Quomodo transiuit? id est mentis interna penetrauit, sicut dictum est Mariæ: Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Vium enim verbum Dei sicut gladius acutus penetrans corporalium repagula cogitationum, cordis intima rimatur.

*Anima mea exiuit in sermone eius.]* Meritò, inquit, illum præsentem habere exposco: neque enim illius ad me confabulatio est ociosa ac inutilis: sermo enim ipsius est viuus & efficax, & penetrantior omni gladio accipiti, pertingens vsque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoque ac me-

dullarum, & discretor cogitationum & intentionum cordis: & non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius. Rapit me totum, & in sui amorem ac desiderium transfert. Ita quippe anima illorum exierat, qui dicebãt: Nõne cor nostru ardès erat in nobis, dũ loqueretur nobis & aperiret nobis scripturas? Bonus exitus, quãdo anima relicta corporeæ voluntatis fallaci illecebra Christo coniungitur. Bonus exitus, quum ad Dei verbum anima de vitiiis ad virtutes se transfert: quum denique contemptis rebus terrenis cœlestium amore liquefcit. Vide exẽtem & Christi desiderio liquefcem prophetã, Quam dilecta, inquit, tabernacula tua Domine virtutum! concupiscit & deficit anima mea in atria Domini. Et apostolum Paulum, Cupio dissolui, & esse cum Christo. *Exiuit anima mea, ait, in verbo eius.]* Hoc est. Verbum secuta exiuit de corpore, eleuans se de eius tabernaculo, & peregrinam se faciès ei, vt adesset Deo, & esset ciuis sanctorum. Simul enim & carnis domestici & Dei esse non possumus. Ergo & hoc loco exire significatur anima, quando se abducit à voluptatibus corporis: denique scriptum est, Exi de Babylone, fugiens à Chaldeis. Non vtique vt regiones Babylonis Hebræus fugiat, sed vt mores, propheticò admonemur alloquio. Si quidẽ sint qui in Babylone sunt Hebræi, & de Babylone exisse moribus doceãt. Nam & illi de quibus dicit Propheta quod sedebãt super flumina Babylonis, sed in eius nõ erãt vitiiis & cõfusione. Nã quomodo erant in illa confusione vitiorum, qui se habent gerentes pœnitentiã, quod de arca deuotionis ac fidei & virtutis paternæ meritis excidissent?

Luc. 24.

Ex lib. de Isaac. cap. 6.

Ex lib. de Isaac. cap. 6.

Gene 24.

Ioan 14.

Sed dum exit anima: dum sponsum sedula requirit, audi quid dicat: *Inuenerunt me custodes qui circumueunt ciuitatem: percusserunt & vulnerauerunt me, tulerunt pallium meum custodes murorum.]* Bene quidem quasi sponsa veniebat cũ pallio quo obnubiret caput cũ spõsus occurreret: sicut Rebecca, quæ cognito quod Isaac veniret obuius, descendit de camelo, & pallio se operuit. Ita & hæc anima, nuptialis vestis præmittebat insignia, ne fortè reiceretur quasi vestem nõ habens nuptialè: vel vt caput velaret propter angelos. Sed illi percusserunt eam, vt amplius probaretur. Exercentur enim animæ tẽtationibus. Tulerunt ei pallium, quærètes si verum decorè nudæ virtutis adferret: vel quia sine integumento quis illam cœlestem ciuitatem debeat introire, nulla deferens secum operimenta fucorum. Sunt etiam qui requirant ne qua anima exuias secum vehat carnalis illecebræ, & concupiscentiam corporalè. Nudatur pallio, cum eius conscientia manifestatur. Sed est & quæ bene nudatur, cui licet imitari dicentem: Venit huius mundi princeps, & in me inuenit nihil: certè quia nihil in illo solo inuenit, qui peccatum non fecit. Beata & illa est, in qua nõ grauiã aut multa inuenit, sed inuenit in ea amictum fidei, & sapientiæ disciplinam, vtique sine sui dispendio: quia & si volet quis, non potest auferre veram sapientiã, & si aduersarius obstrepat: vbi tam vera innoxie conuersationis elucet integritas. *Tulerunt pallium meum.]* Meritò nuda, quia pallium

solemnitatem, ita & ecclesia verbi decore iam captã festinabat ad nuptias. Ideoque morarum & dilationis impatiens, quas filia Hierusalè innectere gestiebat, dicit: *Ego murus & vbera mea turres.]* Hoc est, Nolite dubitare vtrum murus sum: illa enim dixerant, Si murus est: ego, inquit, murus sum: & nõ parua vbera habeo, sed vt turres vbera mea sunt: quomodo dicitis, quia non habeo vberes sensus, quæ turres habeo sapientiæ, in quibus est abundantia, sicut scriptum est: *Et abundantia in turribus tuis.* His vberibus, id est, sensibus, habilem se tãtis nuptiis æstimabat. Sed filia Hierusalem adhuc non poterant æstimare, quia sensuum eius abfudatiam non videbant, addidit ergo: *Ego eram in oculis eius tanquam inueniens pacem.]* Talis, ait, eram in oculis sponsi, qualis quæ habet & inuenit pacem, illam vtique pacẽ quæ exuperat omnem sensum, scriptum est enim: *Qui rectè quarunt pacem, habebunt, habebunt eam in testimoniu.]* Dicit itaque ecclesia, *Ego murus, & vbera mea turres.* Bene muri Hierusalem siue ecclesiæ sunt fidei propugnacula, disputationum munimenta, ac culmina virtutum. Muri Hierusalem ecclesiaru conuentus sunt toto orbe fundati: quoniam quisquis bona fide atque opere ingreditur ecclesiam, sit supernæ illius ciuis & incolæ ciuitatis, quæ descendit de cœlo. Hos muros, lapidum ædificat structura viuorum. *Ego murus & vbera mea turres.]* Murus est ecclesia: turres eius sunt sacerdotes, quibus abundat, & de naturalibus verbis, & de moralibus disciplina. *Ego murus & vbera mea turres.]* Bonus murus, quem pinxit Dominus, sicut ipse ait, In manibus meis pinxi muros tuos, & in conspectu meo es semper. Bona anima, quæ habet speculatorem Deum, & in manibus eius est, sicut anima prophetica, quæ in manus Domini commendatur vt spiritus, & quæ in conspectu Dei est.

Psal. 111.

Ex apologia priore David, cap. 17.

Ex lib. hexamerõ 6. ca. 8.

Ex lib. de bono mor. cap. 5.

*Vitis mea in conspectu meo, mille Salomoni & ducenti seruantibus fructum eius.]* Festinantibus dilecto atque dilecta, celebrata cõiunctio spiritalis est, mutuo expetita consensu: ideo tanquam nuptiale canens carmen exultabat spiritus in propheta, dicès: Vineã facta est Salomoni in Belammon: dedit vineam suam his qui seruant. Clamat ergo spiritus. Plantata est cõgregatio populorum vt vitis æternæ radice fundata: & spiritalia sub iugum verbi corde mansueti colla subiecit, plantata autem in multitudine nationum. Hoc enim intelligendum Belammon, Symmachus, Aquila, aliæque translationes Græco sermone docuerunt. Repudiata est vetus copula, quæ fructum afferre non poterat, data est vinea nouis fidelibusque cultoribus: qui non solũ facere fructum possent, sed etiam custodire. Vnã igitur ouis errauit, sed reuocata totius spacia orbis impleuit. Vnam ouem error abduxerat, sed multitudinem populorũ Domini gratia congregauit. Errauit homo, sed ecclesia iam murus est, & murus validus. Errauit Adã, murus est David, qui mandata Dei oblitus non est. Custodita igitur & vallata hæc vinea munimine spiritali, mille fructus dat Christo, ducentos autem custodibus. Ideoque ait ecclesia. *Vitis mea in conspectu meo, mille Salomoni, & ducenti seruantibus fructum.]* perfectio & plenitudo Christi est, portio seruulorum. Habes hoc mysterium in Genesi, vbi quinque partes Beniamin fratri iuniori tribuit Ioseph, singulas

A reliquis fratribus. Domino igitur quinque sensuum portio & prærogatiua defertur, quam illi vtique tribuit ipse quem diligit, sicut dilexit & Paulum, cui dedit ad euocandas gentes sapientiæ principatum. His igitur fructibus delectata ecclesia, & spiritalibus iam donis exuberans, & cœlesti sponso perpetuo fœdere copulata, in hortos ingreditur, & inueniens illic sponsum sedentem & cum amicis disputantem, dicit ad Christum: *Qui sedes in hortis, amici sunt intendentes voci tuæ: vocem tuam insinua mihi.* Delectabatur enim quod in hortis Christus sedebat, & in hortis positi amici intendebant voci eius. Sed quia amici illi de cœlestibus erant, archangeli vel dominationes & throni, homines enim expulsi de paradiso fuerant propter inobediẽtiam cœlestium mandatorum, atque ideo adhuc ecclesia vocem eius audire non poterat, quam cupiebat audire, ideo ait: *Vocem tuam insinua mihi.]* Vnde & nos si volumus eũ in nobis sedere, sumus horti clausi atque muniti, feramus virtutum flores, gratiæ suauitatem, vt disputantem cũ angelis dominũ Iesum audire possimus. Sed quia futurum erat, vt cum ad plenitudinẽ peruenisset ecclesia, persecutionibus variis tentaretur, ideoque cum verbi gratia delectaretur, subito cernit insidias persecutorum, & quæ plus sponso quam sibi timeret, aut quia à persecutoribus Christum magis appetitur in nobis, ideo ait: *Fuge frater meus, & similis esto tu capreolæ aut hinnulo cervoru super montes aromatum.]* Propter infirmos fugit, qui tẽtamenta grauiora ferre non possunt: ideoque scriptum est, vt de ciuitatibus ad ciuitates fugiamus: & si nos in hac ciuitate fuerint persecuti, fugiamus in aliam. Propter infirmos igitur, vt diximus, fugiat perferentes, aut fugiat ab infirmis, & trãseat ad montes aromatum, qui pro martyrio odorẽ possint beatæ resurrectionis adferre. Montes aromatum, sancti sunt. Ad eos confugit Christus, quia fundamenta eius in montibus sanctis. Ad eos igitur cõfugit, qui sunt eius stabilia fundamenta. In nobis fugit, in illis fida statione consistit. Mons ergo aromatum Paulus est, qui potest dicere: Bonus odor Christi sumus Deo. Mõs aromatu David, cuius orationis odor ascẽdebat ad dominũ, & ideo dicebat: *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: Fuge ergo, inquit, frater meus, & similis efficeve cervo aut hinnulo cervi in montes aromatum.]* Fugit fraternus plateas, fugit conuentus & strepitus fori. Serpentinus enim inuisus colubris, effugitans canẽ, atque humi reptantibus infestus serpentibus nescit habitare nisi in sublimitate virtutũ, nescit cõmorari nisi in talibus ecclesiæ filiabus, quæ possunt dicere: Christus enim bonus odor sumus: sed quibusdam odor mortis in mortem, in iis qui pereunt: quibusdam odor vitæ in vitam, in iis vtique qui odorẽ resurrectionis dominicæ viuã fide spirant. Isti sunt aromatu mõtes, qui domini corpus Iesu acceperũt, & in linteis cũ aromatibus ligauerũt. Quicũque enim crediderũt quia Iesus mortuus est, & sepultus est, & resurrexit, hi excelsũ veræ cacumẽ fidei virtutũ fastigiis extulerũt. Ibi ergo quæramus Christũ, vbi quærit ecclesia, in montibus boni odoris, qui excelsum sublimitate factorũ, suauem vitæ odorem pro meritum verticibus exhalant.

FINIS.

YY

Ractatum hunc de concordia Matthæi & Lucæ narrantium genealogiam Christi, inuenimus in duobus exemplaribus perantiquis, altero S. Victoris, altero S. Dionysij. Quem cum nec materia nec stilo abhorre ab Ambrosio wideremus, addendum censuimus.

DE CONCORDIA MATTHÆI & Lucæ de genealogia Christi.

IN Christi generatione Matthæus & Lucas dissentire videntur, propterea quod cum alter, id est, Matthæus descendendo, alter, id est, Lucas ascendendo, eiusdem generationis seriem texat. Matthæus quidem ab Abraham exordium narrationis sumens, & ad Dauid vsque descendens, deinde per Salomonem vsque ad Ioseph lineam deducit. Lucas verò à Ioseph incipiens per Nathã ad Dauid, & à Dauid vsque ad Abraham, postremò ab Abraham vsque ad Adam generationis ordinem reuoluendo, ascendit. Vnde contingit vt à Dauid deorsum, cum ille per Nathan, iste per Salomonem generationis tramitem deducat, totus penè computationis ordo dissideat. Sed quia scriptura sacra diuersa quandoque recipit, aduersa autem omnino non admittit: dum non permittitur credere cõtrarietatem, latentem cogimur querere veritatem. Matthæus igitur generationem Christi descendendo computat, ostendens filium Dei per carnis susceptionem factum esse filium hominis. Lucas eandem ascendendo texit, demonstrans filios hominum effici filios Dei per gratiam adoptionis. Propterea etiam Matthæus generationis seriem vsque ad Christum natum ducere volens, non à primo parente Adam, sed ab Abraham exorsus est: vt ostenderet quod susceptio carnis in filio Dei nõ fuit primæ conditionis institutio, sed promissionis postmodum factę impletio. Lucas verò à Christo baptizato incipiens non in Dauid vel in Abraham, sed nec in Adam finem fecit, sed per Dauid & Abraham atque Adam transiens ad Deum ascendit: vt aperte daret intelligi, quod ij qui per generationem carnis filij sunt hominum, per regenerationem baptismatis in adoptionem trãferunt deitatis. Ideo Matthæus in genealogia non nisi naturales filios computare voluit: Lucas verò inter naturales etiam adoptiuos ascribit, vt ostendatur & in Christo nascente vera fuisse carnis susceptio, & in nobis renascentibus nõ per naturam sed per gratiam, peruenire adoptio. Hęc ergo fuit causa quare in generationis serie alios Matthæus, & alios Lucas patres posuit: quia ille, sicut diximus, solos naturales, iste verò naturalibus etiam adoptiuos connumeravit. Quod vt melius patere possit, vtrorũque narrationem conferamus. Ordo generationis Christi secundum Matthæũ talis est: Abraham genuit Isaac. Isaac genuit Iacob. Iacob genuit Iudam. Iudas genuit Phares. Phares genuit Efron. Efron genuit Aram. Aram genuit Aminadab. Aminadab genuit Naasson. Naasson genuit Salmõ. Salmõ genuit Booz. Booz genuit Obeth. Obeth genuit Isai vel Iesse. Iesse genuit Dauid. Dauid genuit Salomonem. Salomon genuit Roboam. Roboam

Matth. 1.

genuit Abiã. Abiã genuit Afa. Afa genuit Iosaphath. Iosaphath genuit Ioram. Ioram genuit Oziam. Tres hic intermisit Euangelista, id est; Oziam siue Ocoziam & Ioas & Amasiam. Ioram enim primo loco genuit Ooziam, & Oozias genuit Ioas, & Ioas genuit Amasiam, & Amasias demum genuit Oziam. Quod ita intelligendum est, genuit, videlicet mediãtibus supradictis, quia per illos de semine eius processit. Hos autem Euangelista vel ideo prætermisit vt numerus tesserecã decadis æquaretur: vel ideo quia Ioram generi se miscuit Iezabel: & dictum erat per Prophetam de domo Achab non esse quẽquam regnaturum, nisi in quarta generatione, & ideo memoria eius tollitur eo vsque à sancta generatione. Ozias ergo qui & Azarias genuit Ioatham. Ioatham genuit Achas. Achas genuit Ezechiam. Ezechias genuit Manassẽ. Manassẽ genuit Amon. Amon genuit Iosiam. Iosias genuit Iechoniam. Iechonias genuit Salathiel. Veritas historię habet quod Iosias genuerit Eleachim qui & Ioachim siue Iechonias dictus est. Eleachim autem genuit Ioachim qui & ipse sicut pater Iechonias appellatus est. Hic demum genuit Salathiel. Dicemus ergo aut vnum propter supradictam rationem siue aliam quamcũque ob causam, prætermisum: aut non esse eundem Iechoniam illum de quo dicitur, Iosias genuit Iechoniam: & illum de quo dicitur, post transmigracionem Babylonis Iechonias genuit Salathiel: sed priorem esse patrem, secundum esse filium: propter separationem autem & disunctionem transmigracionis non esse repetitam inter eos generationis connexionem, vt diceretur: Iechonias genuit Iechoniam. Iechonias ergo genuit Salathiel. Salathiel genuit Zorobabel. Zorobabel genuit Abiud. Huc vsque ex libris veteribus generationis ordo textitur, quæ sequuntur auctoritas Euãgelistę confirmat. Abiud genuit Eliãcim. Eliãcim genuit Azor. Azor genuit Sadoc. Sadoc genuit Achim. Achim genuit Eliud. Eliud genuit Elcazar. Elcazar genuit Natham. Natham genuit Iacob. Iacob genuit Ioseph. Hoc modo generationem naturaliter descendisse credimus. Nunc secundum Lucã seriem generationis reuoluamus. Lucas sic ait: Ipse Iesus erat incipiẽs quasi annorum triginta, vt putabatur, filius Ioseph, qui fuit Heli, qui fuit Mathath. Prima fronte contrarietas occurrere videtur. Mathæus dicit Ioseph filium fuisse Iacob, & Iacob filium Matham. Lucas dicit Ioseph filium fuisse Heli, & Heli filium non Matham sed Mathath. Sed huius quæstionis talis à patribus solutio datur. Matham qui per Salomonem descendit vxorem habuisse Esthan nomine, de qua genuit filiũ Iacob, quo mortuo Mathath, qui per Natã descendit, eandem vxorem duxit, & genuit ex ea filium Heli. Sic ergo Heli & Iacob vterini fratres fuerunt, vna matre non vno patre editi. Prior Heli duxit vxorem, & mor-

Luc. 3.

Ex ap'logia David post-riore.

pallium perdidit: aut fortassis ideo nuda, quia nonnunquam virtutis est, opertum non habere peccus, cor non habere velatum. Denique velatam illam, hoc est synagogam, quæ habebat velamen in lectio- ne veteris testamenti, quod modo reuelatur, quoniam in Christo euacuatur, velatam inquam synagogam Christus despicit & spreuit: vnde hodiẽque velamen supra cor Iudæorum est positum. At verò eam quæ tota ad Dominum mente conuertitur, vt gloriam Dei videre possimus, Christus suscipit atque amplectitur. Tulerunt pallium meum.] Caueamus ne quis à nobis pallium auferat, hoc est amictum prudentiæ, insigne patientiæ, quo mollioris ambitio vestis exiit. Qui enim mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Nobis autem pallium dedit Christus, quo Apostolos suos & corpus suum ipse vestiuit. Quod demum iubet dare si quis à te tuni- cam petat, vt dimittas ei & pallium, id est, insigne Philosophiæ tuæ tradas, & quasi amictu prudentiæ tuæ cum qui antè nudus fuerit, circumuestias. Tulerunt pallium meum.] Quomodo tulerunt pallium (sponsa) nisi fortè quia processu opere suæ fidei ecclesia dum nudatur, Dominus plus amatur, expoliãs se veterem hominem vt nouum induat, quem non operiunt indumenta, sed mentis secreta clarificant, aut quia amictum sapientiæ secularis ad Christum ventura deposuit.

Ex lib. 3. de virginib.

Ex serm. 7. versu 7. in Psal. 118.

Ex lib. 3. de virginib.

Apo. 21.

Ibidem mox.

Ibidem pau- cis interiectis Amictus phi- losophiæ.

Genes. 4.

nebat exuuiis, spoliatus quidem, sed non nudus: fugit, qui erat tectior indumento pudoris. *duro vos filie Hierusalem in virtutibus & fortitudi- nibus ag. si inueneritis dilectum meum, vt annuncietis ei quia vulneratus est.* *na dilectionis ego sum.]* Quicquid est quod vehementer ex-erimus, nisi eius maturiorem habue- rimus effectum, in nos videtur longa quadam inten- tione lassare. Amor u. *patiendi desideria dis- tricis fores pulsans, si diu. *is potiendi desideria dis- feratur, ipsa deficit expectatio. *ne dum spirat. In quo utique non finis, sed incrementum. *is est amoris. Et quicquid est desiderabile, si non con-tingat desi- deranti, deficit in aliud, & quasi ipsam deponit ani- mam qui desiderat. Si tamen spes propior, affurgat, dat vires spes proxima. Si autem absentia sit dilecti, eo ipso quod absentem desiderat, qui concupiuit, ani- mæ suæ defectiõnem patitur. Itaque quanto lon- gius est quod desideratur, tanto magis deficit qui desiderat. Id est ergo deficere, id est, amore languere, in id vnumquemque totis studiis migrare, quod diligit. Illud cogitat, illi adhæret, illud personat quod receperit diligendum: in id quadam animi de- fectione transfunditur: vt si mater filij expectet præ- sentiam, quemadmodum expectabat Tobię vxor filium peregrinantem, deficiens à desiderio, & in an- gustiis constituta, & tanquam viribus resoluta. Quid enim aliud nisi defectum eius verba significant? Sed quo magis lassatur affectus, eò amplius amor creuit: & quo diutius abest qui desideratur, eo expectantis desideria maiore quadam vi ignescunt amoris. Cor deficit, sed cupiditas alitur & augetur. Itaque san- cta anima nescit aliud desiderare quàm sponsum, qui est Christus Iesus. Illum concupiscit, illum desi- derat, in illum totis viribus intendit, illum gremio mentis fouet, illi se aperit & effundit: & hoc solum vretur, ne illum possit amittere. Itaque quanto ma- iore desiderio exercitata fuerit anima cupiens ad- hære amatori suo, tanto magis deficit. Ergo ista defectio imminutionem fragilitatis, sed assumptio- nem virtutis operatur. Denique ipse alicubi di- cens, Sitiuit in te anima mea, subiicit infra. Adhæsit anima mea post te, me autem suscepit dextera tua. Qui enim sitit, cupit semper adhære fonti, nec ali- aliud sibi nisi aquam expetere & contingere viderur, vt ipso pascatur affectu. Suscipiens ergo me Dei dextera animæ meæ inhians, & de sua virtute mihi imparties, facit eam esse quod non erat, vt dicat. Vi- uo autem iam non ego: viuit autem in me Christus. Disce autem etiam hoc exemplo defectiõnem istam nimiam esse cupiditatis. Concupiscit enim & deficit anima mea in salutare Dei. Antè concupiscens, in- quit, & quasi totam se effundens in concupiscẽtiam, longo sine suspensa defectiõne dissoluitur. Denique deficiat anima in salutare Dei, Hieremias docet. Et factum est, inquit, in corde meo vt ignis ardẽs flam- mans in ossibus meis, & dissolutus sum vndique, & ferre non possum. Hoc igitur inflammatus desi- derio ait Dauid: defeci in salutare tuum anima mea, & in verbum tuum speraui. Concupiscebat ergo sponsa, desiderabat, deficiebat, & toto dissol- uebatur affectu, vt tota illius fieret quem desidera- bat, sicut etiam Dauid ipse dicit: Effundit in con- spectu eius orationem meam, & tribulationem****

Ex serm. 11. versu 1. in Psal. 118.

S. Ambr. tom. 3.

XX



meam ante ipsum pronuncio, in deficiendo ex me spiritum meum. Deficit spiritus eius qui seipsum negat, ut adhæreat Christo. Sponsa igitur quasi amoris impatiens, circumcurabat & quærebat ubique Dei verbum: nimirum quia vulnerata, quia nuda: & quærebat administratum alicuius à quo Christus rogaretur ut veniret. Vide æstantem, vide desiderantem. Adiuvo vos, inquit, filie Hierusalem si inueneritis dilectum meum ut annūciatis ei quia vulnerata charitatis ego sum. Vulnerat enim Dei verbū, sed nō vlcerat. Est vulnus boni amoris, sunt vulnera charitatis. Quæ perfecta est, vulnerata est charitatis. Bona sunt igitur verbi vulnera, bona sunt vulnera amatis: viliora enim vulnera amici quàm voluntaria oscula inimici. Vulnerata charitatis Rebecca fuit, quæ relicta parentibus migravit ad sponsum. Vulnerata charitatis Rachel, quæ zelauit sororem, amavit maritum. Sorori enim quod abundaret filiis ipsa adhuc sterilis inuidebat, quia typum gerebat ecclesiæ, cui dicitur: Latere sterilis, quæ nō parit: erūpe & clama quæ non parturis. Habet ergo charitas vulnera sua, habet gladium quo vulneratur: felix qui hoc gladio meruit vulnerari: sunt enim hæc vulnera quæ oculis præferuntur. His nos vulneribus offeramus, quibus quicunque mortuus fuerit mortem gustare non poterit. Talis erat eorum mors, qui dominum sequebantur, de quibus dictum est: Sunt aliqui de istis astantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo. Merito Petrus non timebat hanc mortem, non timebat enim qui dicebat, quia & si oportuerit cum pro Christo mori, non cum relinqueret aut negaret. Sequitur.

Galat. 4.  
Serm. 15. ver.  
su 8. in Psal.  
118.

Matth. 16.

Ex lib. 1. de  
virginib.

Serm. 5. ver.  
su 1. in  
Psal. 118.

Serm. 15. ver.  
su 1. in Psal.  
118.  
Eph. 4.

que ad Colossenses, Nemo vos deuincat volens in humilitate animi & superstitione Angelorum, ea quæ videt, extollens se frustra, inflatus mente carnis suæ, & non tenens caput illud ex quo omne corpus per compagine & coniunctiones subministratum & compaginatum crescit in augmentum dei. Caput ergo ecclesiæ Christus. Caput enim fouet membra omnia, & dirigit atque sensibus implet. Sensus enim sapientis in capite eius. Inde ductus venarum, meatusque spiritus, sanguinis vires in totius partes corporis deriuantur. Lustrat omnia, ornat omnia, sublato capite corpus sine nomine est. Non agnoscitur, nec vlla superest vltra viuendi. In capite enim vigor vitæ, in capite est gratia venustatis. Fertur coluber cum vrgetur periculo, caput semper abscondere, & in orbem se colligens obiecta reliqua parte corporis, hoc solum tueri, quod læta ferantur membra cætera saluo capitis vigore reparari. Hoc & tu moraliter caput serua, hoc serua & mystice. Mysticum caput Christus est, quia in ipso omnia constant, & ipse est caput corporis ecclesiæ. Hoc caput qui emiserit, viuendi vsum habere non poterit. Hoc caput humani seruate serpentis, etiam si omnia membra cædantur, totum vratur corpus incendiis, mergatur profundo, euisceretur à bestiis, hoc tamen capite custodito, vita integra, solus est tuta. Nemo enim potest perire, cui nō sublatus est Christus. Caput verò hoc aurum esse describit, nimirum ob splendorem & claritatem diuinitatis in eius facie relucere, ipse est enim secundum Apostoli sententiam, splendor gloriæ patris, & figura substantiæ eius.

Caput eccle-  
siæ Christus.

Crines eius abietes nigrae sicut corax. De hoc alibi dixit: Capillamentum tuum ut grex tonfarum. Ideo capillamentum quia virtus omnium sanctorum in capite est. Oculi autem sapientis in capite eius. Profunda igitur doctorum sapientia, quæ potest ea quæ obicura sunt reuelare, & alta aperire sensuum: & huiusmodi disputatores sunt crines ecclesiæ, crines sunt capitis Christi, quemadmodum enim capilli capitis sunt ornamenta, & pulchra venustate illud conuestiunt: ita quoque & sancta iustorum hominum vita, qui suo exemplo tanquam luminaria mundi errores & peccatorum tenebras caliginemque depellunt. Crines eius, inquit, abietes nigrae. Bonæ abietes naues Tharsis, quæ fluctibus supernatent mundi, & tutum remigium salutis exhibeant, vnde & in Euangelio dominus noster visibiles capitis & intelligibiles capillos quosdam esse significans ait: Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt, spiritualium videlicet significans facta virtutum, neque enim de capillis nostris cura est deo. Quamquam & illud non absurdum sit æstimare, quia pro maiestate diuina eum latere nihil possit.

Ex serm. 15.  
verf. 1. Psal.  
118.  
Supra 4. ca.

Ex prologo li.  
2. de spiritu  
sancto.

Sed quid mihi prodest si deus ipse omnes meos nouit capillos: Illud mihi redundat & proficit, si bonorum operum peruigil testis remunerationem gloriæ donet æternæ. Denique & ipse Samson non corporales, sed intelligibiles hos capillos esse declarans, ait, si tonsus fuero, discedet à me virtus mea.

In Psal. 118.  
ser. 15. ver. 1.

Oculi eius sicut columbæ super abundantiam aquarum, lotæ in lacte, sedentes super plenitudinem aquarum. Oculi Christi sunt viri spiritualibus sensibus ornati, qui ad videnda

Serm. 16. ver.  
3. in Psal. 118.

videnda mysteria sunt acuti, & parati ad penetranda scripturæ diuinæ secreta, rationabili lacte fulgētes: in quibus non sit aliqua doli maculosa confusio, sed simplicis affectus immaculata sinceritas. Idcoque in aquarum abundantia lotas has columbas in lacte memoraui. Baptizatus in lacte dominus, id est in sinceritate. Et isti sunt qui verè baptizantur in lacte, qui sine dolo credunt, & puram deferunt fidem, ut immaculatam induant gratiam. Ideo candida sponsa ascendit ad Christū, quia in lacte est baptizata: ideo mirantur eam virtutes dicentes: Quæ est hæc quæ ascendit dealbata? Ante paululum dicebat, Nigra sum: nūc dealbata cernitur. Nec immerito illic aquarum abundantia, vbi Christus: vnde mens humana repleti cupiat. Has sitit aquas ceruus, quas cum biberit, sitire non potest. Has sitit aquas Propheta cum dicit. Sitiuit in te anima mea. Sedet ergo Christus super abundantiam aquarum, & super plenitudinem. Et ideo qui baptizatur in aqua, dicit, Et nos omnes de plenitudine eius accepimus. Vnde & oculus suppliciorum non alienus est ab ecclesia: quia etsi Ioannes baptizabat in Ennon, quod significat oculum suppliciorum, baptizabat iuxta Salim, vbi erat aquarum abundantia, duodecim fontes, & septuaginta palmarū arbores. Hos fontes habet ecclesia, hoc est in veteri testamento duodecim patriarchas, in nouo duodecim apostolos. Ideoque dictum est, In ecclesiis benedicamus domino de fontibus Israël. His fontibus antè perfunditur, quicunque mysteria sacra consequitur. Isti enim fontes ex æterno fonte manantes toto orbe fluxerunt.

Ex orat. fune-  
bri de obitu  
Valentiniani  
circa princ.

Tractatu in  
Psal. 118.  
serm. 18. ver-  
su 4.

Ex cap. 15.  
de institutis  
virginis.  
Galat. 5.  
1. Cor. 4.

Gene eius sunt phialæ aromatis gignentes unguentaria, labia eius sicut lilia distillantia myrrham plenam. Mystice ecclesiæ gratia desentis accipitur, quæ in obitu viri iusti bonum doloris sui effundit unguentum, & vitæ eius prædicando concelebrat. Cui mors obesse nō poruit, eò quod odor prædicationis vniuersorum eorū celebrabilis factorem omnem mortis aboleuit. Flet igitur ecclesia pignus suum, & lachrymæ eius in maxillis eius.

Labia eius distillauerunt myrrham plenam. Per myrrham, passionis unguentum & resurrectionis gratia declaratur, quæ rediuuium vitæ odorem sulcitatis mortuorum visceribus infundit. Hanc myrrham labia sanctorum prædicatorum distillant qui Christi passionem loquuntur, & suo ore concelebrant, ac mortificationem eius in suo circumferunt corpore: qualis erat ille, qui dicebat: Mihi absit gloriari nisi in cruce domini mei Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo, & alio loco: Mortificationem Christi in corpore nostro circumferamus, ut & vita Iesu in corporibus nostris manifestetur. Denique labia sanctorum myrrham distillare dicit, quod efficax & potens sit eorum sermo, neque inanem tantummodo tinnitum habens, & aures demulcens, sed penetrans vsque ad interiora mentis. Sermo meus, inquit ille, & prædicatio mea non in persuasionem sapientiæ verborum, sed Dei formatur virtute. In sermone & in labiis sanctorum virtus est: in sermone autem forensi isto ac Philosophico vanitas mundi.

Manus illius tornatiles, auræ plenè Tharsis. Tornatiles sunt manus sponsi, id est perfectæ auræ, propter sa-

pientiam quæ Christus est, plenæ hyacinthis propter spiritum sanctum, & plenitudinem charismatum eius. Tornatiles dico, quia omnia ipsius opera quæ vel in creatione mundi, vel post assumptam humanitatem per ipsum facta sunt, perfecta & absolutissima fuerūt. Sic enim scriptum habes: Vidit Deus cuncta quæ fecit, & erant valde bona. Denique in Euangelio habes: Bene omnia fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.

Gen. 6.

Venter eius pyxis eburnea super lapidem sapphirum. Audi Apostolum, Etsi, inquit, crucifixus est Christus ex infirmitate nostra (ecce venter, id est carnis infirmitas) viuit tamè ex virtute Dei (ecce distinctio sapphiri.) Sapphirus enim eo quod cœli sereni speciem gerat, quæ sunt diuinitatis eius opera significat: ebur autem propter castitatem & nitorem ac perpetuitatem, carnem significat saluatoris: de qua idem Apostolus dicit: Quia & si Christum secundum carnem nouimus, sed nunc non nouimus. Venter itaque eius pyxis eburnea, qui reciperet oracula scripturarum, ut posset dicere: Ventrem meum dolor, sicut dixit Propheta, dicit enim hæc qui imitator est Christi.

Crura illius columna marmorea, fundata super bases aureas. Per hæc significat columnas ecclesiæ esse apostolos, qui fundati sunt in timore sancto. Nam sicut Petrus, Iacobus, Ioannes & Barnabas columnæ esse videbantur ecclesiæ, sic & quicunque vicerit hoc seculum, sit columna Dei, quam confirmat qui dicit, Ego confirmavi columnas eius, ita & basis aurea, timor plenus disciplinæ, quia initium sapientiæ timor Domini est. In timore sapientium Apostolica prædicatio tanquam super basim auream columna firmatur Christi. Igitur casto eloquio & Apostolico sermone tribunal est timor iusti, & basis aurea plena prudentiæ: simulacrum autem bonum tanquam effigies veritatis sermo sanctorum est. Et vide tanquam basim auream esse timorem sanctorum. Lege Esaiam: vide quantis subiecerit timorem, ut faceret irreprehensibilem & bonum timorem. Spiritus, inquit, sapientiæ & intellectus, spiritus consilij atque virtutis, spiritus cognitionis ac pietatis, spiritus sancti timoris. Quantis timorem subiecit, ut haberet quod sequi posset. Informatur per sapientiam, instruitur per intellectum, consilio dirigitur, virtute firmatur, cognitione regitur, pietate decoratur. Tolle timori domini ista, & est irrationalis & insipiens timor vnus ex illis, foris pugna, intus timores. Quibus afflictus esset & Paulus nisi habuisset Dominum consolantem. Nec ociosum est in prouerbis: Tunc intelliges timorem domini. Quid est tunc? Cum sapientiam inuocaueris, & prudentiæ dederis vocem tuam, & quæsieris illam ut pecuniã, & ut thesauros scrutatus fueris eam, tunc intelliges timorè domini. Et ideo tanquã super basim bonam dicit, Stante seruo tuo eloquiũ tuum in timore tuo. Bene ergo dicit columnas ecclesiæ, hoc est crura sponsi, fundata esse super bases aureas, ut & pulchritudine spectantes oblectent, & fundamento sancti timoris subnixa, nullo spiritualium tempestatum turbine ab animi constantia, valeant dimoueri. Solus enim Christus inambulat animis, & graditur in mente sanctorum, in quibus

Ser. 5. ver. 6.  
in tract. in  
Psal. 118.

Psal. 74.

Esai. 11.

Ex li. 3. de fi-  
de ca. 5.

velut aureis basibus fundamentisque pretiosis solidata vestigia verbi coelestis haerent. Denique addit Sponsa, Species eius ut Libani, electus ut cedri. In altis habitat, & humilia respicit, quia species eius sicut cedrus Libani, quae comam nubibus, radicem inserit terris. Principium eius est caelo, posteriora eius in terris, fructus caelo proximos ediderunt.

Guttur illius dulcedo, & totus desiderium. Id est quod propheta de eo scribit: Iudicia Domini vera iustificata in semetipsa: desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum, & dulciora super mel & fauam. Quod seuerum in aliis, in Christo suauis est, quia suauis est Dominus. Dulcia iudicia consenti, quia ipse dixit: Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates tuas, & memori non ero. Dulcia iudicia agentem poenitentiam, quia ipse dixit: Gaudium erit in caelo super vno peccatore poenitentiam agente, quam in nonaginta nouem iustis qui non indigent poenitentia.

Fauces, inquit, eius dulcedines, & totus desiderium. Omnium enim bonorum author est Deus: & quae sunt, eius profecto omnia sunt: & nusquam illic malum: & si in illo mens nostra maneat, malum nescit. Anima igitur quae in Deo non manet, ipsa sibi author malorum est, itaque peccat. Anima autem quae peccauerit, ipsa morietur. Aureis enim vinculis soluta virtutum prona fertur praecipitio, & labitur ad inferiora. Anima autem beata est, quam nulla aduersa corporis praemia expugnant. Porro gutturis ipsius dulcedinem Propheta describens, Diffusa est, ait, gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in aeternum. Denique in Euangelio habes quod mirabantur homines de verbis gratiae quae procedebant de ore eius. Huius dulcedinis bonum si in illo concupiscibili suo & delectabili anima gustauerit, & duabus his affectionibus hauserit, excludens dolorem & formidinem, incredibiliter exaltatur. Osculata enim Dei verbum modum non capit, nec expletur, dicens: Suauis es domine, & in iocunditate doce me iustificationes tuas. Osculata Dei verbum concupiscit super omnem decorem, diligit super omnem laetitiam, delectatur super omnia aromata, cupit frequenter videre, saepe intendere, cupit attrahi, ut sequi possit. Doceat te Propheta qui gustauit & ait, Quam dulcia faucibus meis verba tua, super mel & fauam ori meo. Quid enim desideret anima quae semel suauitatem verbi gustauerit, quae semel charitatem eius viderit? Moyses in monte positus quadraginta diebus legem accipiens cibum corporis non requirebat. Helias ad illam festinans requiem, rogabat ut acciperetur anima sua a se. Petrus aspiciens & ipse in monte dominicae resurrectionis gloriam, nolebat descendere, dicens: Domine, bonum est nos hic esse. Quanta igitur illa diuiniae substantiae gloria, M

CAPVT SEXTVM.

Fratrueles, inquit, meus descendit in hortum suum ad areolas aromatis, ut pascatur in hortis, & lilia colligat. Vbi verbum quae rat agnoscat: nimirum quod inter orationes sanctorum moretur & ipsis inhareat nouit: & quod ecclesiam suam vel animas iustorum suorum inter lilia pascat intelligit. Hoc mysterium tibi Dominus in Euangelio demonstrauit, cum in sabbato duceret per seminata discipulos. Moyses per desertum duxit plebem Iudaeorum, Christus per seminata. Christus per lilia ducit, quia per passionem eius desertum floret ut liliam. Diuersatur ergo Christus in hortis, in illis mentibus quae sunt virtutum ornamento exultat, pascitur inter lilia apud eos qui boni odoris fragrantiam de se exhalat: qualis erat ille qui dicebat, Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni cui benedixit Dominus, & Apostolus, Christi bonus odor sumus in omni loco. Pascunt ergo animae Christum, quae sunt candidae castitatis nitore odoriferae odore virtutum. Dicit ergo sponsa, Ego fratruelis meo, & fratruelis meus mihi, qui pascitur inter lilia. Facilis haec vox & communis videtur: sed paucorum est. Satis rarus est enim qui potest dicere Deo: Tuus sum, & dilectus meus mihi. Ille enim dicit qui adharet Deo totis sensibus, & qui aliud cogitare non nouerit. Pauci quidem, inquam, possunt hoc dicere, cum multis etiam non sit satis Dei filius, in quo sunt omnia. Denique ille diues in euangelio, cui dictum est, Si vis perfectus esse, vende omnia quae habes, & da pauperibus, Deum sibi non sufficere indicauit: denique & contristatus est, quasi quod pluris esset, relinquere iuberetur: quod minus esset, eligere. Ille ergo dicit, Tuus sum, ille dicit, Dilectus meus mihi, & ego illi, qui dicere potest, Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te. Non potest hoc dicere secularis, plures enim dominos habet. Venit libido, & dicit, meus es: quia ea quae sunt corporis concupiscis, in illius adolescentulae amore te mihi vendidisti, in illius concubitu meretricis pretium pro te adnumerasti. Venit auaritia, & dicit, Argentum & aurum quod habes, seruitutis tuae pretium est, possessio quam tenes, iuris tui emptio, venditio tuae libertatis. Venit luxuria, & dicit, Meus es. Vnius diei conuiuium, pretium tuae vitae est, ille sumptus epularum, tui capitis licitatio est, tui est summa contractus. Non est meus quem libido succendit, quia mea castitas est. Non est meus, quem cura spoliandi minores exagitat, quia mea integritas est. Non est meus quem ira mobilis inquietat, quia mea tranquillitas est. Non est meus, vini crapula temulentus, illuue ambitionis impurus, gloriae secularis cupidus, ebrius in periculum, qui non possit sobriae moderationis seruare vestigium. Non est ergo cuiusuis dicere, Dilectus meus mihi, & ego illi: sed eorum duntaxat, qui animum a rebus terrenis auulsum habent, & Christum adiunctum: qualis erat apostolus Paulus, qui dicebat. Viuo vero iam non ego, uiuit vero in me Christus, & alio loco: cupio dissolui, & esse cum Christo: Sequitur:

Pulchra es amica mea, tanquam beneplacita, speciosa ut Hierusalem. Non caduci ista est corporis pulchritudo, vel morbo peritura vel senio, sed nullis obnoxia ca-

Psal. 33.

Lib. 3. de epif. ad irenaum. 11.

Psal. 118.

ibidem.

In psal. 118. serm. 2. vers. 5.

Multis non sufficit Deus. Matth. 19.

Mat. 19.

IN CANTICA CANTICORVM. CAP. VI.

lib. 1. de uir. Ex lib. de 1. saac. cap. 7. Ex lib. de 1. saac. cap. 7. Ex lib. de 1. saac. cap. 7. Quod verbo potens, quod fructibus fecunda diuersis, quod vna sit columba, habens unitatem spiritus in quo sit pax quae fecit utraque vnum, & quae non sit composita ex diuersis elementis discretae compugnantisque naturae. Quid enim tam diuersum quam ignis & aqua, aer & terra, ex quibus corporis nostri creatura consistit? Anima autem benedicta, omnis simplex, quae imitatur dicentem: Ut omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te: ut & ipsi in nobis vnum sint: haec est enim consummatio atque perfectio, unde & addidit, ut sint vnum, sicut nos vnum sumus. Ego in his, & tu in me: ut sint consummati in vnum. Haec ergo anima, columba atque perfecta, quae simplex atque spiritalis est, neque huius turbatur corporis passionibus, in quo foris pugnae, intus timores sunt. Denique hoc verbo unitatis, concordiam & pacem significari scriptura nos docet, dicens: Multitudo autem credentium habebat animam vnam, & cor vnum: & non erat separatio in eis vlla. Sic ergo formosam, sic perfectam, & vno simplici- que affectu Deo adhaerentem admirantes filiae Hierusalem exclamant.

Ex lib. de 1. saac. cap. 7.

Ex lib. de 1. saac. cap. 7.

Math. 28.

Psal. 29.

quod verbo potens, quod fructibus fecunda diuersis, quod vna sit columba, habens unitatem spiritus in quo sit pax quae fecit utraque vnum, & quae non sit composita ex diuersis elementis discretae compugnantisque naturae. Quid enim tam diuersum quam ignis & aqua, aer & terra, ex quibus corporis nostri creatura consistit? Anima autem benedicta, omnis simplex, quae imitatur dicentem: Ut omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te: ut & ipsi in nobis vnum sint: haec est enim consummatio atque perfectio, unde & addidit, ut sint vnum, sicut nos vnum sumus. Ego in his, & tu in me: ut sint consummati in vnum. Haec ergo anima, columba atque perfecta, quae simplex atque spiritalis est, neque huius turbatur corporis passionibus, in quo foris pugnae, intus timores sunt. Denique hoc verbo unitatis, concordiam & pacem significari scriptura nos docet, dicens: Multitudo autem credentium habebat animam vnam, & cor vnum: & non erat separatio in eis vlla. Sic ergo formosam, sic perfectam, & vno simplici- que affectu Deo adhaerentem admirantes filiae Hierusalem exclamant.

Proverb. 11. iuxta 70. 10an. 17.

Psal. 4.

Quae est haec prospiciens tanquam diluculum, speciosa sicut luna? Prospicit enim tanquam de domo libera: nec dicit, Tenebrae cooperiunt me, & parietes circumdant me, & quis scit si videt altissimus? Sed ipsa magis lucem expetit, tanquam in superioribus domus suae, id est corporis sui, & supra domum posita diuina intuetur, & ad aeterna se eleuat, ut adsit Deo, iam lumen suorum operum sicut luna orbem suum toto orbe circumferens. Prospicit tanquam diluculum, tanquam diceret: Nox praecessit, dies autem appropinquauit. Prospicit sancta anima de loco superiore, tanquam inferiora despiciens. Exiit de tenebris istius seculi ut luna resplendens, ut sol resurgens caligine surgens diluculo sicut sol appropinquat Deo & rapido volatu sicut aquila quae sunt terrena relinquit. Merito vero ecclesia sicut luna speciosa dicitur quae toto mundo resplendit, & tenebras huius seculi illuminauit. Pulchre vero ait, prospiciens, quasi suos de superiore prospectans, sicut habes: Dominus de caelo prospexit super filios hominum. Prospiciens ergo ecclesia sicut Luna defectus habet & ortus frequentes: sed defectibus suis creuit, & his meruit ampliari, dum persecutionibus minuitur, & confessorum martyriis coronatur. Haec est vera luna, quae de fratris sui luce perpetua lumen sibi immortalitatis & gratiae mutuatur. Fulget enim ecclesia non suo sed Christi lumine, & splendorem sibi arcessit de sole iustitiae ut dicat: Viuo autem iam non ego, uiuit autem in me Christus. Igitur dum sponsa laudatur a Sponso, verecunde refugium coram laudari, deinde sponsi amore reuocata ait:

Lib. de benedict. patriarch. ca. 10. Lib. de Isaac, ca. 7. Ecl. 25. Ex li. de obitu Valentin. supra mediu.

Hexam. lib. 4. ca. 8. Psal. 15.

Corium malorum granatorum genera tu. Ista sunt genera in quibus solet nitere verecundia, pulchritudo fulgere: in quibus aut flos iuuentutis, aut perfectae aetatis insigne est. Porro sermo multorum sensuum, & de diuersis scripturis abundans, sermo angelorum, sermo apostolorum ac prophetarum, quo vno velut corio ecclesia sancta complectitur, malorum fluxus est granatorum.

Vna est columba mea. Laudatur sponsa quod fidelis,

In hortum nucis descendi videre in natiuitate torrentis. Vbi enim est ecclesia, nisi ubi virga & gratia floret sacerdotalis? Ibi est frequenter, ut amaritudinibus & tentationibus probetur. Per nucem quippe amaritudinem intelligimus, per torrentem tentationes, sed tamen tollerabiles. Quia scriptum est: Torrentem pertransiuit anima nostra. Itaque descendit, in locum amaritudinis, ubi flore vitis, & malorum granatorum specie diuersus & mul-

Ex lib. de 1. saac. ca. 8.

Psal. 113.

tiple fructus, qui velut vno tegmine totius corporis fide & charitate munitur. In illa ergo amaritudine non cognouit se anima. Corruptibile enim corpus aggrauat animam, & terrenum habitaculum cito inclinatur. Cognoscere autem se debet. Sed tentatus est & Petrus: non se cognouit & Petrus: nam si cognouisset, non negasset authorem. Sed cognouit cum Christus, qui etiam respexit. Cognoscit Dominus qui sunt ipsius, & tanquam suum misericordiae suae frenis vt bonus rector reuocauit à lapsu. Rector enim noster, ideoque ait sponsa. Posuit me currus Aminadab, eò quod anima nostra coniungitur corpori, & velut quidam equorum frementium currus, rectorem sibi quaerit aurigam. Aminadab enim pater Naason fuit, sicut in Numeris legitur, qui erat princeps populi Iudae. Cuius figura refertur ad Christum, qui verus populi princeps animam iusti velut currum agitator ascendens, verbi habentis gubernat, ne violentorum equorum furore in abrupta rapiatur. Sunt enim eius velut quatuor equi, quatuor affectiones, ira, cupiditas, voluptas, timor: quibus furētibus cum coeperit agi, nequaquam se ipsa cognoscit. Corruptibile enim corpus animam grauat, & taquam irrationabilium animalium cursus inuitam rapit, volentibus curis velut quodam impetu proruentem, donec memoratae corporis passiones verbi virtute mi tescant. Hæc verbi tanquam boni agitatoris est prouidentia, ne illi animæ, quæ in se non est morti obnoxia, corpus mortale coniunctum agitationem faciat esse difficilem. Primo igitur hos veloces corporis motus domitet, & metu rationis infrenet: deinde caueat ne dispari motu se velut equi implicent: vt bonum aut improbus decolorer, aut tardus impediatur, turbidus inquietet, fremit enim equus malitiæ, seque iactando currum lædit, grauat iugalem. Hunc bonus auriga demulcet, & in campum veritatis mittit, fraudis declinat anfractum. Tutus ad superiora cursus est, periculofus ad inferiora descensus. Inde quasi emeriti qui bene portauerint iugum verbi, vsque ad Domini præsepe ducuntur, in quo non fœnum est esca, sed panis qui de cœlo descendit. Huius currus rotæ sunt de quibus dixit Propheeta, Et spiritus vitæ erat in rotis: eò quod currus animæ teres atque rotundus sine vlla offensione voluatur. Si ergo currus est anima, habet equos vel bonos, vel malos. Boni equi, virtutes sunt animæ: mali, corporis sunt passiones: Bonus ergo rector malos equos restringit & reuocat, bonos incitat. Boni equi sunt quatuor: prudentia, temperantia, fortitudo, iustitia. Mali equi, iracundia, concupiscentia, timor, iniquitas. Interdum ipsi equi inter se dissident, & aut iracundia protendit, aut timor, & se inuicem præpediunt, & cursum retardant, at verò boni equi euolat, & à terris ad superiora se subrigunt, animamque eleuant, maxime si iugum habeant suaue, & onus leue, dicentis: Tollite iugum meum super vos: iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Ipse rector est, qui nouit equos proprios gubernare, vt æqualis omnium sit cursus. Si velocior est prudentia, tardior iustitia, admonet flagello proprio segniorem. Si temperantia mansuetior, fortitudo durior, nouit copulare discordes ne forte currum suum dissipent. Itaque licet intelligibili spectaculo videre vnam-

quamque animam cum summo certamine ad cœlum rapi, festinantes equos qui priores perueniunt ad brauium Christi, quorum prius imponatur palma ceruicibus. Isti equi sunt subiecti fidei iugo, adstricti vinculo charitatis, iustitiæ frenis, retinaculis sobrietatis. Pulchre ergo ait: Posuit me currus Aminadab, hoc est pater populi. Ipse autem qui pater populi, idem pater Naason, hoc est serpens. Iam tu recole quis sicut serpens in cruce pependerit pro salute vniuersorum, & intelliges illam animam esse pacificam, cui pater Deus præsul sit, & Christus agitator: quia scriptum est & hoc nomen in nostris, Pater, pater, agitator Israël. Hic ergo agitator dicit: Conuertere Sunamitis, conuertere. Bene & quasi agitator & quasi ad currum dicit, Conuertere Sunamitis, id est pacifica. Quæ enim pacifica est anima, cito se conuertit & corrigit, etiam si ante peccauit: & magis eam Christus ascendit & regere dignatur, cui dicitur. Ascende equos tuos, & equitatus tuus sanitas & alibi: Misisti equos tuos Tharsis. Hi sunt equi Christi. Quæquam & alius equus caro possit accipi, equi carnis voluptates, agitator autem vigor mētis qui regit carnem, & motus eius velut quosdam equos prudentiæ habentis coërcet. Dormitauerunt ergo qui hos equos ascenderunt, nullo eos moderamine gubernantes, vnde & ascensores eos quam equites vel agitadores Psalmita maluit nuncupare, cum inquit, Ab increpatione tua Deus Jacob dormitauerunt qui ascenderunt equos. Agitator enim cum disciplina & arte pro arbitrio suo equos agit, vel currentes incitat, vel reflectit indomitos vel reuocat fatigatos, vel mansuetos pro sua voluntate coërrit. Vnde cum reciperetur Helias, & curru quasi ad cœlum ferretur, clamauit ad eum Heliasus, Pater, pater agitator Israël, & eques eius: hoc est, qui populum domini bono ductu regebas, constantiæ merito hos accepisti currus, hos equos ad diuina currentes, quia moderatorum te animarum humanarum Dominus comprobauit: ideo tanquam boni auriga certaminis victor æterno præmio coronaris.

CAPVT SEPTIMUM.

Quid videbis in Sumamite, quæ incedit sicut chori castro? Quid videbis, inquit, in ea quæ multum & aduersus plurimos in corpore preliata est: etenim pugnauit aduersus extraneos hostes, pugnauit aduersus lubricas seculi mutationes, pugnauit aduersus corporis fragilitates, aduersus multiplices passiones. Audiuit

Sup. 9.

Lib. 3. de vir. ultra mediū. Numer. 7.

2. Reg. 1.

Matth. 11.

4. Reg. 2.

Abac. 1. Ex ca. 15. lib. de Nabute & Raailia.

Psal. 75.

Ex lib. 3. Epistol. epif. 12. ad Trancum.

Ex lib. de obitu Valentiniani.

diuit à Domino: Cōuertere Sunamitis. Cōuersa est ad pacem semel in seculo, cōuersa est iterata cōmunionem ad gratiam Christi. Et ideo pulchra cōuersio eius in seculo, pulcherrimus incessus eius, volatus in cœlo, vnde meretur audire. Speciosi facti sunt gressus tui in calciamentis filia Aminadab, hoc est filia principis. Interrita, inuicta, & tanquam in acie consistens est sponsa Christi, habet in manu gladiū spiritus, quod est verbum Dei, habet lorica m fidei, habet in capite galeam, spem salutis: quibus armis communita prælicetur & colluctetur non aduersus carnem & sanguinem tantum, sed aduersus mundi rectores tenebrarum harum, aduersus spirituales nequitias in cœlestibus. Illud quippe est quod superius dixit: Terribilis vt castrorum acies ordinata. Nihil enim in se habet effœminatam, nihil molle, nihil languidum: sed semper tanquam in acie & procinctu consistit: quemadmodum ille qui dicebat: Benedictus Dominus Deus meus qui docet manus meas ad prælum, & digitos meos ad bellum.

Quam speciosi facti sunt gressus tui in calciamentis filia principis. Speciosa es in processu, habitasti in corpore, tanquam calciamento eo vsa, non vt inuolucro, vt quasi superior & eminentior eo, vt velles tuū circumferres sine vlla offensione vestigium. Dubiū non est, ecclesiæ vel animæ profectus significari. Quam speciosi sunt, ait, pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona. Vtique speciosos dicit euangelicæ prædicationis & disputationis progressus, vt alibi dicitur. Transgredere flumina, hoc est fluentia & lubrica huius mundi transcurrere stabilitatis incessu. Quod de animæ gressibus dicit, in posterioribus ipse Dauid euidenter ostendit, asserens quod torrentem iniquitatum animam suam transisset. Sed quid sibi vult quod ait, in calciamentis speciosos esse gressus ecclesiæ: Legimus dictum ad Moysen. Solue calciamentum pedum tuorum, quæ videntur admonitus, ne corporalibus vinculis teneretur adstrictus. Ergo speciosam hic significat animam pulchritudinem, quæ carne tanquam calciamento vitur, & in ipso calciamento impedimentum non patitur, sed incessus decore præcellit. Calceat ergo se anima ecclesiasticam gratiam, vt cursum huius vitæ & transitum cum decore prætereat. Quod fit, si calciamentum suum non inquinat luto corporali, nec in vitiorum mergat voraginem: si castigat carnem suam ne moretur ad cursum, & aruinæ pinguis pondere prægrauetur. Bonum calciamentum animæ pudicitia est, bonus gressus est vestigium castitatis. Vtatur ergo corpore tanquam calciamento ad inferioris opera virtutis, ad ministerium, non ad præceptitium: ad obsequium nõ ad delectationem: ad obedientiam, non ad dissensionem: & in via sapientiæ vestigium collochemus: ne gressus nostros vis aliqua concludat. Ideo ad Moysen dictum est, Solue calciamentum tuum, & ad Iesum Naue: ad Christum non est dictum, sed magis scriptum, dicente Baptista, Post me venit vir cuius non sum dignus calciamenta portare: quia illi bene admonetur, vt soluant calciamentum suum, qui sine peccato esse non poterant: hic autem non solum calceamentum, sed etiam calciamenta non soluit: quia non solum corpus suum à peccato immune seruaui, sed etiam

Ex orat. de obitu Valentiniani.

Ex serm. 17. ver. 5. in psal. 118.

Corpore vtdum taquam calciamento.

Matth. 3.

A omnium dedit indulgentiam peccatorum. Ergo ecclesia ad imitationem Christi speciosa est, & in calceamentis omni abluta delicto. Speciosi ergo facti sunt gressus tui in calceamentis filia Aminadab, eò quod speciosa ecclesia euangelij prædicatione processit. In hoc calciamento speciosè processit Maria, quæ sine vlla commixtione corporeæ consuetudinis, authorem salutis virgo generauit, vnde egregiè Ioannes ait: Non sum dignus soluere corrigium calceamenti eius, id est, non sum dignus incarnationis mysterium comprehendere angustiis mentis humanae, atque inopis vilitate sermonis absoluere, vnde & Elaias dixit: Generatione ei quis enarrabit? Speciosi ergo gressus vel Mariæ vel Ecclesiæ, quoniam speciosi pedes euangelizantium. Dicitur itaque ad eam: Moduli femorum tuorum similes torquibus operamantum artificis. Hoc est consonans sibi in omnibus factis tuis gratia atque moderatio, magnorū æquauit insignia triumphorum. Merito hoc additum est, vt posteritatis ecclesiæ canerentur ornamenta. Per femur enim insigne generationis agnoscimus, iuxta illud, Accingere gladium tuum circa femur tuum potentissime, quo significatur quod filius Dei cum semetipsum exinanisset, verbi accinctus diuinitatem, & generationem calceatus humanam prodiret ex virgine, omnibus daturus salutem. Monilia autē dicuntur ornamenta pretiosa quæ suspendi matronarum ceruicibus solent. Tantus ergo ecclesiæ processus significatur, vt ornamentis pretiosissimis comparatus sit, & torquibus triumphantium, hæc enim ornamenta sunt bellatorum. Symmachus *ἡτρερχηλια* dixit, hoc est, quæ sunt circa collum. Siue ergo generatio Christi ex virgine, siue ecclesiæ propagatio, specie quidē taquam manu artificis torquibus adornatis, verè autem virtutis insignia spiritalibus ceruices fidelium coronauit: Sicut etiā victores secularium præliorum solent strenuorum virorum donatis torquibus honorare ceruices, ita Christus iugum nostrum leuauit, vt fidelium colla virtutum insignibus coronaret.

Ex lib. de inst. virg. cap. 14.

Ex lib. de obitu Valen. circa fi.

Ex ser. 17. ver. 5. in psal. 118.

Ex cap. 14. de de inst. vir.

Ex ser. 16. ve. 5. in psal. 118. Ex orat. funebri de obitu Valentiniani.

Ex cap. 14. de inst. virg.

Ex ser. 18. ver. 5. in psal. 118.

Ex ca. 14. lib. de inst. virg.



tur. In virginis enim vtero simul acernus tritici & lilij floris gratia germinabat, quoniam & granum tritici generabat, & lilium. Granum tritici secundum quod scriptum est: Amen, amē dico vobis, nisi granum tritici cadens in terrā mortuum fuerit, ipsū solū manet. Sed quia de vno grano tritici acernus est factus, completum est illud propheticum: Et conuales abundabunt frumento, quia granum illud mortuum, plurimum fructum attulit. Hoc itaq; granum omnes homines perpetua cœlestium munerum esca saturavit, consummatum est illud propheticum oris eloquium, dicente eodem David: Cibavit eos ex adipe frumenti, & de petra melle saturavit eos. In hoc grano esse etiam lilium diuina testatur oracula, quia scriptum est. Ego sum flos campi, & lilium conuallium. Venter itaque eius sicut acernus, &c. Neque enim sponsæ venter solum fortem cibum sumit, quo corda formantur, sed etiam suauem ac florulentum quo delectantur. Venter igitur sponsæ non solum iustitiæ veluti frumentario cibo replebatur, sed etiam gratiæ suauitate, quæ florebat sicut lilium.

Ex epist. 62. ad Irenæum.

In Psal. 118. ser. 16. ver. 1.

1. Cor. 2. In psalm. 118. ser. 5. ver. 5.

Lib. 3. de spiritu sancto.

Ex ser. 17. ver. 118.

**G** iucunditate gratiæ, remissione vitiorum, quam nulla vexat amaritudo peccati, & ipsa iam [vestit] charitas quæ diligendo Deum & nomen accepit, quia Deus charitas est. Ornatus ergo capitis eius gloriosus, quod non regalia diademata, sed dominici sanguinis insignia coronarent.

Lib. 3. beæ meron ca. 17.

**H** iucunditate gratiæ, remissione vitiorum, quam nulla vexat amaritudo peccati, & ipsa iam [vestit] charitas quæ diligendo Deum & nomen accepit, quia Deus charitas est. Ornatus ergo capitis eius gloriosus, quod non regalia diademata, sed dominici sanguinis insignia coronarent. **S**tatura tua assimilata est palmæ. ] Viorem & integritatē pectoris ei ostēdit. Nulla est arbor quæ ita perpetuò viret vt palma. Seruat quidem indumentum suum olea vel pinus, sed folia sua sæpe commutant: nec ea quasi diuturna sed tanquam succedanea præterdunt suæ arboris pulchritudini, perpetui integritate vestitus vice muneris obumbrantes. Palma autem inter cana niuium, pruinas frigorū, viriditatem suam semper conseruat, conseruatione & diuturnitate, non immutatione foliorum, nam ea quæ primò generauerit folia, ea sine vlla substitutionis successione conseruat. Statura ergo sponsæ assimilata est palmæ, quod viriditatem pueritiæ, & illius innocentia naturalis, quam à primordio accepit, semper conseruarit incolumen, tanquam videlicet arbor plantata secus decursus aquarum: cuius folium non defluat. Hæc viriditatem gratiæ semper florentis in Christo secuta ecclesia dicit, In umbra ei cōfugi & sedi. Hanc prærogatiuam doni virentis acceperunt & apostoli, quorum nec folium vnquam potuit elabi, vt eorum etiam umbra curaret ægrotos. Obumbrabat enim infirmitati corporis, fides mentis, & florentia merita virtutum.

Ascendam in palmam, & apprehendam sublimitatem eius. ] Ipsa charitas, palma est, ipsa enim est plenitudo victoriæ. Plenitudo enim legis est charitas. Vnde & ascendam, inquit, in palmam, tenebo altitudinem eius, eminentiam enim videns verbi, & sperans quòd ad eius altitudinē possit ascendere, & scientiæ summam, dicit, Ascendam in palmam: vt omnia inferiora relinquat, & ad superiora conscendat, ad brauium Christi, vt suauis eius fructus carpatur & gustet. Suauis enim virtutis est fructus. Vnde & palmæ offeruntur vincētibus & eorum dexteræ triumphali arbore muniuntur. Præmium enim quoddam est palma martyrij, quæ confitenti linguæ dulcem tribuit fructum, & victrici dextræ, vt dixi, gloriosum præstat ornatum. Est enim martyribus suauis ad cibum, vmbrosa ad requiem, honorabilis ad triumphum, semper virens, semper vestita foliis, semper parata victoriæ. Atque ideo non marcescit palma, quia martyrum victoriæ non marcescit. Curramus ergo vt comprehendamus altitudinem palmæ, vt fructus eius carpamus: curramus vt vincamus. Qui vicerit, ascendit in palmam, & manducatur fructus eius. Hinc philosophi currulia illa animarum in suis libris expressere certamina, nec tamē ad palmam peruenire potuerunt: quoniam suauitatem verbi, & altitudinem illam animæ nescierunt, quam cognouit hæc anima, in qua erat verbi conuersio. Sic enim ait, Ego fratri meo, & super me conuersio eius. ] Hunc sensum tertio repetiuit diuersè in Canticis Canticorū. In principio ait: Frater meus mihi, & ego ei, qui pascitur in liliis, vsque dū aspiret dies, & amoucantur vmbrae. Deinde ait: Ego fratri meo, & frater meo mihi qui pascitur inter lilia. In fine ait: Ego fratri meo, & super me conuersio eius. Primum ad

Ex lib. de 1. fasc. cap. 8.

Ex li. 3. beæ meron cap. 15.

Ex lib. de 1. fasc. cap. 8.

ad institutionē animæ: ideo & præmisit, frater meus mihi, illo enim demonstrante se, etiam adhaerendi Deo sumpsit affectum, quod sequitur secundum profectum, tertium secundum perfectionem. In primo quasi in institutione adhuc vmbra videt anima, necdum verbi appropinquantis reuelatione commotas: & ideo adhuc ei dies euangelij non refulgebat. In secundo sine vmbraum confusione odores pios carpit. In tertio iam perfecta requiem in se verbo ministrat, vt conuertatur super eam, & caput suū reclinet atq; requiescat, meritò que iam tenens quæ antea quesitū inuenire nō poterat, inuitat ad agrum suum, dicens:

Ex lib. de 1. fasc. cap. 8.

**Veni frater mi, egrediamur in agrum, requiescamus in castellis.** ] Suprà ad hortum inuitabat, hic ad agrum habentem non solum florum gratiam, sed etiam triticum & hordeum, hoc est, solidiorum firmamēta virtutum: vt fructus eius aspiciat. Requiescamus, inquit, in castellis, ad quæ Adam cum de paradiso eiectus esset, fuerat relegatus, in his requiescebat, sed terram operabatur. Qua autem ratione exire cum in agrum velit, intellectus manifestus est: vt quasi bonus pastor pascat gregē suum, lassos alleuet, prouocet errantes. Nam & si anima ista noua ac vetera seruauit, tamen sunt adhuc velut agni qui lactis succo sunt nutriendi. Ergo quasi perfecta nō pro se sed pro aliis interuenit: vt de sinu patris exeat, vt procedat foras tāquam sponsus de thalamo suo egrediens currat viam, vt infirmos lucretur, non in illo secreto patris solio, & in illa luce commoretur, quòd inualidi equi conscendere non queunt: sed vt assumatur & inducatur in domum sponsæ atque secretum, ibi sit foris, vt nobis intus sit, medius nostrum, & si non videatur à nobis.

Ex serm. 19. ver. 4. in psal. 118.

Ex lib. 3. de virginibus.

Ex orat. f. nob. de obitu Valentini.

**A** mens exeamus in agrum, &c. ] Non solum igitur selauat, sed etiam Christum ad se venire prouocat & inuitat dicens, Tibi dabo vbera mea. Nec sua tantum, sed etiam noua ac vetera pollicetur, sicut habes: Noua & vetera frater meus seruauit tibi. Et quasi amoris impatiēs quærit adminiculum alicuius à quo Christus rogetur vt veniat. Videte astuantem, videre desiderantem. Quis dabit, inquit, te frater mi lactātem vbera matris meæ? Et qua ratione quærat, & qua gratia inuitet, & quemadmodum possit tenere demonstrat, quemadmodum foris morantem expectet ostendit: & vt domo sua egrediatur implorat dicens: Inueniens te osculabor te, assumam te, & adducam te in domum matris meæ, & in secretum eius quæ concepit me.

Ex apologia David postior.

Ex ser. 19. ver. 4. in psal. 118.

**M**andragora dederunt odorem suum. ] Pleriq; discernunt quendam inter mandragoras sexum, vt & mares putent esse & foeminas: sed foeminas grauis odoris. Significat ergo gentes quæ antè scerebant cum essent infirmiores, euitata quadam imbecillitate perfidia boni odoris fructus ferre cepisse, postquam in aduentum Domini crediderunt. Legimus etiam quod mandragoras acceperit sancta Rachel à sorore sua Lia, vt concederet ei illa nocte dormire cum sancto Iacob. Mandragoras Ruben primogenitus attulerat matri suæ Lia, quæ lippientibus oculis synagoga figuram accepit, quia Christi gratiam hebetato debilis mentis obtutu. Quo declaratur quòd fructus quos antè synagoga à primogenito Dei filio susceperat, ecclesiæ concessit. Sed quia illius noctis potita concubitu concepit & genuit Lia suæ posteritatis hæredem, impletur mysterium, quoniam credentibus apostolis reliquæ Iudæorum per electionem gratiæ saluæ factæ sunt: vnde & ait Ecclesia: Noua & vetera frater meus seruauit tibi: Similis illius patrisfamilias qui profert de thesauro suo noua & vetera: neque vetera sine nouis, neque noua sine veteribus. Sed transierunt vetera, id est, legis mysteria abscondita in Christo, facta sunt omnia noua. Hæc est noua creatura, de qua apostolus ad Galatas ait. In Christo enim Iesu neque circūcisio aliquid valet, neque præputium, sed noua creatura, per quam iam renouata caro floret, & fructum inuenit gratiæ: quæ ante inueterati flagitij spinas habebat. Noua itaque & vetera frater meus seruauit tibi, hoc est dicere: Teneo mandata omnia noui & veteris testamēti, quod sola dicere potest ecclesia, non dicit alia congregatio, non dicit synagoga, nec secundum literam noua tenens, nec secundū spiritum vetera. Non dicit hæresis Manichæa. Vetera seruauit tibi, quæ prophetas non suscipit.

Ex li. 2. epist. episto. 2. ad Faustinum.

Ex serm. 22. ver. 8. in psal. 118.

CAPVT OCTAVVM.

**Q**uis mihi dat te fratrem meum, sugentem vbera matris meæ? ] Vbera sponsæ, duo sunt testamenta: vetus, & nouum. Ex his exprimitur lac quo infantes in Christo aluntur, quemadmodum Paulus dicebat: Lac vobis potum dedi non escam. Nondum enim poteratis: sed nec quidem potestis, adhuc enim estis carnales. Inuenies te foris, osculabor te, & quidem nō spernent me. ] Habens igitur informationem nouarum & veterum scripturarum, nec despiciabilem se esse

1. Corin. 3.

Ex ser. 19. ver. 4. in psal. 118.

fentiens, non solum orationibus in secreto cordis G  
verbum tenet: verum etiam psallentes chori vocibus  
velut quibusdam eum oculis gratiæ osculatur. Ita-  
que malorum granatorum, hoc est, diversorum &  
innumerabilium fructuum & præcipue fidei odoribus,  
gratiæ, sapientiæ & gloriæ vitæque æternæ sub-  
nixa diuitis sponsa, quæ sunt circa sinistram & dex-  
tram sponsi, per animas sanctas laudantium congrega-  
tionum plausibus excitat Christum dicens: Adiuravi  
vos filia Hierusalé, vt nõ suscitatis & resuscitatis de-  
lectionem vsque quo voluerit. Foris verb osculatur  
ecclesia Christum, & ab eo in cubiculum introduci-  
tur, sicut supra dixit, Introduxit me in cubiculum  
suum. Osculatus est eam foris quando tanquam spon-  
sus procedens de thalamo suo exultauit tanquam  
gigas ad currendam viam. Tanquam gigas foris est,  
quia non rapinam arbitratus est esse æqualem Deo,  
formam serui accipiens. Foris ergo factus est, qui er-  
rat intus. Vide illum intus, quando legis quod est in  
sinu patris: cognosce illum foris, quando nos quæ-  
rit vt redimat. Foris sibi factus est, vt mihi intus ef-  
fet, & fieret medicus noster.

Ex ins. virg.  
cap. 1.  
Cantic. 2.  
Isal. 18.

Assumam te & inducam te in domum matris meæ, et in  
secretum eius quæ me concepit. ] Bona mater animarum  
Hierusalem illa quæ in cælo est. Erit ergo vxor tua,  
& inuenies te, osculabitur te. Et si postea displicue-  
rit tibi quod castiget corpus suum, & seruituti redi-  
gat, nõ patieris eam seruire, id est voluptatibus cor-  
poris: nec (subiicias eam carnem, sed liberam perma-  
nere patieris: nec alienabis eam, hoc est enim ven-  
dere, nec contemnes eam, sed permittes eam seruire  
Deo suo in castitate fidei, & bonorum operum so-  
brietate. Assumam, inquit, te, et inducam te &c. ] Vi-  
des quemadmodum delectata munere gratiarum,  
ad interiora cupit mysteria peruenire, & omnes sensus  
suos consecrare Christo? Adhuc querit suscitanti-  
em, & suscitari eam sibi poscit à filiabus Hierusalé  
quarum gratiam, hoc est, animarum fidelium spon-  
sum in amorem sui vberiorum desiderat prouocari.

Ex cap. 7. lib.  
de his qui in-  
uidentur.

Ex ser. 21. ver.  
su 8. in psal.  
118.

Ex ser. 17. ver.  
3. in psal. 118.

Ex ser. 14. ver.  
5. in psal. 118.

Assumam, inquit, et ducam te &c. ] Nam & si Deus  
omnia videat cordis occulta, bonum tamen est vt v-  
nusquisque animam suam ei aperiat & expandat &  
tanquam lumini vel calori eius occurrat. Nec im-  
merito gloriatur ecclesia dicēs: Ego eram in oculis  
eius tanquam inueniens pacem, quoniam vias suas  
prodere non timebat. Introduxi, inquit, eam in domum  
matris meæ, et in secretum. ] Fortasse domus est in qua  
præfulget mortalium disciplina: secretum autem il-  
lud est, in quo sunt altiora mysteria.

Læua eius sub caput meum, et dextera eius complectitur  
me. ] Hæc loquitur sponsa de Christo, anima de ver-  
bo Dei. Christus autem idem verbum Dei atque sa-  
pientia, beata ergo anima, quam cõplectitur sapien-  
tia. Magna est sapientiæ manus, magna dextera, to-  
tam complectitur animam. Tota enim munita est,  
quæ desponsata Dei verbo est. Plenitudo enim sa-  
pientiæ, timere Deum. Quæ ergo Deum timet ani-  
ma, pleno se munit ipsa presidio: mittit sapientia læ-  
uam suam sub collum eius, dexteram autē in com-  
plexum eius. Vtrumque quidem brachium eius ad  
vtilia extenditur. Habent tamen propria sua singu-  
læ manus. Sapientia in dextera longitudo vitæ est,  
in sinistra autem diuitiæ & gloria. Denique læua sa-

pientiæ sub capite sponsæ est, dextera autem supe-  
rior, quæ totam complectitur sponsam. Itaque illa  
quasi fulcrum est quietis præsentis, quo anima in-  
nexa requiescit.

Quæ est hæc, quæ ascendit dealbata, innitens super fratrem  
suum? ] Mirantur virtutes cælestes sponsum alben-  
tibus meritis ascendentem ex isto vitæ huius, vt ha-  
bent plerique, deserto, ad illum florentem semper  
locum iocunditatis æternæ. Istæ sunt virtutes quæ  
& in Esaia libro loqui dicuntur: Quis est iste qui ad-  
uenit ex Edom: rubor vestimentorum ex Bosor, sic  
speciosus in stola? Istæ sunt, inquam, quæ mirantur  
ex isto confragoso scopuloloque deserto, ex loco  
inquam arido & inculto posse aliquem ascendere ad  
illas florulentas delectationes sine magnorum labe  
vitiorum: & ideo gratulantur repertam, quæ vesti-  
menta innocentia naturalis nõ polluerit atramen-  
to insipientia secularis, & gratiæ candore munda-  
rit.

Quæ est hæc quæ ascendit dealbata? ] Hæc erat nigra,  
vnde nunc subito dealbata? Dubitauerunt enim  
etiam angeli cum resurgeret Christus, dubitauerunt  
potestates cælorum videntes quod caro in cælum  
ascenderet, denique dicebant: Quis est iste rex glo-  
riæ? In Esaia quoque habes dubitantes virtutes cæ-  
lorum dixisse, Quis est iste qui ascendit ex Edom:  
rubor vestimentorum eius ex Bosor, speciosus in stola  
candida? Christus autem videns ecclesiam suam in  
vestimentis candidis, pro qua ipse ( vt habes in Za-  
charia libro prophetæ) sordida vestimenta susceperat,  
vel animam regenerationis lauacro mundam  
atque ablutã, dicit: Ecce formosa es proxima mea,  
ecce es formosa, &c.

Quæ est hæc quæ ascendit à deserto dealbata? ] Miran-  
tur & angeli. Vis scire quia mirantur? Audi ergo a-  
postolum Paulum dicentem: ea nobis esse collata  
quæ concupiscunt & angeli videre, & iterum quod  
oculus nõ vidit, nec auris audiuit, &c. Deinde quid  
acceperis recognosce. Sãctus Dauid propheta hanc  
gratiam in figura vidit & concupiuit. Vis scire quia  
concupierit? audi dicentem: Asperges me hyssopo  
& mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor.  
Quare? quia nix quamuis sit cãdida, cito aliqua sor-  
de nigrescit atque corrumpitur.

Quæ est, inquit, hæc quæ ascendit candida innitens su-  
per fratrem suum? ] Superius dixerat, Quamam est  
hæc quæ prospiciens tanquam diluculum, speciosa  
sicut Luna, electa vt Sol: hinc plus quàm diceretur in-  
uentum est, eò quod verbo Dei innixa ascenderet.  
Perfectiores enim supra Christum recumbunt, sicut  
& Ioãnes in Christi pectus recumbebat. Ita ergo &  
hæc vel incumbebat in Christum, vel supra ipsum se  
reclinabat, aut certè quoniam de nuptiis loquimur,  
iam quasi tradita in dexteram, in thalamum duce-  
batur à sponso. Et quia iam copula charitatis est,  
blanditur ei sponsus, & dicit.

Sub arbore mali eleuasti te: illic perturruit te mater tua:  
illic perturruit te, quæ peperit te. ] Bona anima quæ re-  
quiescit sub arbore fructuosa, & maxime boni odo-  
ris. Nam si Nathanaël bonus, in quo dolus nullus er-  
rat, sub arbore fici visus est, vtique bona anima, quæ  
sub arbore mali eleuata est à sponso suo. Plus est enim  
eleuari quàm videri, plus etiã à sponso eleuari. Nam

Ex ser. 14. ver.  
5. in psal. 118.

Ex cap. 7. de  
his qui inuidentur.

Zachar. 1.

Ex lib. 4. de  
sacram. ca. 2.

1. Cor. 2.

Ex lib. de 1.  
sacram. ca. 8.

ibidem.

& si Nathanaël videbatur sub arbore, tamen anima A  
eius sponsa non erat, qui occultè veniebat ad Chri-  
stum, quia verebatur ludæos. Nõ erat speciosa sicut  
Luna, electa vt Sol, quæ erat in vmbra: quia spõsa per  
diem nubit, publicum confiteretur. Ideo ista sub ar-  
bore mali, illa sub ficu: quia hæc confessionis suæ o-  
dorem diffundebat longius, illa habebat puritatis &  
innocentia suauitatem, fragrantiam spiritus nõ ha-  
bebat. Illic, inquit, parturiuit te mater tua, illic par-  
turiuit te, quæ peperit te. Ibi enim nascimur, vbi re-  
nascimur. Parturiuitur autem, in quibus imago Chri-  
sti formatur, vnde & Paulus ait: filioli, quos ego par-  
turiõ donec formetur Christus in vobis. Parturit e-  
nim qui in vtero accipit spiritum sanctum & aliis in-  
fundit. Vnde quoniã iam formatus in hac erat Chri-  
stus, ait:

Galat. 4.

Ex cap. 8. lib.  
de Isaac.

Ex serm. 17.  
ver. 8. in psal.  
118.

Ex cap. ult.  
lib. de Isaac.

Ioan. 6.  
Ex epist. 12.  
ad Iuuen. l. 3.

Ex cap. 7. de  
his qui inuidentur.

Ex lib. 6. de  
sacram. ca. 2.

Ex ser. 15. ver.  
8. in psal. 118.

Ex serm. 22.  
ver. 8. in psal.  
118.

Pone me vt signaculum in cor tuum, vt sigillum in bra-  
chium tuum. ] Signaculum Christus in fronte est, si-  
gnaculum in corde: In fronte, vt semper conscie-  
mur: in corde, vt semper diligamus: sigillum in bra-  
chio, vt semper operemur. Luceat imago eius in cõ-  
fessione nostra, luceat in dilectione, luceat in opera-  
tione, vt si fieri potest, tota eius species exprimat  
in nobis. Pone me vt signaculum in cor tuum, vt si-  
gillum in brachium tuum: quia valida est vt mors  
charitas, durus sicut inferi zelus. Infige ergo pectori  
tuo & cordi tuo hoc signaculum crucifixi, infige &  
brachio tuo: vt opera tua peccato mortua sint. Ipse  
fit caput nostrum, quia caput viri Christus, ipse oculus  
noster, vt per illum videamus patrem, ipse vox  
nostra, per quam loquamur ad patrem, ipse dextera,  
per quam Deo patri sacrificium nostrum offeramus:  
ipse quoque signaculum nostrum, quod est perfec-  
tionis & charitatis insigne, quia diligens pater si-  
gnauit filium, sicut legimus, Quem pater signauit  
Deus. Pone itaque me, ait, signaculum in brachium tuum:  
vt luceat pax in corde tuo & in operibus tuis Chri-  
stus, & formetur in te sapientia & iustitia & redemp-  
tio. Pone me vt signaculum in corde tuo, quo si-  
des tua pleno fulgeat sacramento. Opera quoque  
tua luceant & imaginẽ Dei præferant, ad cuius ima-  
ginem facta es. Charitas tua nulla persecutione mi-  
nuatur, quam multa aqua excludere, flumina inun-  
dare nõ possunt. Pone me sicut sig. in cor. sic. sig. in brachiis  
tuis. ] Ergo vnxit te Deus, signauit te Christus.  
Quomodo? Quia crucis ipsius signatus es forma  
ad illius passionem: accepisti signaculum ad illius si-  
militudinem, vt ad ipsius similitudinem, & ad ip-  
sius formam resurgas, ipsius viuas figura, qui  
peccato crucifixus est, & Deo viuuit. Et tuus ho-  
mo vetus in fontem demersus, peccato crucifi-  
sus est, sed Deo resurrexit. Pone me vt signac. in brac.  
tuum: ] quia valida est vt mors charitas, durus sicut  
inferi zelus. Infige ergo pectori tuo & cordi tuo hoc  
signaculum crucifixi: infige & brachio tuo, vt opera  
tua peccato mortua sint, nihil in his criminis reui-  
uiscat, nihil erroris resurgat. Pone me vt signacu. &c. ]  
Responsum est sponsi ad spõsam, Signaculum meum,  
es, ad imaginem meam es & similitudinem. Fulget  
in te imago iustitiæ, imago sapientiæ, imago virtutis.  
Et quia imago Dei es, in corde tuo est, sit & in o-  
peribus tuis, sic effigies euangelij in tuis factis, vt in  
tuis moribus mea præcepta custodias. Effigies euã-

gelij erit in te, si percutienti maxillam alteram præ-  
beas, si diligas inimicum tuum, si crucem tuam tol-  
las, & me sequaris. Ideo crucem ego pro te porta-  
ui, ne tu propter me portare dubitares. Pone me vt si-  
gillum, inquit, in cor tuum, &c. ] quo signatura prudẽ-  
tia tuæ factorumque documenta promatur, in quibus  
figura Dei Christus eluceat, qui paternæ ambi-  
tum exæquans naturæ, totum quicquid à patre di-  
uinitatis assumpsit, expressit: vnde etiã apostolus in  
spiritu nos dicit esse signatos: quoniam patris ima-  
ginẽ habemus in filio, sigillum filij habemus in spi-  
ritu. Hac trinitate signati caueamus diligentiuss, ne  
quod accepimus pignus in cordib' nostris, aut mor-  
rum lenitas, aut vllius adulterij fraus resignet. Pone  
me, inquit, vt signac. &c. ] Quia vidit sponsus tantam  
deotionem ecclesiæ, idoneos putat esse iam popu-  
los qui in corde nostro & in brachio signacu. u eius  
portare possimus. Ipsam enim pater signauit: eus:  
& qui testimonium eius accepit, signauit, quia Deus  
verax est. Et ideo operantes cibos permanentes in  
vitam æternam, signati sunt ad imaginem & simili-  
tudinem Christi, qui est imago inuisibilis Dei. Sicut  
ergo Deus verax est, & tu signa in tuo sensu & opere  
veritatem, vt os tuum non loquatur mendaciam,  
manus tua non operetur opera hominum, quæ sunt  
fallacis illius mundi, sed illa quæ Dei sunt: & paupe-  
ribus largiatur, debiles subleuet, mortuos honoret  
tumulis sepulturæ. His operibus charitas queritur,  
vt nemo possit à Christo vel periculo mortis auelli:  
Vnde de ea dictum sequitur: Valida sicut mors dilectio:  
zelus vt inferi. ala eius, ala ignis. ] Inde est quod ille di-  
cebat: Quis nos separabit à Christo? Tribulatio,  
an angustia, an persecutio? & infra: Confido enim  
quia neque mors neque vita neque angeli. Ea specie  
etiam zelus durus est charitatis, & alæ eius, ala ignis.  
Habet alas sicut columba, sunt enim pennæ colum-  
bæ deargentatæ, quibus euolat qui diligit, dicens:  
Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Sed  
alæ charitatis, alæ sunt ignis, quibus dilectionis in-  
flammat ardorem. Hoc vapore feruentes fecit Do-  
minus angelos suos spiritus, & ministros suos ignẽ  
vrentem, sed non exurentem. Est durus ergo zelus  
charitatis, qui non cedat infernis, cum pro Dei ze-  
lo vnusquisque nec suis parcat. Valida sicut mors dile-  
ctio. ] quia sicut mors suis est peccatorum, ita & cha-  
ritas: quoniam qui diligit Dominum, peccare desi-  
nit. Charitas enim non cogitat malum, neque gau-  
det super iniquitate, sed omnia sustinet. Nam qui ca-  
quæ sua sunt non querit, quomodo aliena quærit?  
Est & mors valida per lauacrum, per quod peccatum  
omne sepelitur, & culpa dimittitur. Talis erat cha-  
ritas quam deferebat euangelica illa mulier, de qua  
Dominus dicit: Remissa sunt ei peccata multa, quon-  
iam dilexit multum. Est & alia mors sanctorum mar-  
tyrum valida, quæ culpam abluuit superiorẽ, & ideo  
valida: cuius non impar est charitas quæ martyrum  
æquatur passionibus, vt auferat meritum delictorum.  
Zelus quoque vt inferi: quoniam qui zelum Dei ha-  
bet, pro Christo nec suis parcat. Itaque & mortem  
habet charitas, & zelus habet charitas, & alas ignis  
habet charitas. Denique Christus diligens Moysen,  
in igne ei apparuit. Et Hieremias donum in se ha-  
bens diuine charitatis, dicebat: Et erat ignis inflam-

Ex ser. 19. ver.  
10. in psal.  
118.

ibid. cõtinuã.  
Rem. 8.

psal. 54.

Ex ser. 15. ver.  
8. in psal. 118.

Hierem. 2.

mans in omnibus meis, & dissolutus sum, & ferre non possum. Bona igitur charitas habens alas ignis ardentis, quæ volitat per pectora & corda sanctorum, & exurit quicquid est materiale & terrenum: quicquid verò sincerum est probat: & quod contigerit, suo igne meliorat. Hunc ignem in terras misit Dominus Iesus, & resulsit fides, accensa est deuotio, illuminata est charitas, resplenduit iustitia. Hoc igne inflammavit cor discipulorum suorum, sicut testatur Cleophas, dicēs: Nonne cor nostrum ardēs erat in nobis, cū aperiret nobis scripturas? Alē igitur ignis, flammæ sunt scripturæ diuinæ. Denique aperiebat scripturas, & ignis exibat, & audientium corda penetrabat. Et verè alæ ignis, quia eloquia Domini eloquia casta, argentum igne examinatum. Bonæ ergo alæ charitatis, verè alæ, quæ volitat per ora apostolorum: & alæ ignis, quæ purgatū sermonem loquebantur. His alis euolauit Enoch raptus ad cælum: his alis euolauit Helias curru igneo & equis igneis ad superiora trāsflatus. His alis dominus Iesus per columnam deducebat patrum plebem. Has alas habuit Seraphin, quando sumpsit carbonem de altari, & tetigit os propheta, & iniquitates eius abstulit, & peccata purgavit. Harum alarum igne purgati sunt filij Leui, & baptizabantur populi nationum, sicut testatur Ioannes de domino Iesu: Ipse vos baptizabit in spiritu & igne. Meritò vri renes suos & cor suum volebat dauid, qui alas igneas charitatis sciebat non metuendas esse: meritò Hebræi pueri in fornace ardenti non sentiebāt incēdia, quia charitatis eos ignis refrigerabat.

Matth. 3.

Ex cap. 7. lib. ac Iacob.

In psal. 118. ser. 19. ver. 4.

Ibidē ser. 21. ver. 5.

*Aqua multa non poterit extinguere charitatem.* Charitas adamante fortior, & vinculum indissolubile. Nulla diluuiā passionum charitatem excludere possunt, nulla eam acerbis flumina inundare. Sicut enim arca in illo mundi diluuiō totius orbis spaciis innocua ferebatur, ita & tu aduersus omnium tentationum fluctus immobilis persistas. *Aqua multa non poterit excludere charitatem, & flumina non concludent eam.* quia torrentem transiit anima diligentis, nulla tempestas, nullum profundum periculum, nullus terror mortis aut pœnæ vim charitatis immiuit. In his enim probamur, in his beata vita est, etiam si multis periculis inundetur. Non enim frangitur sapiens doloribus corporis, nec vexatur incommodis, sed etiam in ærumnis beatus manet. Neque enim aduersa corporis vitæ beatæ munus imminuūt, neque de eius suauitate aliquid delibant: quia non in delectatione corporis vitæ beatitudo est, sed in conscientia pura ab omni labe peccati, & in eius mente qui cognoscit quia quod bonum est, hoc delectat etiam si asperum sit: quod autem indecorum, etiam si suauis, non mulcet.

Sunt ergo fastigia pietatis, sunt culmina charitatis, quæ vaporē gratiæ pectoribus humanis adolere consueverunt: ut multa aqua extinguere atque excludere non queat charitatem & flumina eam secularium tempestatum nulla concludat. Ideoque charitate fundatus dicit: Torrentem pertrāsui anima nostra. Nūquid aqua maris excludere potuit Moyse charitatem? Nempe diligens deum, tutum sibi credidit iter esse per maria: qui autē nō dilexerunt deū, hi demersi fluctibus, dignum sacrilegij sui exitū per-

tulerūt. Nulla ergo tempestas, nullum profundum, nullus terror mortis aut pœnæ vim imminuit charitatis. Audierunt igitur hæc omnia filia Hierusalē, nimirum quod dominus Iesus ecclesiam sibi copulabat: & quia considerantes magnitudinem verbi, imparem tantis nuptiis æstimabant, ne fortè tantæ copulæ pōdus sustinere non possit, excusant dicentes.

Ibidē ser. 22. ver. 8.

*Soror nostra parua, & vbera non habet.* Sic enim qui volunt differre nuptias, excusare consueverunt, ut prætendant immaturæ ætatis infirmitatem, & adstruant quod vbera non habet, quæ nubilis significat tempus ætatis. Hoc solet symbolum omnibus virginibus esse nupturis, ut cum vbera cœperint eminare, tunc coniunctioni habiles iudicentur. Turbatæ igitur, quod studio dilectionis vrgeat sponfus, dicunt: *Quid faciemus sorori nostræ in die quando loquetur in ea?* Vel, ut Symmachus, qua loquetur ei, hoc est, sponsalium celebritate, tunc enim solet fieri collocutio & confirmatio nuptiarum. Quid ergo faciemus, dicunt turbatæ, quia vrgetur coniunctio spiritalis, & à tantis nuptiis excusare non possunt: Nemo est enim qui copulā vel animæ, & spiritus, vel Christi & ecclesiæ non beatam putet. Sed quia plenitudo verbi vel Spiritus sancti vibrat & fulget, & nihil est quod illis possit equari, ideo differre desiderant, ut illa dilatione vel anima vel ecclesia possit esse perfectior. Dicunt ergo:

*Si murus est, ædificemus super eum receptacula argentea, si ianua est, sculpamus super eam tabulas cedrinās.* Quæ dudum ludebat osculis, iam turres erigit: ut preciosis sanctorum turrata fastigijs, non solum hostiles frustretur incurfus, verum etiam bonorum propugnacula struat tuta meritō. Murus est anima sancti. Habitat & ecclesia muros suos, quæ iā perfectior dicit: Ego ciuitas munita. Hic est murus qui habet duodecim portas apostolicas, per quas populo nationū patet ingressus in ecclesiam. Sed murus quātumuis ambitum totius vrbis includat, tunc tamen est munitior cum receptacula habuerit præparata, in quibus propugnatores vrbis tutum speculandi & tuendi possint habere subsidium. Sed quia hæc rationalis ciuitas est, & omnis spes eius in dei verbo: non ferrea sed argentea ei propugnacula requiruntur, eloquijs magis cœlestibus quàm corporis voluptatibus hostiles impetus repulsare consueta. Eo fulta præfido, eo fulgens splendore, habilior Christi copulæ iudicatur. Et quia ianua Christus est, qui ait: Per me si quis introierit, saluabitur: & ecclesia ianua nuncupatur: quia per ipsam patet populis aditus ad salutē. Sed ne hæreticorum corrumpatur tineis aut vermibus, dicunt filia Hierusalem, vel angeli, vel animæ iustorum: *Ædificemus super eam tabulas cedrinās,* hoc est fidei sublimis bonum odorem. Est enim suauis huius materiæ odor, quam non vermis, non tinea corrumpat. Ideo huius materiæ vsus eligitur tectorum fastigijs cleuandis, formādisque literarum elementis, quibus ætas puerilis ad studium liberalis eruditionis imbuitur: Est ergo materia ista sublimis ad gratiā, leuis ad onus, suauis ad odorem, vtilis ad instrumentum scientiæ, habilis ad ministerium cognitionis æternæ. Sed quemadmodum sponfam suam diligens Christus vrgebat ad copulæ spiritalis solenni-

Ex li. 2. de 9. virg. in fin.

Ex ser. 22. ver. su 8. in psal. 118.

& mortuus est sine liberis. Postea Iacob accepit uxorem fratris ut suscitaret semen fratri suo, ex qua genuit Ioseph. Ioseph ergo filius est Iacob secundum generationem: filius Heli, secundum legem. Deinde generationis ordo textitur. Ioseph qui fuit Heli, qui fuit Mathath, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Ioanne, qui fuit Ioseph, qui fuit Matthathæ, qui fuit Amos, qui fuit Nahum, qui fuit Helli, qui fuit Naggæ, qui fuit Maath, qui fuit Matthathæ, qui fuit Semei, qui fuit Ioseph, qui fuit Iuda, qui fuit Iohanna, qui fuit Refa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel. Non puto eundem hunc esse Zorobabel aut Salathiel, qui superius in serie generationis secundum Matthæum numerati sunt, cum & ille Salathiel non filius Neri, sed filius Iechoniæ fuerit: & Zorobabel non Refa, sed Abiu, & cæteros inter quos Refa non numeratur, genuerit: vel si idem sunt, dicendum est quod hic primum vtriusque computatio-

nis linea in vnum concurrat. Deinde mox secundum modum quem in capite generationis huius signauimus ab inuicem deducantur. Qui fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Cosam, qui fuit Elmodam, qui fuit Her, qui fuit Iesu, qui fuit Eliezer, qui fuit Ioram, qui fuit Matthath, qui fuit Leui, qui fuit Simcon, qui fuit Iuda, qui fuit Iona, qui fuit Eliachim, qui fuit Melcha, qui fuit Menan, qui fuit Matthata, qui fuit Nathan, qui fuit Dauid. Quæ deinceps sequuntur vsque ad Abraham, in vtroque eadem sunt. Sanè quod in ipsa generationis linea plures secundum Lucam à Ioseph vsque ad Dauid, quàm secundum Matthæum à Dauid vsque ad Ioseph numerantur, contrarium videri non debet: cum ipsæ successiones generationum in ea parte multiplicius excreuerint, vbi citius decedentibus patribus filij numerosius successerunt.

Y Y ij

FINIS.

